


EX LIBRIS
W·G·LENNOX·

567 **BERTRUCCIO.** Bertrucii Bononiensis, medici sua tempestate per Italiam famigeratissimi, compendium sive (ut vulgo inscribitur) collectorium artis medicae tam practicae quam speculativae... *Coloniae, ap. Melchiorem Novesianum*, 1537, in-4, vélin, tr. rouges. *(Rel. mod.)*. 400 fr.

Réparation très soignée à la marge inf. du titre et de quelques ff. Bel exemplaire. Les œuvres de ce célèbre médecin, qui eut parmi ses élèves Guy de Chauliac, sont peu communes.

BERTRVCII BONONIENSIS, MEDICI SVA TEMPESTATE per Italiam famigeratissimi, compendium siue (vt vulgo inscribitur) collectorium artis medicæ, tam practicæ quàm speculatiuę, nunc demum recognitum & suæ integritati restitutum per D. Ioannem Cæsarium.

Ptrus a Cum indice locupletissimo. Tigurio Medicus



Allobrox Sabaudus

COLONIAE, apud Melchiorem Nouesianum, Anno D. M. D. XXXVII. Mense Martio.

IN COMPENDIVM

SIVE (VT VVLGO INSCRIBITVR) COLLEctorium totius medicinæ, authore Bertrucio Bononiensi medico sua ætate per Italiam famigeratissimo, ad magistrũ Tilmãnum Grauium siue à fossa, virum præter singularem erga viros doctos beneuolentiam munificentiamq;, ab aliis multis præclaris animi dotibus commendandum Ioannis Cæsarij Præfatio.



OMPLVRES quidem ex recentioribus medicis, iisdemq; præsertim per Italiam olim fama & doctrina claris, idq; intra annos plus minus ducentos post Græcos Arabesq; magnos illos de arte medẽdi scriptores, & inter hos Galenum cum primis & Auicennam, vt obiter silentio præteream medicorum veluti deum Hippocratem, & alios nõnullos eiusdẽ professionis tam ex Græcis quàm ex Latinis & Arabibus non parui nominis scriptores, aggressi sunt de eadem arte præcepta colligere atq; de his scribere per compendia, nõ alio (opinor) proposito à se fine, quàm vt dedita opera prodesse possent medicinæ studiosis, cæterum eisdẽ maxima ex parte tironibus adhuc in ea præsertim artis parte, quam vulgo practicam vocabulo græcanilo vocant, vt quæ in actione potissimum & in exercitatione consistat, atque id quidem vt non inutiliter omnino, ita fortassis nec infeliciter Verum inter hos ipsos compendiarios (vt ita dicam) scriptores nullus operam suam hac in re vtilius feliciusq; mihi visus est collocasse, quàm Bertrucius Bononiensis medicus sua tempestate, qua per Italiam degit imo claruit, celeberrimus & tanquam Aesculapius aliquis inter cæteros id ætatis medicos habitus. Qui præterquam ꝙ nullam ipsius artis partem in opere à se condito, intactam reliquit (vt quæ alioqui multifariam multisq; modis diuidi soleat) non præcepta modo memoratæ iam aliquoties artis collegit quàm diligentissime, eademq; in compen-

dium redegit, ordine profecto vt pulcherrimo ita artificiosissimo: sed & futurum insuper medicum ad exemplum (ni fallor) Fabij Quintiliani magni me hercule de institutione oratoria scriptoris, ita format adeoque instruit atq; instituit, idq; sane non tam ad practicam ita vulgo vocatam, quàm ad ipsam speculatiuam quoq; alteram huius artis atq; scientiæ partem, vt nisi idem ille quisquis tandem fuerit, plane stupidus sit & vel communi sensu destitutus, modo non sit ipsius artis omnino rudis atq; ignarus, is iam tuto aggredi possit ipsam medendi curandiq; methodum viamq; citra artis calumniam, & citra famæ suæ iacturam, & (quod summopere cauendū est) citra ægrotātium periculum, quantum quidem in ipso fuerit, & iuxta Hippocratis sententiam atq; doctrinam nihil eorum quæ ad officium medici spectare dignoscuntur, omiserit, simulq; & ægri opem medici requirentes eius monitis non inuite paruerint. Verba autem Hippocratis, quibus illa docet atq; præscribit in ipso statim suorum aphorismorum principio, imo in totius illius libri veluti procemio ad hunc modum se habent, δεῖ δὲ οὐ μόνον ἑωυτὸν παρέχειν τὰ δέοντα ποιοῦντα, ἀλλὰ καὶ τὸν νοσέοντα, καὶ τοὺς παρεόντας, καὶ τὰ ἔξωθεν: quæ latine versa sic sonant. Oportet autem non solum se ipsum præstare opportuna facientem, sed & ægrum, & assidentes & exteriora. Et hactenus quidem de authore operis, qualē videlicet sese in ipso præstiterit, hoc est, cuiusmodi in arte medēdi fuerit, satis superq; dictū sit. Nunc de opere ipso quale sit, & quid ei incommodi acciderit, posteaq̄ ab authore suo digressum in publicum prodijt toties transcriptum manu, toties prælo subductum, deinceps dicendum. Opus nimirum tale est, si ad rerum cognitionem præcipue spectes, quæ vtiq; insignis in eo atq; notabilis obseruatur vbiq;, vt vel eo saltem nomine, si non alio, author ipse inter magnos huius artis scriptores censeri haberiq; non immerito possit. Nam quod in ipso causantur quidā styli siue dictiōis ruditatem, seu (vt apertius dicam) barbariem, non est ꝙ me in hoc opus habeat excusatore aut etiam defensore, vt quod vitium illi cum multis sui temporis scriptoribus in omni fere studiorum genere commune fuit: atq; id proinde temporum potius iniuriæ quàm authoris inscitiæ tribuendum est. Vsus tamen est (vt dicam quod res est) stylo non vsq; adeo à Romanæ linguæ puritate abhorrente, vt hoc quoque nomine cæteris sui similibus in re medica scriptoribus præferendus veniat. Sed illud iniquius ferendum, ꝙ opus ipsum prætérquam ꝙ innumeris prope in locis deprauatum fuit atque vitiatum, insuper compluribus quo-

que in locis mutilatum fuerit atq; truncatum, adeoque vt passim versus in eo toti, imo & paginę aliquot integrę desiderarentur. Quod equidem cum ipse tandem inter legendum aliquoties animaduertissem, non potui sane diutius ferre ac pati opus tam vtile, tamque necessarium medicinæ studiosis, cuius gratia & mihi semper eius operis author præ cæteris eiusdem farinæ scriptoribus quàm plurimum arridebat, ita deprauatum & corruptum, ita truncatum & mutilatum circunferri. Vnde protinus adiecto animo, simulq; & admota manu tentare omnino volui, atq; periculum facere quid possem, si hunc ego vel supra vires meas laborem subirem. Cæterum vbi iam labor ille mihi insumptus vix cœptus erat, tot vndique veluti monstra mihi occurrebant obstrepebantque, vt deterritus illorum multitudine cœptum laborem destituere decreuissem, & destituissem plane, nisi tu mihi animum rursus iniecisses, ac veluti stimulum aliquem addidisses, Tilmanne vir humanissime ac summe doctorum virorum fautor atque promotor. Id quod profecto de te iam erga magnum illum Erasmum Roterodamum, & Arnoldum Vesaliensem viros vndecunque doctissimos pro comperto habeo, ac certo scio, quibus proinde cum adhuc in humanis agerent, impensissime fauebas, affectusque eras non alio vllo quàm bonorum studiorum respectu. Itaque arrepto rursus animo simulque concepta spe fore scilicet, vt non omnino labor iste frustra à me susceptus videretur, adhibitis hinc inde atque collatis aliquot manu scriptis exemplaribus, ad hoc ante omnia intentus eram, vt quæ loca deerant desiderabantq;, passim operi ipso insererentur, vnde opus ipsum vtcunque tandem suæ integritati restitueretur. Interim tamen & ex monstris illis quædam obiter confodi ac sustuli, quod omnia confodere atque sustollere mihi propemodum impossibile videretur, nisi magno cum periculo authoris. Quippe quod hæc ipsa monstra partim ab ipso producta constaret, ac veluti ex eo nata, quæ certe (vt supra dixi) temporum fuit iniuria, partim transcriptorum & excusorum indiligentia suborta & inuecta. Quæ vtinam ne hic quidem taxanda veniret. Sed vt finem tandem huic nostræ præfationi faciam: illud postremo adijciam, quod si quid gratiæ mihi debebitur à studiosis medicinæ cum primis pro insumpto labore isto, eius sane bona pars ad te iure optimo referetur, vt qui me ad hunc laborem peragendum inter alios instigaueris maxime & impuleris quodãmodo. Dixi, Coloniæ sextò nonas Martij, Anno à virgineo partu Millesimo quingentesimo, trigesimoseptimo.

IN SEQVENTEM BERTRVCII BONONIENSIS LIBRVM INdex copiosus, & accurate collectus.

[illegible]

FINIS.

ERRATORVM ELENCHVS, IN QVO PRIMVS NV-
merus folium, secundus columnam, tertius versum indicat.

Fo.5.colum.2.vers.5.pro esse, lege pro posse, 8.2.36.succo rof. 16. 2.17.anethi.17.co.3.natura recipit, le.repit.24.2.32.mellis ℥.iij.24.2.34.fellibus acuta.28.1.16. & æquitate, expungatur.28.4.39.Primo ergo.30.4.5. melancholici generis redacta.32.4.36. hiera nosos. 32.4.23.proprie tamen.33.3.10.confricando.20.co.4.aplectonica, leg.plethorica.38.3, imbibente.43.3.3.humorosa.46.4.45.pyria.45.co.2.cui mox, leg.oxymelle.52.1.3.pilus filũ ibid. pulex vel culex. 53.2.30. syringam.54.col.2.puluis boli armenici mixtus. 57.4.6. vuulæ. Sic in toto illo cap.legatur. 59.4.7.℞.stercorũ capræ.59.2.38.de fleg.subtili extinguatur. 59.4.30.& sano sputo.75.3.42.añ.ʒ.iij.79.1.8.cubebæ.79.co.4. spumosam, le.spasmosam. 85.co.2. suppone, leg.superpone.92.10.3.frigiditati q̃ siccitati, le.siccitati q̃ humiditati.93.co.4.pl.hierapicra, le. hieræ picræ.95.co.2.ellatur, le.cõpellatur.101.co.4. signis quãdoq; le.signis fit q̃ndoq;.105.3.19.hora expungat.106.co.3.℥.duas leg.℥.ß.113.3.19. & nõ prius ponat.117.4.32.puocet ergo. 139.4.29.feminis, le.ʒ.ß.150.1.Si vero cũ, le.Si vero ꝑ cura. 152.co.3.q̃ omnium styptica, le.& oĩa styptica.153.4.ver.vlt.& post q̃.expungatur &, deinde vbi legitur stypticis, quidam legunt cũ rhypticis.162.4.35.post cibũ per 2.horas. 163.3.41.ex similibus dictum ibidem.164.co.1.vesicæ cõpositionẽ, le.vesicę cõpassionẽ.165.4. linita exterius. 165.3.25.in modũ olei.deinde misceat cũ ipso olei violaꝝ &c.169. 4. ver. penult.in 20.dieb.vel circa id, vt contingit in pleuresi, & peripneumonia. In ventre vero frigido in 40.diebus hoc contingit, vel circa illud.172.3.linguæ auis.173.co.2.camph.ʒ. 5. le.℈.5.173.co.1.Signa vero, le.si vero.174.co.2.spasmum vrinalẽ, le. spas. vniuersalẽ. 176. co.1.in cholerica, le.in colica.179.3.12.& ex generatione insint, habitudo corporis sicca, &c.18.3.36.corticis cassiof.185.1.20.sed qualitas.185.co.2.cõplexio parens, le. cõplexio purens.188.3.ver.vlt. p⁹ men.pur.per dies quinq;. 189.4.23.figuram virgæ.191.4.13.℞.olei rof.℥ iiij.ceræ ʒ.1. &c.204.co.1.Sup dorsum causatus.225.4.24.in casu q̃n̄q; necesse fieri egestio.verbi gratia, si molestiora accidẽtia.24.2.6.sunt refractio, 224.4. in ℥.4.aceti.225. 2.37.cum in tertiana vera tempus paroxysmi fit 12.horaꝝ ad plus &c.225. 3. 42. discrata. 227.4.3.Accidit hæc fe.ex fleg.244.3.19.in 17.crisis.260.4.13.& melancholia gñm diuerso rũ ex eisdẽ fiant causis, vt est dictũ à princ.261.1.28.Et alba quidẽ fit ex humore flegmatico, grosso viscoso. Rubea vero ex hum.sangu.262.3.9.excorticataꝝ añ.ʒ.1.fabaꝝ excorticataꝝ, ciceꝝ, pisoꝝ excorticatoꝝ, farinæ ordei, añ.ʒ.ij.ſe, raphani, &c.265.2.9. albedinem ingerat

COLLECTORIVM MEDICINAE

vtiliſſimum ac perneceſſarium Bertrutij Bononienſis, ſuæ ætatis medicorum principis.



VONIAM (VT ait Galenus medicorꝫ princeps in ſeptimo de ingenio ſanitatis libro, capite 1.) librorꝫ compilatio tribus de cauſis fieri dignoſcit̃. Primo, ad exercitium proprij intellectus. Secundo, ad obuiandum obliuioni, quæ in ſenio fit. Tertio, ad ſatiſfaciendum petitionibus amicorꝫ. Idcirco ego Bertrutius genere Lombardus, in ſcientia medicinæ Bononiæ conuerſatus, cum conſideraſſem diſpendia atqꝫ varietates in parte practica medicinæ intellectum q̄ plurimorum in ipſa operari volentium cõturbare, tum quia nuper introducti ſcriptis obſcuris intricantur, tum quia intelligentes & prouecti ſcribentium multitudine diſturbantur, tum quia per regiones proficiſcentes mole chartarum obruuntur, tum etiam quia noſtri temporis philoſophi breuitate ſcripturarum oblectãtur: remedia omnium paſſionũ corpori humano accidere poſſibilium, ſtilo (quo potero) breuiori, ordine quoqꝫ conuenientiori, autorꝫ imitans veſtigia, & præcipue Hippo. Gale. Raſis, & Aui. & poſtremo Iohan. Hebem. nihilqꝫ proprij ponens: ſed quod expertum eſt, & ab expertis traditum, pro poſſe lucidius exarabo. In collectione autem pręſentis opuſculi (quod collectorium nuncupari deſidero) ordinem Auicen. in ſuo lib. canõ. obſeruabo. Faciam nãqꝫ ex ipſo duos libros generales, in quorꝫ primo loquar de ægritudinibus particularibus, quę ſunt a vertice capitis vſqꝫ ad plãtam pedis: ipſum in tractatus 22. diuidens, more tertij canõ. eiuſdẽ: ita vt primus tractatus iſtius primæ fen. illius, & ſecũdus ſecundæ, & ſic deinceps pulchre correſpondeant, vt hic dicta prõptius & facilius dictis Auicen. comprobentur. In ſecundo libro loquar de ægritudinibus vniuerſalibus, ſtilo & ordine quarti canõ. obſeruatis. Antidotarium autem non ſubdam proprium: ſed in ſingulis curis antidota propria cõficiam: vel ad antidotarium Nicolai Salernitani remittam: qui de antidotorum deſcriptione, iuuamẽto & adminiſtratione breuiter & clare ſcribens apud communiter operãtes omnium nationum medicos eſt acceptus. Anteq̃ tamen hũc laborem operoſum aggrediar, tria non ſine iuuamento præmittam capitula. Primum de medicina, ſecundum de medico, & tertium de corpore medicando: & erunt ſicut præludium & prægustatio dicendorum. Verum quoniam in totius vniuerſi compagine a ſummo philoſophorum magiſtro compertum eſt vnum eſſe principium, quod ſolum ſibi ipſi ſufficit ex ſe, quod eſt id, quod eſt, cui cũcta ſubſunt, & ad quod cuncta reſpirant, quodqꝫ ſuam bonitatem omnibus tribuit affluenter: idcirco bene ſe habet in exordio præſentis operis, ad eius fontalem originem decurrere, atque ab ipſo ſcribendi gratiam impetrare, quatenus dignet̃ aſſumpti laboris eſſe propitius initiator, largiſſimus adiutor & perfectiſſimus conſummator: quod vt fiat, humiliter ei verbum deuoti Iohannis Hebemeſue ſcriptum in ſuo de medicinarum conſolatione procemiali ca. offero, dicentis: Hoc opus aggredior auxilio & bonitate dei confiſus, qui ſit benedictus. Fac igitur pientiſſime deus ſermonum meorum felicem congeriem de theſauro largitatis tuæ, qui es omnia felicitans.

De commendatione artis medicinæ. Caput .I.

Medicina artium est præclarissima. Hæc verba primus medicinalis scientię repertor Hippocrates, qui nūquam aliquid eorum quæ dixit, false vel fabulose protulit (vt de ipso Galenus secūdo de crisi. tertio cap. asserit euidenter) ad commēdationem suæ artis in libro de lege protulit, excellenter intēdens in ipsis talem rationem: Illa ars siue scientia merito est omnium præclarissima cunctisq; præferenda, in qua ex omni genere suarum causarum redditur ratio: sed medicina est huiusmodi, ergo medicina est artium præclarissima. Maior patet ex terminis, quia subiectum & prædicatum vel sunt omnino idem, vel sese necessario consequuntur. Assumptum probatur per omnium causarum genera discurrendo. Incipiamus igitur a nobiliori causarum, quia ab eo quod bonum est, bonum est vt inchoemus, vt dicit Galenus in libello de malitia complexionis diuersæ. Redditur ergo medicinalis scientia ex parte suæ causæ formalis cunctis alijs quam sublimiter præferenda propter tria. Primum est suæ cognitionis certitudo siue efficatia demonstrandi. Secundum est suæ imitationis celsitudo siue gradus subalternādi. Tertium est suæ cōsiderationis altitudo siue profunditas speculandi. Primū reddit ipsam fixam & immobilem. Secundum celsam & non humilem. Tertium honorabilem & difficilem. De primo dicit Galenus in commento primi Apho. & Auic. secund. cano. cap. secūdo. de cognitione medicinarum per ratiocinationem, quod inter omnes artes et scientias sola medicina duobus vtitur tanquam instrumentis, experimento scilicet & ratione, cum aliæ scientiæ sola vtantur ratione, neq; omnes omni: sed quædam formali tantum, vt mathematica: quædam formali efficiente & finali, vt naturalis philosophia prout in prologo libro physicorum edocet Auerrois in commento. De secundo scribit commentator Alexandrinus in libro sectarum dicens: Philosophatur quippe medicus circa humanū corpus. Sicut nāq; philosophia est medicina aīæ: ita medicina est philosophia corporis. Et Galenus tertio de crisi. ait: Mihi nanq; nō est possibile vt inueniam aliquam operationem huius artis, nisi per vsum principiorum certorum. Quapropter vocauit me necessitas, & ad addiscendum scientiam naturalem, & ad inuestigandum speculationem in ea. Et Auerrois primo colliget dicebat: Medicina est ars operatiua, exiens ex principijs veris .i. verificatis in philosophia naturali, de q̄ philosophia loquit̄ Seneca. 34. epistola ad Lucinium: Dei munus est per quod viuimus, philosophiæ vero quod bene viuimus. In q̄bus verbis ipsam primo omnium rerum pricipio comparat euidenter. Nam per philosophiam deū atque omnem veritatem speculamur. Iuxta illud Aristote. 2. Meta. Vocantes philosophiam veritatis scientiam, recte se habent: sed per dei & totius veritatis speculationē felicitamur, iuxta illud Aristote. 4. Ethic. Dei itaq; operatio beatitudine differens, speculatiua quædā est: humanarum autem quæ huic cognatissima, felicissima est: sed per felicitatem deo assimilamur, iuxta illud ibidem: Dijs etenim vita omnino beata est, hominibus autem intantum, inquantū similitudo quædam operationis huic inexistit. Aliorum autem animalium vllum felix nequaquam: sed per assimilationem deum amamus, & ab ipso amamur, iuxta illud ibidem circa finē: Sapiēs amatissim9 deo est, q̄a ei simillimus.

De tertio scribit Iohan. Damasc. in suis Apho. Certe in medicina imẽsa est profunditas. Operari autem secundũ libros sine solerti ingenio & perfecta ratione molestũ est. Et subdit: Vita hominum breuis est ad cognoscendũ vires oĩm ter ræ nascentium, tu autem quæ in propatulo sunt, & in quibus oẽs consentiunt, & maxime quæ tu probasti, tene: q̃ vero contrarium, relinque. Eius autem difficultas ex alio percipitur, quia cunctas præsupponit scientias, eis vtens tanq̃ suis ministris: vtitur grammatica propter eruditionem, logica propter ratiocinationem, philosophia propter cognitionem, mathematica propter dierꝝ criticorum computatiõẽ. Redditur secundo medicinalis scientia cunctis quã sublimiter præferenda ex parte suæ causæ materialis etiã propter tria. Primum est sui subiecti intensa nobilitas siue celsitudo. Secundum sui subiecti extẽsa capacitas siue latitudo. Tertium est huius artis immensa necessitas siue valitudo. Necessitas nanq̃ ex materia dependet absoluta, sicut a fine conditionata, vt probatur. 2. Physicorꝝ vltimo capi. De primo scribit Galenus in commento. 1. Apho. dicens: Subiectum quippe medicinæ non est lapis, corium aut lignũ: sed corpus nobile atq̃ gloriosum: copus scilicet humanum, de quo loquens Auicẽ. primo canon. fen. prima cap. primo. ait: Donauit autẽ deus homini meliorẽ cõplexionem, quam in mundo esse est possibile, cum suarum virtutũ conueniẽtia quibus agit atq̃ patitur. De secundo loquitur Aristo. 2. Physi. dicens: Est nanq̃ homo quodãmodo oĩa, & ideo microcosmus. i. minor mũdus ab ãtiq uis enũciatus est. Cõtinet eñ homo in se primo entia diuina propter intellectiuam partem sui, vt dicitur. 3. de anima: Intellectus autem de numero abstractorũ est. Continet entia cœlestia propter spiritus quos in se habet. Spiritus nanq̃ est substantia corporea ex commixtione quatuor elementorũ causata, vergens in similitudinẽ supercœlestiũ corporum, vt scribit Auicẽ. in libello de viribus cordis, cap. 2. Continet tertio naturam elementorꝝ quatuor. Nam vt ait Auicenna. 1. Canon. feñ prima capi. de membris: Membra sunt, quæ ex primo humorũ commixtione generantur: quemadmodum humores ex prima cibotꝝ, & cibi ex prima elemẽtorꝝ cõmixtione procreantur. Continet quarto naturam mineralium cum operationum suarum mirãda proprietate atq̃ stupenda raritate. Nã et si magnes ferrum attrahit, non tamen inter ferrũ hoc vel illud distinguit: Et si magnes ferrum attrahit, non tamẽ aliud a ferro a se repellit. Membra autẽ nostri corporis sic ad se attrahunt iuuatiuũ, quod ab ipso discernũt nocitiuum, & ita agunt in nutritiuũ quod expellũt a se superfluũ. Continet quĩto naturã plantarum, quia habet in se virtutẽ naturalem, & ministrantem, & cui ministrat, q̃ vegetat, nutrit, generat & augmentat. Continet sexto naturam animalium, quia habet intra se principia, quibus animal a nõ animali distinguitur, scilicet sensum & motum. De tertio loquitur Cassiodorus libro. 6. epistolarꝝ variarum: Inter vtilissimas artes, quas ad sustẽtãdum humanæ fragilitatis indigentiam, diuina tribuerunt, nulla pręstare videtur aliquid simile, quod potest auxiliatrix medicina conferre. Ipsa eñ morbo periclitantibus materna gratia semp assistit, ipsa cõtra dolores pro nr̃a imbecillitate cõfligit, & ibi nos nititur defendere, vbi nullæ diuitiæ, nulla dignitas potest subuenire. Huic alludit dictũ sapientis Ecclesiastici 38. cap. dicentis: Honora medicum propter necessitatem

etenim creauit eum altissimus. Additur tertio medicinalis sciētia omnibus alijs præferenda ratione suæ causæ efficientis, etiam propter tria. Primum est autorum suorum reuerenda vetustas. Secundum est autorum suorum solers atq; studiosa sagacitas. Tertium est autorum suorum amica atq; placabilis tractabilitas. De primo loquitur Aristoteles secūdo Meta. Non solum gratias debemus ijs qui bene dixerunt, sed & qui male. Aliquid enim nobis boni cōtulerunt, namq; habitum nostrum præexercitati sunt: & ideo si Berosus nō fuisset, Timotheus non esset, & ita multa melodia careremus. Autores autem medicinalis scientiæ primi omnium fuerunt, nam primus medicinæ repertor fuit Apollo, & filius eius Aesculapius, anteq̄ principia aliarum scientiarum forēt aliquatenus reperta: ipsorum tamen scripta ad nos non peruenerunt, propter interruptionē studij ex diluuio mundi. Hunc igit Apollinem homines sui temporis intantum admirati sunt, vt potius diuinum quam hominem nuncuparēt. Propter quod & Gentiles vsq; ad hodierna tempora deum sapientiæ prędicant, ac adorant. Primus medicinæ artis repertor, cuius scripta ad nos peruenerūt, fuit Hippocrates Cous, vt dicit Galenus in commento illius Apho. tertiæ particulæ. Aegritudines in pluuialibus. & si nāq; ipsum præcesserint medici de assidis, vt patet primo regiminis acutorum, illi tamen potius emperici fuerant, quam rationales. Iste igitur Hippocrates non solum medicis, sed & philosophis, Platoni & Aristoteli principia tradidit suæ artis, teste Galeno septimo de ingenio sanitatis, capitulo primo dicente: Hippocrates quidē bonus fuit agricola, qui primus hanc artem seminauit, indiget autem & aliquo, qui semina eius augeat & irriget. Secundum probat suorum autorum copiosa varietas. Non enim reperitur alia scientia tot scribentium calamis exarata. Ipsam nancq; perfecte tradiderunt Hippocrates, Galenus, Dioscorides, Rasis, & nunc tempore nouissimo Auicenna, & Auerrois, & plures qui sequunt: propter quod dicit Auerrois quarto colliget capitulo de signis totius complexionis: Necq; ob hoc despicias, quæ in hoc libro nostro reperies, si ipsa reperisti in alijs. Pluriẽs nācq; cribrat idem homo vnum modium sabuli, vt vnicam margaritā reperiat. Huic arridet dictum Cassiodori secundo epistolarum variarum: Omē scientificum quanto profundius quæritur, tanto gloriosius reperitur. Et Iohannes Damascenus ait: Libros peritorum veterum relegere, eosq; diligenter discutere, omnem sapientem iuuat. De tertio loquitur Galenus tertio de virtutibus naturalibus capitulo tertio: Deprecor oēs audientes libros meos, illam inuestigationem dimittere, quam faciunt qui sophisticam intentionem requirunt. Hæc enim intentio nō generat nisi bellū atq; litem rabiosam, sed conuertāt studium suum ad indagationem virtuti pertinentem, studium & veritatē sectantes. Redditur quarto & vltimo medicinalis sciētia super omēs alias gloriosius extollenda ex parte suæ causæ finalis, etiā propter tria. Primum est lucri copiosa acquisitio. Secundum honoris atq; amicorum iucunda adeptio. Tertium, animæ vltimata atq; perfecta felicitas. De primo loquitur Auicē. primo canoñ feñ. prima in procemio: Non est autem bonum, vt non sit plurimum huius scientiæ apud vnumquencq;, & in eius memoria consistat, qui nomine huius sciētię nominari seu per eam lucrari desiderat. De secūdo loquitur Hippo. primo Prognosticorum ca. primo: Omnis qui medicinæ artis studio seu gloriam, seu delectabilem amicorum desiderat copiā, &c. De ter-

tio loquitur Gale.1. de sanitatis ingenio dicens: Qui vult curare animam, primo curet corpus: cum deficiente organo nullus dubitet architectonicũ defectum. Ad quam felicitatem vt perducamur, orationem Auerrois quinto colliget finali positã deuotis mentibus offeramus, vt deus nobis consentiat peruenire ad vltimã felicitatem, quæ beatitudo sempiterna appellatur.

De informatione medici. Caput II.

QVoniam propter malitiam vulgarium & incuriositatem medicorum licet peritorum, sciẽtia medicinę simul cũ medico sępe ludificant, & apud idiotas inter vanas glorias potius q̃ veritates reputantur. Quod respiciens Cassiodorus 6. libro variarum epistolarum dicebat: Hoc malum quasi naturaliter est in pectoribus humanis radicatum, vt qui nesciunt artes, non honorent artifices. Propositum est præsentis capituli cautelas innuere, quibus peritorum medicorum infamia tollatur, & eorum vita inculpabiliter conseruetur. Ignaros nanque præsenter erudire non cupio, cum de ipsis scribat medicorum princeps 2. de febribus ad Glauconẽ: Medice quomodo curas, si causam ægritudinis ignoras? Si enim nescis an morbus sit periculosus nec ne, quomodo nõ nisi temere facis, quicquid facis? & si quis curatus a te euaserit, nõ tui muneris, sed fortunæ est. Et primo de crisi. 13. capite dicebat: Et si tu nõ cognoscis horam præsentem ægritudinis, & quanta sit propinquitas vel elongatio a statu, nõ euacuabis, quin lædas ægrum nocumento magno in regimine diætæ plus vel minus dãdo q̃ oportet: cum ad hoc tempus vniuersalis limitet diætatio, & non erit differentia inter te & illum qui nihil nouit de medicina. Et Iohan. Hebemesue in suo de appropriatis 1. cap. Medice, qui corporum curã geris, auxiliari ne differas. Semel nanque pereunti nullum amplius superest remedium. Dicamus igitur cautelas 10. numero, quarum prima est de aggressu noui medici ad practicam. Cum igitur tyro prædictus nuper studium exierit, et inexpertus sit varietatis consuetudinum, & regionum & complexionum & intricationum morborum cum eorum causis, nõ sit pręceps ad opus, nec ægrum quẽcunque in suam custodiam recipiat, neque omnibus salutem promittat: sed primo pusillanimus salubres ægritudines ad se trahat, neque de salario instet importune, sicque degat potius expensas moderando q̃ lucrum aceruãdo, donec in experientia radicetur, & eius gloriam fama prædicet popularis. Quia cautius est gradatim ascendere, q̃ cito scandentẽ ad præcipitium festinare. Et hanc experientiæ necessitatem signans Iohan. Damasce. in lib. suo variorum sermonum, dicit: Nulli medico etiam studioso credendum est nisi ætate approbato. Secunda est de conditionibus circa ægrũ obseruãdis. Cum igit medicus primo accesserit ad ęgrotũ salutem ei nuntiet vultu hilari, deinde illum conciliens sibi principium ægritudinis secundum diem & horam perquirat, & qualis antecesserit diæta secundũ obseruationem sex rerum nõ naturalium: & si quid fecerit propter quod potest talis morbus euenisse: & si non consueuerit tali morbo certis temporibus ægrotare, & qua horarum consueuerit exacerbari, & qua mitigari, et per quales modos assuetus sit ægritudines terminare, an per fluxum ventris, sudorem, vomitum, fluxum sanguinis nariũ, menstrua, hæmorrhoides, scabiem, an per flebotomiã vel farmaciam, solicitus perquirat. Deinde dispositiones singulorum membrorum corporis articulatim inuestiget. Primo de mẽbris animalibus, vtpote an assint

vigiliæ, subeth, somnia terribilia, dolor capitis, tinnitus, vertigo & similia. Secundo de membris spiritualibus, vtpote si insit tussis, & an sit sicca, difficilis, cũ pũctura lateris & anhelitu anxio, et cau mate circa pect⁹, et an sentiat, vel quan do senserit catarrhos descẽdentes ꝑ guttur, raucedinem & sputi grossi multitudinem post somnum inducentes: & an sit ei⁹ spiritus ordinatus vel suspiriis intercisus, & similia. Tertio de mẽbris na turalibus, an assit prostratus appetitus, amaritudo oris, sitis, fluxus ventris, vel stypticitas, hypochõdriorum dolor, leni tas mirach, mollities corporis, & extremorum æqualis caliditas vel inæqualis lateꝝ flexibilitas, vomitus, nausea, vrinæ retentio vel exuberãtia, ardor vrinæ, dolor articulorum, labor spõtaneus mu sculorum, qui sunt in ambitu corporis totius, & similia. Ex his nanq; omnibus dirigitur, vt differẽtias pulsus, conditio nes vrinæ & egestionis & sputi plenius diiudicet & cognoscat. Tunc igitur vul tu maturo & deliberatione solicita pul sum vtriusq; brachii quatuor suis digitis decenter extensis, sufficienti tempore contingat, eius notans differẽtias secun dum longum & curtum, magnũ & par uum, fortem & debilem, durum & mol lem, rarum & spissum, velocem & tardum, ordinatum & inordinatum. Tunc non fans, neq; respiciẽs sed oculos in ter ram vel ægri faciem prudẽter defigens, lætum se exhibeat. Ex iis veritatẽ percipiet, & fidem ægri ad se traher. Deinde solerter ad vrinam procedat in loco luminoso, quem radii solares non tangãt, quærẽs qua hora noctis fuerit proiecta: & an fuerit corrupta & postea rectifica ta, et cõsiderans eius differẽtias secundũ substãtiã, an subtilis, an grossa, an perspicua, an turbulẽta: & secundũ quãtita tẽ, an exuberãs, an diminuta respectu po tus, et secundum qualitatem, an citrina, an rubea &c. & secundum contenta, an hypostasis sit alba, lenis, æqualis, pyramidalis: an nebula pendens, aut spuma, vel granum natãs, vel scabies in fundo residẽs, vel arena, vel pilus, vel filũ spermaticum. Neq; illa hora negligat de renum & vesicæ dispositione perquirere: vtputa si circa alchatin, vel sumen dolores sentiat, ne renum vel vesicæ vitio decipiatur, attribuẽs epati vel venis q̃d ipsoꝝ est, aut econuerso. Deinde gradatim ad egestiones tendat, eaꝝ substantiã colorẽ, & quantitatẽ & horã exeundi di scutiens. Similiter & de sputo, si forte re pererit in paropside conseruatum. Quibus omnibus ordinatim pertractatis, si sciens eris in arte medicinæ, poteris infir mo passionem & causam passionis ali qualiter declarare: ita vt se per te magis q̃ per seipsum cognoscat: quare te admi rans sapiẽtem & excellentẽ prædicabit, & firmabitur in te fides sua, & cõforta bitur virtus: & surget contra morbũ subito cũ crisi, vel gradatim cũ meliorati one de die in diẽ, & sanabitur perfecte. Iuxta illud Galeni in commento primi prognosticoꝝ: Medicus (inqt) optimus est: qui plures sanat: plures ille sanat in q̃ plures confidunt. Et illud Auicen. in can ticis suis: Plus valet confidentia ægri de medico, q̃ medicus cum oĩbus suis instru mentis. Tertia est de processu ad actum curatiuũ. Quãdiu igitur medic⁹ causam morbi ꝑfecte nõ cognouerit, medicinas nõ ministret: sed cũ temperata diæta & blanditiis ægrum suspendat. Iuxta illud Auic. 1. cañ. feñ. 4. ca. 1. circa finẽ: Cũ aũt ignoras q̃ sit ægritudo, relinque eam na turæ, & nõ properes: qm̃ aut natura superabit ægritudinẽ, aut ipam manifesta bit. Postq̃ autẽ causam noueris ad actũ curatiuum procedas cũ ordinatione diætæ & administratione medicinæ conuenientis. Diæta autem (si aliquo modo possibile fuerit) fiat in cibis et potibus et

hora sumendi secundum appetitum & consuetudinem infirmi, iuxta illud Hippo. secundo Apho. ca. Parum deterior cibus & potus, delectabilior vero melioribus quidē, sed indelectabilibus præferēdus est. Et ibidem: Ex multo tempore consueta, &c. Morbū tamē & eius causam, & horā exacerbationis, vel status nullatenus prætermittat. Medicinæ vero si possibile fuerit, sint potius cibi medicinales q̄ medicinæ puræ, quia minus per eos natura terrebit̄. Et si nō sufficit, procedat ad puras, a leuiorib⁹ gradatim incipiens, & ad fortiores paulatim necessitate vrgente transcēdens. Quia hic est ordo sapiētiæ vt dicit Mesue, & magis p exterius q̄ interius eas administret. Solutiuas aūt medicinas quo ad pōt euitet, & ipsarum vsum differat: & si necessitas ipsarum ingruerit, ipsas consolatas & rectificatas in virtute & sapore propinet, dosim eius pensando in se, et respectu propositi corporis: quod fieri potest per reuelationē infirmi, vtputa quia forte frequenter ipsas assumpsit, & se forte solubilem facile vel difficile cognouit. Quod si non ita res se habeat, scire oportet, φ corpora q̄ vt plurimū faciliter soluuntur, sunt rara & macilenta: quæ vero difficulter, sunt solida & grossa p naturam. Humores etiā educendos cōsideret. Quia cholera est facile educibilis, melancholia difficile: sed flegma medio modo se habet. Similiter cholera sæpe educitur per vomitū, & proprie in æstate, & corpore consueto, vel facile vomēti. Mancholia vero nequaquā crassitie prohibente. Flegma per vtrancq̧ potest educi regionem. Consideret igitur regionem, per quam natura educit spōtanee, et illac etiā educat per artem, iuxta illud Hippo. par. 1. Aph. Vndecunq̧ repit natura, medicinis opiatis & stupefactiuis nequaq̄ vtatur, nisi extrema necessitate cogēte: vtputa si dolor vel insomnietas ægrum ad defectionē perduxerit, vt docet Gal. 12. de ingenio sanitatis. Tūc vtatur eis potius per exterius, q̄ interius: & si per interius, potius per inferius q̄ superius: & si per superius, potius versus diē atq̧ vigilias, q̄ noctē & somnū: ne frigiditas per ipsum vltimetur, necq̧ ipsis aliquo mō vtatur, nisi cū suis consolatiuis. Quarta est de processu ad actū prognosticū. Consideret medicus tenorē virtutis, & bonitatē vel malitiā signoꝶ cū ipsoꝶ numero, & diligēter trutinet, quæ quibus præualeāt in fortitudine & multitudine. Et si post hæc certa videat signa salutis, vel mortis, certum quid & determinatum pronuntiet: quia non minus laudabile necq̧ artificiosum perituro mortem prædicere, quā saluādo vitā spōdere. Tuncq̧ ab ipso fugiat, necq̧ auxilia vlteri⁹ inutilia proferat, ne ars medicinæ ludificetur, vt dicit̄ 9. de ingenio sanitatis cap. 4. Quia morituri solis signis prognosticis sunt relinquendi, vt dicitur in commento illius Aphorismi primæ particulæ: Quando in statu est ægritudo. Si aūt dubius fuerit in prognosticatione, suspendat amicos & astantes cū amphibologico sermone dicens: Oportet me expectare plura signa, vel alium vel alium diem. Quod si adhuc dubius fuerit, verba magis applaudētia dicat: Videt̄ mihi φ stātibus signis præsentialiter visis, necq̧ mutata virtute ægri ad deterius, sanabit̄ hic, vel morieт̄ alter. Q si magis iportune affines ægri medico institerint, sit medicus magis pronus ad mortē q̄ ifirmi salutē pronūtiādā. Quia si æger salu⁹ euaserit, gloria fiet medico: sin aūt, nō incusabit̄ de morte. Et q̄litercūq̧ res se habeat, nō debet medic⁹ infirmo dicere, nisi de vita & salute: ne forte timorem incutiēs virtutem ægri prosternat. Quinta est de astantibus informandis. Debet ergo medicus ante omnia ordinare de industrioso, humili & solicito

astante, qui diætam & medicinas conuenienter & decenter (sicut sibi præcipitur) hora præfixa administret, quicq; referre sciat, qua hora æger dormire cœperit, vel expergefactus sit, & qualiter in somno se habuerit secundum os & oculos & modum decubitus, & an cum tremore vel terrore euigilauerit, an post somnũ se leuius senserit, & an æger sit obediens iussis medicorꝫ. Quia vt dicit Hippocrates: Oportet non solum seipsum præbere (quæ oportet) facientem, sed & ægrotantem & astantes, & ea quæ extrinsecus sunt, scilicet expensas, & cautelam ab incendio, casu, & percussione. Necq; sit in talibus vltra debitum familiaris, siue sint consanguinei patientis, siue non: imo potius erga ipsos teneat se vt præceptor magis vel magister, q̃ socius vel amicus: aliter ars ludificaretur, & lucrum sanantium abijceretur. Sexta de medico in cura suo socio. Si igitur habeas cõsocium literatum, amicabiliter ad eum te habeas, de morbo et causa cũ ipso conferas in camera seorsum, non in infirmi vel amicorũ præsentia, ne si forte ab ipso discrepes, sonũ vel rixam cõcitans, te vel tuam scientiam illudas. Si vero ꝑsona sit placabilis, magis eligẽs veritatem q̃ gloriam, ipsum apud ægrũ & eius amicos commenda, sicq; mutuum capientes ambos simul vos in cura esse solicitos, ac largo munere mulcendos, nec non prudentes, a contradictionibus abhorrentes plenarie demonstratis. Si vero effrenis et elatus fuerit, tibicq; detrahens, erga ipsum similiter te habeas, quia sic ars deluditur arte, & conare vt post eius recessum ab ægro, introeas, & de ordinatione cibi & potus interroges: & si potes, rationabiliter eius consilia refutes. Si vero idiota vel ignarus fuerit, erga ipsum non tanq̃ socium, sed subditum, vel vt ad discipulũ te geras, ne hoc sibi in gloriam redundet literalem, nisi forte humilẽ se exhibeat, & te apud oẽs publice præcõmendet. Tunc nancq; merito aliqua superficialia consilia erunt referanda, semper subtilibus & arduis in corde tuo conclusis. Septima est de apothecario eligendo. Procuret sibi quisq; medicus apothecarium in arte sua peritum, humilem, & fidelẽ, ne forte apparatũ medicinæ retardãs, vel eius substantiam permutans, vel eius pondus diminuens, vel eius recentiam & bonitatem falsificans, te & tuam artem illudat, & proprie in medicinis laxatiuis. Vnde cõsulo, vt medicinas laxatiuas qlibet medicus per se potius habeat, q̃ ab alio recipiat, cum in eis sit maior timor & ingloriatio medicorum. Octaua, de consilijs porrigendis fortuitu occurrentibus. Cum quis igitur venerit ad te in domo vel platea consilium petẽs, vel vrinam deferens, non sis promptus ad consilium adhibendum. Sed primo conditionẽ considera personæ, & consilium quod petit. Deinde vrinã formidanter respice, præuidẽs ne sit acetum, vel liquor alius, vel vrina subiugalium, quibus illudũtur frequenter medici, & si nihil horum affuerit, cõsilium tribue. Si vero vnum ex eis videris, eos proteruo vultu repellas. Cõsueuerunt nãcq; vetulæ de veneficio, vel impregnatione, vel abortu vel menstruorum prouocatione versute cõsilium petere, ipsis tamen sunt omnia talia protinus deneganda: & cum vrinam inspexeris, oculos & linguam cohibe, & intentum atq; solicitum te prætende: necq; de vrinæ iudicio responde, donec a nuntio sexum, ætatem, querimoniam patientis & consimilia sigillatim inuestiges. Aliter in vrinæ signo decipieris, quia sæpissime certificatum est eandem vrinã secundum colorem & substãtiam diuersas passiones, imo quandocq; contrarias indicare. Signa ergo prædistinguenda a narratione dicentis sunt præoccupanda:

quod respiciens solers Ioha. Damas. ait in suo libro sermonum diuersorũ: Gloriosorum superbiã, & ad vrinale multiloquium (si sapias) contẽnas, neq; te ægrum per singula interrogare pudeat. Vrina enĩ nisi morbus intra venas extiterit, fallax nuncius est. Nona de salario petẽdo. Cũ igitur medicus ad perfectam experientiam & vulgarem peruenerit famam, non veniat ad ægrum aliquem omnino, nisi rogatus & de salario certificatus, nisi forte ægrotus sit intimus, & specialiter notus, vel amicus. Nã si veneris non vocatus, deperit ægri fides de te. Aestimat nanq; te ignarum vel suspectum, alias ad sui curam te primitus vocasset. Neq; sis contentus salario pusillo. Magnam quippe sciẽtiam, grauem solicitudinẽ, turpem stercoris, sputi & vrinæ visitationẽ, & demum delectabilem sanitatis recuperationem ac vitæ redemptionẽ (de qua penitus desperauerat) magna & condigna decent emolumenta: nisi forte laborãs sit persona pauper & miserabilis, cũ qua misericorditer est agendum, via sctorũ Lucæ euãgelistæ, Pauli, Cosmi & Damiani medicorum sublimium fideliter insequẽdo. Si vero de præmio gratiam ægri contempseris, post eius mortem nõ nisi vituperia recipies: quẽ si saluari contingat, tibi vultum diabolicum, perfugum & diuerticula prætendet, quemadmodum in tui primitiua vocatione, & auxilij deuota imploratione vultum angelicum: deinde in sui resumptione vultum humanum demonstrabit. Decima de cõuersatione medici cum extraneis. Quibuscumq; viris literatis, & propriæ facultatis tuæ reuerentiam exhibeas familiarem, tam religiosis quã secularibus, vt eorum veridica simul & proficua commẽdatione florescas: vulgaribus vero neq; familiarem neq; elatum te offeras, ne te nimia familiaritate contẽnant, vel superflua seueritate deuitẽt. Vestibus & gestibus honestatem diligas, non pompam, litium & dissensionum partes fugias, & ad concordandũ & vniendũ te proesse interponas. Vulgi laudes ne cupias, laudat nanq; vituperiosum & opprobrijs refertum, dignos vitians & deturpãs. Propter quod ait Aristo. 1. Ethic. Volo honorari nõ nisi a sapiẽtibus, notis, & honestis. Quomodo quis practicare potest, quo penitus est nudatus? Reuerentias tamen sibi exhibitas cum pedes vel eques per ciuitatẽ gressus suos direxerit, non spernat, vnicuiq; iuxta gradum honoris, diuitiarum, generis, prudentiæ, vel ætatis, responsum beniuolum porrigendo.

De corpore medicando, siue regimine sanitatis, & varijs medici actibus. Cap. II.

ACTVS medici circa corpus humanũ sextuplex est. Primus conseruatiuus oĩm pcipuus, quia est respectu obiecti nobilissimi, sanitatis scilicet pfectæ, q̃ temperies ad iustitiã, vel prope id, a doctoribus nuncupatur. Secũdus reductiuus priore sublimior, q est respectu sanitatis defectæ, qua vnũquodq; corpus distẽperatum degit sibi propria sanitate. Tertius præseruatiuus priore nobilior, qui est respectu ægritudinis supfuturæ. Quartus curatiuus oĩm maxime necessarius, q est respectu ægritudinis præsentis. Quintus prognosticus circa futuram salutem, vel perniciẽ pdicendam per artem in omni passione, qui est omniũ gloriosissimus, & famosus. Sextus, resumptiuus oĩm postremus, qui est respectu sanitatis habitæ post fortem desolationem, siue desperationem. Ex quibus conspicere possumus medicinalẽ scientiã in oĩbus corporibus & oĩbus locis & temporibus necessario fore consulendã. Et ideo dicebat Galen. medi-

eorum princeps in tegni.tract.de causis circa principium: Si enim esset impassibile & immutabile nostrum corpus, & semper maneret optima eius compositio, nulla indigeret arte ipsum cōseruante: quoniam vero mutatur & corrumpitur & conuertitur, non seruans quam habebat ex principio consistentiā, secundum hoc curatione indiget. Et primo de regimine sanit. ait: Nequaquā quidem reperibile est corpus temperatum, vel si est, ad ictum oculi est. Sunt autem medicinæ consilia non quēadmodum textorum vel ędificatorꝝ necessaria, sed quēadmodum agricolarum & nautarum probabilia. Propter quod ait Auerrois 1. & 7. colliget: Finis huius artis non est ad sanandū, sed ad faciendū illud q̄d potest fieri & quantitate conuenēti & tp̄e conuenienti. Et postea debet expectari finis, sicut est in arte nautarum & regimine exercituum. Et Galenus in. 11. de igne. sa. Ars medicinæ & medicus non sunt principales causæ sanitatis, quia sanitatem non absq; mediocri facere possunt: sed cum quadā conueniētia. Quod exponens in teg. ait: Omnium quidem horum operatrix est natura, medicus vero minister. Et Hippo. 1. Prognost. Quāuis omnes minime curare possit, quod si posset, non iam futuri prouisor, sed diuinis prophetis melior reputaret̄. Et Philosophus. 1. Rheto. dicit: Non est optim⁹ coriarius qui facit optimos calceos, sed vt communiter, qui de contingentibus nihil omittit. Scripturi itaq; de arte curatiua & prognostica, p̄mittere duximus cap. de arte conseruatiua, præseruatiua, reductiua ac præuisiua, quod ad sanitatis regimen dignoscitur ꝑtinere. Conseruatur itaq; sanitas. 4. modis præcipuis, quorum primus est per diætam regularem, & hanc in methodo ponemus. Secundus vero per cōsuetudinis bonæ obseruantiam, & peccātis correctionem, quam in empericis dicemus. Tertius ꝑ regularem notitiam, quā in canone scribemus. Quartus per ægritudinis fiendæ cautelam, quā in prognosticis subiungemus.

Methodus Cōsistit in regimine diętę. Diæta autē in debito vsu sex rerum non naturalium, quæ sunt cib⁹ & pot⁹, inanitio & repletio, somnus & vigilię, motus & quies, aer nos continēs, & animi passiones: de quibus per ordinē differemus. ¶ Regimē cibi. 6. ꝑficitur modis, qui sunt, substantia, quantitas, qualitas, consuetudo, tēpus & ordo. Substantia quippe ciborum debet esse quæ generet bonum chylum temperatum, vel circa id: vt sunt caro pullorum, perdicum, fasianorum, omniū auium syluestrium, non aquaticarum, caro hœdorum saltantium, agnorum, vitulorum lactentium, boum nondum arantium, porcellorum vnius vel duorꝝ mensium, capreolorum, ceruorum pinguiū, porcorum syluestrium. Et de leguminibus: cicera fracta vel pisa, & aqua eorꝝ proprie. Et de granis frumēti: oryzum, far, farina auenę, panis triticeus bene coctus, fermentatus bene salsus, collectus tempore sereno, bene conseruatus, non corrupt⁹. De herbis: borago, spinachia, beta, petroselinū, atriplex, endiuia, lactuca. De fructibus: ficus, vuæ maturæ ante prandium, pyra & coconea assa post cibum. De piscibus: lucius & omēs pisces marini durarum carnium non viscosarum, vel alij pisces qui in aqua mūda, arenosa, petrosa, capti sunt, habentes carnes solidas & frāgibiles, sapidas, squamosas, & proprie assi super prunas vel elixi conditi cum sinapi, pipere, croco, zinzi. & alijs speciebus corrigētib⁹ eorum flegma. De lacticinijs: lac caprę vel asinæ vel vaccæ bene pastæ bonis herbis & fœno, & proprie ante cibum

sumptum in stomacho mūdo per se, vel cum zaccaro aut melle aut mica panis, caseus recens vel quasi recens ex bono lacte artificiose factus, oua recentia, par uula, oblonga, sorbilia. Quantitas cibi debet esse, quæ satisfaciat naturæ, non appetitui. Nam stomachus calidus appetit minus quàm oportet, frigidus plus quàm opus, temperatus autem tantum appetit, quantum bene potest digerere, vt dicit Galenus in teg. ca. de signis stomachi. De qua mensura ciborum loquens Auicen. primo cañ. feñ. tertio cap. de regimine cibi & potus ait: Ex cibo nullus est ita replendus, vt non sit locus vacuus in stomacho: sed ab eo est cohibendus reliquijs desiderij adhuc in anima remanentibus. Hæ enim famis reliquiæ post vnam horam destruuntur, scilicet quando os stomachi corrugatum post cibum fuerit. Quantitas autem discreta debet esse, vt numerus ferculorum binarium non excedat, quia in multitudine ciborum, & proprie heterogeneorum, neque per artificium cocorum, bene contemperatorum, necessario fit inæqualis digestio in stomacho. Quare vel coctus exiens trahet crudum post se, vel expectans eius digestionem aduretur, cū digestio non sit alteratio quæcūque facta a calido naturali, sed determinata certo termino: propter quod ait Auicenna ibidē: Et nihil qdē est deterius, q̄ diuersa nutrimēta simul adiūgere, & post hoc in comedendo tēpus prolongare. Cum eñ postremum nutriens aduenerit, primum iam incipit digeri. Nutrimenti ergo partes in digerēdo non assimilantur. Qualitas ciborum debet esse in complexione quidem frigida & in hyeme actu & virtute calida: in complexione vero calida & æstate actu & virtute frigida: in medijs autem temperata. Quia omnis complexio siue sit temperata, siue distemperata, conseruatur per similia in forma et gradu: sed furiosa redditur per similia in forma & excellentia in gradu, sed rectificatur per cōtraria in forma, similia in gradu: si fiāt vsu moderato. Consuetudo pro posse est seruanda in cibo, quia dicit Hippo. 2. apho. Parum deterior &c. & ibidem: Ex multo tēpore consueta &c. & Auicenna c. allegato: Oportet prætere a te scire, q̄ nutrimētum melius est, q̄d melius sapit: propterea q̄ stomachus, & virtus retentiua vehementer ipsum amplectantur, cum bonæ fuerit substantiæ. Hoc autem addit insinuans, q̄ consuetudo ad malum cibum est gradatim abijcienda, non subito: quia repētinas mutationes non sustinet natura: vt dicit Galenus in teg. Insuper ista abiectio consuetudinis non debet fieri, nisi in tempore sanitatis. Quia in cura cuiusque ægritudinis omnis consuetudo est tolerāda: cum tūc sit basis & fundamentum naturæ: vt dicit Galenus septimo de inge. sa. assignās causam ibidem, q̄ si tēpore ægritudinis consuetudinem mutaueris quōcunque, lædes naturā tripliciter: primo per ægritudinē: secūdo p medicinarum exhibitionē: tertio per delectabiliū ablationē: quare natura nō sufferens finaliter succumbit. Et Aristo. 1. Rhet. Consuetudo est altera natura: quia consuetudo est eorum, quæ vt sæpe: natura vero eorum, quæ vt semper. Sæpe aūt & semper sunt sibijnuicē propinqua. Tempus anni est in cibo diligenter obseruandum: quia in hyeme est multus cibus simul sumendus: quia ventres hyeme & vere calidissimi sunt natura propter antiparistasim: & ideo tunc natura potest sufferre errores: & cibi grossi tunc sunt sumēdi, sed raro secundum numerum: quia tunc paucæ fiunt a corpore resolutiones. In vere autem parum & raro est comedēdum, quia præcessit per totam hyemem multarum superfluitatum collectio. Et hoc tempus bonitate suæ cōplexionis oēm materiā expellit,

& oēm ægritudinē manifestat. In æstate est comedendū sæpe bis vel ter in die, pro vice tamē parum, et de cibis subtilibus de facili digestibilibus: qa tūc calor naturalis est debilis, & resolutio plurima. In autūno vero aliquantulum plus pro vice de cibo est sumēdum, sed rarius secundū numerū. Et est maxīe insistendū illo tempore in vsu bonorū et laudabiliū ciborum: quia naturalis calor est debilitatus plurimū per æstatē præcedentem, & per malitiam cōplexionis aeris præsentē. Et cauendum est a fructibus: quia generāt chylum facile putrefactibilem illo tēpore: licet quādoq; in æstate comedi possint pruna, cerasa, ad reprimendū choleram, & præcipue ante omnē cibū. Tempus etiam ætatis est obseruandū: quia pueri qui crescunt, sunt diætandi diæta hyemis in cōtinuo, sed non in discreto: quia multum & sæpe debent sumere cibum. Sed iuuenes, & ætate perfecti diæta hyemis omnino: quia calor naturalis est in vltimo fortitudinis, & corpꝰ nō indiget appōne ampliori. Senes vero diæta vernali: seniores diæta æstiuali in cōtinuo & discreto: sed autūnali in ciborū substantia sumēdorum. Tempus prætere a diei considerandum est, quia vt ait Auicen. ca. de descensu cibi a stomacho: Corpus tēperatum debet tribus vicibus sumere cibum intra duos dies naturales vt vnicuiq; trium refectionum cedat numerus sexdecim horarū naturaliū: quod est cōmune tempus digestionis & euacuationis superfluitatum primarū: licet homines nostri tēporis communiter in die bis cibum sumant: in prandio scilicet & cœna: quod propter consuetudinem antiquam nō valde vituperabilem est tenendum. Quoniam apud homines irregulariter viuētes tēpus primæ digestionis nō est vnum: quia apud quosdam est duarū horarū, apud alios quatuor, vel sex secūdum diuersitatem complexionis stomachi, vel ciborum in quanto & quali. Sed omni tempore conandum est, vt cibum æstate sumant horis diei magis frigidis, & locis frigidis arte vel natura: In hyeme contrario modo: In vere & autūno medio modo. Ordo etiam in cibo est attendēdus. Nam si stomachus fuerit tēperatus et tps tēperatū: tūc nō debēt in stomacho cibi commisceri diuersarū substātiarum, sed homogenei in substantia, et temperati in complexione, qui supradicti sunt: ne fiat inæqualis digestio. Si vero stomachus fuerit calidus et cholericus natura, debet cibus grossus pmitti subtili, quia cum melior digestio, & maior caliditas sit in fundo stomachi, sicut melior appetitus & sensatio fit in ore eius: adurereť forte subtile, antequā digereretur grossum: quare si subtile fuerit præmissum, egredietur pyloron post sui digestionē, & deinde grossus paulatim. Propter quod ait Gale. 1. alimen. de stomacho cholerico, ꝙ meliꝰ digerit carnes bouinas, q̄ pisces petrinos: quia adurit subtilia, sed tēperate excoquit grossa. Si vero stomachus sit frigidus natura, procedatur econuerso. Si autem sit stypticus et siccus naturaliter, præmittātur lubrica stypticis. Si vero humidus & fluens, fiat econuerso. Si vero famelicus & exercitatus, præmittanť grossa subtilibus: ne forte corrugatus velociter super subtile respuat grossum. Si autē sit fastidiosus & otio gaudens, fiat econuerso. Vniuersaliter tamen cauendū in omni stomacho a sumptione ciborum valde diuersorū in substantia: quoniam diuersis digeruntur tēporibus & difformibus elaborantur gradibus caloris. Fit igitur in eorum mixtiōe plus nocitiui q̄ iuuatiui. Vtrum autem maior cibus sumēdus sit in prandio vel in cœna, scribemus copiose capitulo de diminutione & corruptione digestionis in stomacho. parag. de cañ. potus etiā reguleť i substātia, quātitate, q̄litate.

et ordine, de q̃ dicemus ca. de siti. parag. de cañ. Vnum tamē hic ponemus præter illic dicenda, quod conueniēs est omi stomacho, & omi corpori seruare volenti propriā sanitatē, vt potum permixtiuū. i. quē hora comestionis assumit, partiatur in vices plurimas a principio comestionis vsq; in finē: ne forte potus plurimus simul sumptus cibum fluctuare faciat, & permixtionem bonam prohibeat, et retentiuam stomachi deijciat. Et hic potus conueniens est, vt in principio comestionis sit vinum purum, clarum, potens in cōfortatione digestionis: sed in medio sit lymphatum parumper gratia melioris commixtionis: quia talis potus erit calidus ratione vini, & subtilis substantiæ ratione aquæ: quæ duo maxime conferunt penetrationi: in fine vero sit vinum lymphatum vsq; ad medium, vel per se naturaliter pōticum, vel aqua pura, ne fumus sursum caput percutiat: Et ideo expertū est, ꝙ magnꝰ haustus aquę frigidæ post crapulā sumptus aut tollit, aut diminuit ebrietatē. Et hæc de prima re non naturali sufficiāt. ¶Dicamus de secūda, quæ est inanitio & repletio. Vbi sciendum est, ꝙ par est peccatum stomacho famelico cibum denegare, & fastidiose repleto cibum offerre: vt dicit Auic. primo cañ. feñ. 3. ca. de regimine cibi & potus. Primum nāq; stomachum replet malis humoribus: secūdum vero plethoriam, opilationem, putrefactionē, apostemata, lepram & fe. inducit. Quicūq; igitur cupit custodire sanitatem, surgat omni mane hora determinata, assueta, & vniformi, postquā somnum & digestionem compleuerit pfecte. Deinde conetur diligēter ad expulsionem superfluitatū primę & secundæ digestionis stans erectus & fixus in eodem loco, donec propria grauitate deorsum tendant. Postea caput diligenter fricet pectine vel digitis: vt pori capitis aperiantur, & vapores exhalent. Postea conetur ad screatum & sternutationem per se vel per artem, si reuma senserit: postea exercitetur gradatim a motu debili ad fortem redeundo ad debilem, & tandiu huiusmodi motum continuet, donec aliqualem sentire cœperit lassitudinem, vel sudorem, & balneetur & vociferet, & in sole ambulet ieiunus. Post hoc quiescat in loco temperato vel vergēte ad frigidum: donec calor naturalis vniatur, & famem sentiat, & saliua subtiliari cœperit: tunc ilico cibum prædictum capiat sine mora. Post comestiones vero non exercitetur, nisi prout dicetur: neq; sub sole vel æstu habitet, ne cerebrum vaporibus repleat. Et idem ordo seruādus est ante cœnam. ¶De tertia re nō naturali, quæ est somnus & vigilia: sciendum ꝙ tempore Hippo. vt patet 3. prognosti. omnis somnus diurnus, & vigilia nocturna fuerant vitiosa: minus tamen si a mane vsque ad horam diei tertiam se tenuerint. Vnde patet tunc fuisse regimen sanitatis optimum. Tempore autem Gale. vt dicitur ibidem in commento, consuetudo principum et magnatum cœpit canonem violare. Tempore autem moderno (vt ait Auicē. ca. de regimine cibi & potus) non omnis somnus diurnus est vituperandus: & præcipue, si in eo quinq; conditiones obseruentur: Prima, vt sit consuetus: Secunda, vt nō sit ilico super cibum: Tertia, vt nō sit capite depresso: Quarta, vt non sit longus: Quinta, vt non fiat ab ipso subita & repentina expergefactio, sed morosa. In omi autem somno conuenit, vt fiat in loco non calido & vaporoso, sed temperato, vel parum frigido. Corpus tamē perfecte pannis calidis cooperiatur plurimis, vt calor naturalis redire ad interiora non formidet, neq; membra exteriora mortificentur: quia in his duobus magis consistit bonitas tertiæ digestionis, scilicet sto

machi, epatis, & membrorum. ¶ Quarta res nō naturalis, q̄ est motus & quies, taliter est regēda: vt ante omnem cibū, & post euacuationem superfluitatum fiant exercitia fortia prædicta: Post cibū vero ilico cōuenit vel quiescere sedēdo, vel erigi stando, vel moueri paulatim breui tempore deambulando: vt motus non sufficiat ad cibi conquassationem, sed eius in fundo stomachi locationem. Primum nanqȝ sitim, angustiam, & indigestionem inducit. Secundum vero labia oris exiccat, os stomachi corrugat, & digestionem confortat. Et si contingat talem proficisci pedibus vel equo, totam diætam vel circa id ieiunus perficiat: neqȝ hospitatus ilico cibum vel potum capiat: nisi postquam quieuerit, & calor ad interiora redierit: tunc cibum paruum recipiat. Et si necessarium est vltra progredi, somnum breuem super cibum dormiat, antequam iter arripiat: ne cibus concussus in stomacho corrumpatur. Optima nanqȝ digestio fit somno & quiete: vt dicit Galenus septimo de inge. cap. de cura stomachi sicci. Et licet post exercitium vel vigilias promptius fames superueniat: hoc non est nisi vel propter cibi descensum ad intestina, vel membrorum resolutionem, vel sensus oris stomachi acuitatem, quæ in somno non contingunt. ¶ De quinta re, quæ est qualitas aeris continentis, taliter videtur dicendum: quód omni tempore cauendum est ab aere pestilentiali, ne forte epidimiam vel lepram inducat. Rectificetur ergo aer cum suffumigio storacis siccæ, vel thuris, & vtaťipse pillulis de aloë, quæ dicentur libro secundo capitu. de feb. pestilentiali, & obstructione domus & cameræ a ventis meridionalibus vel occiduis, & eorum euentatione, & apertione ad plagam orientalem vel septentrionalem: Et cautela a communicatione leprosorum, scabiosorum, ophthalmicorum, epilepticorum, & omnium patientium morbos contagiosos: & custodiatur ab aere, in quo sunt cadauera, vel paludes. Et si aer sit frigidus, rectificetur cum igne: si calidus, cum roratione aquæ rosa. et stramēto rosa. nenuphar. violarum & similium. Si siccus, cū gladiolis, maluis, iuncis, folijs salicis, vel populi vel vitis. Si humidus, cum suffumigio xiloaloes vel nucis muscatæ: & vtatur per interius electuarijs calidis, vel frigidis, prout oportet. Et vestiatur vestibus calidis, laneis, mollibus, vel lineis vel sericis, subtilibus, prout necessitas postulauerit. De aere dicit commentator Hali super tegni, ꝙ est inter res nō naturales præcipua, ex eo ꝙ ambit, & ingreditur corpus nostrum & membrū nobilissimum, quod est cor: Nec ab eius qualitate possumus vnica hora separari propter necessitatem anhelandi. Quare in eius custodia & rectificatione plurimum est operæ adhibēdum. ¶ De sexta re & vltima non naturali, quæ sunt animi passiones, sciendum: quód conuenit in regimine sanitatis gaudio & lætitia vti: quia animum fortificant, spiritus subtiles, & sanguinem laudabilem generādo. Idcirco conuenit vti vestibus ornatis, xenijs aromaticis, anulis nobilibus, sonis musicis, & omnibus gaudiosis: Quia timor, tristitia, & solicitudo assidua mentem deijciunt, sanguinem grossum & frigidum multiplicant, spiritus tetros & caliginosos generant, calorem mortificant, humores incinerant, et sic melancholiam confirmant.

Emperica. Reperiuntur aliqua emperica, quæ propter hominū consuetudinem plurimum videntur conferre ad regimē sanitatis, de quibus nūc dicamus. Si igitur sanitatis conseruator quandoque propter errorem regiminis purgatione indiguerit, tunc ab anno ætatis suæ 14. vsqȝ ad 64. vel circa id poterit

istis medicinis vti secure omni tempore anni. Nam ante tempus ætatis prædictæ, & post non est flebotomandum, nec farmacandũ: nisi necessitas magna præcipiat, & robur virtutis & carnositas corporis id ipsum concedant: prout dicit Auerro. septimo colliget. de Auenzoar medico peritissimo, qui flebotomauit filium suum sinocham patientem, cum esset vnius anni, & ipsum liberauit a morte. Si igitur sanguis indiget euacuatione, fiat flebotomia. Si cholera, fiat cum ℥.1. vel secundo reubarbari optimi puluerisati & incorporati cum ℥. 4. vel 5. aquæ decoct. prunorum damascenorum, dando actu calid. in aurora vel ante diem. Si flegma, fiat cum medicina de turbith, quod est pharmacum leue & nobile, quo sæpius in opere præsenti vti intendimus. & sic fit. ℞. turbith albi elect. & mundati. ʒ.1. vel ʒ.1. & ß. zinz. ʒ.1. zucca. ʒ. 2. fiat puluis ex ipsis, qui detur totus ante diem cum aqua calida, & differatur cibus post ipsum: quia est tardæ solutionis. Et si vis acuere, adde hermod. ʒ.1. vel ß. Si melancholia, fiat medicamen istud. ℞. sene. ʒ.5. zinz. ʒ.2. cartami. ʒ. ß. cynamomi. ʒ. 2. fiat puluis ex omnibus, de quo detur. ʒ.1. vel 2. ante prãdium per duas horas cum iure carnium actu calido. Si humores adusti sunt, sic fiat medicamen. ℞. medullæ cassiæ fi. mannæ, tamarinda añ. ℥. ß. dissoluantur in ℥.5. vel 6. aquæ decoct. prunorum & coleẽ, & totum detur ante diem actu calidum. Et si nolueris recipere omnia, sume de vno eorum. ℥. 1. vel 2. Si autem leuiter mundificare massam sanguinis intendis: sicut consueuerunt homines facere in principio veris & autumni. ℞. thy. epithy. sene. añ. ʒ. 2. quinque myrobalanorum añ. ʒ. ß. cynamomi electi. ʒ. 1. gariofi. ʒ. ß. reupontici boni, vel loco eius reubarbari optimi non putrefacti, turbith albi & elect. zinz. albi. añ. ʒ. ß. zuccari. ʒ. 2. fiat puluis ex omnibus his, & detur totum ante diem cum 4. ℥. aquæ decoct. anisi vel feniculi actu ca. & differatur cibus sup ipsum. Et scias, quod medicinæ laxatiuæ non debẽt dari, nisi præmollito ventre vna die vel 2. cum syrupo aliquo vel cibo lubrificatiuo: sicut sunt iura carnium pinguium, & olera mollificatiua. Scias etiam, quod non debẽt dari cum liquore plurimo: quia disgregat, & corrumpit virtutem medicinæ, sed cum tali & tanto, qui sufficiat ad deferendum virtutem, & vaporem medicinæ per membra: neque debent dari sine omni liquore: quia pigritaretur eius operatio: neque in hora magnæ famis, ne forte super ipsas se conuertat natura, & in chymum pessimum scilicet sui generis trãsmutet. Verbi gratia. Turbith in flegma, scamoneã in choleram: sene in melancholiam. vt dicit Galenus quinto de simplicibus medicinis. Postquam autẽ medicina satis operata fuerit: tribue in potu vnum haustum magnum ptisanæ colatæ, vel iuris pullorum, & proprie galli veteris: vt reliquiæ medicinæ abstergantur, & stomachus & intestina abluantur. Si autem medicina exhibita non soluerit, vel tardata fuerit omnino: tunc licet regulariter non competat illa die dare medicinam aliam (vt dicit Auicenna primo canon. capitulo quarto:) tamen communiter operantes propter vitandum vituperium, & infirmi terrorem, tribuunt. ℥. ß. vel ʒ. 2. elect. de zuccaro ros. laxatiuo cum aqua calida: quia tunc prior medicina incipiet operari cum adiutorio secundæ. Si venter alicuius sit stypticus naturaliter, vel propter errorẽ, lubrificetur ante cibũ cũ suppositorio vel clystere, vel cibo lubrificatiuo: sicut dicemus ca. de stypticitate ventris. parag. de empericis. Quia nihil

deterius est in regimine sanitatis, quam retentio fecum in corpore, q̄ vaporātes sursum inficiūt cibum, & caput replēt, & torporem inducunt, & tandem ægritudines pniciosas, scilicet apostemata, febres putridas, cholicam, hydropisim. tympaniten. Expertum est etiam, q̄ licet mixtio diuersorum ciborū in eadem mensa in regimine sanitatis sit prohibita: sunt tamen quædam peiores alijs: sicut est mixtio piscium & lactis, vel vini & lactis, Et vniuersaliter omnia contraria in cōplexione vel modo substantiæ. Sicut autem conuenit ante cibū sumere de electuarijs calidis digestionem confortantibus: ita nocet eis vti post cibū: quia ipsum sursum fumare faciunt, & corrumpūt digestionē, & sitim cum dolore capitis inducunt. Vtendum ergo calidis aromaticis ante cibum, & frigidis stypticis post cibū. Sunt præterea corporū variæ consuetudines & inenarrabiles. Consueuerunt nanq; plurimi melius digerere cibos diuersos simul, quam homogeneos: Et sunt qui delectātur carnibus vulpium & luporꝝ: Similiter plurimi somno se reficiunt ilico super cibū: Alij comedunt quater vel pluries omī die & mittunt crudū super semicoctū: & sic de multis alijs: & tamen dicūt se p hoc melius & sanius habere, iuxta illud Galeni tertio de simplici medicina: Quod quædam puella fuit nutrita napello, nec ex hoc moriebatur, sed sibi concūbētes solo anhelitu interficiebat. Alia quædā hyoscyamo, alia fūgis siue rebus alijs complexione vel substantia venenosis. Quapropter ait Auicenna. 1. cañ. fen. 3. capitulo duodecimo de regi. cibi & po. Regiones quæ naturas habent proprias, & vsus & cōsuetudines, sunt extra rationē. Et hoc quidē obseruandum est, & oportet vt in hoc experimentum vincat rationem. Est nanq; cibus qui solet comedi, in quo aliquod est nocumentum, & est conuenientior bono non vsitato. Vnaquęq; eīm natura, & complexio cibum habet conuenientem & consimilem, ad quē mutandū, si voluntas affuerit, nocumentum ei faciet & impedimentum. Sed contra istas malas cōsuetudines subdit ibidem: Ille vero, in quo mala digeruntur cibaria, ob hoc non decipiatur: quoniā post dies aliquot generabuntur in ipso mali humores ægritudinem facientes & pernecantes. Et Constantinus in viatico: Nō gaudeant malo cibo vtentes: quoniam si in præsenti non læduntur, in posterum percussionem non euadent. Sumus igit̄ perplexi ex dictis circa consuetudines, an ipsas obseruemus an mutemus. Ad quod videtur dicendum, quod consuetudo vel est conueniēs naturæ, & tunc oīs est seruanda: vel est dissimilis & inconueniens, & hoc dupliciter: Quia vel parum discrepat, & tunc adhuc est seruanda: vel plurimum recedit a natura: & hoc est dupliciter: quia vel est habituata vel non. Si secundo modo, non est tenenda. Si primū, hoc est dupliciter: qa vel est corpus ægrotās actu, & tunc iterum est seruanda: quia tempore ægritudinis oīs consuetudo, & omnis naturalis cōplexio quantumcumq; distēperata, penitus toleranda est vsq; ad perfectam sanitatē: vel est infra latitudinē sanitatis: & tunc est permutanda, non tamen subito, sed gradatim parū post parum. Quod si non fiat, in posterum pœnam non euadent: sicut patet in delectantibꝰ in esu carnium antiquarꝝ salitarꝝ, aut piscium magnorꝝ, aut vulpiū, aut hircorum: qui tandem lepram aut morpheā incurrent. Intelligendū præterea, quod sublimior medicinarum in regimine sanitatis est abstinētia. i. moderata cibi & potus sumptio: cum naturæ pauca sufficiant, appetitui vero omnia diminuta sint: propter quod accidit nostro tempo

re plures occidi crapula q̄ gladio. Cibus nanq; superfluus sui qualitate & resistētia calorē naturalē opprimit & extinguit, & per consequens facit corpus infrigidari, & accelerari mortem naturalem: sua quantitate replet vasa, & apoplexiam & rupturam subitam inducit sua substātia crassa vel viscosa opilat, & transpirationem prohibet, & per cōsequens putridas febres, & apostemata generat pernitiosa. Si quis igitur superfluum cibū vel potū assumpserit vna die: maneat famelicus sequenti die, & in qua die senserit crapulā, vtatur somno plurimo pro posse in loco tēperato, donec cibū digesserit. Quod si somnus non aduenerit, vtatur plurimo incessu suaui & cōtinuo sine quiete & interceptione, vt cibus digeratur, vel ad intestina descendat, & parum boni vini puri bibat, & sic permaneat, donec totam crapulā per se, vel cū clystere, vel suppositorio euacuet: nec postea sumat cibum, nisi redierit appetitus. Dicit tamē Auicē. cap. de regimine vini & aquæ: q̄ couveniens est omni mense semel inebriari potu vini plurimi: quia cerebrum purgat, spiritus multiplicat, & animum lætificat. Quod credo tamen intelligendū in corpore nō vtente vino: sicut faciūt Hispani & oēs Saraceni: sed in terris vino vtētibus omni hora & proprie in septentrionalibus illud non competit: quia repletio adderetur repletioni.

Canones. Conetur sanitatis conseruator & custos, vt pro posse omni tempore vtatur cibis puris non medicinalibus, nisi cum opus fuerit p̄seruatione. Voco autem cibos puros, qui sic alterantur a corpore, q̄d perfecte mutantur & conuertuntur, absq; eo q̄ corpus nostrum omnino alterent & immutent, vel circa id: sicut sunt cibi superius nominati. Voco autem cibos medicinales, qui licet alterētur & elaborētur: alterant tamen corpus, & permutant paulatim, sicut sunt omnes cibi in qualitate aliqua excedentes. Nā si sunt calidi, adurunt sanguinē, sicut saluia, mēta, piper, apium, allia, & similia. Si frigidi, mortificant & congelant: sicut lactuca, portulaca, &c. Vel si magis sunt frigidi, interficiunt paulatim: sicut fungi, & hyoscyamus &c. Si humidi, putrefaciūt, et caniciē inducunt. Si sicci, virtutem deijciunt, & caluitiem inducunt. Si viscosi, opilant. Si diuretici, renes macerant & corp⁹. Si vnctuosi, supernatāt, & nauseam inducunt. Si amari, nonnutriunt: q̄a solū dulce nutrit per se vel cōmixtū: vt dicit Galenus. 3. de simplici medicina. Si salsi, adurunt, & stomachū corrodūt. Si pontici, constringūt, & opilant. Si acetosi, cito senescere faciunt. Solis igitur vtatur cibis dulcibus, & nulla quantitate sensibili excedentibus, vel circa id. Si autē propter excessum alicuius qualitatis accidit nocumentum: rectificetur per suū cōtrarium, verbi gratia: Si propter styptica, dētur vnctuosa: Si propter vnctuosa, dentur styptica: vt caseus, pira, citonia: Si propter salsa, dentur aqua & acetū: Si propter acetosa, mel & zuccarū: Si propter viscosa, incisiua, vt sinapis: Si propter acuta, portulaca, lactuca, & similia. Item dicit Galenus. 8. de ingenio sanitatis: quòd omnis distemperata complexio, similiter & mala consuetudo reducendæ sunt ad temperamētum suo contrario, saluis quatuor conditionibus. Primo, vt hoc fiat tempore sanitatis: secundo, quod fiat gardatim: tertio, vt corpus sit sibiipsi sufficiens. Pauperes enim necessario comedunt id q̄d habere possunt: quarto, vt sit ociosum. Melius est enim fabro, vt sit naturaliter flegmaticus quam temperatus: & piscatori vel fulloni, vt sit cholericus: & aratori vt densus & compactus. Item licet in puero & iuuene sit calor natura

lis æqualis in radice, & per consequens digestio æque fortis in vtroq;: quia in iuuene est maior siccitas propter caliditatem, quæ depauit humidum suũ radicale aliquantulum: idcirco conuenit, vt pueri melius digerant, & melius nutriant a cibis calidis & humidis: iuuenes vero a calidis & siccis solidis. Detur ergo pueris lac & caseus recens, caro agnorum annalium castratorum, & cibi elixi: iuuenibus vero vitulorum, porcorum, boum non arantium, panis siccus, & cibi assi vel frixi. Ex hoc intelligere potest dictum cõmune autorum medicinę: Quia in digestione sunt duo, scilicet alteratio & conuersio siue assimilatio. Alteratio em̃ est decoctio cibi in stomacho: et hoc magis fit a calido naturali. Sed assimilatio est conuersio eiusdem cibi decocti in membra, & hoc fit magis ab humido radicali, q̃d est ipsa molliora & spõgiosa faciens, & cibũ in poros minimos vehens & passibilem faciens, & ipsum apponẽs, vniens & perfecte cõformãs. Ex quo scire potes, quare corpora quædam debilia melius nutriantur aliquo cibo determinato, quam aliqua corpora robusta propter similitudinẽ formę specificæ, quæ est potissima causa conuersionis & nutritionis. Item dicit Auicenna primo cañ. fen. 3. ca. de regimine cibi & potus: q nihil est deterius, quam saturitas post diuturnam famem, & econuerso. Sed tamen primum est deterius, quia stomachus longa inanitione afflictus, virtutẽ digestiuam amittit, & eius corpulẽtia constrĩgit: vt neq; digerere cibũ, neq; recipere valeat, nisi valde paulatim: sicut patet in incarceratis post liberationẽ, & annis fertilibus post sterilitatem. Quot nanq; homines se tũc superflue repleuerunt, & suffocati interierũt? Item in eodem: Oportet vt ad lectũ vadens, primo super latus dextrum iaceat pauco tempore, donec cibus ad fundum stomachi descẽderit, et os stomachi claudserit: postea super sinistrum reuoluatur, vt epar bene stomachum comprehendat: quia stomachus de sua complexione paucam caliditatem participat: cum sit membrum spermaticum & neruosum: sed caliditatem recipit a membris circuniacentibus, scilicet a corde superius, felle inferius, epate a dextris, splene a sinistris, zirpo adipino anterius (quod rete dicit̃) et a vena kili posteri⁹: deinde reuoluat super dextrum, & tota nocte suum perficiebat somnum & digestionem. Item in eodem: Vinũ quoq; post cibum est ex rebus magis impedientib⁹ digestionem: quoniam facit penetrare cibum indigestũ, ex eo quod velociter digeritur, & facit hæreditare opilationes & putrefactionem: ideo si post cibũ superueniat sitis magna, aquam frigidã sumat, sed paucam, aquam sorbendo magis quam ingurgitando deglutiat: & sic sitim extiguet sine nocumẽto. Idẽ in eodem: Res maxime opilantes, sunt res dulces, vel viscosæ, vel grossæ substantiæ. Dulces nanq; attrahuntur, anteq̃ digerantur propter familiaritatem quam habent ad naturam: & sunt causa putredinis & hydropisis. Vbi igitur hæc tria simul reperiuntur, penitus sunt fugiẽda: sicut mel, pasta, tortelli, vinum rubeum nouum, vinum turbidum, cereuisia, & oĩa vnctuosa, & pisces non debite præparati. Idem in eodem: Corporibus raris & porosis: sicut sunt corpora mollia & laxæ carnis, plus opus est a rebus nõ naturalibus exterioribus præcauere: sicut sunt aer æstuosus resoluens: & frigidus congelans, vel exercitium debilitans, vel coitus excedens. Corporib⁹ vero densis & solidis: sicut sunt corpora duræ & compactæ carnis, plus necesse est ab interioribus se p̃munire: sicut cibus & pot⁹ grossus & viscosus opilans, plethoria replens, ocium superfluens, mar-

cefaciens & similia. Primi igitur a causis primitiuis primitus occupantur & febribus acutis. Secundi vero a causis antecedentibus, febribus, chronicis, apostemate & hydropisi pernecantur. Itē Auicenna primo canonum. fen. tertia capitulo de regimine vini & aquæ dicit, ꝙ bibere aquam frigidam post exercitiū superfluū, vel balneum, vel in siti aduentitia cōtingente in ieiunio: vel in siti mendosa contingente post somnium vel crapulam, est de numero maxime infrigidantium epar & stomachum, & digestionem maxime corrumpentium, & calorem naturalm mortificantium: quare perducit ad hydropem vel hecticam senectutis: quia si quis prædictoꝝ plurima necessitate potus angustietur, abluat os suum aqua frigida, & anhelet aerem frigidum: quod si non suffecerit, bibat modicum aquæ frigidæ in vase stricti orificij: quod si nondum sufficiat, bibat prius vinum mixtum cum aq̄ calida, ne multitudo nocumētorū taliū cōtingat. Idem ibidem: Vinū grossum est melius illi, qui pinguis esse desiderat & fortis: tamen ab opilationibꝰ sibi caueat: vetus tamen clarum & purū melius est habenti complexionem flegmaticam & pinguedinem fugienti. Itē ibidem: Super cibū mali chymi bibere vinum dum comeditur vel ante vel post, est malum: quoniam facit ipsum in extrema corporis penetrare. Melius est igitur a potu omnino abstinere, donec cibus digestus sit: vel sitim extinguere cū pauco aquæ frigidæ: vel cibum deorsū expellere & ventrē lubricare cum haustu magno plurimæ aquæ puræ, sicut fit post pruna vel cerasa comesta. Idem ibidem: Vinū dare pueris, est sicut ignem igni addere in lignis debilibus: sed senibus quantū potest tollerare natura da, & iuuenibus temperate. Itē est peior repletio ex cibo quam ex potu. Pessima vero quæ ex vtroq; simul. Qui ergo cupit multū bibere vna vice, paucum sumat cibum & ecōuerso. Nequaq̄ vero plurimū sumat cibū & bibat: qa vinū cibū indigestū ad singulas venas perducit. Itē dicit Auicen. 1. ca. fen. 3. cap. de regimine somni & vigiliæ. ꝙ sanitatē cupiēs seruare, debet de regimine somni diligenter cogitare, vt tēperate exhibeat & debite: qa virtutē fortificat quę fuit debilitata ex plurima exercitij resolutione, vel coitu, vel labore. Similiter corpus roborat, impinguat, et colorat. Ipse nanq; oēm digestionem adiuuat, humores bonos multiplicat, spiritꝰ generat et augmētat, et mēbra lassa recreat. Et est res maxime proficiēs senibꝰ, q̄niā in eis humiditatē radicalē cōseruat ne peat: et perditā recupat p generationē humidi fluētis. Est autē somnꝰ tēperatꝰ et debitus, si septē cōditiones obseruēt. Prima vt sit hora debita, scilicet nō ilico sup cibum, sed postquam cibus descēderit ad fundum stomachi: quia dū cibus est adhuc circa os stomachi, flueret ad caput, ipsum replens & grauans, & somnia plurima & terribilia, & angustias cum reuolutione assidua de latere in latus, & stomachi clausionem prohibens: propterea si eius descēsus tardauerit, et somnus necessarius fuerit: debet parumper incedere, & postea dormire. Secunda conditio, non sit in die, nisi obseruatis quinque conditionibus supradictis, paragr. de tertia re non naturali. Vel nisi quis somnum nocturnum perdiderit, propter solicitationem & laborem: tunc enim potest dormire a mane vsq; ad horam tertiam, quod est tempus incōueniēs minus: vt dicit Hipp. 2. prognosticoꝝ. Tertia, vt sit sup alteꝝ lateꝝ modo & ordine pdictis, vel sup ventre, si eā cubandi consuetudinē habuerit, qa satis magnū cōfert in digerēdo auxiliū: propterea ꝙ ventrē et calorē naturalē apprehēdit et

auget. Nequaq̃ autem fiat ſupine ſuper dorſo, quia vel materias facit deorſum fluere: & tunc eſt cauſa catarrhi empimatis, et ipneumoniæ, phthiſis, lieteriæ & indigeſtionis. Vel materias facit ſurſum manare: & tunc eſt cauſa apoplexiæ, epilepſiæ, paralyſis, phreneſis, incubi, lethargiæ. Et quomodocunq; modo res ſe habeat: mẽbra debilitat & muſculos. Quod ſi talis cõſuetudo fuerit, eſt protinus immutãda. Quarta, vt non ſit ſuper vacuitatem & famem, quoniam eſt malum & virtutem deijciens & corpus macerans, & colorem citrinans, ſtomachum replens malis humoribus, os amaricans, & appetitum proſternens. Quinta, vt non ſit profundus, vt non appareãt ſomnia vel proterua vel delectabilia: q̃d ſignificat cibi a ſtomacho perfectam comprehenſionem cum digeſtione optima, & reuocatiõe ſpirituum & caloris naturalis ad interiora, completa & pefecta. Sexta, vt ſit capite eleuato ſuper molli culcitra, et cooperto pannis calidis plurimis ſup toto corpore: quia magnum præbet auxilium in digerendo cibum, & macerãdo ſuperfluitates, expellendo in vigilijs, ſi corpus in ſomno bene cooperiatur, et ita collocetũ, vt a vertice vſque ad plantam pedis ſit proceſſus gradatiuus ab alto ad decliue. Septima, vt ſit quantitate ſui neq; excedens neq; deficiens, ſed moderatus & correſpondens ciborum digeſtioni, & virtutis confortationi. Vnde Hippocra. ſecũdo Aphoriſmorum: Somnus & vigilia &c. quoniam ſi ſuperfluat in quãto & quali, corpus infirmat, caput humectat, ſuperfluitates multiplicat, ſtuporem & ſubeth cauſat. Si vero diminutus fuerit, digeſtionem non perficit, tarditatem inducit, corpus macerat, & faciem citrinat. Sunt igitur ſomnus & vigilia concauſæ ſanitatis, ita, vt ſomnus deſeruiat digeſtioni & maturationi: vigilia vero operationi & reſolutioni: ſuperfluitatũ expulſioni: vt dicit Galenus vndecimo de ingenio ſanitatis.

Prognoſticatio. Reſtat nouiſſime loqui de actu præſeruatorio: quia non parum neceſſarius eſt in regimine ſanitatis. Si quis igitur certis anni temporibus conſuetus ſit aliqua ægritudine laborare, anteq̃ hora vel tẽpus periodi ſuperueniat, debet vti alterantibus contrarijs. Et ſi ſit mala complexio diuerſa ſine materia: vt eſt febris ephimera, dolor capitis calidus, quia ſi ſit cum materia, conuenit vt vtatur euacuationibus & diuerſionibus: vtputa phlebotomia, pharmacia, vomitu & ſudore, menſtruorum vel hæmorrhoidarum prouocatione, & ſimilibus. Si quis faſtidium vel appetitũ cibi ſuperfluum, vel ſaporem oris alienum ſine cauſa manifeſta, vel pigritiam cum laſſitudine mẽbrorum, vel ſomnolẽtiam, vel vigilias ſuperfluas, vel ſodam, vel vertiginem, vel anhelitus maliciam, vel ſudores plurimos ſine cauſa manifeſta, vel ſomnia plurima terribilia præter conſuetudinẽ, & ad vltimum quodq; rarum & nouũ neq; aſſuetum incurrerit: ægritudo prognoſticabitur, quare ad euacuatiões & alterationes recurres conuenientes. Si quis euacuationes conſuetas, puta per vomitum ſanguinis vel phlegmatis, vel per hæmorrhoidas, ſeu menſtrua, ſeu per fluxum ſanguinis narium: vel per ſudorem ſeu fluxum ventris: modo reſtrictas vel diminutas habuerit: ad ipſarum feſtinet prouocationem & corporis mundificationem, ne ſuperfluitas in corpore remanens ſine cauſa manifeſta morbos materiales inducat. E conuerſo. Si tales euacuationes non fuerint conſuetæ, ſed de nouo ſuperfuerint, ad earum reſtrictionem non ſubito ſed gradatim procedat, primo conſiderãs, an ſint naturales vel creticæ: et tunc omnino nõ impediat ipſas.

nisi valde superfluant, & virtutem deij ciant: an sympromaticę & accidẽtales: & tunc ad restrictionem ipsarum festinet. Saltus faciei plurimus fortis & perdurãs, torturam oris, vel paralysim portẽdit vicinam: quare purgetur phlegma vehementer, & subtilietur diæta, & alteretur ad calidum & siccum: & sic prohibeatur a vino omnino, & fiant gargarismata & euacuationes cum oxymelle squillitico vel aceto & sinapi & melle, & sternutationes cum condisi, & fricationes particulæ, cum aceto forti, digestionis rutę saluiæ, absinth. & mentastri. Saltus corporis totius fortis & perseuerans, spasmum de repletione prædicat: quare purgetur cum medicinis fortibus, frequenter exerciterur in ieiunio pro posse. Sudet in balneo, famem & sitim tolleret. Stupor & formicatio, & in motibus debilitas in corpore toto vel in latere altero, paralysim eiusdẽ partis significat, quare cum medicinis scriptis de paralysi succurratur. Dolor capitis vehemens cum feb. acuta, rubore oculorꝝ, apertione venarum, fluxu inuoluntario lachrymarum & cum impotentia intuendi claritatem luminis vel solis phrenesim prę figurat: quare phlebotometur basilica vel cephalica, & mundificetur cholera ex reubarbaro & scamonea. Confortetur cerebrum cum emplastris, vnguẽtis, epithematibus repercussiuis, factis ex aqua rof. aceto, succo sẽperuiuę, solatri, nenupharis, lactucarꝝ & similium. Incubus & vertigo si sæpe acciderint & fortiter, epilepsiam minãtur: quare subueniatur cum medicinis ad epilepsiam conuenientibus. Si timor, pusillanimitas, & tristitia, faciei deiectio, solicitudo & risus sine causa manifesta multum tempus habuerint, melancholicam passionẽ significant: vt dicit Hippo. 6. aphoris. quare succurratur cum purgationibus, & alterationibus ex ca. de melãcholia. ¶ Si furor & instabilitas cum agitatione in motibus, & garritu plurimo pseuerauerint: maniam & dæmonium lupinum præfigurant, quare purgẽtur humores melancholici adusti, & alteretur mala complexio cerebri cũ medicinis scriptis suo capitulo. ¶ Si catarrhus descenderit frequenter ad stomachum, lienteriam vel vomitum inducit: Si ad pectus, & pulmonem, phthisim, asthma, vel suffocationem causat: Si ad cannam pulmonis, raucedinẽ inducit. Quare purgeť caput cũ pillulis cochijs frequẽter & emplastretur abrasis capillis cũ emplastris stypticis, exiccatiuis, & rubificatiuis scriptis capitu. proprio: Subtilietur cœna, tardeť somnus post cibum, multiplicentur vigiliæ pro posse. Sudor multus in nocte, vel in somno factus sine manifesta causa, significat quoniam corpus superfluo cibo vtitur: Si vero cibum superfluum nõ sumentibus acciderit, significat: quoniam purgatione humorum superfluẽtium in venis & poris membrorum indigent: vt dicit Hipp. quarta particula aphorismorum. Aliter febres putridas, aut apostemata non euadent. Corpus naturaliter sanguineum est diligenter a feb. putridis conseruandum, ad quas maxime pronũ est: vt dicit Gale. 11. de ingenio sanitatis. Quare flebotometur frequẽter, vel purgetur cum medicina conuenienti in principio veris & autumni. Aperiantur eius pori cũ balneis & fricationibus, vt transpirabile & bene euẽtabile sit omni hora, Corpus flegmaticũ ex regimine vel natura, studio solerti ab apostematibus, paralysi & apoplexia est custodiẽdum, ad quæ plurimum est inclinatũ: Corpus vero melancholicum ab hectica senectutis præseruandum est, similiter & virtutum animalium perturbatione. Corpus cholericũ per naturã, regimen, & diætas vel ætatem, diligenter a feb. hectica pręseruetť, ad quã maxime pronũ est: vt dici

tur quarto de ingenio. Quare prohibeatur a ieiunio, ira & siti, & alteretur cum cibis & medicinis frigidis & humidis, & custodiatur a vigilijs & solicitudinibus pro posse. ¶Si cor tremorem fortẽ & frequenter patiatur, & virtus defectionem sine manifesta causa, mortem subitaneam minatur: vt dicit Hippo. secũdo apho. Qui exoluuntur fortiter & frequenter &c. Fiat ergo flebotomia, & purgatio humorum melancholicorum adustorum, venenosorum cum polypodio, sene, epithymo & elleboro nigro. Si corpus valde repletum fuerit secundum vasa & virtutem: rupturam venarum, extinctionem caloris, vel vomitum sanguinis, & tandem apoplexiam portendit. Vnde dicit Hippo. prima particula aphorismorum. In exercitantibus &c. Et cum subdit in 2. Crassi valde secundum naturã &c. Quare statim cum flebotomia forti succurratur, postea cũ medicina laxatiua, diæta tenui, & sudore, & exercitio in ieiuno. ¶Si sensus cœperint turbari subito sine manifesta causa, & motus voluntarij tardari cum vertigine & grauedine capitis, & repletione plurima, timẽda est apoplexia: quare fiant flebotomia, purgatio, & gargarismata suo capitulo scripta. ¶Oris fœtor plus solito cum fœtore egestionum vel vrinæ plus debito, indigestionem & putrefactionem humorꝝ significant, & febrem putridã, et proprie si sit cum opilatione venarum & pororum cutis & tensione hypochondriorum & carẽtia balnei & exercitij consueti & antecessione guliositatis diuturnæ. Quare fiãt purgationes materiæ conuenientes, & subtilietur regimen. ¶Facies & oculi & extremitates si inflari cœperint, hydropem et cachexiam significant futuram. Egestio liquida cum traulis & rugitu vẽtris expulsa, indigestionem significat præsentem in stomacho, & malam dispositionem epatis, scilicet opilationem vel frigiditatem, & sic per consequens lienteriam, vel hydropem significat futurã. Quare subueniatur cũ diureticis calidis & electuarijs et emplastris calidis stypticis pro posse. ¶Cum quis senserit lassitudinẽ in toto corpore cũ acuitate quadã & ardore circa cutim & horripilatione: fe. interpolatam prædicit futurã, nisi cũ purgatione succurratur. Quod si fuerit cum forti fractione membrorum, et obumbratione visus, & grauitate oĩs sensus: febrem continuam minatur, nisi subito cum flebotomia succurratur. Ex quo patet, ꝙ prostratio appetitus, & lassitudo spontanea sunt p̃sagia feb. vtriusque. ¶Vrinæ ardor perseuerãs, & a titillatione ad puncturam paulatim procedens, vesicam & virgam scabie vel vlcere hæreditabit: nisi succurrat̃ cum medicinis, quas suo loco dicemus. ¶Pruritus ani non a vermibus causatus hemorrhoidas significat futuras. Rubor faciei plurimus cum permixtione liuiditatis, & angustia anhelitus & raucedine vocis, quasi loqueretur per nares, et pruritu sicco totius corporis, & concupiscentia venereorum plurima, & alteratione subita ad frigiditatem & caliditatem, & asperitate cutis, & nodositate iũcturaꝝ, & punctura cutis in modum acus & formicatione quadam stupida membroꝝ, lepram inchoatam significat. Succurrat̃ igitur ilico anteꝗ̃ confirmetur, cum medicinis purgãtibus humores adustos balneis humidis, & cibis frigidis, vt dicemꝰ suo loco. ¶Dolor articuloꝝ continuus vel periodicus cum inflatione iuncturarum et motu difficili, podagram vel chiragram minatur, nisi succurratur cũ purgatione flegmatis grossi, vel choleræ, et abstinẽtia a cibo superfluo, & potu vini & esu aceti, & coitu omnino. Cum quis leuem se senserit, & in comestione & somno & motibus animalibus & corpo-

reis optime se habuerit, vel secũdum cõsuetudinem, vel circa id: tunc omnẽ medicinã postponat. Quoniam (vt ait Galenus primo de interioribus) natura non indiget adiutorio medici: nisi cum morbo magnificato, amplius natura sibi nequiuerit dominari.

Hæc de regimine sanitatis breuiter dicta sufficiant.

Proœmium primi libri: In quo de Anatomia corporis humani agitur.



Corpus humanum sanabile ægrotabile, a nobis operabile per artẽ (quod est subiectum artis medicinæ) diuiditur in stipitem et ramos. Rami quidem in brachia, manus, crura et pedes: sine quibus omnibus aut pluribus vita potest aliquo tempore perdurare. Stipes autem diuiditur in tres partes principales, quæ vẽtres a medicis appellantur: et sunt venter animalis, venter spiritualis, et venter naturalis: sine quorum vnico vita nõ potest aliquo tempore perdurare. Scripturi itaq; in hoc libro de passionibus membrorꝫ atq; de remedijs singulorum morborꝫ, corpus ipsum in quatuor sectiones diuidimus iuxta prædictas quatuor partes principales. Sectionem vero quãlibet distinguimus per tractatus: quemadmodum quæque prædictarum partium per membra sua distinguitur, quibus integratur. Et venter quidem animalis ex membris illis componitur, quæ sunt a vertice cranei vsq; ad epiglotim: ex quibus omnibus præcipuum est cerebrum: quare ipsius passiones a principio tractemus. Incipientes igitur dicamus, ꝙ passiones capitis famosæ sunt decem. Prima, dolor: Secunda, vertigo et scotomia: Tertia, stupor, subeth et congelatio: Quarta, frenesis: Quinta, lethargia: Sexta, vigiliæ: Septima, permixtio virtutum sensitiuarum interiorum: Octaua, epilepsia: Nona, apoplexia: Decima, incubus. Cum autem dico caput, intelligo aggregatum ex cute, carne, craneo, dura matre, pia matre, cerebro, ventriculis et cauernositatibus eius: quorum compago per anatomiam ab autoribus talis est deprehensa. Quoniam sub cute, quæ est solida densa et compacta plusquam in alia parte corporis, est craneum quodam subtili panniculo interposito supra conuexum cranei fabricato. Sub craneo est dura mater, panniculus solidus superficiei ipsius concauæ vndique orbiculariter subductus ad defensionem cerebri propter casum vel percussionem. Sub dura matre est pia mater, totam medullam cerebri amplectẽs: cũ sit pãniculus mollis: & subtilis a q̃ postea alij ramificant̃ panniculi cerebrum anterius a posteriori distinguentes, necnon diuersos anfractus anterioris cerebri penetrantes, et eius sectiones colligantes: quemadmodum pulpa colligit grana granatorum, et fauus continet mel. Quapropter dictum est a medicis, quód ab hoc panniculo cum cerebro oriuntur omnes nerui, ita vt omnes nerui sensitiui oriantur a cerebro anteriori præter auditiuos, qui a posteriori oriuntur cerebro, a quo et omnes nerui motiui oriuntur, præter neruos narium, atq; palpebrarꝫ, qui ab anteriori oriuntur cerebro. Tactiui vero nerui ab vtroq; simul oriuntur: cum tactus sit sensus communis totius corporis. Cerebrum autem in se duas continet partes, substantia, loco, et operatione distinctas, scilicet partem anteriorem, quę sincipur dicitur; et est mollis, alba, humida

occupans frontem, & verticem cranei fere totam: in cuius medio est pars cerebri cādidior, purior, & nobilior intus cō cauitatem habens oblongam, angularem, quasi ad figuram quadrāguli, quæ ventriculus anterior nominatur: & est locus sensus communis atq; fantasiæ, quæ & imaginatiua dicitur: Et ab hoc ventriculo fere circa medium descendit via spaciosa transiēs per medium palati (q̄ lacuna siue colatorium appellatur) per quam cerebrum anterius a suis superfluitatibus emundatur. Et cum hoc colatorio concurrūt duo foramina nariū: propter quod anhelitus ore etiam clauso attrahitur, & mucores narium quandoq; per rascationem expuuntur. Quare si colatorium illud accidat quandoq; opilari ex flegmate grosso & viscoso, fiet anhelitus difficilis, nisi ore aperto, & proprie post somnum. Alia vero est pars cerebri posterior, quæ dicitur occiput, et est dura, subalbida, quasi figuræ triangularis, cuius basis est versus collū, a quo oritur nucha replens dorsi sphondilos, cum sit eius velut vicarius: quoniam ab ipsa nerui oriuntur, quia a cerebro anteriori non poterāt deriuari, propter ipsius paruitatem, atq; distantiam a membris, ne forte in via creparētur: Eius vero conus versus verticem est erectus: quoniā hæc figura promptior est ad recipiendum, & firmior ad retinēdum: quod etiā necesse fuit ventriculo consimilis figuræ ipsius medio fabricato, q subseruit virtuti memoratiuæ, & reminiscitiuæ. Est preterea qdā trāsitus strict⁹, lōgus, ac rect⁹ ab anteriori procedēs vētriculo, & tendēs ad conū ventriculi iā dicti, vt species sensatas & fantasiatas veloci cursu traducat ad cameram memoratiuā, et ecōuerso. Et hic dicitur medius ventriculus ad seruiendum virtuti æstimatiuæ (quæ in hominibus cogitatiua, vel ratio particularis, vel intellectus passiuus nuncupatur) sagaci natura subtiliter fabricatus.

¶Finis prologi siue procemij.

¶Incipit tractatus primus primæ sectionis: cuius sunt decem capitula.

¶De dolore capitis. Cap. I.



Dolor capitis ab Auicenna communi nomine soda dicitur, & si totum caput occupet, ouum, vel cephalea, vel galea appellatur: si vero partem capitis obtineat, siue dextrā, siue sinistrā, siue anteriorem, siue posteriorem, hemicranea nūcupatur. Sunt autem eius diuersæ causæ, species & modi: sed quocunq; modo fuerit, vel est morbus, cum fit per se incipiendo a sua causa primitiua, antecedēte, vel cōiuncta: vel est accidens, cum fit sequendo morbum, sicut vmbra sequitur corpus: vt dicit Gale. 3. de accidente & morbo. Eius autē species, causæ seu modi sic possunt deprehendi, & proprie simplices. Nam de soda ex causa composita dicetur, cū de apostemate calido & frigido cerebri dicemus. Soda igitur cū est morbus, aut fit a causa intrinseca, aut primitiua. Si intrinseca, aut a mala cōplexione, aut solutione continui. Mala nanq; compositio dolorem non causat: vt dicit Gale. in techni. Si a mala cōplexione, aut cū materia, aut sine materia. Si sine materia, sic sunt tres species ei⁹. Primaē a mala cōplexione calida: secunda a frigida: tertia a sicca. Quoniam humida non potest facere dolorem, nisi cum materia. Si vero sit cum materia, aut ventosa, aut humorali. Si vētosa, sic sunt duę species: quia vel ventositas eleuatur ab humore frigido, vel infigitur ab aere & vēto frigido. Si humorali, sic sunt quinque species. Prima est a sanguine: secunda a cholera: tertia a flegmate: quarta a melan-

cholia: quinta a materia composita ex iis, q̃ & variatur pluribus modis. Si a solutiõe cõtinui, sic est vna species, scilicet ex flegmate salso; vel cholera rubea corrodente & vlcerante durã & piam matrẽ. Si a causa primitiua, sic sunt duę species, scilicet ab aere continente, vel a casu vel percussione. Si vero soda fuerit accidens, tunc iterum aut fit a causa primitiua, aut intrinseca. Si primitiua, sic sunt tres species, vtpote vel ab aere, vel a vento frigido, vel a sole, & balneo calido, vel ex coitu, & labore superfluo. Si intrinseca, aut consequitur morbum vniuersalẽ, aut particularẽ. Si vniuersalem, sic fit vna species, scilicet quę fit in febribus continuis, & interpolatis hora crisis, vel hora maioris afflictionis, Si particularem, sic fiunt septẽ species. Prima, quæ fit ex vitio stomachi repleti malo cibo vel potu, vel humoribus corruptis: Secunda, quæ fit ex vitio epatis: Tertia, ex vitio splenis: Quarta, vitio matricis: Quinta vitio renum: Sexta, vitio mirachi, vel alterius membri exterioris: Septima, vitio intestinorum, et eorum quæ in eis sunt. Et sic in genere sunt 24. species sodæ: quæ adhuc plures continent modos sub se, prout dicetur.

Methodus. Dolor cerebri si fiat a mala cõplexione diuersa calida, sine materia, signa habet ista: sentitur caput calidum ad tactum, apparẽt oculi rubei, & sentit infirmus agitationem intra craneum, & pulsationem in temporibus, & quia iuuatur a frigidis applicatis per exterius, & nocetur a calidis: Et si fuerit ista caliditas a causa primitiua, antecessit expositio capitis ad solem, vel ventum calidum. Cura eius est, vt alteretur caput ad frigidum cum inunctione olei ros̃, vel olei de nenufar̃, mixti cũ populeo, vel aqua ros̃, & aceto, vel lacte mulieris, vel lacte papaueris, vel cum succo lactucæ, semperuiuę, solatri, & similium per se, vel mixtorũ, imbibendo in eis pannos lineos, & ponendo actu frigidos super frontem & tẽpora frequenter, sed nequaquam tangatur pars cerebri posterior ex eis, scilicet occiput: quoniã naturaliter est frigida, et nucha, & nerui motiui inde oriuntur. Si vero fuerit a mala complexione diuersa frigida sine materia: sentitur caput ad tactum frigidũ, iuuatur a calidis, & nocetur a frigidis, & forte antecessit ambulatio in aere frigido, siue vento boreali. Cura eius est, vt caput ante cibum fortiter fricetur cum pannis calidis, & saccelletur cum puluere thuris et baccarum lauri contritarum, vel cum semine nasturtij et sinapis, postquam calida infusa fuerit in aceto albo forti: et post hoc in saccello calefacta super lapidem ignitum, & roratum cum eodẽ aceto, & potest addi carui, cyminũ, anethũ. Et in isto saccello remaneant semina: Olibanum vero & baccæ lauri conterantur: & caput abluatur sæpius dum ieiunus est cũ vino albo, veteri, puro actu calido, in quo ruta, saluia & castoreũ sint bullita: vel inungatur cum oleo laurino, vel de lilio, & odoret res calidas aromaticas ante cibum, & stet in sole calido, vel ad ignem ieiunus: Et vtatur cibis actu calidis & virtute, conditis cum speciebus aromaticis: bibat vinum vetus, purum, vsu tamen moderato. Et scias quòd sinciput frequentius alteratur ad calidum propter sensus & spiritus ibi plurimos occiput vero ad frigidũ magis, propter neruos ibi ortos. Si vero fiat a siccitate, apparet cõcauatio oculorum, & antecessit fluxus ventris per se, vel per artem, vel vigiliæ, vel exercitium, vel coitus, vel studium, & solicitudo, & apparet narium & labiorum ariditas cum ardore aliquali. Cura eius est vti cibis impinguantibus pro posse, vt sunt iura carnium hœdorum, pullorum, agnorũ

annalium condita cum .ʒʒ. cynamono, croco: & balneis humectantibus, vt est balneum aquæ dulcis tæpidę, post cibū ilico, vel completa digestione prima sine mora in ipso, ne fiat corpus euaporabile. Potest quandoq; vti piscibus recentibus, petrosis conditis cum speciebus non acutis: sicut sunt nux muscata, macis.ʒʒ.cynamonum, gariofili, & crocus. Bibat sæpe ieiunus lac per duas horas ante cibum cū melle, vel zuccaro, vel mica panis de simila, & proprie si sit consuetus, & in ipso delectetur, & stomachus sit mundus: quia faciliter corrūpitur in stomacho cacochymo vel plethorico, in calido quidē ad fumosum, in frigido ad acetosum: quare tunc capitis dolorem inducit grauatiuū sursum vaporando: vngatur ex oleo violaceo. Si fuerit ex complicatione duarum qualitatū sine materia, tunc signa adulterari videntur: quare cura componatur. Scias autem, ꝙ soda raro fit a caliditate sine materia simpliciter, & difficile ē ipsam cognoscere, nisi a posteriori, scilicet cum medicus procedit in cura cum solis alteratiuis prædictis: & si non conferunt, cognoscitur, ꝙ est cum materia: quare euacuatione indiget, vt dicetur. Si vero fiat a mala cōplexione diuersa cum materia ventosa, sentit infirmus tinnitum in auribus, et vertiginem, & pulsationem fortem sine acuitate, vel punctura in capite, & scotomiam: Et certū signū sodæ ventosæ est, quoniam dolor mutatur de loco ad locum. Ista autē ventositas vel fit a causa primitiua, vel humorali. Si primitiua, tūc antecessit expositio ad vētum capite nudato. Et cura eius est si vētus fuerit calidus, odoret oleum rof. vel nenupharis & camphoram, & rof. vel mala maciana, & faciem suam irroret cum aqua rof. Et faciat emplastrū vel saccellationem ex rosis, nenuphare, & similibus: & ponat de eisdem oleis inter nares & aures: fiatq; ernutatio cum cōdiso vel pipere: Bibat vinum granatorum vel berberis, vel vinum ponticum lymphatum: vtatur in cibis suis aceto vel agresta. Et si ventus fuerit frigidus: odoret castoreum, & moschum sæpius: caput vngat & nares & aures cū oleo de castoreo, vel spica nardi actu calido, vel oleo communi, in quo dissoluta sint castoreum, euforbiū, vel carui, ameos, & cyminum, & roret faciem cum vino forti frequēter. Abluat caput in loco calido ieiunus cum lixiuio acuto, facto ex cinere quercus vel vitis: in quo saluia, calamentum, & rutha, maiorana, flores camomillæ, mellilotum, baccæ lauri, & similia sint decocta: & fricet post hoc caput cum pannis calidis tempore longo, postea cum pectine. Neque vadat ad aerem frigidum, donec caput perfecte exiccetur. Si autem ventuositas fuerit a causa humorali, quod scitur: quia non fuit vēto expositus, tunc digeratur primo flegma grossum, viscosum contentum in capite et stomacho vel in testinis (quia ab illis eleuatur ventus) cū oxymelle composito vel squillitico: deinde purgetur cum pillulis cochijs, dādo.ʒ.i.vel.ʒ.i.& ß.cum itur dormitū sine cœna: vel cum medicina de turbith, quæ sic fit, ℞.turbith al.duri, bene mundati, hermodacti .ʒʒ.ana.ʒ.ß.zuccari.ʒ.i.terantur omnia simul, & detur totum mane cum vino decoctionis ameos, anisi, carui, cymini, vel piperis longi, actu calido: et tardetur cib⁹ post ipsum: quia tardę solutionis est, & leuiter euacuat: Vel cum ʒ benedictæ laxatiuæ. Vtatur sæpe post euacuationes diatrion piperecon, diagallanga, dianiso, vel diacymino. Sumat in septimana semel stomacho ieiuno.ʒ.ß. tiriacæ veteris electæ cū vino decoctionis prædictorum: & cum eodem vino sæpe gargarizet, & ipsum in ore teneat; Fiant sternutationes præ-

dictæ, masticet ante cibum masticem, piper, carui, cyminum, anisum, cum exspuitiõe saliuæ. Saccelletur caput cũ milio et sale torrefactis: vel cum orobo, fenogræco, furfure, rutha, saluia, calamento, origano, serpyllo, mentastro, pullegio contritis & bullitis in aqua & aceto forti, deinde expressis diligenter, & positis in sacculo super caput actu calido frequenter in ieiuno, reiterando postquam infrigidatum fuerit, abrasis primo capillis, vt virtus medicinę penetret et apertis poris cum fricatione cum panno calido: vel saccelletur cũ seminibus & pulueribus calidis positis in cura sodæ frigidæ sine materia. Et embrocetur cum vino parum calido dicto ibidem. Fiat ablutio cum lixiuio prędicto semel in septimana, & inunctio cum oleis prædictis, vel cum oleo de mastice, in quo baccæ lauri sint contritæ. Vtatur cibis bonis conditis cum speciebus aromaticis & calidis & proprie cum pipere longo, nuce muscata, cubebis & croco. Bibat vinum vetus, potens, vsu moderato: quòd si non habeat, lymphet suum vinum cum aqua decoctionis gariofil. & piperis longi. Posset quandoque fieri caputpurgium cum succo ruthæ vel calamenti, iniiciendo naribus cum instrumento. Si vero soda morbus fiat a mala complexione diuersa cum materia humorali: tunc vel est sanguis, vel cholera, vel flegma, vel melancholia, vel compositum ex eis. Si sanguis, signa eius sunt rubedo plurima faciei cum apparitione & repletione venarum, pulsatione temporum, saliua dulci sine causa manifesta, somnolentia cum apparitione fantasmatum rubeorum & homicidii in somno: dolor acutus non valde, qui augetur ab aurora vsque ad prandium, siue horam tertiam (quod est tempus sanguinis) & habitudo carnosa & antecessio ciborum multiplicantium sanguinem: sicut iura bona, carnes nobiles, vinum dulce. Et si vrina fuerit grossa, rubea, magis certificaberis. Potest autem sanguis peccare in capite, & alius humor in epate: quare hora illa mutabitur vrina. Cura eius est, vt primo fiat flebotomia cephalicæ in brachio vel manu: si virtus & ætas consenserint: vel ponantur ventosæ in spatulis, vel cum scarificatione longa & profunda, similiter super collo & super mento, & super vertice cranei: prius tamen abrasis capillis diligenter, vel flebotometur vena frontis: quia secundum Hippo. quinta parti. aphorismo. Posteriora capitis dolentia, recta vena incisa in fronte iuuat, scilicet quando materia est sanguinea. Secundo laxetur venter omni die ante cibum cum suppositorio vel clystere. Tertio epithymentur frons & tempora cum aqua ros. & modico aceti vel succo solatri & semperuiuæ. Vltimo, scilicet hora declinationis abluatur caput aqua decoctionis anethi, florum camomillæ, & ros. rubearum: Et vnguatur cutis frontis cum oleo anethino, vel camomillino, vel vtroque simul actu calidis, abrasis capillis. Et scias, quòd in principio istius sodæ confert plurimum fluxus sanguinis narium per se, vel per artem productus cum setis porcinis. Cibetur farre, farina ordei, vel auenæ, lacte amigdalarum dulcium, lentibus, lactucis, portulacis, cucur. mica panis lota in aqua frigida, vel vino granatorum: vtatur prunis, persicis, pomis, piris assis. Bibat aquam decoctionis berberis, vel aquam coctam simplicem: vel aquam mixtam cum vino granatorum, vel vinum album aquosum mixtum cum triplo aquæ frigidæ. Si vero cholera sit in causa, signa eius

sunt facies citrina, macra, dolor pungitiuus vehemētis acuitatis sine grauitate, qui proprie augmētatur ab hora diei tertia vsq; ad horam nonam (quod est tempus cholerę) & instantia vigiliarum, pulsatio temporum, & apparitio fantasmatum, vt ignis vel incendij in somno: & rubedo nasi cum caliditate, & strictura siue humiditate plurima: & vrina subtilis citrina, et forte egestio tincta, sicut vitellum oui. Cura eius est, vt in principio digeratur cholera cū oxyzaccaro vel syrupo rosaceo: postea euacuetur cum electuario de succo rosaceo laxatiuo, vel cum pillulis de reubarbaro: quæ sic fiāt. ℞. reubarbari electi. ʒ. duas, masticis. ʒ. vnam. ℈. vnum: formentur pillulæ, cum succo apij, vel ruthæ, vel vino: & fiant tribus diebus, anteq̄ ministrentur: Dentur ex eis in media nocte. ʒ. duæ. vel ʒ. vna. Et aliam descriptionem earum ponemus capitulo de catarrho. Quod si pillulas recipere noluerit: licet perfectius operentur circa membra remota: tunc detur in aurora decoctio. ℞ tamarindorum vncias duas, mane vnciam vnam: dissoluantur in libra semis aquæ decoctionis prunorum, & coletur. Et si æger sit fortis, addatur mirabolanorum citrinorum tritorum perfecte vncia vna: vel purgetur cum medullæ cassiæ fistulæ vncijs duabus, vel vna vncia & semis dissoluta cum eadē aqua: potest acui cum dragma vna reubarbari puluerisati. Et si propter hoc non curetur, flebotometur cephalica: vel fiat ventosatio in spatulis sine scarificatione, similiter & super collo & super mento propter diuersionem: Post illud vero sup vertice capitis, abrasis capillis diligenter: roretur frons, & tēpora cum aqua rosacea et aceto, & oleo rosaceo, vel nenupharino: ponēdo ex eis etiam intra nares septies omni die: & fricentur extrema cum aceto & sale. Instatu vero caput emplastretur cū floribus camomillę, rosa, mentha, maiorana, coctis in aqua, & contusis, & incorporatis cum oleo camomillæ: & cum eadem aqua embrocetur caput ab alto. Quod si hæc omnia non contulerint, & dolor & vigiliæ ægrum ad defectionem perduxerint, applicentur primo narcotica leuia per exterius. ℞. olei ros. vnciam vnam, opij. ʒ. ß. aceti. ʒ. 1. misceantur simul, & calida inungantur circa frōtem et tempora cum penna. Et si hoc non sufficit: dentur vesperi cum patiens cupit dormire, vel mane trocisci, qui sic fiant. ℞. diapaueris vel philonij recentis, vel tiriacæ confectæ intra sex menses. ʒ. ß. opij granum 1. & misce: Post hoc da bibere duo cochlearia vini mixti cum tantūdem aquæ: vt virtus medicinæ euaporet ad caput. Post hoc purgetur iterum sequenti die cum aliqua medicinarum prædictarum: vt cholera purgetur, & medicamen narcoticum eradicetur. Sed plura somnifera vtilia ad sodam pulsatiuā dicemus capitulo de vigilijs & frenesi. Post purgationē vtatur diaprunis, simplici rosata nouella, diarod. abbatis, zuccaro ros. vel viol. Si autem hæc non contulerint: fiat remedium cum chirurgia: quia fortissimæ medicinæ nouissime sunt administrādæ. Fiant ergo cauteria in commissura capitis in occipitio sub duobus cornibus: vel fiat causticatio colli cum cantaridibus incorporatis cum diaquilone, vel fermento, abscisis capitibus & alis, donec locus vesicetur, & humor attrahatur: tunc trahatur filum de lana vel serico per vesicam, & dimittatur stare, donec plurima humiditas effluxerit. Et si vis, vt causticatio nō dilatetur: pone tūc circum circa pannos lineos infusos in aqua ros. & albumine oui. Post septem vel nouem dies consolidetur locus cum vnguento albo vsitato, vel vnguento de cerussa, quod sic fit. ℞. ceræ frustatim incisæ. ʒ. 1. olei ros. ʒ.

quatuor, dissoluatur primo cera in casu la: addatur oleum, tunc deponatur ab igne, & addatur tantum de puluere cerussæ, donec inspissatum fuerit agitãdo continue cum spatula: tunc misce cum eis duo albumina ouorum, postq̃ infrigidatum fuerit, & addatur in fine aliquid camphoræ. Si vis fortificare, adde opij grana 12. iusquiami grana vigintiquatuor, pulueris corticis mandragoræ.ʒ.1. hoc enim vnguẽtum ardorem reprimit, & omnem vlcerationem consolidat, siue fuerit ab igne, siue cauterio, vel melãcholia adusta, vel flegmate salso, vel cho. vel aqua feruenti, vel oleo. Diæta eius sit, sicut in soda sanguinea: sed magis declinet ad frigida: quia calor choleræ acutior ẽ q̃ sang. vt dicit Gale. in lib. de mali. cõpl. diuersæ. Simplicia itaque frigida caput sua proprietate respicientia & alias medicinas ad ipsum ducentia, sunt viola, nenuphar, rosa, camphora, salix, cucurbita, granatũ, solatrum, lactuca, sandali, myrtus, plantago, sem peruiua, portulaca. Et est notandum, ꝙ ex his, qui magis aromaticitate participant, magis capiti conferunt, & appropriãtur: ex quibus possunt componi medicamina alia præter suprascripta huic casui conueniẽtia. ¶Si flegma sit in causa, signa eius sunt frigiditas temporum & capitis ad tactum, dolor grauatiuus sine punctura, somnolentia & pigritia, In motibus debilitas oculorum, quandoq; tinnitus & pulsatio tempoꝝ propter opilationem plurimam, & apparitio fantasmatum de piscibus, de pluuia, balneo aquæ frigidæ, fastidium & multitudo saliuæ & sputi & muscillaginis narium, color faciei subalbidus vel pallidus cum habitudine squalida augetur dolor in nocte: qa ẽ hora flegmatis: et si vrina sit alba grossa, egestio liquida nõ tincta, verior erit significatio. Cura eius est, vt digeratur flegma cum syrupo de sticados: qui dicetur capitulo de debilitate visus, vel oxymelle composito: Purgetur cũ pillulis cochijs, vel ierapigra: postea fiat sternutatio cũ pipere, vel con disi: vnguatur caput cum oleo nardino, vel de lilio, vel de castoreo calido actu, vel cum vnguẽto marciaton ad ignem vel solem: Fiat emplastrũ supra caput abrasis prius capillis: quod sic fit. ℞. prassij rosarum ru. absinth. florum camomillæ, anethi, manipu. 1. farinæ fenigræci, vel se. lini. lib. ß. conterãtur omnia & bulliant in aqua: Deinde detur. ʒ. ß. tiriacæ veteris, vel aureæ alexãdrinæ vel diacastorei, vel methridati, vel theodorici anacardini cum ʒ. 1. vini decoctionis gariofil. & fiat ablutio cum lixiuio supradicto, vbi agebatur de ventoso dolore capitis. Diætetẽ diæta calida et sicca: In suis cibis vtatur petro. fen. & speciebus calidis aromaticis, si febris non prohibeat. Si autem per ista non curetur fiant cauteria prædicta, similiter & caustic atio atq; scarificatio: quia si per medicinas curari potest. curabitur: prohibeatur a somno superfluo proprie in die, ne cadat in subeth. ¶Si melancholia sit in causa: tũc signa eius sunt frigiditas capitis ad tactum, vigiliæ plurimæ cũ cogitationibus corruptis et apparitiõe fantasmatum nigrorum in somno: vt puta de fumo, fuligine, et similibus: color faciei plumbeus, dolor cum plurima grauitate, quæ multiplicatur ab hora nona vsq; ad occasum solis: quod est tempus melancholiæ perfectæ per adustionem: vel post occasum solis, quod est tempus melãcholiæ perfectæ per congelationẽ. Sæpius tamen est in nobis calidum adurens, q̃ frigidum mortificãs: vt dicit Gale. 2. de cõplexionibus: et paucitas supfluitatis oris et nariũ, et vrina glauca subtilis, et egestio fœtida, liuida vel plumbea vel nigra. Cura eius est cura fere doloris eadem cum peccato flegmatis, præterq̃

ꝙ purgatio debet fieri cũ isto apozimate. ℞.myrobalanorum kebulorum,indorum,ana.ʒ.i.turbith.ʒ.i.sene,thymi, epitymi ana.ʒ.semis,pistẽt & bulliant in li.i.aquæ. Sed ĩ fine decoctiõis addantur senæ & epithymum, & non in principio:quia virtus eoꝝ resolueretur. Dentur de ista decoctione, postquam colata fuerit,ʒ.quatuor, & dulcorentur cũ zuccaro:detur ante diem per vnam horam, & dimittatur dormire super, quousque medicina fuerit excitata:tunc vigilet,et moueatur paulatine, donec tota virtus medicinæ fuerit cõsumpta. Et plura alia farmaca dicemus capitulo de perturbatione virtutum animalium sensitiuaꝝ, scilicet de melancholia. Non dimittatur solitarius,nec habitet in loco tenebroso. Vtatur solatijs & gaudijs pro posse. Nutriatur cibis humidis, sicut sunt iura carnium hœdorum,pullorum,agnoꝝ, animalium castratorum: vitet carnes bouinas,hircinas,ferinas quascunq; & vinũ rubeum,& omnia generantia sanguinẽ grossum,melãcholicum:quæ sunt duoꝝ generꝝ. Quædam enim hoc faciunt sua substantia:vt lentes,caules, carnes bouinæ suffumigatæ, panis azymus,oua dura assa vel frixa,& similia. Quædã sua qualitate:quod accidit dupliciter: quia quædam caliditate adurente: vt sunt piper,allium & sinapis, & carnes ferinæ proprie salitæ vel fricatæ. Quædam sua frigiditate condensante: vt faba,lactuca,portulaca,risum,& similia. Et diligenter succurratur huic sodæ:quia finaliter perducit ad passionem melancholicam. Si autem materia humoralis fuerit cõposita ex aliquibus prædictis quatuor vel cũ omnibus æqualiter seu cum dñio alicuius vel aliquorum:tunc signa et cura erũt cõposita suo modo. Et scias, ꝙ raro est reperire sodam, vel morbum alium ex causa homogenea pura,sed cõposita vt plurimũ, quod est propter hominum gulositatem & ciborum confusionem: propter quod & humores generantur in corpore diuersi: quorum varietas calamo scribi non potest,nisi modo generali & communi. ❡Si autem soda fiat a solutione continui facta cum ferro tũ eam chirurgicis derelinquo. Si vero fiat ista solutio ab humore acuto corrosiuo, sicut est cholera vel flegma salsum: tunc si sit intra craneum, difficile & impossibile est ipsam consolidare:qa medicinæ non possunt applicari:sicut etiã dicẽt in capitulo de fluxu sanguinis nariũ. Et si curari põt, curetur in principio, & ante cõfirmationẽ vlceris cũ infrigidantibus sanguinẽ(q̃ dicentur eodẽ capitulo)& cauterio in vertice profundato vsque ad cõmissuram, remanẽte longo tẽpore aperto. Si vero illud vlcus sit extra craneum, curetur cũ vnguento albo vel de cerusa supradicto. Si vero soda fiat a casu & percussione sine vulnere,cuius signa patent ex relatione infirmi: tunc cura eius est, vt in principio statim radant capilli circa locũ,& vnguatur particula læsa cum oleo ros.& emplastretur cũ puluere mirtilloꝝ,ros. mixto cum aqua ros.oleo ros.& aliquantulo aceti ad repercutiẽdum materias, & confortandũ particulã. Postea flebotometur cephalica partis cõtrariæ, vel mediana: vel fiat ventosatio in spatulis & cruribus, si flebotomia fieri nõ potest. Et laxetur venter omni die ante cibũ suppositorio vel clystere facto ex aqua decoctionis viol, mal.folioꝝ altheæ.lib. ß. olei cõmunis. ʒ.iij.mellis ʒ.i.sal.ʒ.ß.furfuris.p.i. Si venter sit stypticus, emplastretur omni die locus cum oleo ros. mixto cum bolo. ar. san.dra.ter.sig puluere mirtillorum. Nutriatur cum farina ordei vel farre, vel lactucis, portulacis. Bibat ptisanam, vel aquam zuccari,vel aquam decoctionis berberis,vel mirtillorum: in qua sit aliquid zuccari: vinum omnino vitet, &

carnes illa hora, nisi virtus sit debilis: tūc vtatur carnibus alteratis cum portulaca, lactucis, cucurbita, rapis. Bibat vinum ponticum lymphatum cum duplo aquæ frigidæ. Et si sanguis exierit ab aure vel naribus: cibetur cerebro gallinarum hœdorum castratorum: quia significat nocumentum peruenisse ad cerebrum, & ipsum magis cōfortatur ex nutrimēto cerebri, q̄ alterius rei: quia simile membrum confortat simile: vt dicit Auerrois 5. colliget. et ras. in lib. diuisionum ca. pręsenti. Et sic regatur, donec locus securetur ab apostemate: tunc confortetur cum vnguēto styptico facto ex puluere myrrhę, thuris, masticis. ana. mixtis cum oleo de camomilla, quod sufficit. Nam ista sunt calida & sicca: ideo confortant particulam læsam, & adæquant eius complexionem naturalem, et resoluunt reliquias materiarum. Si autem hoc modo non curaretur: tunc secure potest euacuari cum pillulis cochijs: & iterum procedatur cum alijs prius dictis. Si autem cum hoc craneum fuerit fractum vel cōtusum, recurratur ad chirurgiam. ¶ Si vero soda fuerit propter coitū superfluum, vel exercitium: signa sunt concauatio oculorum, palliditas faciei: & certius signum est infirmi narratio, & dolor alkatim, id est dorsi, vbi situati sunt renes. Cura eius est, vt cōfortetur corpus cum cibis humidis nutritiuis, vt est caro pullorum, hœdorum castratorum cum iuribus eorūdem, pisces recentes petrini, oua sorbilia, vinum rubeum dulce: vnguantur nares cum oleo violarum, & renes cum vnguento impinguatiuo, quod sic fit. ℞. olei violarum ℥. quatuor. ceræ. ℥. ß. adipis anseris, anatis vel gallinæ. ℥. 1. dissoluātur omnia in casola, & incorporentur perfecte: vtatur diasatyrion diamusco, electuario ducis restauratiuo: quod ponemus capitulo de feb. ethica. Bibat omī mane ieiunus, lib. ß. lactis caprini recēn. cum zuccaro, vel cum mica panis: & non comedat desuper cibum alium per duas horas ad minus. Et hæc de soda morbo.

¶ De soda, prout est accidens.

Soda prout est accidens si consequatur morbum vniuersalem: signa habet ista. Quia aduenit cum feb. vel circa id: & augetur cum augmento febrium, & remittitur cum remissione febris. Cura eius est, repercutere materias fumosas cū epithymate facto ex aqua rosacea & modico aceti, vel succo solatri, vel semperuiuæ, vel lactucis, vel lacte mulieris, imbibendo in eis pannos lineos, & fronti & temporibus apponendo actu frigidos cū reiteratione frequenti: quia defendit cerebrum a mala complexione actu calida & apostemate. Et plura dicemus capitulo de siti, & cap. de vigilijs, & cap. de frenesi. Attamen p̄ter illic dicēda, dicemus hic syrupū cōtra sodam, sitim & vigilias in feb. q̄ cū plurimum superfluunt, deijciunt virtutem. ℞. seminis papaueris, lactucę, portulacæ, cucur, an̄. ℥. quatuor, se. aneti. ℥. tres, croci, myrrhæ, an̄. ℥. 1. iusquiami. ℥. duas, mandragoræ, opij. an̄. ℈. 4. pusillij. ℥. 2. succi liquiritiæ quantum volueris: pistentur & bulliantur in lib. duabus aquæ, donec tertia pars fuerit consumpta: coletur, & addatur zuccari. lib. 1. & fiat syrupus, & detur ex ipso ℥. 1. & ß. cum ℥. 4. aquæ frigidæ in æstate, vel calidæ in hyeme sero cum itur dormitum. Vnguantur tempora & nares cum populeon distemperato cum oleo viol. vel ros. vel lacte papaueris: & in fine cibi vtatur piro vel citonio asso actu frigido: & leniatur venter omni die cum suppositorio vel clystere lenitiuo: vt dicemus capitulo de bolismo: & regatur

prout feb. exegerit: et in declinatiõe feb. & sodæ embrocetur caput ab alto cum resolutiuis: sicut est aqua decoctionis flo rum camomillæ mellloti, semi. lini, & anethi actu calidis Fiat desuper fricatio leuis assidua cum pannis calidis: donec caput perfecte siccetur. ¶Si autem soda consequatur morbum particularem: & hoc est vt plurimum, vel vitio stomachi, vel intestinorũ, vel epatis, vel splenis, vel matricis, vel renum, vel vesicæ. Si fit vitio stomachi, hoc est tripliciter, vel ratione cibi & potus corruptorum in stomacho, vel ratione malorum humorum cõgestorum in ipso vel ratione veneni assumpti. Si primum, tunc signa eius sunt antecessio nauseatiuæ satietatis, eructuatio fœtida, fumosa vel acetosa, angustia corporis cum reuolutione de latere super latus, & insomnietas, & apparitio fantasmatum plurimorũ terribilium in somno, & prostratio appetitus cum nausea & fastidio. Cura eius est vomitus, vt dicemus capitulo de bolismo, capitulo de empericis: & inunctio stomachi cum oleo masticis & nardino addito pul. gariof. calefactis in vase duplici, vel cum vnguento marciaton, ad ignem calidum ante cibum: vtatur electuarijs calidis, diagal. & diatrion, pipereon, electuarijs ducis, et similib⁹. Quod si vomere non potest, pro posse dormiat sine cibo, donec digestio perficiat̃. Quod si dormire non potest: ambulet leuiter et assidue sine quiete, donec tota die cibus vel digeratur, vel ad intestina descẽdat. Emplastretur stomachus cum calamento, absinth. rof. anisi. carui, cymino, mastice, myrtha. añ. bullitis in vino rubeo styptico, & expressis perfecte & positis super os stomachi actu calidis cum reiteratione frequenti, postq̃ infrigidatum fuerit: Vel fomentetur cum filtro recenti infuso in aqua calida decoctionis earundem rerũ. Et si eructuatio fuerit fumosa: vtat̃ rosata nouella vel diaro. abbatis vel zuccaro rof. Et si crapula per se non exierit, educatur cum medicina vel clystere: & fiant om̃ia, quæ dicẽtur capitulo de debilitate digestionis, & capitulo de cura feb. ephimere ex nauseatiua satietate 2. lib. & cap. de eructuatione, & capitulo de vomitu, si vomitus vel eructuatio superfluxerit. Si autem ratione vini vel alterius potus superfluentis in stomacho inebriantis vel nõ inebriantis: tunc signa trahuntur ex narratione infirmi. Et eius cura est, vt fiat vomitus & inducatur pro posse somnus & epithymentur frons & tempora cum aqua rosa. & aceto vel succo solatri vel semperuiuæ. Et iaceat & qescat in loco obscuro capite bene eleuato super ceruicali molli: Vtatur repercussiuis ebrietatẽ prohibentibus: sicut est magnus haustus aquæ frigidæ vna hora simul, & vinum granatorum, & aqua decoctionis berberis. Post somnũ et digestionẽ balneetur, & sudet, & laboret ieiunus: neq͂ comedat, donec tota crapula consumatur, & appetitus redierit. Medicamen tamen expertum ad ebrietatem prohibendam est, comedere cepas cum aceto, vel coriandrum cum zuccaro & aceto, vel odorare camphoram & sandalos, vel bibere aquam frigidã cum aceto. Sicut econuerso medicina faciens ebrietatem subito, est potus aquę decoctionis iusquiami nigri cum cortice mandragorę, donec rubere cœperit, siue per se sumatur, siue cũ vino. ¶Si autem soda fuerit ratione humorum congestorum in stomacho: tunc signa & cura eius trahuntur ex capitulo de indigestione & debilitate stomachi: veruntamen ex distinguentibus oportet addere duo signa. Primum est, q͂ soda facta vitio stomachi est proprie declinans ad partem capitis anteriorem, scilicet frontem & tempora. Secundum est, q͂ si cholera peccauerit: tũc dolor magis

infestat ante quam post. Si vero flegma vel melancholia, dolor magis infestat post cibum, quam in ieiuno. Si vero materia sit mixta & composita, tunc dolor fiet erraticus in ordine, & est permixtus ex acuto pungitiuo & repletiuo grauatiuo. Si autem fuerit ratio veneni bibiti, ilico succurratur: vt dicemus capitulo de sincopi cum vomitu & tiriaca veteri, & de venenis libro secundo. Si vero fiat vitio intestinorum, tunc accidit vitio vermium vel humorum putridorum in ipsis: Signa eius sunt facies tenebrosa & pallida, fœtor oris, & pruritus nasi, concauitas oculorum, multitudo comestionis cum egestione modica & habitudine corporis macra. Et sensibiliter quandoque egrediuntur vermes cum secessu, & quandoque cum vomitu: licet nõ generentur in stomacho sed in testinis tantum (vt dicitur quinto de accidenti) vel in ano, propter stomachi nobilitatem, & eius necessitatẽ pro toto: Et accidit ista passio vtplurimum pueris gulosis proprie in autumno propter vsum fructuũ plurimorum. Cura eius est abstinentia a rebus dulcibus vnctuosis, & vsus aceti & agrestæ, & nucleorum persicorũ, & amigdalarum amararum: quia sicut dulcia sunt materia vermium: sic amara interficiunt eos. Et si æger sit infra decimũquartum annũ ætatis suæ, purgetur cũ vncia vna & semis, vel cum vnciis duabus cassiefi. dissolutę in vnciis quatuor aquæ feruentis: coletur, & detur ante diem, vt intestina lubrificando mundificet. Vel fiat clystere lenitiuum, cui addatur aliquid ierepicrę vel benedictæ laxatiuæ. Si autem sit iuuenis vel senex, purgetur cum eisdem vel pillulis cochiis, vel cum medicamine de turbith dicto in principio capi. Vngatur totus venter cum succo absinthii mixto cũ aloe, agarico, & aceto, vel oleo amigdalarũ, vel nucleorum persicorum, & fiant omnia quæ dicentur capitulo de cholica ex vermibus. ¶ Si autem soda sit vitio epatis: tunc signa eius sunt dolor declinãs ad partem capitis dextram cum tensione & dolore aliquo hypochondrii dexteri, opilatione epatis, vrina subtili subcitrina vel rubea clara. Cura eius est flebotemia basilicæ in brachio vel manu lateris eiusdem, & epithyma epatis cum aqua rosa. & sandalorum & modico aceti, & aliis rebus, prout materia opilans requirit: de quo dicetur capitulis de debilitate et opilatione epatis. Epithymetur frons & tempora cum frigidis sepædictis. ¶ Si fiat soda vitio splenis, signa eius sunt dolor declinans ad partem capitis sinistram, cum dolore & tensione hypochõdrii sinistri. Cura eius est flebotomia basilicę brachii sinistri, vel saphenæ pedis sinistri, q̃ est intus in talo, vel saluatellæ pedis sinistri, q̃ est inter anularem & auricularem: Et positio emplastri de opilatiuis supra splenem, quod dicetur capitulo de permixtione virtutum animalium, parag. de empericis. & capitulo de opilatione splenis per totum: & positio repercussiuorum circa frontem & tẽpora sæpedictorum. ¶ Si vitio matricis: signa sunt dolor capitis inter frontem & cõmissuram, quæ est in vertice cranei: & antecessio retẽtionis menstruorum, vel abstinentiæ a coitu: dorsi dolor & spatularum, prout patiens tibi referet. Cura eius est eadem cum cura sodæ de vitio splenis. Si vero soda fiat ex renibus: signa sunt dolor capitis declinãs ad posteriora, scilicet ad occiput, & grauitas circa alkatin & circa locum renum in fine dorsi: & forte antecessit coitus superfluus, prout patiens referet. Cura eius est sicut cura sodę de vitio epatis, si sit cum materia: Si autem sine materia, cura eius dicta est supra para. de soda propter coitum. ¶ Soda mirachea si fiat vitio membrorum exteriorum, a quibus

q̃damm͂odo eleuatur materia fumosa q̃ sursum ascẽdens ad caput percutit cerebrum: Tunc signa eius sunt: quia sentit æger q̃dam eleuari a mẽbro illo: puta coxa, crure, vel mirach. Post illud sentit vertiginem vel dolorem in capite: & forte cadit et fit epilepticꝰ. Cura eiꝰ est sicut catalepsię, q̃ dicet̃ capi. de epilepsia.

Emperica AD omnem dolorẽ chronicum capitis perdurantem maxime confert cauterium cum ferro ignito in vertice capitis profundatũ vsq; ad craneum, vbi est commissura recta concurrens cum coronali versus frontem & lauda versus occiput: quia materiam resoluit, et malam complexionem cerebri rectificat, & adæquat: si dimittatur apertum vno mense, anteq̃ consolidetur: vel causticatio colli cum cantharidibus: vt dictum est in methodo. Item ad sodam, cuius causa est ignota, confert embrocatio cũ aqua decoctionis floꝝ camomillæ, meliloti, anethi, viola. ros. seminis lini, salicis, et furfuris colata actu tepida, effusa ab alto: quia resoluit, repercutit, confortat, & quietẽ inducit, Similiter & emplastrum factũ ex eisdem super frontem & tempora frequenter. Quod si volueris somnum prouocare: adde corticẽ papaueris, fol. vel se. lactucæ solatrum, semperuiuam. Et si magis adhuc, adde semen iusquiami & corticis mandragoræ. Sed post ista stupefactiua, fiat in crastino embrocatio pure resolutiua, ne cerebrum noceatur. Item vnguentum Iohann. Mesue in suo de appropriatis ad sodam calidam. ℞. olei ros. & viola. cum pauco aceto & agrestę succo & modico camphoræ, contunde, donec impinguescat, & capiti frigidum appone, & fac ipsum odorare aquam ro. & nares intingere pro posse. Item masticatio secũdum eundem in soda flegmatica eradicans eandem materiam cum sputo et saliua. ℞ masticis et thuris. p. 2. piperis pyretri. p. 1. ceræ, quod sufficit. Inde formẽtur formæ vt pillulæ, masticet̃ diu in ore & expuatur. Itẽ gargarisma ad idem secundũ eundem. ℞. oxymellis compositi vel squillitici. ℥. 2. hierapicræ, ℥. ß. misceantur cũ aqua decoctionis hysopi: organi, pyretri, sinapis & similium: vel gargariset sinapim conditam cum melle & aqua calida, & odoret castareum et muscum, cynamomum. Item embrocatio ad sodam calidam pulsatiuã. ℞. ros. viola. nenupha. folioꝝ salicis, foliorum vitis albæ, foliorum maluarum, seminis cucurbitæ, cucumeris aut corticis eius, ordeum excorticatum, psillium, semina lactucæ, portulacæ, omnium, ana. decoquantur in aqua vsq; ad consumptionem quartæ partis, quæ ab alto fundatur super caput cum canella vel spongia plena sero cum iuerit dormitum, si non timeas catarrhũ: Si autem sit cum ꝑmixtione vel mania, multiplica psilliũ & semina p̃dicta: Si vero cum vigilijs & insomnietate, multiplica semẽ papaueris & corticis eius: In fine vero gratia resolutionis, adde seminis lini, seminis altheæ, florũ camomillæ, meliloti, fiat embrocatio, sicut prius. Similiter & manus & pedes & facies & crura cum ea lauentur: q̃niã accidentalem calorẽ totius corporis extinguit, & materias resoluit, & inducit q̃etẽ. ¶ Ad sodã frigidã confert linimẽtũ ex oleo irino & laurino aut nardino: et si fortiꝰ facere volueris, cõforta virtutẽ eoꝝ cum costo, castoreo, euforbio et pipere puluerisãdo aliq̃d eoꝝ vel oĩa, et dissolue in eis aliquid tiriacæ veteris, vel mithridati in eisdem oleis vel in succo mẽthæ, & suppone. Exptũ est. Et si insomnietatẽ patit̃, adde myrrhæ, opij aã. Cõfert etiã sodæ frigidæ emplastrũ ex fimo colũbino, sauina, baccis lauri, orig. aneto coctis, pistatis & incorporatis cũ aceto multę fortitudinis, vel succo absin

thij. Confert etiã sodæ frigidæ & proprie post vniuersalẽ euacuationẽ odor pomi facti ex castoreo, ruta sicca, & storace, calamento, & gariofil. añ. par. 4. conficiendo cũ glutino dragagãti: qm̃ odor aromaticorum vsu moderato, & in corpore mũdo cerebrum calefacit, & confortat, & residuũ sodæ remouet. In corpore vero cacochymico, vel in corpore etiã mũdato, si vsus eorum fuerit immoderatus: replet cerebrũ vaporibus: cum odor nõ sit sine fumali euaporatione secundum Aristo. Itẽ pillulæ Ioannis Mesue in suo de appropriatis ca. de soda frigida conferentes sodæ antiquæ & educentes humores grossos, graues, & conferẽtes sanitati oculorum & aurium abscindentes catarrhum sic fiũt. ℞. colloquintidæ, turbith añ. ʒ. 4. agar. ʒ. iij. stica. ʒ. 2. scamoneæ. ʒ. 1. & ß. spicæ squiãnti, xylocassiæ, xylobalsami, carpobalsami, azari, ro. viol. epithymi, absinthij, cynamomi, croci, masticis añ. ʒ. 1. aloes, cicotrini & optimi ad pondus oim cõficiant cũ succo absinthij. Itẽ pillulæ de mastice secũdũ eundẽ mundificãtes caput & stomachũ: & accipiunt omi tẽpore & ante cibũ & post & cũ itur dormitũ, sic fiũt. ℞. al. subtil. ʒ. 7. masticis, ro. zinz. añ. ʒ. 4. turbith electi. ʒ. 10. confice, vt prius. Dosis earum est a ʒ. 2. vsq ad ʒ. iij. Itẽ ad hemicraneã frigidã difficilẽ & chronicã. ℞. baccarum lauri. p. 1. olibani. ʒ. ß. tere. & misce cũ aqua vel oleo: et linias sup locũ: vt dicit Mes. autoritate Hippo. Et alij addunt foliorum rutę. p. 1. sinapis. p. ß. cõfice, vt prius. Ad hemicraneã vero calidã difficilẽ cõfert linimentũ super locũ, q̃d fit ex attramẽto sicco trito & dissoluto cũ aceto multæ fortitudinis & octaua parte opij. Oportet aũt, vt plurimũ elaboret in cõtritiõe sicut p diẽ vnũ. Et liniant tẽpora ex eo, & stringatur sup ipsum. Alij acuũt hoc linimentũ addẽdo succi agrestæ & myrrhæ. añ. ʒ. 1. & croci. ℈. 1. gratia penetrationis. Confert etiã sodæ calidæ caputpurgiũ ex lacte mulieris cũ modico cãphorę. Et si necessitas postulauerit: adde opij quantũ de camphora, et distilla ex eis in aurẽ & narẽ lateris læsi, & distilla deide oleũ viol. post horã cũ lacte mulieris, donec nares et aures emũdent et medicina educat. Latius autẽ de soda scripsimus: qm̃ eius cura non solũ p se est necessaria sed stomacho & pectori. Plurima sunt hic dicta iuuamẽta, quibus per totũ hoc opus indigemus.

Canones. Soda cũ fe. vel sine fe. raro est morbus, vt plurimũ vero accidens passionis stomachi & intestinorum: propter quod Auic. cañ. fen. 3. ca. de cognitiõe ægritudinũ p colligãtiã ait: Cerebrũ cõpati stomacho ẽ vt multũ: stomachũ vero cõpati cerebro ẽ ppa rũ: propterea, q caput esse caminus totius corporis dicit. Ex ex hoc seqt alius canõ. Quod in cura sodę nihil melius est, q̃ lenificatio ventris omni die cum suppositorio vel clystere, si per se non obedierit, omni die bis ad minus. Cum autẽ est accidens, fit maxime propter fe. cholericas vel flegmaticas: quarum causa antecedens & coniuncta in stomacho et intestinis continetur vel venis meseraicis. Item in omi soda nil reperies magis nociuum, q̃ coitum, & proprie super cibum: nisi forte fuerit propter retentionẽ spermatis vel menstruorum: tunc nanq cõfert coitus vsu moderato factus: neq ilico super cibum. Item vsus ciborum fumosorum nocet, & proprie in fine comestionis: sicut sunt brodia piperata, allia, cepe, & vinum potens & electuaria calida: quare sunt calida sumenda in principio cibi, sed in fine frigida: vt sunt pira, vel citonia assa, vel poma odorifera. Item lac non conuenit in soda, nisi forte in calida vel sicca sine materia: vt dictum est in methodo: quia lac est de numero faciliter corrupti

bilium. In stomacho enim calido conuertitur ad fumosum & inducit sodam calidã pulsatiuã: sed in frigido, ad acetosũ, & inducit frigidã grauatiuã. vñ Hippo. in. 5. apho. Lac dare caput dolẽtib9, &c.

Prognosticatio. Dolor capitis si superuenerit in fe. cõtinua & proprie acuta in die cretica post signa digõnis, pfectã crisim significat p fluxũ sã. narium, vel vomitũ, vel sudorẽ: q̃re nõ appõant repcussiua sup caput, ne cris impediatur: sed suspendatur æger cum blanditijs vsq; ad horã cris. Et si appuerit signa cri. p vo. puta tremor labij iferioris, subuersio animi, & vertigo: iuuetur cum põne digiti vel pẽnæ intinctæ in oleo in profundum gulæ. Si vero apparuerint signa crisis p fluxũ san. nariũ: puta apparitio fantasmatũ rubeoꝝ circa oculos cum obtenebratione visus, & grauitate capitis & rubore faciei, & surditate auriũ: prouocetur cum põne setæ porcinæ inter nares vehementer cõprimendo. Si signa sudoris appareant: puta color cutis frontis cum humiditate rorida: detur potus magnus iulep, & aqua zuc. actu calida, & tegatur pannis calidis, & vaporẽt aqua calida posita in vase aliquo sub tegmine, & fomẽtẽtur latera & venter cũ vesicis plurimis repletis aqua calida, iuxta Hip. in apho. Vbicumq; natura recipit &c. Attamen si natura per se crisim cõplere potest, nihil fiat secundũ illud ibidem. Ea, quorum crisis fit &. Neq; iuuãda est natura, anteq̃ via crisis certificata fuerit: ne forte intendas ad aliam regionem a natura. Item soda superueniens in fe. acuta, in die indicatiua, puta. 4. significat crisim in die cretica, puta. 7. Et si virt9 sit fortis, & signa digestionis pfecta, fit salubre: sin autem mortale. Itẽ dolor capitis si perseuerauerit in latere vno & cœperit oculi obtenebrari: cataractam vel telã araneã minatur, & demũ cęcitatem. Succurratur ergo cũ purgantibus & alterantibus, & cauterio, & subleuetur arteria & cauterizetur. Item soda si perseuerauerit, neq; rationalia cõtulerint remedia: frenesim vel maniam minatur, si sit acuta pulsatiua: vel subeth, vel letargiam, vel apoplexiam, si sit frigida grauatiua. Item hemicranea in parte anteriori capitis est vt plurimũ a causa calida, in posteriori a frigida. Itẽ soda calida, est vt plurimũ transiẽs, frigida vero perdurans & proprie cum materia plurima grossa aut viscosa. Itẽ hemicranea difficilior est atq; piculosior cephalea: quoniã onus integrum grauius premit se diuiso: quare pleruq; ducẽs est ad perniciem, si perduret. Item in hemicranea & proprie calida pulsatiua sudor capitis exuberãs, vel fluxus sanguinis ex nare eiusdem lateris superueniens tollit ægritudinem, quemadmodũ & in fe. vomitus voluntarius & spontaneus, vel fluxus ventris dicitur conferre. Vnde Hip. 6. apho. cap. dolẽti & circũdolendi sanies aut aqua aut sanguis defluens secundum nares, aut secundũ aures, aut secundum os, aut secundum oculos, soluit ægritudinẽ. Item ibidẽ: Quibuscumq; sanis dolores repente fiunt in capite, & cõtinuo sine voce fiunt, & stertunt: in septem diebus pereunt, si fe. non accipiat eos. Ratio: q̃a isti sunt vere apopletici, cum in se habeãt tria signa apoplexiæ, scilicet dolorẽ capitis subitũ, & carentiã loquelæ, vel malitiam anhelitus, quare suffocantur a materia plurima, nisi fe. eã excitet, & resoluat & proprie febris acuta, spontanea, vel p artẽ introducta. Itẽ particula septima, In plaga vel pcussione in capite stupor aut desipiẽtia malũ. supple siue pcussio sit cũ vulnere, siue cũ cõcussione sola, q̃a significat nocumẽtũ cõmunicatũ eẽ substãtię cerebri & ventriculis eius. Itẽ q̃rto aph. Quibuscumq; vrinæ febribus con

turbatæ & conuersæ velut &c. qa in fe. vrina grossa turbulēta agitationem & ebullitionē diuersorꝝ humorꝝ significat fumātiū ad caput. Quare succurrat cū repercussiuis circa frontē & tēpora. Itē si cerebrum fuerit læsum & concussum ex casu vel percussione, necesse est fieri vomitum & animi defectionē propter cordis & oris stomachi compassionem, & proprie in corpore cholerico, & ætate & consuetudine & tempore calido. Vnde Hippo. sexta parti. aph. Quibuscūq; cerebrum sursum conuertitur, necesse est feb. &c. Item si ex percussione vel casu lædatur cerebrū, necesse est accidere sincopin vel apoplexiam per tempus aliquod, donec cerebrum refocilletur: quare non conuenit, vt mortui iudicentur, nisi post tertiū diem. Vnde Hippo. 7. par. aph. Quibuscūq; cerebrum motum fuerit ex aliqua occasione, necesse est eos fieri sine voce statim. Item in cephalea et hemicranea forti pulsatiua, seu alio dolore corporis quocūq;, si subito dolor delitescat nec sentiatur nō præsente aliqua rationali alleuiatione, scilicet per fluxū sanguinis narium, vel sudorem, vel vomitum, vel egestionē, vel diminuta existente atq; imperfecta: mortale: quoniā cerebri læsionē & virtutis animalis defectionem siue destructionem demonstrāt. Vnde Hippo. 2. aph. Quicunq; dolentes aliquid corporis, ipsum dolorem nō sentiunt: ijs mens ægrotat. Item in 6. Vesicā incisam, aut cerebrum, aut cor, aut diafragma, aut epar, aut renes, aut aliquod intestinorꝝ gracilium, aut vētrem, id est stomachum mortale, & supple matricem, cistim & splenem.

¶ De vertigine & scotomia. Caput II.

Vertigo & scotomia est, cum videtur homini ꝙ omnia voluant in gyrum. Et si quidem fuerit cū fixione corporis, dicitur vertigo: si vero cum casu ipsius super terram, dicitur scotomia: Et sic patet, ꝙ hæ duæ passiones neq; differunt causa, neq; substātia siue essentia formali, sed solo gradu, scilicet secundum magis & minus. Sunt autem quandoq; morbus, quandoq; accidens, sicut & dolor capitis. Morbus quidem, cū per se & immediate a sua causa procedit. Accidens, cū morbū consequit.

Methodus. Vertigo vel scotomia morbus quandoq; fit a causa primitiua, quandoq; a causa antecedēte. A causa quidem primitiua vt ab intuitione rerꝝ volubiliū puta rotæ, vel reuolutione corporis super se (sicut faciunt pueri) vel casu, aut percussione lædēte anteriorem ventriculum cerebri: propter quod fantasiatur & imaginatur res aliter, q̄ sint. Si fiat ab intuitione rerum volubilium et reuolutione corporis super se: signa patent ex relatione patiētis. Cura eius est quies a talibus: quia in omni motione corporis cum quis cœperit &c. 2. aph. Si fiat a casu vel percussione, curatur, sicut diximus in cura doloris capitis ex casu vel percussione. A causa vero antecedēte prouenit: puta a ventositate, aut humorum vitio in cerebro contentorꝝ. Et si fit ventositas (quod est vt plurimum) tunc sentitur tinnitus aurium, tenebrositas oculorꝝ longa & fixa: Similiter & diminutio gustus, & odratus, atq; pulsatio temporum, & antecessio doloris capitis perdurantis. Et cura eius est euaporatio capitis cū aqua decoctionis florum camomillæ, absinth. ros. rub. meliloti, maioranæ: Similiter et sternutatio cum cōdisi, vel euforbio: & masticatio piperis & cymini & carui, & vsus diacymini: & sacellatio facta ex milio & sale torrefactis super lapidem ignitum: & abstinētia ab omnibus leguminibus, a fructibus, a rapis et oleribus, a nucibus, a rebus cōditis cum nucibus,

et a vino forti puro: et sumere debet post cibum aliquid stypticũ: puta pirum vel cotoneũ assum. Et si hæc non sufficiunt, purgetur cum pillulis cochijs, vel hieralogodio, vel hierapicra, post q̃d reiterẽtur localia iam dicta. Et si hęc iterũ non sufficiunt, fiat cauterium in summitate capitis in loco, in quo terminatur medius digitus patiẽtis, quãdo radix palmæ ponitur super radicem nasi: quia ibi cõmissura recta concurrit cum cõmissura arcuali: quia per hoc fiet perfecta resolutio vaporum. Si vero sit humor: tũc siue sit sanguis, siue cholera, siue flegma, siue melancholia, siue cõpositum ex his, fient signa & cura, quæ dicimus in cap. de dolore capitis, prout est morbus sub signis distinctis. Vertigo vel scotomia accidens, quandoq; sequitur morbum vniuersalem, quãdoq; particularẽ. Morbũ quidẽ vniuersalem sicut in fe. & tunc significat futuram crisim per superius, scilicet per vomitum, vel per fluxum sangui. narium, vel sudorẽ: ita q̃ si hoc appareat post signa digestionis completæ, stãte virtute forti, salutem promittit. Si vero ante signa digestionis vel cũ signis indigestionis & proprie virtute debili, mortem portẽdit. Si vero medio modo, crisim malam et diminutam promittit. Cura eius est, vt nihil fiat, nisi q̃ æger cũ blanditijs cõfortetur, & pertrahatur, donec vera crisis apparere cœperit, & hoc si per vomitum iuuetur natura cum immissione digiti in os, vel pennæ linitæ in oleo. Si aũt per fluxum sang. narium: sumantur setæ porci, ponantur in naso, & comprimatur nasus. Si autem per capitis sudorem, caput tegatur cum pannis calidis. Vnde Hippo. Vndecunq; repit natura &c. Sed quãdiu nihil horũ cœpit apparere, nihil fiat oĩno circa caput. Nã si repcussiua approximares: crisim prohiberes: et sic mortẽ induceres. Si resoluẽtia: tũc materiã plurimã attraheres, et forte frenesim induceres: & q̃d piculosi⁹ ẽ, viã crisis ipedires. Q̃ꝫ si poneres calefactoriũ circa caput: sudorẽ faceres, cũ forte natura vomitũ intẽderet. Vñ. Hip. ibidẽ. Ea q̃ꝫ crisis &c. Morbũ particularẽ cõsequit̃ multis modis: quia q̃nq; fit vitio stomachi, et hoc vt multũ: q̃nq; vitio intestinorũ, epatis, splenis atq; matricis. Et signa et cura sunt illa, q̃ diximus ca. de dolore capitis sub signis distinctis.

Emperica. Decoctio saluiæ in aqua, vel vino curat vertiginẽ capite ea loto. Et ipsa alligata frõti, vel tẽporibus cõfert oĩbus morbis factis de frigiditate: Vinũ p̃terea decoct. peoniæ, vel castorei scotomiæ valet plurimum: & semen peoniæ bibitum somnia vana remouet. Item ruptorium factum super vertice cranei vel super collo, est vltimum iuuamẽtum post purgationes, q̃d dicemus ca. parag. de empericis.

Canones. Vertigo vel scotomia morbus fit vt plurimũ vitio vẽtositatis eleuatę a flegmate viscoso cõtẽto circa anteriorẽ vẽtriculũ cerebri: q̃propter indigemus alteratiuis propter vẽtositatẽ, & euacuatiuis propter flegma, et sternutatorijs propter vtrunq;. Vertigo aũt & scotomia accidẽs fit vt plurimũ vitio stomachi et intestinoꝝ cõstipatoꝝ: quapropter intẽdimus ad rectificationẽ stomachi & lubrificationẽ ventris cum suppositorio vel clystere. In vertigine et scotomia oportet cauere a porris, allijs, leguminib⁹, nucibus, et vnctuosis oĩb⁹: q̃m hæc oĩa materias a stomacho eleuãt ad caput: Similiter & vinũ vetus puꝝ, similiter & lac: quia faciliter corrũpitur in stomacho & corruptum sursum mittit vapores. vnde Hippo. Lac dare caput dolentibus, malum.

Prognosticatio. Vertigo vel scotomia cum longinquo tẽpore perdurauerit, neq; beneficio artis vel naturæ remoueri possit: futurã

epilepsiam vel apoplexiam portendit.

De subeth, stupore & congelatione. Caput III.

DE istis tribus passionibus vno dicemus ca. quoniam earum notificatio ex differētia ipsarum adinuicem completur. Sunt quādoq morbi, quandoq accidētia morbi. Morbi quidem, cū fiūt p se incipiēdo a suis causis immediate in cerebro contentis. Accidētia, cum morbos alios, puta letargiam, vel febrem flegmaticā, vel apoplexiā vel hemitriteum consequuntur. Conueniunt autē istæ passiones in duobus, primo, quia quælibet ipsarum est passio capitis primo & per se, sed ex consequenti totius corporis. Secūdo, qa in vnaquaq earum fit impedimentum in sensibus et motu voluntario super totū corpus. Differunt autem per duas essentias & proprietates, quod est: quia subeth est propria passio ventriculi anterioris cerebri: verũ qm hmōi ventriculus est magis origo sensus q̃ motus: vt dicit Gale. in teg. idcirco in subeth fit magis impedimētū in actu sensationis q̃ motionis voluntariæ: quapropter in subeth sunt oculi semper clausi: & si vocēt vel cōcussetur fortiter in principio subeth, & proprie salubri: tūc apit oculos, licet denuo claudat. Accidit aūt hæc passio ex flegmate puro domināte illi parti: fit tamen qnq ex vaporib⁹ frigidis, vt cōtingit post potū opij aut iusquiami. Stupor nō est aliud q̃ subeth diminutū. Stupor nanq fit ex flegmate cui par̃ choleræ fuerit cōmixtū: quapropter etiā in stupore nō est somn⁹ adeo profundus, sicut in subeth: fit etiā qnq a vapore frigido nō in vltimo, velut contingit post esum fungor̃. Fit etiā a sola qualitate sine materia, velut accidit in infrigidatis in niue capite nudato. Fit etiā qnq a casu vel percussione, qn per ea cerebrū læditur vehemēter. Iuxta illud Hippo. 7. parti. aph. In percussione capitis stupor aut desipientia malum. Et scias, q stupor qnq dicitur a medicis somnus profundus vel subeth vigilatiua, sed nō debet dici somnus longus: quia somnus longus pure est naturalis in quali: licet sit innaturalis in quanto: vt accidit ebriosis, & exercitātibus & cōualescentibus: sed somnus profundus, qui dicitur stupor, est innaturalis in quali, et in quanto. Stupor etiā quādoq sumit pro passione neruor̃ vel mēbror̃ neruosor̃: et tūc idē ē q̄d obdormitatio: vt dicet in ca. de tremore. Cōgelatio est proprie passio vētriculi posterioris: verū qa iste vētricul⁹ est magis fons mot⁹ q̃ sensus: idcirco fit oculis stātibus fixe & aptis. Fit aūt congelatio ex materia melācholica dñante illi pticulæ. Et licet in congelatione doleat anterior vētricul⁹ cerebri: hoc tñ nō accidit, nisi qa ipse est sensitiuus magis: vel qa hūor opilans ptē posteriorē coartat añriorē. Et cōgelati remanēt sub situ q̊ repit eos cōgelatio: q̄re si repit eos scribentes vel sedētes, remanēt secundū illā formā. Et fit qnq a causa primitiua: vt contingit ambulāti in niue lōgo tēpore, nudato capite: q̄d qdē fit vt plurimū: vt dicit Gale. in cōment. illius aph. Somn⁹ & vigilia. Istæ tñ oēs passiones pro seinuicē ponūtur apd medicos: q̄re de noib⁹ nō est curandū, & proprie, cū res sint propinquæ. Nā istæ tres passiones sunt valde propinquæ in subiecto, cura & causa: vt patet ex dictis & dicendis.

Methodus. Cura subeth ē hæc. Nā cū oīs subethicus sit sine sensu & motu, non requiritur approximatio alicuius medicinæ, per os, sed ilico supponatur ei suppositoriū de sale gēma, vel inijciatur clystere acutū, quod sic fiat. ℞. colloquintidæ agarici, centaureæ añ ʒ. ß. meliloti, stica. bletæ añ. M. i. pistentur &, bulliantur in aqua: de illa aqua accipiat li. i. et ß et ʒ. 4. mell. et ʒ. iij.

olei communis, & ℥.2.salis. & misceantur simul, & iterum reducātur ad ignē, & cum totum bullierit, coletur: & cum colatura tepida fuerit, inijciatur cū clystere, & frequentetur illud toties, donec patiens sentiat, & moueatur, & ligētur extrema vehementer omnia propter diuersionem, et tunc ponatur in os infirmi ʒ. 1. tiriacæ veteris cum vino calido, vel mithridati, vel aureæ Alexand. vel diapliris. Post hoc autem abrasis capillis, fricetur caput cum panno calido, & liniatur cum oleo de spica, vel de lilio, in quo sit dissolutū castoreum, vel bdellium, vel se. sinapis, & se. cicutę. Deinde cum sufferre poterit: purgetur cum pillulis cochijs, vel fœtidis, aut aureis, vel cum cirapi. Nullo modo bibat illis temporibus vinū, nisi fortassis cum saluia, vel castoreo bullitum: vel hydromel, q̄d sic fiat. ℞. aquæ lib. iij. mellis. ℥. iij. bulliantur aliquantulum & coletur. Famē & sitim toleret pro posse, laboret, & exercitetur, & sudet in ieiuno. Nutriatur cibis calidis siccis: masticet qualibet die cum surgit a lecto, piretrum & piper, factis ex eis cum mastice velut formis pillularum. In fine vero fiat cauterium in vertice cranei, vel causticum super occipite raso ex cātharidibus tritis & incorporatis cum fermento & sinapi, vel ex calce viua & ficubus siccis incorporatis cum stercoribus columbarum & succo rutæ viridis. Fiāt gargarismata cū oxymelle cōposito vel squillitico & aqua decoc. hysop. & ireos, vel cum sinapi: prouocentur sternutationes cum condisi vel pipere: & sic regatur vsq; ad perfectam sanitatem. Cura stuporis est eadē præterq̄, ꝙ in clystere recipimus nō solū agaricum, sed aloen & turbith, cū materia nō sit ex f̄fate puro sed mixto cum cho. Fiant autem omnia alia velut in subeth, & fricentur plantæ pedum cū aceto & sale vehementer. Cura congelationis est eadem cum prædicta, præterq̄, ꝙ in clystere recipimus ellebori ni. ℥. ß. loco colloquintidæ, & loco centaureæ recipimus polypod. ℥. 1. in alijs fiat sicut prius. Cum autem istæ passiones euenerint a dicta causa primitiua, puta frigiditate aeris: competit balneum aquæ dulcis calidæ: Similiter & alia dicta ca. de do. capitis in causa frigida sine materia. Cum autē venerint a sumptione opij vel fungorum vel iusquiami: conuenit primo vomitus cum aqua & melle & raphano: deinde oportet vt clysterizetur clystere acuto, dicto cap. de cura subeth. Post illud sumat sępe de tiriaca veteri, vel de theodorico anacardino, vel de mithridato. Confert etiā vsus allij & nucum: Similiter vinum decoctionis pyretri, vel piperis, vel castore: similiter & aqua decoctionis organi vel rutæ cum sale condita: similiter & vinum vetus potentissimum in multa quantitate potū, & proprie calefactum. Et iterum, si sumeretur assæ fetide aureum. 1. cum ℥. iij. vini albi puri aromatici cōferret. Fricentur extrema vehementer, & caput proprie. Et oportet, vt prohibeat̄ a somno propos se cum sternutatione facta ex euforbio & elleboro albo, & cum tonsione capillorum. Vnguatur caput & totū corpus cum oleis calidis prædictis, vel de balsamo, si sit possibile: quia confert a proprietate. Comedat iura piperata gallinarū et auiū: bibat vinum decoctionis cinamomi, in quo sit aliquid muschi. Cum autem euenerint a casu vel percussione: curentur sicut dictum est capitulo de dolore capitis ex casu & percussione.

Emperica. In omni passione, in qua est somnus superfluus: approximant quidam fumigia fœtida de vngulis & pannis laneis & capillis sup carbones positis: quoniam existimant, ꝙ virtus animalis cerebri sentiēs læsionē inducat expergefactionem. Alij econ

uerso faciunt suffumigia aromatica, sci licet ex olibano, alipta muscata, thymia, storace sicca: quia existimāt, ꝙ per ea cerebrum cōfortetur: sed huius rei veritatem capitulo de letargia vide.

Canones. Si in aliqua istarum passionum corpus repletum sit, & facies rubuerit, & venæ magnæ apparuerint in oculis & facie: tunc in cura eius conueniens erit vti flebotomia cephalicæ in brachio seu manu vel venæ rectę frontis, vel venarum magnarum, q̄ sunt sub lingua, vel venarꝝ in collo, q guidegi appellātur: vel fiat in scapulis, collo, & sub mento scarificatio profundata ratione diminutionis quātitatiuæ nō q̄litatiuæ. Itē in cura istarꝝ passionū nunq̄ debēt apponi repercussiua: qa augmētaret̄ dispositio frigida, & ꝑ consequēs passio: sed fiat diuersio materiæ cū ligationibus, & deinde cum euacuationibus dictis prius.

Prognosticatio. Si subeth fuerit accidēs letargiæ: tunc si subsecuta fuerit frenes. bonum est: qa subtiliationem & calefactionem materię significat Si vero contrarium, malū. Subeth prætere a raro fit per se incipiendo, sed vt plurimum consequendo fe. flegmaticas continuas vel interpolatas. Item subeth est mortale, cum anhelitus deficit, & æger exercitari non potest, & iacet supinus, quantumcunq; super latera reuoluatur. Item istæ passiōes interficiunt nō nisi quia anhelitum prohibēt, opilando vias eius. Item sæpius a causa humorali intrinseca antecedēte, q̄ a causa primitiua. Item dicit Hipp. in percussione capitis stupor aut desipiētia superueniens, malum. Item istæ passiones ex toto suo genere sunt magis mortales, q̄ salubres: quare prognosticis relinquant̄. Item licet sint a causa frigida, tamen cito interficiunt: quia interficiunt opilando: opilatio autem ista subito fit.

¶De frenesi. Caput III.

FRenesis est apostema calidum capitis intra craneum: verum quia materia est subtilis, & penetratiua: idcirco hoc apostema est in panniculis tegētibus cerebrum sub craneo, quæ sunt pia mater & dura mater, Quoniā in anteriori cerebro est maior caliditas, q̄ in posteriori propter multos ibi spūs aīales circa organa sensuū. Ideo istud apostema fit tm̄ in anteriori cerebro: quēadmodū letargia fit in posteriori. Ex quo sequitur, ꝙ frenes. est apostema calidū anterioris partis cerebri & panniculorꝝ eius. Est autem quandoq; morbus, quandoq; accidens morbi. Morbus quidem, quando materia per se colligitur in loco prædicto, & causat apostema: & hoc est valde raro. Accidens autem, quando cōsequitur alium morbū: & hoc est vt plurimum, vt cōtingit in fe. de causa calida & prope in continuis: vtpote tertiana, causone, & synocha: quoniā humor qui est causa antecedens leuigatus calore fe. & furiosus effectus per venas arterias & neruos ad cerebrum sursum rapitur: & ibi ad apostema colligitur. Et iterum maxime fit in fe. conclusa atq; continua in qua emunctoria sunt otiosa, & caliditas non expanditur extra corpus, sed remanet intus: quapropter maxime fit in febribus consequentibus apostemata viscerum: vtpote pulmonis, epatis, stomachi, pectoris, vel matricis, & plus neruosorum locorum. Consequitur etiā hemitritæum quādoq;, & proprie si tempus, ætas, cōplexio sint ca. vehementer. Frenesis autem diuiditur in veram & non veram. Vera quidē dicitur, cum est morbus, & est a causa pure calida, vtpote sanguine, cholera, vel vtroq;: Sed nō vera dicitur, cum est accidens: quemadmodum oīs alienatio facta in fe. hora cris. salubris vel mortalis, potest dici frenes. Vel non vera dicitur, quando est mor-

bus, sed non ex materia calefacta pura sed mixta cū aliquantulo flegmatis vel melācholiæ. Signa frenes. in communi, sunt permixtio rationis cum actione furiosa: quia calidi est agitare, sicut frigidi quietare, & motus oculorum circum circa, & rubor eorum: & fe. vehementis caliditatis cum frigiditate extremorum vel tepiditate: & insomnietas, & multitudo imaginationum & proprie apud principium somni: quare expergesit velut fatigatus: & vrina al. cum proxime die præterita fuerit rubea & ampullosa: similiter & pulsus frequens & velox. Signa propria frenes. veræ, q̄ fit a sanguine, sunt cum prædictis rubedo faciei & oculorum proprie: magnitudo pulsus cum velocitate, repletio venarum: habitudo corporis carnosa, & antecessio ciborum generatiuorum sanguinis: vt bona caro & vinum: similiter & horror luminis, dolor capitis, lingua nigra inflata: vigiliæ plurimæ, & abhominatio loquelæ, & clamor post suum dormire, & anhelitus inordinatus. Et ista cum apparuerint, significant apostema esse confirmatum. Sed vrina ru. grossa & spumosa, & multiplicatio risus sine causa, est ex exterioribus signis super materiam sanguinis. Signa propria frenes. veræ de chol. sunt fe. continua valde arsiua, saltus, & alienatio vehemens, & antecessio ciborum generantium choleram: vt allia, cepe, sinapis, cyminum, piper, mel, vinum acutū: Similiter & pulsus velox & spissus vehementer, & desiderium attrahendi aërem continue vltra solitum, & citrinitas faciei & oculorum, & lingua citrina vel nigra, vel inquietudo super lectum, & vociferatio plurima cum rixa. Si autem cholera fuerit adusta, vel san. adustus: tunc omnia accidentia prædicta fient fortiora, donec fortassis superuenerit dæmonium lupinum, & spiritus magnificetur, & palpitet circumquaque cum manibus velut rem aliquam quærens, & oculorum turbatio maligna. Si autem istæ materiæ sint compositæ, tunc & signa composita erunt. Signa frenesis non veræ quæ est accidens, sunt: quia vt dicit Auicen. iiij. can. ca. de karabito. Frenes. huiusmodi sequitur in fortitudine sua fortitudinem feb. Verbi gratia, quia in augmēto vel statu febris est fortior, quàm in principio, & in die exacerbationis est maior, q̄ in die quietis: sed in frenesi vera totum est econuerso: quia quanto fe. est extra remissior, tāto materia plus rapitur ad caput siue cerebrum. Signa frenesis non veræ quæ est morbus, sunt accidētium remissio, plusquam in frenesi vera, quæ est morbus.

Methodus.

Istud apostema, sicut & omne aliud apostema, imo vniuersaliter omnis morbus salubris habet quatuor tempora, secundum quæ diuersificatur cura, scilicet principium, augmentum, statum, & declinationem. Cura igitur frenesis veræ quæ est de sanguine, est vt statim a principio, hoc est ante spatium trium dierum vel quatuor ad plus, fiat flebotomia fortis in die vel nocte de cephalica in brachio vel manu, si virtus & ætas consenserint: vel fiat secundario, si virtus sit debilis omnino. Quòd si timor fuerit de sincopi in actu flebotomandi, sicut in quibusdam solet contingere propter consuetudinem, non propter debilitatem cordis, tunc cibetur hora flebotomandi & ante & post cum mica panis infusa in vino granatorum, vel aqua frigida: quoniam a sincopi custodit. Et fiat scarificatio in spatulis circumquaque, similiter & in cruribus: & ligentur extrema dolorose, & fomentetur cum

aqua calida ante & post fricationem: quoniam talis fomentatio, similiter & fricatio cum panno aspero infuso in aqua ros. & aceto, materias diuertit & somnum inducit. Et fiat apertio hæmorroidarum in corpore consueto cum appositione sanguisugarum, vel ceparum circa anum: quia materias diuertunt. Et si aperiri non possunt: fiat flebotomia de saphena, quæ est sub cauilla pedis intus in talo: quia hæc flebotomia habet prouocare menstrua & hæmorroidas. Vnde Hippo. sexto parti. apho. Melancholicis & freneticis hæmorroidæ innatæ, bonum. Deinde subito fiat vel vnguentum, vel embrocatio repercussiua super caput cum succo solatri, vel semperuiuæ, vel populeon mixto cum oleo ros. vel cum oleo de salice, vel nenuphar. vel cum aqua rosace. mixto cum aceto. Et si somnum prouocare intendis, adde eis oleū de papauere, vel de mādragora, vel granū. i. opij, vel lac papaueris vel decoctionē ei⁹. Nō tamē vtere stupefactiuis frequēter, qa finaliter calorē naturalem extinguunt: sed tunc solum, cum superfluunt vigiliæ & furor. Deinde continue vsque ad finem principij intentio tua versetur circa lubrificationem ventris cum clystere lenitiuo vel suppositorio de penidijs: quia acutam mitigat fe. quod sic fiat. ℞ viol. ℥. 2. malue. manipu. 1. prunorum. lib. ß. bulliantur in aqua, & in lib. quatuor illius aquæ dissoluatur ℥. 1. tamarin. & ℥. 1. mannæ. & ℥. 2. zuccari vel zuccari violarum & ℥. iij. olei viol. & ℥. ß. salis & iterum bulliant parumper. Deinde coletur, & tepidum injciatur omni die semel ad minus, nisi per se assellauerit bis vel ter in die. Postquam ægritudo diem tertiam aut quartam transierit: tunc non competit flebotomia sur prædicta: quia tunc apostema est confrimatum, & materia tota fluxa est ad locum: quare non valent diuersiua. Sed tunc erit intendendum euacuatiuis eradicatiuis: vt dicit Almansor. cap. præsenti. Flebotometur ergo tunc vena recta, quæ est in fronte vel naso:, quia hac flebotomia euacuatur aliquid de materia, præter quod attrahat, cum supponimus morbum in statu esse vel prope statum. Idem etiam operatur flebotomia venarum sub lingua vel guindegi in collo apud tempus augmenti si fortis sit virtus: vel ponatur sanguisuga in fronte inter duo supercilia: quæ si non adhęret, applicetur cum sanguine alicuius animalis illic illinito: deinde fiant linimenta frigida prædicta circa caput & non supra caput, ne forte impediatur resolutio quæcunq;. Post illud vero applicentur calefactoria leuia confortatiua cerebri, velut est emplastrum de floribus camomillæ & meliloto, & gallus viuus scissus per medium, vel catulus vel pulmo porci calidus actu. Fricentur extrema cum aceto & sale simul conquassatis. Leuiter iaceat in loco obscuro non luminoso, ne sensus exteriores laborent: neq; omnino vmbroso, ne sensus interiores fatigent. Sint secum assidue dilecti & amici sui, qui taceant & quiescant, & ægrum signis & blanditijs, vel quandoq; minis coerceant a furore: quoniam somnus & quies in loco tenebroso est ex melioribus rebus in frenesi. Cibetur ex lactucis, portulaca, conditis cum aceto vel agresta. Similiter & cucurbita aut succo ordei vel auenæ conditis cum lacte amigdalarum vel papaueris: similiter & pomis assis frigidis actu, vel carnibus pullorum vel hædorꝫ alteratis cum herbis prædictis. Si virtus sit debilis, bibat in die sæpius syrupum de nenuph. vel de papauere cū vino granatorꝫ & aqua decoctionis prunorꝫ vel ordei: & sit syrupus ℥. 1. & ß. et vinū granatorꝫ ℥. 1. & ß aq ℥. iij. vel bibat syrupū

viol. vel rof. vel syrupū de berbere cum eisdem aquis: & hoc fiat nō hora comestionis, sed ante per vnā horam vel duas, similiter & post. Hora autem comestionis bibat ex aquis prædictis per se: & plures aquas sitis extinctiuas atq; nutritiuas dicemus ca. de pturbatione virtutum animalium, parag. de mania canina. Ne prohibeatur a potu aquæ frigidæ omnino, sed bibat de ipsa quantum velit, etiā si apostema sit in viscerib⁹: cū melius sit malum aliquod ægris gignere, quā sinere eos in mortem cadere: vt dicit Galenus 6. de ingenio sanitatis. Cura frenesis veræ de cholera est, vt in principio & ante oīa purgetur corpus cum medicamine mundificante choleram: quod sic fiat. ℞. manne. ℥. 1. tamarīdorū. ℥. 1. & semis, dissoluantur cum. ℥. 4. aquæ decoctionis prunorū. Colet̄ aqua illa, & detur infirmo ante diem. Aliud fortius aliquantulum. ℞. reubarbari. ʒ 2. aquæ decoctionis prunorum. ℥. 4. pulueriſetur reubarbarum, & ponatur in aqua illa & addatur. ℥. 2. syrup. viol. & dimittatur hoc totum stare sic per horas 12. Postea coletur, & detur ante diem, vel purgetur cum ℥. ß. electuarij de succo rof. vel cum stomatico laxatiuo: sed nō det̄ ei medicina fortis: qm̄ materiam agitaret, & frenesim augmentaret ante tempus declinationis. Si vero materia fuerit adusta, tunc si volueris vti apozimate, primo siue secundo, nihil aliud fiat, nisi q in decoctione prunorum addatur sene: & epi. ana. ℥. 2. polypodij. ʒ. ß. deinde cum ista aqua decoctionis dissoluantur tamarindi & māna & reubarba. & fiat sicut prius. Facta autem huiusmodi euacuatione, secure potest fieri flebotomia cephalicæ in brachio vel in manu, vel fiat prouocatio hæmorroidarū vel scarificatio in spatulis & naribus: qa sicut dicit Auicē. 4. cano. fen. 1. cap. de karabito: Si materia ægritudinis nō fuerit sanguis, primo in cura debem⁹ incipere a mundificatione, secundo a flebotomia. Si vero fuerit sanguis, primo a flebotomia incipiendum est: deinde statim fiat embrocatio, & inunctio circa caput supradicta rōne: & conare vt euites generationem apostematis, quantum potes, vel saltem eius confirmationem: qa postq̄ confirmatū fuerit, quod forte est post tres vel quatuor dies ad plus, impossibile erit curare frenesim propter cerebri nobilitatem & sui necessitatem pro toto. Et in omnibus medicinis approximandis per exterius, siue calidis siue frigidis, vtere aceto, quia est ipsarum vehiculum, & iuuat ad penetrandum. Sumat in aurora, si possibile est, pro digestione. ℥. 1. vel ℥. 1. et. ß. oxyzuccari cum tribus vel quatuor. ℥, aquæ frigidæ, vel aquæ decoctionis prunorū: vel sumat. ℥. 1. syrupi acetosi simplicis cum eisdem aquis. In omnibus suis cibarijs, decoquantur semina papaueris al. & lactucæ & scariolę inuoluta in petia al. munda, & psilium aliquando per se, aliquando cum eisdē. Fiat laxus omni die secundum ventrem cum clystere vel suppositorio dicto superius: & in oībus alijs fiat, sicut in frenesi de sanguine.

¶ Cura frenesis non veræ, quæ est morbus, est eadem cum prædictis: nisi quod est vtendum in ea remissioribus & non tantæ frigiditatis: neq; tanto potu aquæ frigidæ: quia est securior aliquantulum, quam frenesis vera. ¶ Cura frenesis non verę, quæ accidens est, sicut est illa quæ contingit in feb. est, vt fiant oīa, quæ dicta sunt de prouocatione hæmorroidarum, scarificatione, ligatione, fricatione & embrocatione & inunctione, prætequam de flebotomia: quia illa non est vtendū: quia natura est debilior propter ægritudinem præcedentem: nisi forte corpus sit carnosum & robustum: qa tunc talia sufferre potest, neq; cadit in

eis timor. Verum quoniam hæc frenesis intenditur cum fe. idcirco stude ad resistendum ei quantum potes, antequam veniat augmentatio fe. cum repercussionibus & diuersionibus supradictis, ne fortassis fiat apostema, vel confirmet: quia fieret necessario mortalis. In fine autem frenesis veræ de sanguine, vel de cholera adusta, si qua vestigia alienationum remanserint: fiant embrocationes resolutiuæ, spargēdo super caput ab alto, quæ sic fiant. ℞. florum camomillę, anethi, maioranę, ros. ru. añ. m. 1. bulliātur in aqua. Ad idem. ℞. florum camomillæ, seminis anethi, fœnigræci. radic. maluauisci. ana. m. 1. bulliātur in aqua & fiat embrocatio.

Emperica. FEL leporis cum vino bullitum facit hominem freneticum dormire semper, donec sibi dederis acetum. Item somniferum extremæ fortitudinis, similiter & narcoticū. ℞. populeon. ℥. 1. olei. mandragorę, olei ros. viola. ana. ʒ. 2. aceti. ʒ. 1. opij. ʒ. 1. misceantur omnia perfecte, et liniantur ex eo frons & tempora actu frigido, reiterando frequenter, vel infundantur in eo petiæ & applicentur toti parti anteriori capitis, sed non posteriori: quia frigida est, & inde oriuntur nucha & nerui. Itē fiat emplastrum ex lacte papaueris, succo lactucarum, succo solatri, & sem peruiuæ, vel nenupharis añ. ℥. 2. aceti nō fortis. ℥. ß cum quibus incorporetur farinæ ordei. ℥. 1. farinæ fœnigręci. ℥. ß. florū camomillæ modicum. Et in ca. de vigilijs plura dicentur. Item somniferū probatum in frenesi. ℞. olei ros. vel viol. vel nenupha. modicum. opij granum. 1. vel 2. cocti parumper. misce omnia, & inunge intra nares frequenter. Item ad idem embroca in fe, in qua timetur de frenesi. ℞. foliorum vel seīm lactuc. maluæ añ. M. 1. viol. ℥. ß. corticum vel foliorum papaueris. M. ß. & modicum mandragoræ, decoquantur in aqua, & colletur. Item odoramentum in frenesi ℞. camphoræ iusquiami, opij. ozimi, croci. ana. cere, quod sufficit, & aq ros. confice ex eis pomū, quod in manu teneatur. De expertis ad frenesim, est flebotomia cephalicæ: & post hoc flebotomia nasi vel sanguisugatio eius, vel venæ frontis, vel potus aquæ frigidæ immediate desuper: quia choleram extinguit, & cerebrum confortat. Et intelligo de frenesi vera. Similiter & scarificatio aurium, & flebotomia venarum sub lingua, & proprie si causa sanguinea videatur.

Canones. Dicunt quidam, quód in frenesi non debent poni repercussiua super caput: quia fieret impedimentum in resoluendo: sed ponantur circa frōtem & tempora. Itē dicit Ras. in diuisionibus, quód freneticus verus non debet prohiberi ab aqua frigida omnino, neq; si sit ex sanguine, neq; si sit ex cho. Mesue vero illud prohibet omnino, quod est: qa Ras. eius frigiditatem & extinctionem respexit, quam facit aqua, & proprie si sit plurima: Mesue vero eius euaporationē, & proprie si sit pauca: quare ipsam prohibet in catarrho.

Prognosticatio. FRenesis vera ex quacūq; causa sit, si confirmetur & per tres dies durauerit, cassa est eius cura: ante vero hoc temp⁹ quandoq; curatur, licet difficiliter. Item si frenesis non vera, quæ est accidens cōsequens febrem, aduenerit post signa digestiōis & virtute cōstante: est salubris. Si vero ante signa digestionis cœperint apparere ei⁹ vestigia: est mortalis. Quia omne signum creticum apparens ante signa digestionis est malum: vt dicit Galenus. 1. & 3. de crisi. Item si in frenesi vera vel non vera fluxus sang. narium exuberans, vel sudor fortis capitis venerit

ſtatim a principio cum virtutis conſtantia: ſalubre. Item dicit Auicenna 3. canone. de carabito. ꝙ nullus habens carabitum. i. apoſtema calidū in cerebro, cuius vrina apparuerit alba, viſus eſt liberatꝰ. Propter quod ait Hippo. 4. parti. apho. Quibus vrinæ lympidę aut albæ, malum, maxime ſi in freneticis apparent: quod & verum intellige in freneſi non vera. Item freneſis vera plerūq; permutatur, in pleureſim peripneumoniam: quemadmodum accidit & econtra. Item ſi freneticꝰ nō alleuietur p approximationem remediorum rōnabilium prima vel ſecunda die, ipſum ſtatim deſeras. Item ſi freneſis ſuperuenerit lethargiæ, bonum ſed ſi ecōuerſo, malum vt dicit Hippo. Et ideo cum vides freneticum cadere in ſomnum profundū & taciturnitatem & mentem malam, & cum hoc extrema frigent & liuēt, & oculi concauātur, ſtatim ipſum derelinquas. Item ſi in fe. atſiua vrina ſit rubea, ſpumoſa & ſtatim cras appareat ſubtilis, aquoſa: neceſſario morietur a freneſi. Item ſi in freneſi quæ conſequitur fe. nō recordatur poſt paroxiſmum eorum q̄ dixit & fecit, neq; verecundatur præter ſolitum, morietur: quia paſſio communicata eſt toti cerebro ante & poſt. Item ſi nō ſentiat ſe pati, vel ſi aſſit ſpaſmꝰ, vel ſincopis, vel deſipientia: morietur. Item ſi arterię tremant in tangendo pulſum, morieť: ſimiliter & ſi oculi lachrymentur inuoluntarie vel ſi vrina retineatur vel egeſtio: ſimiliter ſi ſe violenter proijciat a capite lecti ad lecti pedes, neceſſario morietur: vt dicit Hippo. in prognoſticis, quia hæc ſignant maximam anguſtiam & dolorem. Scias præterea quod freneſis, quæ eſt morbus, eſt ex toto genere ſui magis mortalis quā ſalubris: Freneſis vero quę eſt accidens, econuerſo, quia freneſis morbus eſt ex materia humorali: ſed freneſis accidēs eſt ex materia vaporali ſiue vaporoſa.

¶De lethargia. Caput V.

LETHARGIA eſt apoſtema frigidum cerebri. Verum quia materia frigida eſt naturaliter groſſa non penetratiua: ideo fit magis hoc apoſtema in meatibus cerebri, quam in ſubſtantia eius vel velaminibus: quia & poſterius cerebrum eſt frigidus anteriori: propterea, quod pauci ibi ſint ſpiritus, & propter eius maiorem diſtantiam ad emunctoria & colatorium palati: & ideo eſt illud apoſtema frigidum, ſcilicet cerebri poſterioris & eius ventriculi atq; cauernoſitatum. Lethargia diuiditur in veram & non veram. Vera eſt apoſtema tantum ex materia pure frigida. Non vera eſt ex materia frigida cum pauco ſanguine, vel cholera. Eſt autem quandoque morbus, quandoque accidens. Morbus quidē cum materia per ſe in loco colligitur, & facit apoſtema, & hoc eſt vt raro. Accidens vero, quando conſequitur alium morbum: & hoc fit vt plurimum: plerumq; enim ſequitur fe. continuam de flegmate, vel hæmitritæum minorem, vel peripneumoniā: quoniam in huiuſmodi paſſionibus flegma actione febrilis caloris ſubtiliatur, & rapitur ad cerebrum ſurſum. Et hæc fe. quandoque remanet cum lethargia: quādoque vero deficit fe. continua in die ſeptima, & remanet iſta lethargia. Et omnis lethargia eſt paſſio omnino oppoſita freneſi, in cauſa, in eſſentia, in ſubiecto & accidentibus: & ideo cognitio eius & duratio aliqualiter apparet ex ca. de freneſi. quia qui bene diffinit contraria conſiderat velut in alia ſcientia demōſtratur. Lethargia præterea

vera quandoq; fit de flegmate, & hoc est vt sæpius: quandoq; de melancholia, & hoc est perparum. ¶Signa eius, q̃ est de flegmate, sunt dolor capitis leuis cum fe. lenta: quia ad omne apostema intrinsecum sequitur fe. cõtinua, similiter & subeth, licet fe. quãdoq; diminuat subeth. Neq; mirandũ, fe. posse stare cum signis frigidis, quia nõ est impossibile causam antecedentem esse frigidam, & cũ debet fieri coniũcta, ipsam vel partem eius calefieri, & hoc per putrefactionem: omnis autem putrefactio calefacit: vt dicit Galenus .2. de accidenti: similiter & obliuio: quia cella memoriæ residet ibidem: quapropter habet os apertum, donec ab adstantibus claudatur propter pigritiam & obliuionem. Et aduenit quandoq; singultus propter compassionem oris stomachi: & est ipsorum lingua alba, & os saliuosum, & decubitus supinus, licet supra latera reuoluatur: & vrina grossa & alba velut subiugalium & puerorum gulosorum, & egestio humida: pulsus rarus, satis tamen magnus, vndosus & tremulus. Et accidit ei quãdoq; frigiditas extremorum cum aliquo tremore propter superabundãtiam flegmatis & oppressionem spiritus & caloris. Signa eius q̃ est de melãcholia sunt, quod oculi remanent aperti non palpitantes, velut oculi intuentes vnam rem absq; motu: & fe. lenta & dolor parum fortior, quam in ea de flegmate: & oculi prominẽtes, & quandoq; alienatio cum rixa, similiter & obliuio vrinandi, nisi ab hoc excitetur: vrina alba subtilis: color oculorum albus valde: pulsus paruus, strictus, spissus, durus, difficulter apparens: nisi forte hoc fiat ratiõe caloris fe. Signa lethargiæ non veræ quæ est morbus, est mixtura siue adulteratio signorũ prædictorũ. Signa lethargiæ non veræ quæ est accidens, sunt, cum fe. incipit augmentari, somnolentia & pigritia præter debitum & solitum: & habitudo flegmatica, & diminutio sitis, & taciturnitas loquẽdi, & vrina al. grossa vel caropos, & quandoq; ruffa, spissa propter calorẽ febrilem insertum in grossa materia: & egestio fluida, aquosa, & quãdoq; al. grossa. velut flegma viscos.

Methodus. Cura lethargię verę de flegmate ẽ, vt statim a principio apparitiõis signorum vsq; ad tres dies, fiat inunctio repercussiua circa caput continue cum oleo ros. & pauco aceti simul mixtis, donec locus securetur ab apostemate: & in hoc cõueniũt Almãs. & Auicẽ. Deinde scd̃m Auicẽ. debet fieri flebotomia cephalicæ ĩ manu, si virt⁹ et ætas cõsenserint: quia flebotomia euacuat multitudinẽ humorũ, licet non qualitatẽ: sed Almans. flebotomiam prohibet: post ista vero conueniunt, vt fiant clysteria acuta frequenter actu calida ℞. colloquintidæ, agarici, centau. cartami, seminis vrticæ. radic. capparum, calamenti añ. ʒ. ß. anethi, florum camomillæ. azari, ana. m. 1. pistentur & bulliantur in aqua. & ex li. 1. istius aquæ, & ʒ. 4. olei cõmunis. & ʒ. tribus mellis. & ʒ. ß. salis fiat mixtura, quæ iterum bulliatur ad ignem: deinde coletur, & administret. Similiter & illud. ℞. colloquintidæ. ʒ. 1. olei. ʒ. 4. mel. ʒ. ʒ. sal. ʒ. ß. fiant sicut prius. Et valent suppositoria de sale gemma vel fellitis, acutis: & opus, vt ligentur coxæ & adiutoria ligatura dolorosa, & fricentur volæ & plantæ pedum fortiter cum sale & aceto vel vrtica: q̃a sicut fricatio leuis inducit somnũ, ita aspera fortis inducit vigilias: vt dicit Gale. 7. de ingenio. Patiẽs ponat̃ in loco calido vel tẽperato luminoso valde: neque p̃mittat̃ dormire, quantũ fuerit possibile: imo trahat̃ p̃ capillos: quia summum remedium huius passionis sunt vi

giliæ:propterea, quia spiritus animales tunc sua præsentia in cerebro digerunt materiam. Et fiat ventosatio sine scarificatione, incipiendo a nucha & collo & descendendo ad scapulas brachia & crura: quia est res efficax. Effundatur aqua calida super extrema cũ eorum fricatione ex pãno aspero perdurante: quia materias deorsum trahit cũ virtute. Similiter & scarificatio pulpæ aurium, & prouocatio menstruorũ & hæmorrhoidarũ, prout dicemus suis locis. Et præcipit Mesue vomitũ a principio, sed nos id abhorremus: qa materias sursum trahit, nisi sit spontaneus & facilis in corpore consueto. Et si retinuerit vrinam propter pigritiam vel obliuionem, excitetur ad vrinandum & egerendum, & exprimatur vesica cum manibus. Et fiat emplastrum super pectinem & vesicam calefaciẽs illa membra factum ex floribus camomillæ meliloto, folijs seu semine apij, calamẽto, radic. lilij, et oleo camomillę, quod sufficit: qa habet prohibere mortificationem in collo vesicæ: & fac vt trãsglutiat aliquid tiriace vel mithridati: quoniam est conueniens: Transactis autem tribus diebus, & adueniente augmento, administrentur resolutiua gargarismata oxymelle composita et aqua decoctiõis hysopi, oxymelle vel squillitico & aqua calida simplici, vel ex aqua calida calamenti & origani. Fiant etiã sternutationes cum puluere ellebori albi, vel piperis & sinapis: similiter & masticationes ex pipere pyretro, sinapi, & similibus acutis. Et si posses ipsum purgare cum hierapicra, vel cum pillulis cochijs, vel pulueribus earum, cõferret: deinde in statu, & quãdo tota materia fluxa est ad locum, fiat emplastrum resolutiuum, acutum, rubificatiuum super posteriorem partem capitis abrasis capillis: quod sic fiat. ℞. stercorum columbarum, cepæ crudæ, sinapis, mellis, confice cum aceto, & fiat emplastrum. Et cõtinuetur omni die clystere, quia multum confert, & vngatur locus super fricationem fortem cũ marciaton calefacto, vel cum oleo de lilio, vel de spica, vel de castoreo, vel euforbio, vel de costo. Cibetur ex carnibꝰ hœdorum & pullorum & farina ordei vel auenæ: & sit diæta non grossa, vt consumatur materia. Potetur ex hydromelle facto ex lib. iij. aquæ & ℥. iij. mellis, in quo decoctus sit hysopus et ireos, vel ex aqua cicerum & pisorũ, vel aqua ordei cum pipere & porro, si non est febricitãs multũ, & alienetur aqua frigida omnino ab eo. Cura letargiæ de melancholia est, vt fiat clystere. ℞. florum camomillæ, anethi, senæ epithy. colloquintidæ, polypodij añ. m. 1. calamẽti anisi, olei camomillæ. ℥. iij. mellis. ℥ iij. salis. ℥. ß. confice vt superius: in omnibus alijs fiat sicut prius. Cura letargiæ quæ est accidens febris, est eadem cũ prædictis, nisi ꝙ oportet considerare initium apparitionis signorum eius: quare tunc vehementer cũ euacuationibus & diuersionibus & repercussionibus resistatur. Est cauendum quãtum possibile est, ne fortassis apostema confirmetur: ꝙ si sic fit, necessarium est vti valde calidis: & non timeas fe. omino: quoniã oportet magis intendere ad illud quod magis infestat.

Emperica. Dicitur, ꝙ caput vespertilionis, vel cor eius in pãno nigro ligatũ & suspensum ad dextrũ brachium, somnum letargici prohibet. Idem faciunt fel & oculi philomenæ positi in lecto ægri sub ceruice. Emplastrũ bonum rubificatiuum. ℞. affodillorũ, sinapis, allij, ireos, hysopi, ana. ℨ. x. castorei, euforbij añ. ℨ. ß. distemperentur cum succo ruthæ vel affodili, vel sambuci. Epiht. ad idem. ℞. castorei ℥. ß. bulliat in succo rutæ & aceto & oleo, ex quo fiat vehemens occipitij cõfricatio. Subsu

migium bonum fit ex assa fœtida, vel serapino vel galbano vel armoniaco vel oppoponaco, ponẽdo sup carbones & fumum naribus applicando. Nil etiã magis excitat lethargicum, q̃ capillorum humanorum adustorũ fumus, vel cinis eorum, si conficiatur cum modico aceti & castore, & naribus applicetur, vt di. Ioh. Hebeme. ca. p̃senti. Si vero patiẽtis os fuerit clausum, aperiatur cum ferro, & ponatur cunens inter dentes, vt saliua egredi possit: ne fortassis inducat suffocationem: & in ore eius ponatur ʒ. i. tiriacæ veteris, vel anacardi vel mithridati, vel aureæ Alexandrinæ. Hæc igitur dicta ad curam ordinata pertinent: veruntamẽ cum vadis ad infirmum, cuius stupor est magnus, & virtus satis constans: tunc propter timorẽ periculi intende magis accidẽti, scilicet subeth, dimittendo causam antecedentem & coniunctã: vnde factis fricationibus extremorum, & ligationibus, & appositis localibus remedijs ori & naso iam dictis, ordina cito ruptorium tale super occiput, abrasis capillis. ℞. thymum combustum, & cantharides, confice cum emplastro apostolicon: qa in periculo mortis nihil est meli⁹: statim ẽm extrahit humores. Postq̃ aũt æger poterit vti medicinis, ordina syrupũ, q sic fiat. ℞. radi. apij, hysopi, petro. bruci, sparagi, pentafilon, graminis vtriusq; saluiæ, endiuiç, scarioli, scolopendriæ, capil. veneris, polytrici, fumiterræ, añ. m. i. anisi, marathri, carui, camedryos, florum boraginis, polypodij añ. m. ß. fiat syrupus cum lib. i. mellis. detur de omni die ʒ. i. & ß. cum aqua calida. Deinde purgetur frequẽter cũ benedicta, vel blanca vel pillulis cochijs. Si vero nihil remediorum physicalium contulerit: igniatur patella, & capiti applicetur, vt capillos vrat: quia cerebrum vehementer exiccat & a somno excitat. Et si lethargicus cœpit per medicinas meliorari: fiãt duo cauteria, vnũ quidem in vertice, & aliud in occipitio sub cornibus duobus, & dimittatur diu stare apertum: quia nihil melius reperies in exiccatione cerebri a superfluitatibus quibuscũq; & proprie adhærentibus profundis. Dubitant operantes an in lethargia ministrari debeant repercussiua: quoniam augetur ex eis frigiditas, & fit maior stupor, & materia incuneatur: sed hoc est contra Auicen. & Rasim, vt dictum est superius. Dicẽdum autem videtur, q̃ communiter operantes, raro vtuntur in principio principij repercussiuis sed potius apud augmentũ, q̃re sic operantur, & bene. Vel dicendum q̃ Ras. & Auicen. considerauerũt morbũ, & causam magis q̃ accidens: sed communiter operãtes magis considerãt accidẽs, scilicet stuporem & subeth: cum sit astantibus horribilius. Et dicunt q̃ sternutoria non debent approximari valde fortia, et proprie in principio: ne propter fortem motum dissoluatur materia, & fiat maior opilatio, & per consequens suffocatio festina.

Prognosticatio. Dicit Hipp. si lethargicus fiat freneticus bonum: si vero contrariũ, malum. Item lethargia cum febre difficiliter curatur: quemadmodum hydropisis cum febre. Si lethargic⁹ sternutet appositis sternutorijs, bonum: sin autem, malum. Si adhibitis remedijs conuenientibus, vrina nõ cœperit colorari, sed tremor superuenerit, vel membrorum frigiditas, mortale. Sudor frigidus in capite, mortem significat. Si sanguisuga applicetur fronti, nec adhæserit, mortale. Item in lethargia rigor vel tremor superueniens, remanente lethargia, mortale: quoniam multitudinem materiæ frigidæ significat. Si vero post hoc minoreẽ lethargia, bonũ videtur: quoniam expulsionẽ materiæ creticam demonstrat. Et sic intelligen-

dus est ille apho. Hippo. 7. particulæ. In lethargico tremor, malum. Item lethargia quandoq; apud horã principij cõuertitur ad paralysim vel peripneumoniã: quia cerebrum propellit materiã ad partem debiliorem: et hæc quidem permutatio videtur bona, si sit ad vitã, quẽadmodum accidit et in subeth et in apoplexia. Item si nullũ prædictorum affuerit signorum, & accidentia continue incipiant mitigari, & virtus fortificari: signũ est veræ curationis & salutis.

De vigilijs superfluis. Cap. VI.

Vigiliæ superfluæ fiũt multiplici de causa. Nam cũ somnus naturalis habeat fieri a vaporibus suauib9 & mulcebribus, ascendentibus ad cerebrũ a cibo bono & debite digesto in stomacho qualitate & quantitate conuenienti, opilantibus vias spirituum animalium in ipso, & retrahentibus ipsos a suis operationibus: propter quod reuocantur ad cor, & ibi multiplicantur denuo, & confortantur: accidere oportet vigilias propter contrarias causas, quæ sunt duæ in genere: Vna ex parte membrorũ mandantium: Alia ex parte recipientium. Mandantia sunt duo, scilicet stomachus & membra generationis. Recipiẽs est vnum, scilicet cerebrum.

Methodus. Stomachus est causa vigiliarum tribus modis. Primo dum penitus nihil mandat sursum: vt cõtingit in summa indigestione, atq; lienteria Quod si indigestio fuerit in causa, tũc accidit prostratio appetitus, inflatio stomachi, rugitus ventris: & quandoq; vomitus eius flegmatis viscosi. Et cura est, vt vtatur sępe diatriopipereon, diagal. diacardamo, et pulueribus et speciebus calidis, stypticis, aromaticis: et vt virtus retentiua stomachi atq; digestio confortentur. Si autem fuerit in stomacho materia, quod patet per exeuntia: tunc requiritur, q; fiat vomitus cũ oxymelle squillitico, & aqua decoctionis anethi, rafani, & modico aceti vel olei. Deinde purgetur cum ℥. semis benedictæ laxatiuæ, vel blãcæ vel hierapicræ. Et emplastretur stomachus cum emplastris calidis stypticis, & inungatur cum oleo masticino & nardino mixtis, & in vase duplici calefactis, addito puluere gariofil. & fiant omnia quæ dicentur cap. de prostratione appetitus, & cap. de indigestione. Si autem fit cum hoc lienteria, siue fluxus ventris cibalis: dentur trocisci de karabe cum aqua plantaginis & calamenti: quos in ca. de fluxu vẽtris dicemus. Quod si præsto res alia non fuerit: dẽtur zuccari rof. veteris partes sex cum parte vna pulueris boli armeni, masticis, olibani, & gummi arabici assi: vel detur electuarium de thure positum ibidem. Secundo modo stomachus est in causa: quia parũ mandat: sicut accidit in corporibus consumptis, vel etiã naturaliter siccis secũdum complexionẽ stomachi, aut hecticis aut habentibus fluxum vẽtris diuturnum, aut superflue laborantibus. Et cura eius est corpus impinguare cum iuribus carniũ bonarum pinguibus conditis cum lacte papaueris albi, vel lacte amigdalarum dulcium, in quibus ponantur ipsa semina papaueris. Dentur etiã pultes factæ cum eisdem rebus. Bibat vinum rubeũ, dulce, aromaticum lymphatum cum aqua, in qua steterit papauer: vel si necesse fuerit iusquiamus, vel mandragora. Fiat embrocatio super caput ex aqua decoctionis lactucæ, corticis papaueris, & modico iusquiami. Vngantur nares & tempora cum populeon temperato cum oleo rof. Vtatur balneo aquæ dulcis tepidæ & omnibus humectantibus pro posse. Tertio modo stomachus est in causa: quia mandat vapores diuersos

& mordaces: sicut accidit in febribus vel habētibus choleram circa os stomachi, vel cibos corruptos in ipso. Et cura eius est ponere in cibis eorum papauer, lactucas, viol. pruna. & curare fe. & euacuare choleram & cibos corruptos cum medicinis vomitiuis & secessiuis, & facere embrocationes circa caput humectatiuas & infrigidatiuas: vt alterent cerebrum, & repercutiant vaporem: & fomententur crura cum aqua decoctionis florum camomillæ, foliorum salicis, & furfuris cum fricatione leui: quoniã trahit calorem ad inferiora corporis: & sumat hora illa diapapauer cũ vino lymphato. Si autem assumptum esset in cibo aliquod venenosum: tūc statim fiat vomitus fortis pro posse: Deinde detur ʒ. i. tiriacæ veteris, si venenũ sit frigidũ, vt opium, iusquiamus, mãdragora, papauer, propter quæ consequitur pigritia & subeth: et prohibeatur a somno omnino. Sed si sit venenum calidum, & consequatur angustia, & sitis & mordicatio stomachi, & amaritudo oris: sicut cōtingit post sumptionem calcis, arsenici, euforbij: tunc detur post vomitũ prædictũ. ʒ. i. tiriacæ factæ infra sex menses: quæ si nō habeatur, ponatur in veteri granum i. vel 2. opij. Et fiāt ligationes extremorum, prohibeatur a somno pro posse, & fricentur pedes & crura cum aceto & sale. ¶ Membra vero generationis sunt causa vigiliarum: quoniam sperma vel mēstruum diu retinetur: sicut accidit monachis, viduis & impregnatis infra 4. menses: quia sperma retentum aduritur & ab ipso fumi pessimi eleuantur, qui peruenientes ad cerebrum inducunt vigilias, et quandoq; maniam caninam, peruenientes autem ad cor, sincopim et tremorem, sed ad matricem peruenientes, suffocationē inducūt. Et causa istarū vigiliarum non potest cognosci, nisi per relationē infirmi, similiter et priuationē aliorum signorū omnino. Et quia facies bene cōstat in sui dispositione, nisi quando sentit patiēs dolorem capitis et renũ, & stomachi indigestionē, et in viris tument testiculi: et fit apparitio somniorū lasciuorum. Cura eius est coitus frequēs et vti medicinis diminuentibus sperma: quas dicemus. Et confert vsus assiduus aceti, lactucarū, seminis agni casti. Cerebrum est causa vigiliarū plus omnibus per suam complexionem siue naturalē siue accidētalem. Quia sicut complexio frigida et humida inducit somnum, ita calida et sicca vigilias: quemadmodũ apparet in fe. et ambulantibus in sole, et balneantibus in stupha calida, et vtentibus cibis, vel seminibus diureticis vsu superfluo: propter quod viæ spiritus elargantur, et opilari non possunt. Et cura eius est, vti embrocatiōib⁹ circa caput, et cibis et potib⁹ dictis ca. de frenesi. vsu tamen moderato magis q̃ illic. Fiunt etiam vigiliæ propter causam primitiuam, scilicet iram, vel solicitudinē, vel gaudium immoderatum. Et cura eius est abstinentia a talibus, et vti cōtrarijs: quia in omni motione corporis &c. vt dicit Hippo. secunda parti. apho.

Emperica. Si nescis, quæ sit causa vigiliarum superfluarum: fac embrocam ex resolutiuis et somniferis simul, quæ sic fiat. ℞. florum camomillæ, meliloti, psillij, corticum papaueris, lactucis, mal. decoquantur in aqua omnia simul: quia resoluit cholericos vapores, si qui sunt in capite: et cum hoc infrigidat & humectat: & præterea fundatur lac mulieris vel bestiæ vel papaueris super caput. Item iusquiamum coque in vino dulci, et vnge nares et aures et labia, et statim quiescet. Itē opiũ, iusquiamum, se. lactucarum, se. papaueris commisce cum succo lactucarum vel solatri, et emplastra super frontem.

Item semen papaueris coctum cum vino bibat. Itē ex aqua decoctionis foliorum iusquiami, vel mādragoræ, vel papaueris fomētetur frons, tempora & pedes & crura: Omnia enī ista extinguunt calorem accidentalem & humectant cerebrum manifeste. Item vnguentum somniferum extremæ fortitudinis ℞. populeon. ℥. 2. olei mandragoræ, olei rof. olei viol. ana. ℥. 2 aceti parumper gratia penetrationis opīj ℥. 1. intinguantur cum isto petiæ frigidæ, & ponātur super tempora: liniantur etiam cū eo nares, vt ad cerebrum virtus perueniat: cōfert in frenesi & fe. arsiua. Item odorentur rosæ, violæ, cortices papaueris, iusquiamus, semina lactucæ, florum nenuph. posita in sacculo simul. Item ex medicinis diapapauer, filonium recens, & tiriaca recens. Item papauer al. iusquiami semen albū distemperatum cum albumine oui & lacte mulieris, & fac emplastrū super frōtem.

Canon. Scias consequēter, φ in omni causa, maxime somnifera cibaria conferunt: quia sunt magis amica naturæ q̄ medicinalia, quorum in cibis præcipua sunt pultes, vel iura confecta cum papauere pistato, vel cum eius lacte temperato cum lacte amigdalaꝝ dulcium: quia multum conferunt in desiccatione cerebri. Sed in potibus est vinum, in quo stetit iusquiamus vel mandragora: et hæc dentur frequenter in die, & non solum hora, qua petitur somnus. Oportet præterea, vt post huiusmodi haustum fiat epithyma capiti somniferum, vel embroca aliqua supius dicta. Quæ si prius fierent, opilarēt vias angustas cerebri, & impedirent attractionē administratorum per interius. Et omne quidem epithyma vel emplastrum applicetur capiti abraso circa frontem & verticem in medio, vbi sunt commissuræ, ita vt penetret. Similiter et circa tempora & nares, sed nequaq̄ in occipite: quia est membrum naturaliter frigidū: & inde oriuntur nerui & nucha.

Prognosticatio. Vigiliæ si superfluant: inducunt debilitatē virtutū vitaliū, animaliū et naturaliū, propter spirituū resolutionē sine restauratione necessaria. Et si magis superfluant: inducunt marasmum, & exiccationem corporis propter humoꝝ consumptionem, et propter indigestionem omnem. Et si iterum magis superfluant in virtute forti, furorem et maniam propter spirituum animaliū agitationē, sed in debili, mortem propter caloris extinctionem. Item Hippo. 7. parti. apho. In vigilia spasmus et desipientia, malum: supple et mortale, si corpus sit inanitū. Item secunda particula: Somnus et vigiliæ, vtraq; magis, &c.

❡ De perturbatione virtutum animalium sensitiuaꝝ interioꝝ. Item de melancholia, & maniaca passione. Cap. VII.

Virtutes sensitiuæ interiores sunt tres in genere: quarum prima est imaginatio siue fantasia, cui⁹ operatio est retinere species sine materia rerum sensibilium absentium. Et eius sedes propria est in anteriori cerebri ventriculo. Secunda est virtus æstimatiua siue cogitatiua: cuius operatio est discernere inter vtile et non vtile, honestum et turpe: cuius sedes est in medio cerebri vētriculo. Tertia est memoria et reminiscētia, cuius operatio est retinere species reꝝ sensibilium post lōgam ipsarum absentiam (sicut imaginatio post breuem) cuius locus est in posteriori ventriculo. Potest autem quælibet istarum virtutum pati actionem læsam: vt patet per Gal. 3. de accidenti. Actio læsa est triplex: di

minuta, ablata, & corrupta. Diminuta quidem dicitur, cum fit operatio virtutis pigrior, imperfectior & obtusior. verbi gratia, de imaginatione, vt si quis discens sciẽtias mathematicas, non posset imaginari clare lineas vel figuras: quod in illa sciẽtia requiritur. verbi gratia, de æstimatiua, vt pueri, qui parum discernunt inter vtile & inutile. verbi gratia, de memoratiua, vt senes qui paucorum etiam breui tempore recordantur. Ablata vero dicitur: cum operatio virtutis omnino tollitur, velut nihil imaginans, nihil æstimans, & nihil recordans. Corrupta dicitur: quãdo aliter fit operatio q̃ debeat et deceat. verbi gratia, De imaginatiua, vt Galen. ibidẽ exẽplificat de Thesalo, qui ægrotans putabat histriones & buccinatores circa lectum stare, quos iussit expelli subito, quia caput suum læderent: & sic imaginatiua fuit corrupta, sed æstimatiua sana. Verbi gratia, De æstimatiua: vt si qs projceret vasa extra domũ ab alto, nesciẽs p hoc ea rumpi. Verbi gratia, De memoratiua, vt si quis memoraretur Petri, & putaret se recordari Marcũ. Sed procedendo vlterius dicamus, q frigidũ siue sit cũ materia, siue sine maretia, est causa immobilitatis et quietis et ingrossatiõis: quare fit causa actiõis læsæ diminutę vel ablatæ, quando dñatur in ventriculo cerebri deseruiente virtuti læsæ, vel ventriculis pluribus simul: qa ingrossat & figit spiritus animales: vt libere non possint moueri: neq; species rer; deferre ab organis sensuum quinq; exterior;, prout illi virtuti cõgruit & eius opationibus. Ecõuerso aũt causa calida siue sit cũ materia, siue sine materia, est causa furoris, motus, & agitationis: quapropter est causa actionis læsæ corruptæ, quãdo dñat̃ sup vẽtriculũ vel vẽtriculos, deseruientẽ vel deseruiẽtes virtuti vel virtutib9 læsis actione corrupta. Ex dictis igit̃ cognoscere potes, quæ virtus sit læsa, et q̃ pars cerebri sit discrasiata: & q̃ qualitas, vel materia sit in causa, per quæ maxime iuuaberis in cura talis possionis. Actio autẽ læsa imaginationis et fantasię siue sit diminuta, siue ablata, siue corrupta, vnũ nomen commune recipit secundum medicos, scilicet corruptio imaginationis. Eodem modo actio læsa memoriæ & reminiscẽtiæ dicitur cõmuni nomine obliuio. Actio vero læsa virtutis æstimatiuæ siue cogitatiuæ siue cognitiuæ, quod est idem, sortitur nomina diuersa: quæ licet apud diuersos scribentes diuersificentur: nos tamen penes mẽtem Auicen. prout cõcipere possumus, sic nominamus. Nã si sit actio diminuta vel ablata, quæ nõ differunt, nisi sicut magis & minus, dicetur talis passio communi nomine melãcholia, q̃ postea habet duas species sub se. Quar; prima est stoliditas, siue amẽtia, siue infantilitas, siue fatuitas, quæ idem sunt. Secunda vero est melãcholia, quæ nomen generis sibi vsurpauit propter diuersos modos, quos sub se continet: vt infra dicetur. Si vero sit actio læsa corrupta: sic dicitur communi nomine mania: & habet duas species famosas: licet modi sint plurimi. Prima dicit̃ permixtio rationis, siue alienatio: Secunda mania canina, siue dæmoniũ lupinũ. Cognitis igitur causis et subiectis & numero istarum passionnm, quæ sunt sex. Prima corruptio imaginationis: Secunda obliuio: Tertia amentia: Quarta melancholia: Quinta permixtio: Sexta mania canina: videamus de accidẽtibus significantibus sup eas, & cura ipsarum per artem.

Methodus. Signa corruptæ imaginationis in cõmuni sunt ista: quia imaginatur quod non est: & videt̃ ei, q videat res coram se, quæ non sunt: & debilitat̃ imaginãdo longo tpe, neq; apparent ei somnia & visiones noctur

næ, vel parum apparent, & cito labuntur ab eius memoria. Si autē cholera sit in causa: tunc cū prædictis erunt vigiliæ & motus & instabilitas omnino. Si flegma: erit somnolentia, pigritia, & humiditas oris & narium. Si melācholia: erit oculorꝫ siccitas, & auriū & nasi frigiditas sine superfluitate viscosa. Et cura eius est, si cholera sit in culpa: vt primo fiat flebotomia cephalicæ in brachio vel in manu: quia cū sanguine educit̄ cholera ei cōmixta. Deinde cōtinue infrigidetur frons cum aquæ ros. partibus. 2. & aceti parte vna mixtis simul, infundendo pecias in ipsis, vel epithymetur cū oleo nenupha. & oleo ros. vel viol. vel de salice, addendo parū aceti propter penetrationē. Et si cholera adusta sit, & vigiliæ fortius superfluant: ponatur granū vnū opij, vel aliquid mandragoræ in prædictis: donec virtus in ea transeat, & euacuetur sicut infra de melancholia dicemus. Si vero flegma sit in culpa: detur digestiuū primo, s. oxymellis. simplex vel compositum cum decoctione rerū ducētium syrupi virtutem ad caput, ex quibus sunt sticados, flores camomillæ, nux muscata. Deinde purget̄ cū pillulis cochijs aureis, aut hierapicra. fiat gargarisma ex oxymelle cōposito vel squillitico cum decoctiōe sinapi vel hysop: Vtatur aurea Alexandrina tiriaca vel diapliris. vltimo fomentetur caput cum decoctione florum camomillæ anethi & meliloti, & fricetur cum panno calido, & vngatur quandoqꝫ cum oleis calidis famosis, similiter & balsamo. Si vero melācholia sit in culpa: siue sit adusta, siue non: fiat sicut dicetur in isto capitulo. parag. de melācholia. & parag. de mania canina. Et accidit in qbusdā propter corruptionē imaginatiōis, similiter & propter corruptionē virtutis æstimatiuæ & memoratiuæ, vt in somno appareāt eis fantasmata adeo fortia, vt virtutes sensitiuæ interiores ex ipsis excitatæ excitēt virtutes motiuas volūtarias: qre surgūt, & operātur opa vigilātium. Et ipsi⁹ cura est, vt fiāt oīa quæ dicta sunt, & dicētur p totū capitulū, qa istud procedit ex corruptiōe oīm virtutū animalium simul: licet maxime ex corruptiōe imaginatiōis: q̄re imaginānt se vigilare & indutos esse, et in tali & tali loco: cū ita nō sit. Et quibusdā accidit, vt mingāt in lecto: cū imaginātur se esse in loco debito micturꝫ: verꝫ in hoc præcipuū est remediū, vt verberētur virgis in somno, similiter & post: qa p hoc virtus memoratiua reponēs speciē doloris intra se, refrenabit imaginatiuā & æstimatiuā ab actionib⁹ p̄dictis.

Obliuio. Signa obliuiōis in cōmuni sunt: qa patiēs nulli⁹ recordat̄, vel debiliter & paruo tēpore: & fit vt plurimū ab humore flegmatico dominā te postremæ cellulæ: quare fit cum hoc somnus profundus, pigritia, & grauitas. Fit etiā quādoqꝫ ab humore melācholico ibidē dn̄ante: & tunc difficulter ip̄rimit̄ memoriæ spēs aliq̄, & fit insomneitas, & res p̄teritæ meli⁹ cōseruātur, q̄ p̄sentes, vel de propinquo factæ. Et est cura ei⁹, si fiat de flegmate: vt fiāt oīa dicta ca. subeth. Verūtamē cōueniēs est, vt vltimo fiat cauteriū in parte posteriori vsqꝫ ad craneū cū ferro, vel vesicatio cū cantharidibus vel cū calce viua, arenico, & similibus dictis ca. de lethargia. Si autem melancholia sit in causa: inducatur somnus, & pro posse gaudium per medicinas somniferas dictas superius ca. de superfluis vigilijs, & comedat sæpe diapapauer. Mundificetur cū geralogod. vel apozimate facto ex sene thymo, epithymo, popypodio, in quo dissoluta sit, ℥. 1. cassiæ fi. colatæ & mundatæ: & impinguetur corpus eius pro posse: quapropter conuenit, vt bibat vinum clarum lymphatum, & sorbeat iu

ra pinguia, & pultes humectatiuas, et carnes agnorum & hœdorum & pullorum & vitella ouorum sorbilium. vtatur ex oleribus, feniculo, borragine, buglossa, spinachijs, & bletis. Et dicitur, quod ebrietas eis confert facta semel omni mense: quoniā ipsorum cerebrū mundificat & humectat, & proprie pmissa vniuersa purgatione, vt ait Auicē. pri. can. fen, tertia ca. de regimine vini & aquæ.

Amentia. Signa amentiæ siue stoliditatis sunt: quia desiderat esse cum pueris, & ridet de rebus quas facit, sicut pueri, & difficiliter potest corrigi: & fit piger . & facit ædificia ex luto et bacculis ~~& æqtate~~ . Hæc em̄ oīa accidunt propter frigiditatem & humiditatē, vel propter frigiditatē & siccitatem dominātem in cerebro secundum mediū venticulū. Et cura eius est cōmunis, quocūq; duorū modorum fuerit, vt calefiat cerebrum cum electuario de muscho: quod sic fiat: ℞. muschi. ʒ. ß. cardamomi, liquiritiæ, gariofil. zinz. piperis longi añ. ʒ. ß. cynamomi. ʒ. i. ligni aloes ʒ. i. croci. ʒ. 2. cōficiantur cū melle in hyeme, & zuccaro in æstate: detur sero & mane ad modum castaneæ. Confortat nanq; cerebrū et cor & stomachū. Vtatur electuario pliris, & electuario ducis, & aurea Alexandrina, & tiriaca veteri, & dianthos cū muscho. Ponatur in loco luminoso: cōuersetur cū amicis & dilectis & prudētibus tractātibus negotia ardua: vtatur solatijs diuersis. Et scias, quod ablutio crurū cū decoctione florū camomillæ, meliloti, & anethi, est valde cōueniens in om̄i specie melācholiæ.

Melancholia. Signa melācholiæ in cōmuni, sunt pusillanimitas, & timor sine causa manifesta. Neq; mirū est, si timeāt, quoniā assidue causam timoris secū deferūt. s. humores & spirit⁹ caliginosos: vt ait Gale. s. de accidenti & morbo: & desperatio in diuitijs & honoribus: æstimatio mala, velocitas iræ, dilectio solitudinis, tremor, vertigo, sonitus & tinnit⁹ & proprie in mirach. Hæc em̄ oīa accidētia proueniunt ex dominio humoris melācholici super mediū vētriculū cerebri. Iste aūt humor melācholicus, vel fit p viā cōgelatiōis & infrigidatiōis: & tūc est causa amētię: vt dictū est, vel p viā adustiōis: & sic est causa psentis passiōis. s. melācholiæ. Sed diceres, ergo melācholia fit a causa calida, quod supra negatū est. Dicēdum est, quod licet melancholia ista fiat per adustionē, quia tamē adustio nō valde vincit sup eam, sed solū adeo, vt resoluat subtile vnctuosum, inflammabile, & derelinquāt grossum, terrestre: ideo ista melancholia remanet naturaliter frigida: sicut apparet in carbōe extincto. Si nanq; materia foret calida, & in ea valde supflueret adustio: fieret causa maniæ caninæ, vel permixtionis rationis: vt infra dicetur. Cuius exemplū apparet in carbone ignito vel cineribus. Postq̄ aūt melancholia fuerit confirmata: tūc apparēt accidētia varia, rara & mirabilia. Nam qdam putant se dominos, qdam gallos, qdam lupos qdam putāt se demergi si exirēt domū vel camerā, qdam putāt inuerecūdū fore, si cōederēt corā hoibus, qdam propter imaginatiōis corruptionē plurimā, se interficiūt vel demergūt: nisi custodiantur: et sic de alijs modis infinitis, secundū q̄d melācholię talis sunt modi adustiōis plurimi. Nā qn̄q; hęc melācholia, q̄ est causa hui⁹ passiōis, fit solū ex san. cui grossum et feculētū remanet, et subtile resoluit: Qn̄q; ex adustiōe flegmatis: q̄d tn̄ raro cōtigit, vt dicit Aui: Qn̄q; ex melācholia naturali non adusta, sed corrupta i malas q̄litates: Qn̄q; ex cho. igrossata p adustionē aliq̄'ē. Itē q̄cūq; istarum materiarum fuerit causa melancholię: tūc vel est in cerebro cōtēta vel in to

to corpore, vel in stomacho, vel in splene, vel in mirach: et signa vniuscuiusq; propria iam dicem⁹. Signa melācholiæ propria; si materia sit sanguis fex, & sit cōtēta in cerebro, sunt firmitas cogitationis, & assiduitas solitudinis, & assidu⁹ aspectus in rem vnam, & inclinatio visus in terram, & multiplicatio risus & gaudij sine causa manifesta, & tristitia non plurima, & vrina rubea, spissa: & pulsus mollis, & color faciei rubeus & fuscus: & somnietas cum grauitate quadam: & sapor dulcis in lingua, in quo apparebit quandoq; amaritudo, quandoq; salsedo propter aliqualem adustionem: habitudo corporis vt plurima carnosa: venæ magnæ & replætæ. ¶Signa melancholiæ propria, si sit ex flegmate, sunt cum prædictis pigritia, & obliuio, & grauitas capitis: & non erit ridēs, neq; gaudēs: & vrina alba, & suppallida, spissa: pulsus paruus, mollis: color faciei pallidus vel albus. ¶Signa melancholiæ propria, si sit ex cholera, sunt cum prædictis agitatio & instabilitas, & clamor, & laudacia, & rixa: pulsus velox, durus: vrina citrina vel subruffa, subtilis omnino: similiter & color faciei citrinus: habitudo sicca. ¶Signa melancholiæ propria si sit ex melancholia: sunt cum prædictis odiū diuturnū, cogitatio plurima, neq; rixabitur, neq; fit audax, sed quietus: vrina subtilis, pallida: pulsus strictus, durus. Si autem materia non continetur in cerebro, sed in toto corpore: apparebit nigredo corporis & asperitas cutis, & retentio eius quod consueuit euacuari ex splene, stomacho, hæmorroidibus, vel menstruis: & multitudo pilorum nigrorum, & antecessio ciborum generātium humorem melancholicum, & antecessio fe. compositarum vel erraticarū chronicarum: quia his succedit humor melancholicus: sicut cinis succedit lignis combustis: vt dicit Gale. de fe. ¶Si vero fiat vitio splenis, erit rugitus lateris sinistri, & opilatio splenis assidua, atq; appetitus insatiabilis propter effusionē melancholiæ ad os stomachi: digestionis malicia, vt in fe. quartana: quādoq; & mordicatio ventris cum furia: quapropter dicitur, quòd fere omnis melancholicus est spleneticus quoquo modo. ¶Si vero fiat vitio stomachi: signa sunt nausea, & repletio ventris hora digestiōis, et multiplicatio doloris apud comestionem & satietatem, quæ post digestionem minoratur. Si vero materia cōtineatur in venis & arterijs mirach ventris, quod est tota ventris carnositas cōtinens mēbra nutritiua: apparebit grauitas in ventre, & attractio ad superiora, & nausea inseperabilis & malitia animi, & corruptio digestionis, & eructuatio acetosa, & sputum humidum, & rugitus ventris, & multitudo ventositatum exeuntium, & inflatio mirach: & quandoq; sentitur dolor in stomacho: & quandoq; inter spatulas, & proprie post cibum vsq; quo digeratur perfecte. Et scire debes, quod vbicumq; sit materia contenta, potest esse sang. vel cho. vel flegma & melancholia: quēadmodum & si continetur in cerebro: quapropter & signa suprapostia cōtingit applicare membris alijs, sicut & fuerunt cerebro applicata. ¶Et postquā iam diximus de speciebus melancholię, & accidentibus super ipsas significantibus, cōsequens est videre de cura ipsius per artem. Cura melancholiæ est fere vna & eadem secūdum omnes eius species. Proximo ergo prouocentur menstrua, vel hæmorroidæ, si corpus sit consuetum, ex appositione sanguisugarum circa anum, vel emplastro facto ex sinapi, cepis, & albumine oui, quod ponatur supra anū sæpius, donec bene adhæserit: & deinde violenter abstrahatur.

Vnde Hip.1.parti.apho.Melancholicis & freneticis hæmorroidæ innatæ, bonū. et Gale.ibidem in cōmento dicit, q hæmorroidæ nō solū secundum purgationes soluūt has ægritudines, sed etiā purgandorꝫ humorꝫ qualitates malas. Et si aliter aperiri non possunt: fiat flebotomia saphenæ, quæ est sub cauilla pedis vel saluatellæ, quæ est in pede inter anularem & auricularem: quia hæ trahunt materias grossas deorsum a capite, & cum hoc prouocant hæmorroidas & menstrua a proprietate. Deinde secundum Aui. Rasim et Serapionem debet fieri flebotomia basilicæ vel medianæ dextræ vel sinistræ cum incisione longa extrahente san.grossum: ad quod confert plurimum antecessio balnei aquæ dulcis tepidæ, vel aquæ decoc.mal.mal uauisci, fol.salicis, & pupuli, et viol. ita vt post eius exitū fiat ilico flebotomia prædicta, donec paulatine extrahaṫ humor grossus a toto corpe cū pmutatione ei⁹ in san.subtilē, et successiōe ciborꝫ et potuū humectātiū oī die, et proprie si materia sit sanguinea. Verūtamē eligibili⁹ videṫ, q flebotomia nō fiat in melāncholia, nisi pmissa mūdificatiōe plurima corporis cū medicina purgāte materias adustas: qa flebotomia vt plurimū extrahit humidū subtile cū calido, qd est curatiuū huius passiōis de melāncholia. Et studiū medici totale sit in īpinguando corp⁹ melācholici: vt siccitas remoueatur, q est potissima causa hui⁹ ægritudinis. In aliis aūt specieb⁹ melācholiæ, q nō sunt a sanguine, nullo modo fiat flebotomia: sed sit cōtent⁹ medicus in mūdificatiōe humorꝫ grossorꝫ cū medicinis, quas dicem⁹, & dięta humida, & rebus cōfortātibus caput & naturā totā, & specialiter cerebrū & cor: & cū rebus rectificātibus splenē: qa durities & opilatio splenis in oīmi melācholico de (quacūqꝫ specie fuerit) necessario repiuntur: vt dicit Hip. & merito, cū splen sit receptaculū humoris melācholici: quare si melācholic⁹ humor in corpore habet aliquod dominiū sup alia mēbra, primo dominabiṫ spleni, in q maior ei⁹ portio naturaliter cōtineṫ. Syrupus cōferens in oī specie melācholiæ siue sit de san. siue de alio humore quocūqꝫ: qa rectificat splenē, & deopilat meseraicas, & ppa rat ad expulsionē, & oīa nutritiua corroborat, & cōfortat, sic fiat. ℞.polypodii lib.ß.buglossæ boragi.melissæ.añ. M.1. cypi, capparis, acori, azar añ.℥.1. senæ epithymi añ.℥.2.semis lactucæ, & endiuiæ añ.℥.3.pistenṫ oīa grosso modo pter senæ & epithymū, q dimittantur sicut sunt, bulliātur aūt oīa pistata in lib.4. aq, donec medietas sit cōsumpta: tūc in fine addaṫ senæ & epithymū: postq bullita sint, dimittaṫ aqua cū rebus quasi infrigidari: tūc fricēṫ ea, q sunt in aq manibus fortiter: deinde coleṫ aqua. & in colatura addaṫ lib.1.mellis aut zuccari albi, & iterꝫ remittaṫ ad ignē, & pmittatur aliquātulū bullire: postea iterꝫ coletur, & reponaṫ. Dētur de eo mane stomacho ieiuno.℥.3.cū ℥.3.aquæ decoctionis epi. sticad. nucis muscatæ & ro. Et hoc fiat vsqꝫ ad sex dies: tūc in sero recipiat sine cœna pillulas de lapide lazuli: quæ sic fiunt secundum Hebem. ℞.lapidis lazuli abluti tricesies in aqua dulci & decies in aqua ro. semp terendo, & aquā renouando post quemlibet ablutionem in mortario.ʒ.3.epi.polypodii.añ. ʒ.8. scamoneæ, ellebori nigri salis indi añ.ʒ.2.& ß. agari.ʒ. 8.gariof anisi. añ.ʒ. 4.hierapicræ.ʒ.15.confice cum succo endiuiæ, & da.ʒ.2. cum aqua casei. Educunt eīm cum fortitudine humores adustos de cho. & melancholia: & ideo plurimum conferunt dæmonio lupino. Vel purgeṫ cū pillulis de lapide armeno quæ sic fiunt. ℞. lapidis armeni præparati, sicut lapis lazuli, hierapicræ añ.ʒ.

ʒ. epithymi, agarici añ. ʒ. 4. scamoneæ præparatæ siue diagredij ʒ. 2. & ß. gariof. salis indi añ. ʒ. 2. confice cum succo solatri vel lactucarum. Vel sumat pillulas de elleboro: quæ sic fiũt. ℞. senæ, epithymi añ. ʒ. 2. ellebori nigri ʒ. iij. scamoneæ, reubarbari, masticis añ. ʒ. 1. mirobalanorum indorum ʒ ß. fiant pillulæ cum succo polypodij, vel vino decoctionis epithymi: detur ex eis a. ʒ. 1. vsq; ad ʒ. 2. ſm materiæ multitudinem et virtutem. Si autem pillulas recipere non posset: licet fortius euacuent a remotis: sumat decoctionem, quæ sic fit. ℞. mirobalanorum indorum. ʒ. 1. & ß. pistentur grosso modo, & bulliantur cum ʒ. 2. prunorum siccorum in ʒ. tribus vini, vel ʒ. octo aquæ: donec medietas sit consumpta: coletur & dissoluatur in ea ʒ. 1. tamarindorum vel mannæ. Aliud ad idem. ℞. ellebori nigri ʒ. ß. scamoneæ. ʒ. 1. puluerisent optime, & dimittantur per vnam noctem in ʒ. duab9 mellis rosati, vel syrupi viol. Deinde in aurora ante diem dissoluatur hoc totum in ʒ. 4. aquæ decoctionis prunorum: & detur infirmo totum simul. Et aliquando loco illatis pillulis possumus dare pillularum fœtidarum alманß. ʒ. 1. vel geralogod. ʒ. ß. vel hierãrufi. vel dialene. vel catartici impialis cũ aqua calida. Cum continuatione igitur medicinarum tam digestiuarũ q̃ solutiuarũ regatur infirmus tempore lõgo nunc digerendo, nunc euacuãdo: & confortetur cerebrum & cor cum dianthos cum muscho & pliris arcoticon, & diamarg. & methridato simul mixtis: vel cum electuario, quod sic fit. ℞. serici combusti. ʒ. 1. coralli rubei. ʒ. ß. ossis de corde cerui ʒ. duas margaritarum nõ perforatarum ʒ. iij. cardamomi ʒ. ß. pinearum mundatarum lib. ß. hysopi, liquiri, nucis muscatæ, gariofil. piperis lõgi, cubebæ, gallange, añ. ʒ. 1. & ß. cynamomi. ʒ. s. macis, croci. añ. ʒ. 1. zuccari lib. sex coquantur ad modum zuccari rosß. In hyeme vero vel materia valde frigida existente, confici potest cum tribus lib. mellis despumati, & bene cocti: & addantur in fine ʒ. 2. muschi. si patiens in eo delectetur. Detur ex hoc electuario omĩ die in ieiuno ad modum castaneæ: et post ipsum bibatur aliquid boni vini albi, odoriferi, clari et lymphati: quia cor et cerebrum confortat, et animam gaudere facit, et risum multiplicat: et remouet malas cogitationes et imaginationes erroneas, et rectificat memoriam perfecte, et confortat digestionem et multiplicat humiditatem naturalem corporis totius. Post tales igitur digestiones et purgationes bis vel ter reiteratas, et proprie in corpore carnoso, fiat flebotomia supradicta: vel flebotometur saphena, et proprie pedis sinistri: quia tunc sanguis grossus est in causa: et post hoc cephalica, & post hoc vena frontis: vel ponantur sanguisugæ ad nares: quoniam in tali permixtione confert flebotomia: vt dicit Mesue in suo de appropriatis capi. de cura manię et melãcholiæ. Et si fuerit sanguinis superabundantia propter opilationem, quæ est in epate vel in splene fiat flebotomia ex saluatella dextra vel sinistra, nunc ex hac nunc ex alia, & fiat in flebotomia apertio venæ larga, ne extrahatur subtile & remaneat grossum, & ad illud plurimum confert balneari in tyna ante flebotomiam. In alijs autem causis nullo modo fiat flebotomia aliqua, sed sola continuitas medicinarum prædictarum cum diæta humida. Nutriatur ergo iuribus gallinarum, hœdorum, agnorum annalium conditis cum ouis et puluere, qui sic fit. ℞. cardamomi ʒ. ß. granorum paradisi, cubebæ, añ. ʒ. 1. cynamomi electi ʒ. ß. croci, macis añ. ʒ. 1. nucis muscatæ. gariofil. folij añ. ʒ. 1. terantur, et cribrentur subtilissime, & spargatur iste puluis super ci

bos suos. Confectio diambræ, quæ est medicina sublimis in omni specie melancholiæ cerebrum & cor confortans & omnia membra: digestionem procurat, & vtentem ea lætificat, & membra nutritionis calefacit, senibus quoq; conuenit & frigidis natura & mulieribus et proprie ægritudinib⁹ matricis, sic fit secundum Hebemesue. ℞. cynamomi, doronici, gariofi. macis, nucis muscatæ, folij gallangæ añ. ʒ. iij. spicæ cardamomi, maioris, & minoris ana. ʒ. i. ambræ aureum i. musco (si in ipso patiens delectetur) ʒ. ß. zinzi. ʒ. i. & ß. sandal. ci. ligni aloes, piperis longi añ. ʒ. vnam. Confice cum syrupo ros. et aqua ros. Et da ex ipso ʒ. i. vel ʒ. ß. cũ vino al. aromatico. Caueat a carnibus syluestribus tam volatilibus quàm gressibilibus: quia sanguinem grossum melancholicum multiplicãt. Bibat vinum clarum, aromaticum melius quod haberi potest lymphatum cum media vel tertia parte aquæ claræ. Caueat a vino grosso rubeo vel turbido: vtatur etiam post purgationes lacte recenti capræ & amigdalarum dulcium, & pineis, & fisticis, & auellanis mundanis a cortice rubeo et nutritis in lacte dulci per noctem: similiter & omnibus impinguantibus pro posse, ex quibus sunt balnea, quæ dicentur capi. de feb. hectica. Demum & vltimum, si nihil aut modicum quicqd prædictorum videbitur conferre in omnibus speciebus melãcholiæ, siue sint a sanguine siue a cho. flegmate, vel melancholia: fiat vnum cauterium in vertice capitis ea quidem parte, in qua terminatur medius digitus, quando radix manus ægri ponitur super radicem nasi: & aliud sub cornibus occipitij, quæ profundentur vsq; ad os cranei, si sit possibile, & dimittantur aperta vsq; ad dies. 40. vel circa id. Postea permittantur consolidari, & sic procedendum erit vicissim cum continuatione medicinarum a principio resumendo vsq; ad finẽ: donec nullum vestigium melãcholiæ amplius appareat: quia curabitur, si per medicinas poterit curari. ¶ Fit etiam quandoque melancholia a causa primitiua, vt ab amore alicuius fœminæ, vel ex amore repatriandi: sicut accidit viris effœminatis & delicatis. Et signa patent ex relatione infirmi, & mutatione coloris faciei, & pulsus, quando sermo fit de illa, quã amat. Cura est, vt obtineat rem quam desiderat, si sit possibile: quia in omi motiore corporis &c. Nunquam sit in loco solitario sed inter homines diuersa & solatiosa tractantes, & sit semper in loco luminoso: & dicantur sibi aliqua delectabilia, donec priorum obliuiscatur: q; si non sufficit, dentur sibi somnifera, & iura cõdita cum lacte papaueris, & pultes facti ex feminibus eius & vtatur diapapauere: & fiant omnia dicta superius de melãcholia. ¶ Alienatio. Signa permixtionis rationis siue alienationis mẽtis communia sunt oĩa signa dicta de melancholia, nisi q; in permixtione fit mobilitas & agitatio & velocitas ad operationes non rationales: Sed in melancholia est aliqualis pigritia, & tarditas ad talia: qa sicut supradictũ est, melancholia & permixtio fieri habent ex dominio humoris melãcholici super medium ventriculum cerebri, generati per viam adustionis, & ex alijs humoribus ad genus melancholicum reductis: nisi qa in melancholia fit adustio parua valde, quæ solum sufficit ad ingrossationẽ humorum: Sed in permixtione rationis fit adustio maior, q̃ etiã sufficit ad inflãmandũ & agitandũ spũs aĩales in cerebro: sicut & in mania canina fit adustio maxĩa q̃ esse põt. Fit ergo in vtraq; passione actio læsa cogitationis vel æstimationis, quod idem est: sed in permixtione fit cũ hoc agitatio in operatione eadem:

Sed in melancholia est aliqualis mãsuetudo, non tamen tanta, sicut in amētia, quæ fit de causa frigida. Fit autem permixtio quãdoq; cum feb. propter vapores adustos ascendentes ad cerebrũ a minera putredinis. Et si fit cũ virtute forti, & post signa digestionis perfecta: tũc est signũ crisis salubris. Sin autem, est signũ crisis malę, scilicet mortalis vel diminutæ: & fit quandoq; sine feb. & sic sumit̃ in isto ca. quia est magis proprie tũc passio cerebralis per se, et est morbus: sed cũ fe. insequitur, est accidens. Et cura eius quando est cũ fe. est cura fe. & appositio pãnoꝶ lineoꝶ infusoꝶ in aq̃ ros. & aceto, vel succo solatri & semperuiuæ, & aceto super frontem & tempora: ne materia sursum rapiat̃, & causet frenesim: & hoc est ante signa digestionis. Sed si fit post signa digestionis: tunc non ponãtur repercussiua circa caput: quia impediretur crisis, quam significat: sed suspendatur cum blãditijs, & aliquibus remedijs confortatiuis, donec fiat crisis: Et postq̃ venerit crisis, iuuetur per eandem viam, per quã natura mouetur. siue sit sudor, siue vomitus, siue fluxus sang. narium sicut diximus cap̃. de dolore capitis, qui fit in feb. similiter & in ca. de scotomia. Et cura eius, quando est sine fe. est eadẽ omnino cum cura melancholiæ in euacuationibus, digestionibus, flebotomia, & diæta omniquaq;: sed in fine nõ obliuiscaris cauterij in capitis summitate: quia est conferens omnino.

Mania. Signa maniæ caninæ siue dæmonij lupini (quod idem est) sunt prauitas maxima in accidentibus furoris & agitationis: quæ dicta sunt in ca. de frenesi: quoniam hæc passio & frenesis licet differant in essentia (cum frenesis fit cum apostemate cerebri: Mania vero sine apostemate, nisi forte esset accidens frenesis) veruntamen non differunt in aliquo accidente, nisi in fe. quæ est in frenesi ratione apostematis, sed nõ in mania. Fit autem hæc passio (vt dictũ est) ex materia per adustionem maximam, & per pessimam corruptionẽ ad humores multiplici genus reducta, q̃ adustio non differt ab adustione facta in permixtione rationis, nisi secundum magis & minus. Et q̃ mania nõ fit nisi per adustionẽ choleræ vel melancholiæ: Sed permixtio fit per adustionem humoris cuiuscunq;. Et si fiat ex adustione choleræ: apparet contẽtio velox, et quies post ipsam, & nõ recordatur eius longo tempore, et agitatio, & furor, et instabilitas. Sed si fit ex adustione melãcholiæ: fit cũ quiete spacio longo: deinde mouetur, & loquitur, & incipit ratiocinari cogitans. Postea iterum quiescit, & iterum mouetur, neq; potest silere a clamore & locutione: & non est extenuatio corporis vehementior, & color ad nigredinem decliuior, & somnia deteriora q̃ in ea, quæ de cholera: & euomit quãdoq; aliquid acetosum: quod proiectum super terrã vel arenam bullit, & est de genere venenorum. Mania etiam canina quandoq; fit ex retentione pessimoꝶ menstruorum, sicut accidit mulieribus frequẽter: quare inflantur ventres earum vehementissime, & cum dolore maximo: & loquuntur quandoq; de futuris & mirabilibus mundi, & quandoq; literaliter licet doctæ non fuerint, adeo vt videantur possessæ a dæmone. Quandoq; fit etiam ex retẽtione spermatis superflua: sicut accidit monachis et viduis: quia sperma diu retentum conuertitur per adustionem in venenum, a quo fumi eleuãntur ad cerebrũ, qui mouẽt ipsum ad diuersam imaginationem, æstimationem, & memorationẽ: & ijdem fumi quandoq; sparguntur per musculos, qui sunt in ambitu corporis totius, & per membra neruosa, lacertosa: & inducunt frigus rigorẽ & tremorem absq; fe. & fastidium, & dolorẽ

capitis & vigilias & tenebrositates oculorum & similia. Et fiunt hæc quibusdã hominibus omni tempore, & quibusdã periodice, prout materia cursum in corpore suscipit: & tunc creditur esse a dæmonibus, qui affligunt corpora tẽpore sacro: quod licet secundum veritatem et fidem sit possibile: sæpius tamẽ fit a materia prædicta: quare magis accidit mulieribus q̃ viris, & viduis q̃ nubentibus, & monachis q̃ secularibus, & pauperibus in sole multum laborantibus vtentibus allio, sinap. cep. q̃ diuitibus bonis cibus vtentibis, & necessaria pro medicinis & remedijs habentibus: quæ non fierent, si semper a dæmonio fierent: cum dæmonium curam naturalem non recipiat, neq; distinctionẽ talium personarum.

¶ Et cura maniæ, si sit de cholera adusta, est vt primo locetur in loco obscuro, & sit intentio tua plus in humectando q̃ in infrigidando cum medicinis & balneis aquæ dulcis, & cibis & potibus dicendis: vt vult Auicẽ. ca. præsenti. Deinde propter inobedientiam & instabilitatem infirmi incipiendum est a rebus inducẽtibus somnum dictis capitulo de vigilijs, & ca. de frenesi & fricationibus pedum, crurum: vt materia attrahatur ad inferiora. vnde Hippo. 6. partic. aph. Maniacis, varicibus, et hæmorroidibus innatis fit maniæ solutio. Deinde abradãtur capilli, & vngatur caput cũ oleo nenupharis, & oleo de papauere mixtis cum succo lactucę: in quo sit aliquid aceti, vel cum oleo viol. & oleo ros. & populeon in modico aceti fricenẽ pedes & crura cũ aqua decoctionis foliorum salicis, florum camomillæ ro. rub. vel cum aqua decoctionis lactucarum, corticis papaueris, meliloti, ros. rub. Fomentẽt caput eorum cum lacte mulieris & proprie lactantis puellam: cum sit frigidus, vel cũ lacte papaueris albi. Deinde post quietem inductã aperiatur saphena pedis sinistri intus in talo, vt prouocentur menstrua, & hæmorroides: deinde digeratur materia adusta cũ syrupo de borragine & buglossa dicto superius ca. de melancholia: & purgetur cũ pillulis dictis ibidem. Quòd si furorem & agitationem materiæ ex medicina forti timueris: purgetur cum decoctione hac, quæ sic fit. ℞. sene. epi. añ. ʒ. 1. prunorum ʒ. 2. bulliantur in lib. 1. aquæ coletur, & cum ʒ. 5. vel 6. illius dissoluatur. ʒ. 2. mane & detur infirmo ante diem: deinde fortios. Recipe mirobalanorum indorum. ʒ. 1. ß. sene, epithy. añ. ʒ. ß. prunorum numero 10. pistentur, & bulliantur in aqua & coleẽ & cũ quinq; vel sex. ʒ. illius aquæ dissoluãtur. ʒ. 1. mãnæ syrup. viol. & deẽ ante diem. Fiat a principio omĩ die vel duobus dieb9 semel clystere, quod sic fit. ℞. sene, epi. añ. ʒ. ß. polypodij ʒ. 2. bletæ. m. 1. pistentur, & bulliantur in aqua, & in libra. 1. aquæ illius dissoluantur ʒ. 2. mannæ & ʒ. iij. olei viol. & ʒ. ß. salis coletur, & tepidum supponatur: Potetur vsque ad finẽ furoris aqua, quæ sic fit, non cum alia re. ℞. nenuph. seminis lactucarũ. añ. ʒ. 1. papaueris. ʒ. ß. zuccari ros. ʒ. iij. prunorum siccorũ ʒ. quatuor ordei ʒ. 1. & ß. bulliãtur in sex lib. aquæ: donec quinq; remanserint: coletur, & detur patienti semper hora potationis. Ad idem. ℞. granorum granatorum dulcium & musorum. añ. ʒ. 2. papaueris. ʒ. ß. lactucæ ʒ. 1. zuccari. ʒ. 2. prunorũ siccorum ʒ. iij. bulliantur in 6. lib. aquæ: donec quinta pars consumatur. coletur, & administretur. Ad idem. ℞. ordei ʒ. iij. prunorum siccorum ʒ. quatuor, papaueris ʒ. 1. zuccari ʒ. 2. bulliantur in octo lib. aquæ: donec sexta pars sit consumpta, coletur & reseruetur. Et scias, φ isti potus (vt æstimo) conuenientes sunt, vt plurimum in frenesi quacũq;. Cibetur ex lactucis, portulacis conditis cũ agrestis vel vino granatorum, vel etiam cum pultibus ex or

deo, farre, vel auena factis conditis cū eisdē rebus, vel si sit debilis: vtatur carnibus pullorum, hœdorꝶ, agnorꝶ annalium coctis cum herbis prædictis & cōditis cū ṗdictis vel cū berberis, Non vtatur carnib⁹ syluestrib⁹, neqꝫ bouis, neqꝫ fumigatis, neqꝫ multū salis: vtatur piscibus bonis recentibus non salitis. Cura maniæ quæ fit de melācholia adusta: est penitus eadē cum prædicta, nisi ꝙ in somniferis oportet multiplicare papauer & nenuphar. Et si necesse est propter vigilias & furorē, addaī vnū granū opij: mūdetur cū decoctiōe, q̄ sic fit ℞. mirobalanorꝶ indorꝶ. ℥. i. ellebori nigri. ʒ. i. opij sene, epithy. ana. ʒ. ß. pistentur & bulliantur in aqua, coletur & in ℥. quatuor illius decoctiōis dissoluatur: ℥. i. medullæ cassiefi. & coletur & detur ante diem. Vltimo fiat cauterium in summitate capitis: q̄niam est res cōferēs excellēter. ¶ Cura maniæ propter retentionē mēstruorꝶ vel spermatis est, vt prouocētur mēstrua sicut dicetur capitulo suo: q̄niam ad retensionē spermatis corrupti congregati in matrice confert prouocatio eius, & ordinetur si est possibile vt nubat: quia optimum est. Quod si nubere noluerit: fricet obstetrix vuluā fortiter, & vsqꝫ ad dolorē cū digito inuoloto panno lineo inuncto oleo nardino, cū q̄ camphora vel muschus sint dissoluta. Bibat potū supradictū, et nō aliū: et cibis supradictis vetatur. Cōedat sæpe diapapauer, muschū cum zuccaro roſ. Et post illud bibat aquā frigidam. Hæc em̄ extinguūt spermatis pruriginem, & menstrui feruorē. Et ex rebus ad illud vehemēter cōferentibus, est exiccatio corporis assidua cum vigilijs, laboribus & abstinētia a cibis sanguinē multiplicātib⁹: velut sunt carnes & vinū. Modus nobilis & bonus in hoc casu ad prouocandum menstrua et educēdū sperma retentū, est talis, & valet in suffocatione matricis, & in omni casu, in quo passionis causa cōtrahitur ex menstruorꝶ retētione, vel ex spermate corrupto quoquomō. Supponatur cādela inuoluta cū petia bene imbibita in oleo nardino vel de lilio, in quo dissoluta sint tria grana muschi vel ambræ: et ligetur petia ad crura cōtra cādelam cū filo duplicato, & permittaī filū pendere extra vuluam. vt cādela extrahi possit ad voluntatem patientis. Et hæc candela continue quasi vsqꝫ ad perfectam curam intra vuluam deferaī. Similiter & cū ea os matricis frequenter & fortiter friceī. Trahet em̄ matricē ad inferiora, & sperma corruptū eijcit, & qn̄qꝫ insensibiliter resoluit. Fiat electuariū in hoc casu optimū. ℞. agni casti. ℥. i. mirtili. ℥. ß. teranī perfecte, et non cribrētur: incorporētur cum melle crudo non despumato, & fiat electuariū. deī mane & sero, cum itur dormitū ad modū nucis magnæ, & post bibatur aliquid vini lymphati secūdum medietatē. Exiccat nāqꝫ mēstruum & sperma a proprietate, & virgæ erectionem prohibet, et desiderium ad coitum diminuit, & pollutionē custodit nocturnā: nec est ei medicina similis in hoc. Et dixerunt excellen. ꝙ si adiungaī. ℥. ß. peoniæ in hoc electuario: mirabiliter operatur contra epilepsiā. Et sufficiāt hæc de methodo.

Emperica. In oibus ṗdictis passionibus & proprie in mania, ꝑmixtione rōnis, et melācholia confert plurimum īpinguare corp⁹ cum piscibus recētib⁹, petrosis, aut lacte dulci recēti vehemēter calido ex mamillis, dādo ex ipso aliq̄d omī die in ieiuno ꝑ se, vel cū mica panis sine cibo alio oīno, nisi fortasse cū modico mellis vel zuccari misceaī, q̄niam prohibet ipsum in stomacho coagulari. Lac em̄ compatiī secū mel vel zuccarꝶ, & nullum cibū alium: vt dicit Gale. 7. de inge. sanitatis

ca. 2. Conet̃ medicus humectare cerebrũ cum balneis, & embrocis, & vnguentis humectãtibus, & cibis & potibus, & somno & quiete in qbus sit studium non modicũ. Conetur etiam pro posse confortare splenẽ, et exopilare, vt bene attrahat melãcholiã corporis: prout dicemus ca. de opilatione splenis: & cum emplastro Gale. experto quod scribit. 11. de inge. sanitatis. ℞. radicũ capparis partes. 2. absinthij partẽ. 1. bulliãt diu in oxymelle squillitico, pistent̃ perfecte, & cõficiãtur cũ eodem. Et potest addi oleum rutæ, & lauri, vel spicæ, vel de lilio: & extendãtur super petiam & applicetur spleni actu calido, præmissis euacuationibus vniuersalibus. Cõfortetur cor cum epithymatibus, electuarijs cordialibus famosis. Item anethum habet virtutẽ ugandi fantasmata accidẽtia in istis passionibus, si loc⁹ cũ ipso sternatur, & similiter hypericon q̃quo mõ.

Canones. Quando fit flebotomia in melãcholia, mania, vel ꝑmixtione rationis, inspiciatur san. qui exit: quia si sit grossus, niger: dimittatur egredi, si subtilis, clarus, rubeus, ilico restringatur. Qui canon licet sit generalis in omĩ passiõe facta ex grossis humoribus: verũtamẽ est hic maxime necessarius: quoniã huiusmodi san. lucidus, est sicut frenũ melancholiæ: quare ex ipsius eductione maximũ fieret periculũ. Itẽ in medicinis fortib⁹ & ducẽtibus materias grossas lenientia non derelinquas: vt sunt pruna, thamarindi, viol. & manna. quoniã operationẽ solutiuoꝝ beatificant: vt dicit Mes. præsenti ca. Itẽ in omni passione cerebrali & proprie de materia fixa & ĩmobili docet Mes. in p̃senti ca. autoritate Gale. vt patiẽs deuitet acuta, vt est piper, sinapis, cepe, & vrinã supfluere facientia: quoniã subtile egreditur, & remanet grossum ꝑficiens lapidis essentiam.

Prognosticatio. Dicit Hip. 6. part. aph. maniacis & melancholicis, varicationibus, & hæmorroidibus innatis soluũt ægritudinẽ, sup. siue fiat p se siue p artem: & ad hoc prouocatio cõfert menstruoꝝ. Item ibidem. in percussione in caput stupor aut desipientia, malũ. Item desipientiæ cũ risu quodã factæ securiores: q̃ vero cũ tristitia molestæ sup̃. & difficile curabiles propter grossitiem materiæ. Item. 7. particula apho. In mania dysenteria superueniens, aut hydrops, aut extasis, bonum. quia p dysenteriã, materiæ euacuatio, sed per hydroposim eius alteratio, per extasim fit eius diuersio a cerebro. Item. 5. parti. mulieribus, qbus ad mamillas san. cõuertitur, maniã significat: & proprie si san. sit grossus, niger: qui in lac non posset conuerti: vt di. ibidem commentator. Item ꝑmixtio rationis veniens in fe. cum virtute debili & ante signa digestionis, mortale: ecõuerso salubre. Item maniacis, permixtis, & melancholicis hydrops supueniens p se vel per artem, soluit ægritudinem. Itẽ dicit Hipp. 6. parti. apho. Si timor et pusillanimitas multũ tempus habuerint, melancholicum perficient.

¶De Epilepsia. Ca. VIII.

EPIlepsia est passio capitis diminuẽs sensum et motũ corporis toti⁹, cũ spasmo vniuersali, propter opilationẽ vẽtriculoꝝ cerebri vel pãniculoꝝ ei⁹. Et dicit̃ epilepsia. i. superioꝝ mẽbroꝝ lęsio. et dici. a qbusdã hierasmõ. i. sacra passio: q̃a sacra mẽbra et animata occupat. dici. etiã qnq̃ passio infantilis: q̃a vt plurimũ infantib⁹ accidit. Est aũt maior et minor. Maior q̃dem cũ oẽs vẽtriculi cerebri & proprie anteriores opilãtur: & isti hora paroxismi subito cadũt, & torquentur os & facies cum tumore ceruicis & tremore toti⁹ corporis, et dẽtium cõstrictione: imo

quãdoq; vrina & stercus & sperma inuoluntarie emittuntur propter maximã angustiam & præfocationẽ. Minor vero, cũ ventriculi cerebri non omnino opilantur: & isti quandoq; cadunt hora paroxismi, & quandoq; non sicut & scotomiam patientes: neq; spuma in eis apparet magna. Et quæcũq; earum sit, quandoq; affligit semel in die, quãdoq; semel in mense, quandoq; semel in anno. Habet enim periodos, sicut & fe. materialis: cum omis periodus sit a materia: vt di. Gale. 2. de feb. Sed generaliter quanto tardius affligit, tanto tardius, & difficilius curatur: quia materiam grossam adhærentem significat. Sed quanto frequentius affligit, tanto citius interficit, propter virtutis debilitationem & cordis suffocationẽ. Tres habet causas principales, scilicet defectum caloris naturalis tam influentis q̃ innati, & superfluitatum abundantiam, & meatuum angustationem. Tres præterea sunt species secundum triplicem diuersitatem locorum: in quibus materia continetur: quia materia quandoq; continetur in cerebro vel in panniculis ipsius, nec venit aliunde: quapropter & proprie tũc dicitur epilepsia: & isti habent continuam capitis grauitatem, & sensuum omnium obscurationem, & adueniente paroxismo, casum non præsentiunt, propter eius festinantiã: neq; postea recordantur propter cerebri læsionem. Quandoq; vero materia continetur in stomacho & intestinis vel aliis visceribus, non quidem in concauitate eorum (vt quidam crediderũt) sed in venis, neruis, & arteriis, per quorũ meatus materia bulliens rapitur sursum sub fumali euaporatione ad cerebrum: & tunc dicitur analepsia: & isti laborãt repletione stomachi, & fastidio & indigestione, & casum præsentiũt: & postea recordantur: & accidit ante casum tremor cordis, nausea, & quandoq; vomitus, & cõtractio siue grauitas inferioris labri propter continuitatem tunicarum labri eiusdem cum lingua & stomacho interiori: q̃ si materia sit in intestinis, fit quãdoq; fluxus vẽtris hora illa. Si vero in viis vrinalibus, emittitur vrina. Si in vas. spermaticis, emittitur sperma præter voluntatem. Quandoq; vero materia continetur in extremitatibus mẽbrorum, vtpote coxa, vel crure, vel manibus, vel adiutorio, vel in musculis qui sunt in ambitu totius corporis, & tũc dicitur catalepsia. Et isti sentiũt ante paroxismum aliquid eleuari versus caput, quasi essent formicæ ambulãtes, vel fumi frigidi ascendẽtes a mẽbro illo: deinde sincopisant, & cadunt, et sæpe præseruantur a casu, per ligaturã fortem illius membri. Et isti vt plurimum febriunt: q̃ propter fe. fit bullitio et ascensus materiæ ad caput: neq; sine fe. videtur euenire. Et quæcunq; istarum trium specierũ fuerit, proprietatem quando materia cõtinet in capite vel fit a sang. vel flegmate, vel melãcholia: raro autem vel nunq̃ fit a cholera: quia cholera sua subtilitate non põt vias oppilare. Si fit a sanguine: apparet inflatio venarũ, guindiges in collo, et dispositio quasi præfocatiua, saliua dulcis sine manifesta causa, et rubedo cum quadam fuscedine in oculis et facie, et vapor sentitur calidus in capite: et in ea est stoliditas cum risu, et eius vrina est valde grossa, et rubea. Et si sit a flegmate: apparet in vrina quoddam simile vitro liquefacto et saliua spumosa, grossa, clara, et pauor, et albedo oculorũ et corpis totius, similiter et pigritia, et obliuio, et aliqñ vomit⁹ flegmaticus, et ætas et regio et tempus et cibi antecedentes flegmatici quoquomodo. Et si sit a melancholia, apparet vrina glauca subtilis cum circulo granuloso, et permixtio rationis diuturna non solum apud horam paroxismi, et color oculorum et

faciei fuscus siue plumbeus, & siccitas linguæ, & antecessio ciborum melancholicorum, vt caulium & lentium & carnium salitarum. Et si sit a cholera, q̄d esse non poterit, nisi adusta veneno fa:erit vrina citrina, subtilis vehemēter et color faciei citrin⁹ subtilis vehemēter, & saliua amara, stoliditas cum furia, siccitas linguæ cum siti, similiter & fortis afflictio hora paroxysmi, & eius paroxysmus spissior: sed breuior aliorꝫ.

Methodus. Cura epilepsiæ in communi est inducere fe. cū vsu electuarij anacardini, quod ponet̄ capitulo de apoplexia, vel aureæ alexandrinæ, vel thedorici anacardini, vel diamargariton, & omnium calidorū, & proprie fe. quartanam vel quotidianam: quia vt dicit Auicen. hæc feb. propter chronicitatem suæ afflictionis digerit materias grossas: & alteratio sex rerum non naturalium ad caliditatem & siccitatem. Vnde Hippo. epilepticorum iuuenibus, &c. Nullus epilepticorꝫ vtatur vino pro potu, nisi plurimū lymphato: quia eleuat a proprietate oēs superfluitates ad caput: sed bibat hydromel factū ex aquæ lib. 3. & ℥. 3. mellis coctis perfecte & colatis. Carnes assæ magis cōpetunt eis, q̄ elixæ & proprie cōditæ cū speciebus, præterq̄ in die purgationis: quia illa die debēt dari elixæ: quia sic magis vētrem p̄parant, & venenositatem materiæ purgandæ adæquāt. Vtatur sæpe pro cibo cerebro auium, pullorꝫ, agnorꝫ, annaliū assatorꝫ proprie: quia cerebrum cōfortant: vt dicit Auer. 5. coll. Caueat tamē, ne stomachus noceatur: quia sunt difficilis digestiōis rōe viscositatis. Caueat ab allijs, sinap. & oibus acutis: quia faciunt materias effumare ad caput: nisi fortassis vsu moderato, vel cum cibo sicco, similiter & a leguminibus & brodijs piperatis, & potu & cibo superfluis. Similiter a timore, tremore, tonitruo: q̄niam lędunt caput: exercitetur fortiter stomacho ieiuno præm. ssa stercorꝫ expurgatione: fiāt fricationes fortes a pectore inferius. & pectinatio capitis, & eius calefactio fortis in ieiuno. Caueat summopere a coitu: quoniam maxime cerebrum debilitat: spiritus resoluendo, & cerebrum colligando, & demum infrigidando membra nisi fuerit epilepsia causata ex retentione spermatis: vt accidit virginibus, viduis, & deo deuotis. Si autem a sanguine: fiat cum prædictis a principio flebotomia saphenæ, quæ est intus in talo, vel frequentetur scarificatio crurium. Deinde mūdetur cum apozimate. ℞. mannę. ℥. 1. tamar indorū. ℥ 1. & ß. dissoluantur. in. ℥. 5. aquæ decoctionis prunorum, & detur ante diē. Epithymetur caput cū aqua rosꝫ. vel oleo rosꝫ. mixto cū, aliquantulo olei de absinthio, vel de spica. Comedat lactu. borrag. feniculum, cucurbitas, & aquā pisorum vel cicerum: Sed carnes euitet: quia sanguinem multiplicant, nisi virtus debilitaretur: pro condimento ciborum suorum vtatur agresta, vel vino granatorum, sed non aceto. Bibat hydromel prædictum, vel aquā decoctionis zuccari, vel berberis, vel prunorum, vel si sit debilis, vinum album valde lymphatum. Vltimo post flebotomiam & purgationes frequentes, sumat semel in septimana in aurora. ℨ. ß. tiriacæ cum ℥. 4. aquæ decoctionis peoniæ: & hæc oīa reiterentur toties, donec perfecte curet̄. Si autem sit a flegmate: quod & sæpius cōtingit, purgetur primo frequēter cū pillulis cochijs vel fetidis, vel cū hierapicra, præmissa digestione cū oxymelle squillitico vel cōposito, & aqua decoctionis rerum ducentium syrupi virtutem ad caput: vt sunt sticad. peonia, nux muscata, cubebe, cynamomū hysopus & ruta. Fiāt etiā clysteria acuta.

Recipe colloquintidæ, cartami, absinthij, hysopi, agarici, centaureæ, ana. ℥. semis, anisi, siseleos, ana. vnciam vnam: pistentur, & bulliantur cum m. 1. bletæ. Post decoctionem coletur, et de colatura accipiatur lib. 1. et olei vnciæ quatuor mellis vnciæ tres, salis. ʒ. 2. Bullianī hæc iterum, & colentur, & tepida inijciātur. Confortētur caput nasum cū marciatō confirmando. Fiant sternutationes cum elleboro vel pipere & gargarismus cū oxymel. et sinap. & masticatio ex pyretro, pipere lōgo, cubebe, partem vnam, macis partes duas facta ex eis forma pillulaꝝ. Vltimo fiat cauterium in vertice cranei, vel causticatio cū cantharidibus, & sinapi super collo. Vtatur carnibus bonis conditis cū cynamomo, galanga, cardamomo, pipere lōgo, zedoaria & croco, Reiterentur hæc toties, donec curetur. Si vero sit a melācholia: purgetur primo cum geralogod. vel pillulis fœtidis, prēmissa digestione supradicta: & fiāt clysteria sæpius ex istis. ℞. sene, epithymi, aā. ʒ. ß. ellebori nigri. ʒ. iij. centaureæ ℥. 1. polypodij. ℥. 2. fumiterræ, bletæ, aā. m. 1. olei ℥. 4. mellis ʒ. iij. salis ℥. 1. fiat clystere. Fiant fricationes & inunctiones capitis: sicut dictum est de flegmate. Caueat hic epilepticus plus alijs a coitu, & nucibus, & cepis, & porris, a vino vero nō sicut alij: quia cerebrum humectat. Si sit a cholera venenosa: purgetur primo cum pillulis istis. ℞. sene, epithy. scamoniæ. ana. ʒ. 1. aloes. ʒ. iij. confice cū succo polypodij, vel vino decoctionis ellebori nigri: de qbus detur a ʒ. 1. vsqꝫ ad ʒ. 2. sero cū itur ad lectū sine cœna. Confortetur stomachus & caput cum oleo ros. Diætetur omīno, sicut dictum est de epilepsia de sanguine. Cura analepsiæ atqꝫ catalepsiæ est fere vna & eadem: quoniā eaꝝ vtraqꝫ materia nō est ī cerebro, sed solus vapor venenosus: quare oportet, vt statim a principio materia purgetur. Post hoc vero fiat vesificatio, vel cauterium super locum, a quo infirmus sentit vaporem eleuari, & profundetur valde, si est possibile, ita vt comprehendatur intra cauterium totus locus infectus: quia materias emundat: et cum fascijs ligetur fortiter idem membrum hora paroxysmi: ne fumi ascendant: in alijs autem fiat omnino, sicut in causa flegmatica.

Emperica. Refert Mesue præsenti ca. autoritate Alexand. ꝙ pillulæ quibus nullæ sunt fortiores, ad epilepsiam flegmaticam, & artheticā, & podagram sunt istæ. ℞. aloes, colloquintidæ, scamoneæ, bdellij, ellebori nigri, corticis gummi ederæ aā. partem. 1. euforbij, baurach, aā. partem. ß. confice cum succo caulium. Dos. est a ʒ. 1. vsque ad ʒ. 2. post digestionem & præparationem completam. ¶ Accidit autem nōnunquam epilepsia a vermibus existentibus in intestinis, transmittentibus fumos pessimos ad cerebrū. Et signa eius sunt signa vermium, scilicet concauitas oculorum, & odor oris fœtidus, & fricatio nariū, & obtenebratio faciei, & multitudo cibi cum habitudine macra & stercore modico: & fit plurimum pueris & gulosis. Et cura eius est interimere vermes: & postea eos educere: sicut dicetur cap. de colica. parag. de vermibus. Quandoque vero fit ex sumptione cibi venenosi, vel morsu canis rabidi. Et de ipsis scribemus tractatu de venenis libro secūdo, si deus voluerit. Fit et quandoqꝫ propter cordis & cerebri & stomachi infectionem ex aëre corrupto, & de ipso dicemus ca. de febribus epidimial. Sciendum est, quòd epilepsiæ alia debetur cura hora paroxysmi, & ante paroxysmum. Nam hora paroxysmi secun

dum communiter operantes, in omni specie epilepsiæ conuenit, quòd æger sit in loco obscuro & sicco, sit ieiunus, si horam præuenerit, & habeat emunctoria omnia munda, aperta: & leuetur caput sursum, vt liberior sit inspiratio: extergatur spuma: & aperiantur dentes cum cultello, vt liberior sit inspiratio: & ligentur extrema, & proprie in catalepsia. Fiat sternutatio cum condisi vel pipere vel castoreo vel euforbio: & proprie in catalepsia & analepsia. Sed non fiat fricatio super caput in principio paroxysmi: neque sternutatio neque approximatio odoramentorum calidorum, sed potius in fine. Et si paroxysmus diu durauerit: fiat clystere acutum dictum capi. de lethargia, & ruptorium approximetur capiti dictum ibidem. Postea in fine poroxysmi conueniunt localia resolutiua consumētia materiam: sicut est odor rutæ agrestis frequentatus, vel puluis rutæ siccæ naribus insufflatus, vel puluis seminis eius, vel succus rutæ viridis naribus instillatus. Extra horā paroxysmi regatur, sicut in methodo scriptū est. Caueat ab esu caniū capraꝝ & piscium omnino & caulium: imo epar caprinum vel hircinum comestum vel suffumigatio facta ex galbano & myrrha, vel vngulis caprarum detegūt omnem epilepsiam. Similiter & fungi, si comedantur. Caueat a balneo superfluo: quia neruos mollificat, & cerebrum humectat. Dicitur, quòd omnis odor malus lædit cerebrum epileptici præterquam odor rutæ, castorei armoniaci, opoponaci factus vsu moderato. Cœna eius sit leuior prandio, & semper in fine cibi vtatur stypticis: vt piro asso, vel cotone &c. & somnum elonget super cibum. Vtatur sæpe stomacho ieiuno diasene confecto cum pliris arcoticon: quia materias euacuationibus adaptat. Euacuationes vero fiant cum pillulis & sine cœna: quia attrahūt a remotis. Item in cura epilepsiæ non negligantur dicta in cura melancholiæ: quia fere omnes epileptici sunt melancholici, cum in vtraque passione materia grossa adhærens viscosa cerebrum occupet. Valet etiam prouocatio hæmorroidæ in corpore, in quo esse consueuerunt, & flebotomia cephalicæ: si sanguis sit in causa peccato qualitatis & quantitatis: similiter & prouocatio mēstruorum, & cauterisatio in summitate capitis vbi sunt commissuræ, vel in occipitio sub duobus cornibus, vel supra cornua frontis. Summopere omnis epilepticus abstineat a comestione apij & eius fumo, specialiter et pueri & mulieres lactantes: quia de proprietate epilepsiam incitat et inducit in pueris: similiter et comestio superflua petrosilini et trifolij. Sed dicitur econtra: quòd cum suspensione radicum peoniæ ad collum eius, et cum subfumigatione facta ex semine eius, et cum sumptione ℈.2. vsque ad iiij. omni die mane seminis eius: et cū potione decoctionis aquæ radicum eius, in qua ponitur mel: plurimi visi sunt sanati, & proprie infantes & pueri, quorum ætas erat infra annos septem. Scias etiam, ꝙ vsus rutæ & sizeleos in aqua & vino multum conferunt, & puluis celidoniæ cum zuccaro comestus. Præterea si sumatur ʒ.1. & ß. pulueris celidoniæ cū ʒ.2. aquæ celidoniæ, & cū ʒ.2. aqua decoctionis mirtillorum & piperis longi, auxiliatur specialiter post purgationem. Syrupus digerens a proprietate superfluitates in capite contentas, est syrupus de sticados: quem dicemus ca. de debilitate visus. Artem autem syrupos faciendi pro capite vel membro corporis quocunꝗ, dicemus cap. 2. cū de fe. differemꝰ. Hęc ergo sunt, q̄ conferūt epilepsiæ sua q̄litate. A proprietate p̄terea reperiunt̄ q̄dā cōferre, vt cerebrū vulpis

infantibus sæpe datũ: facit enĩ, vt nunq̃ fiant epileptici. Item ossa hois, & proprie cranei puluerisata & cõbusta sumpta stomacho ieiuno cum vino decoctionis peoniæ & cubebarum prosunt. Itẽ odorare rutã & castoreum post purgationes cõfert a proprietate: vt dicit Mes. in suo de appropriatis ca. præsenti. Item pyretrum cõditum, quod fit sicut zinz. conditum a proprietate confert, si sumatur omni die. Similiter tiriaca, & mithridatum, & theodoricum, & proprie post purgationes. Item vesica apri cum tota vrina exiccetur in furno, & detur ex ea omni die in mane cum oxymelle ad fabæ quantitatem, sanat epilepsiam: vt dicit Mes. eodem ca. autoritate Alexandri, qui se dicit expertum fuisse in quodam curato vsq; ad tertiam diem. Similiter & hirũdines comestæ vel ad fumũ assatæ et comestę in ieiuno: vt dicitur ibidem. Item coagulum leporis cum aceto bibitum per triginta dies in matutinis ad modum orobi, vel in cibo mixtum. Item puluis iecoris milui dicit̃ esse summum remedium. Item puluis factus ex castoreo, opponaco, anthimonio, armoniaco gũmi & san. dra. datus quẽcunq; curat, & a pluribus est expertus. Itẽ scinde ranam per medium dorsi, & extrahe eius epar, & inuolue eius epar in folio caulis, & combure in sole in testa noua bene obturata, & puluerem illum da bibere cum optimo vino epileptico, dum patitur: quoniam plurimi dicunt se liberatos. Quòd si vna vice nõ curetur: reiteretur idem de alia rana, donec liberetur. Item lapis chelidonius ruffus ligatus in panno lineo, & positus sub assella sinistra sanat maniacos et lunaticos omnino. Item si puluis rutæ siccæ insufflet̃ naribus hora paroxysmi, vel subfumigetur cum asa: statim surget. Item testiculi arietini comesti mirabilis dicuntur iuuamenti. In omni præterea specie epilepsię confert vsus electuarij de peonia, & specialiter post purgationem: quod sic fit. ℞. peoniæ ʒ.1. masticis, spicæ, croci, coralli rubei, margaritarum non perforatarum, masticis añ. ʒ.ß. mirtillorum. ʒ.1. & ß. cynamomi, nucis muscatæ gariofilorum, folij zinz. piperis lõgi, cardamoni, nucis indicæ añ. ʒ.2. liquiritiæ ras. ʒ.5. anacardi ʒ. vnam & ß. muschi, ambræ ana grana sex, zuccari quod sufficit in æstate, & mellis despumati in hyeme, valet epilepsiæ, paralysi, spasmo de repletione, & omni morbo de causa frigida. Et remouet dolorẽ vẽtris ex ventositate: memoriam reparat: datur in aurora ad modum nucis: et post illud bibitur hydromel, vel vinum lymphatum: potest etiam dari sero, cũ itur dormitum.

Canones. Epileptici dicũtur lunatici: quia eorum periodus secundum luminis in luna varietatem procedit: quare fit in quibusdã in luminis defectu in luna: quia tunc humiditas male regitur, quibus luna ex sua proprietate dominatur per lumen & motum. Quibusdam vero in plenilunio, propter humorũ frigidorum exuberantiã. Alijs in nouilunio, propter earum agitationẽ post quietem diuturnã. Quæ igitur est ex sanguine, exacerbatur vt plurimum in plenilunio, quæ vero ex flegmate in nouilunio: quæ ex melancholia, in lunæ defectu. Sciendum præterea, q̃ in epilepsia summum remedium est cauterium in capite post euacuationes particulares: Sed in catalepsia cauterium in membro, a quo vapor eleuatur. Sed in analepsia, prouocatio hæmorroidarum & mẽstruorum, & fluxus ventris debitus quacunq; die. Si epilepsia acciderit puero lactenti: totũ regimen attribuatur nutrici: quapropter his herbis vtatur, scilicet hyssopo. feniculo: & regatur ex cibis calidis siccis quodãmodo. Quare si fuerint cacochymica vel aplectorica, purgetur medici-

nis supradictis, donec virtus regiminis ex lacte transeat in fœtum. In epilepsia præterea fit spasmus vniuersalis totius corporis: quia cerebrum sentiens sensatione naturali: licet nõ sentiat sensu animali, læsionem contingentem propter opilationem vẽtriculorum eius, contrahitur in seipsum, vt materias exprimat a se: quapropter & omnes nerui necessario contrahuntur, quorum est principiũ: & sic cadit patiẽs, cuius simile quodam modo reperitur in sternutatione: propter quod Auicen. dicit, ꝙ sternutatio est epilepsia debilis: Epilepsia vero est quasi sternutatio fortis. In apoplexia vero nõ fit spasmus, sed mollificatio totius corporis propter opilationem perfectam, adeo vt cerebrum contrahi in se non possit, & propter eius læsionem fortem cerebrum resistere non attentet. Item in cura epilepsiæ quatuor dispositionibus oportet succurrere: paupertati caloris naturalis: superfluitatum multitudini, emũctoriorum capitis opilationibus: & meatuum sanguinis & spiritus coartationibus.

Prognosticatio. Si epilepsia accidit ante pubertatem in masculino, vel ante menstruorum eruptionem in fœmella, & non soluitur beneficio medici vel naturæ in viro circa 25. annum, & in muliere circa mẽstruorꝫ primam apparitionem: nunq̃ de cætero curatur: Vnde Hippo. 3. par. aph. Quæcunq; vero permanent pueris &c. Item epileptici frequẽter cadũt in paralysim & stuporem membrorꝫ, propter depaupertationem spiritus, & opilationem originis neruorum: quare considera dispositionem membrorum, vt ipsa rectifices cum balneis calidis aromaticis, & vnguentis marciaton arragon & dialtea. Item quandoq; sub epilepticorum lingua apparẽt venæ virides vergentes in colorem liuidum: quarum apertio remouet inueteratam epilesiam. Item si mulieri impregnatę aduenerit epilepsia, fœtu euacuato cito soluitur. Item si epileptico superuenerit morphea alba, signum est curationis. Si epilepticus non recordatur post paroxysmũ, significat fortẽ ægritudinẽ, a qua curari non potest. Item si infans natus cum epilepsia se expurgauerit, & multas superfluitates aquosas expulerit: significat curationem: sin autem contrarium. Item si fœtus cõcipiatur tẽpore menstruorum, & fiat epilepticus, nunq̃ sanabitur: quia causa est ex principio generationis & fixa. Item si vis scire, quãdo epilepticus sit curat⁹ perfecte: subfumiga ipsum cum cornibus caprarum: & si non cadit, curatus est: si cadit, nõ est curatus. Item epilepsia ex toto genere est difficilis curationis, & proprie inueterata: licet infirmus obediat, et medicus recte operet̃, & necessaria extrinseca sufficiant: quare ab ipsis fugiẽdum est. Cuius causam puto: quia epilepsia vt plurimum est ex generatione, sicut et lepra: vt dicit Auerrois 4. colliget de lepra. Item Hippo. 5. parti. aph. Epilepsiæ quibus ante iuuentutem nascuntur mutationem habẽt: quibus vero 25. annorꝫ fiunt, plerũq; commoriuntur. Alij tamẽ dicunt post annos 35. Hippo. intellexisse.

¶De apoplexia. Cap. IX.

Apoplexia est priuatio sensus & motus in corpore toto cum mollificatione membrorum propter opilationem omnium vẽtriculorum cerebri, & meatuum spiritus sensibilis & motiui & cauernositatum eius. Est autẽ duplex secundum Hippo. 2. parti. aph. scilicet maior & minor. Maior quidem quando opilatio est perfecta: & tales nõ sentiunt omnino, etiam cum pungũtur: & anhelitus est cum angustia maxima, & spuma ante os: imo quandoq; nullus apparet anhelitus. Minor est: cum opila

tio prædicta non est ex toto vltimata, neq; perfecta: & isti non priuātur omnino sensu nec motu: sed est in eis angustia, & anhelitus est paucus, quandoq; diuers⁹ absq; ordine, ita vt fortassis intercipiatur omnino: quare fit passio timorosa, & quandoq; diuersus cum ordine bono & sufficienti anhelitu: & aptis oculis nihil vident quādoq;, & quādoque aliquid vidēt: sed loqui nō possunt. Sed secundū Gale. in cōmento eiusdem aphorismi, sunt tres species eius, scilicet maior & minor & media: verūtamen huiusmodi diuisio est eadē cū priori: qa minorē subdiuidit in duas. Fit aūt apoplexia ex sanguine: & hoc est raro. Fit ex flegmate, & hoc vt plurimū. Et si fiat a sanguine: apparet rubedo maxillarū & faciei, & dispositio repleta quasi præfocatiua cū apertione venarū guindegi in collo. Et quādoq; apparet facies nigra vel plumbea, propter sang. conculcationē et mortificationē caloris. Et si fuerit a flegmate, apparet mollificatio corporis, & albedo squallida cutis, & multitudo muschi natiū, & sputi linguę vel oris. Sunt pterea .12. numero passiōes in accidētibus multū similes, adeo vt cōmuniter operātes in ipsarū cognitiōe: similiter et cura sępi⁹ vacillēt: q̄ sunt. Subeth, Stupor, Cōgelatio, Somn⁹ lōg⁹, Lethargia, Epilepsia, Apoplexia, Paralysis, & obdormitatio, Spasmus, Syncopis, et suffocatio matricis: quarū differētiā essentialē, q̄ scire desiderāt, descriptionē ipsarū ī proprijs capitulis reqrāt: differentiā tamē accidentalē hic prout colligitēx diuersis autorib⁹ vt poterim⁹ aliq̄liter denotemus. Conueniunt enim omnes in hoc, q̄ significant priuationē sensus & motus: sed differunt ex alio: quia quidam significant priuationem sensus & motus in corpore toto, velut Apoplexia: lethragia: subeth. syncopis. suffocatio matricis: epilepsia: stupor: cōgelatio: quædam vero in parte corporis: vt paralysis: spasmus: obdormitatio. Item quidam ex eis sunt morbi tantum, vt lethargia: epilepsia: paralysis: apoplexia: quædam vero accidentia tātū: vt obdormitatio. syncopis: suffocatio matricis: quædam vero morbi quādoq;, & accidentia quandoq;: vt subeth sine lethargia, & subeth cum lethargia. Item quædam durant breui tempore: vt subeth, epilepsia, apoplexia: quædā plurimum adhærēt ex sua specie, vt paralysis. Item quædam vt plurimum fiunt a causa primitiua, vt congelatio, et stupor: quædam a causa antecedente humorali: vt lethargia, suffocatio matricis, epilepsia, apoplexia: quædam vero vtroq; modo, vt subeth, paralysis, syncopis. Item quædam ex toto genere sunt præter naturam, vt lethargia, epilepsia: quędā vero solum aliquo modo, vt somnus longus: quæ oīa clarius apparebunt, cū notificatiōe propria: cum quodlibet describemus. Subeth siue somnus profundus est, cū quis gradatim procedit ad grauitatē capitis & somnolentiam non subito: quare tandē fit dormiens adeo profunde & oculis clausis, vt nullo modo ipsos aperire valeat, nisi vocetur & cōcussetur: tunc parū aperit, & ilico claudit: sed si cōfirmetur, nequaquā audit, nec oculos aperit. Accidit autem hæc passio quandoq; a causa antecedente, quandoq; a causa primitiua. verbi gratia. frigiditate & humiditate aeris cōtinentis, vel sumptiōe opij. Fit etiā q̄nq; sine fe. & tūc est morbus: q̄nq; cū fe. & tūc accidēs fe. supueniēs: & lethargia nunq̄ est sine hoc accidēte. Stupor vero q̄ & subeth vigilatiua nūcupatur, aliud est q̄ subeth diminuta: quapropter somnus nō adeo est profundus, neq; grauitas tanta sicut in subeth. Et q̄nq; fit a causa humorali: q̄nq; a causa extrinseca, verbi grā, frigiditate aeris,

vel esu fungorum, vel casu vel percussione super caput. Stupor quandoque sumitur pro formicatione neruorum & musculorum: & tunc idem est quod obdormitatio. Cōgelatio vero dicitur: cū quis iacet quasi dormiens oculis apertis: vt si fuerit sub situ operationis alicuius adueniēte passione, stat fixus sub eodem situ: & fit vt plurimū a causa primitiua vtpote frigiditate aeris vehemēti, nudato capite: quandoque etiā fit a causa humorali melācholia in cerebro cōtenta. ¶Somnus longus est somnus naturalis in quali, naturalē excedēs in quanto: sicut accidit cōualescētibus, ebriosis, fatigatis, & quandoque pueris gulosis. ¶Lethargia dicitur: cū quis habet apostema frigidū in cerebro, propter quod cōsequitur febris cōtinua, lēta: & dolor capitis grauatiuus cū pauca punctura: deinde aduenit eis somnus profundus et subeth: et sic apparet quod in omni lethargia accidit subeth, & non ecōuerso. ¶Epilepsia dicitur cū quis cadit periodice in terrā, & spasmatur secundū oēs articulos, & anhelat cū angustia, et habet spumā ante os: deinde cū ptransit spasmus, surgit, & sentit, & mouetur, sicut prius. ¶Apoplexia dicitur: cū quis iacet mollificatus secundū totū corpus sine sensu & motu, sine anhelitu fortassis: quia spiritus aīalis non potest puenire ad aliqua mēbra rōne opilationis viarum, nisi fortasse ad pulmonem & diafragma: quia vita sine anhelitu subsistere nō potest tēpore longo: verūtamē quādoque viæ pulmonis opilantur: quare fit sine anhelitu oīno, & forte sine pulsu arteriarum perceptibili a medico, & si vocetur nō audit oīno. Et aduenit hæc passio non adeo velociter, sicut epilepsia: neque adeo pigre, sicut subeth, sed mediocriter secundū festinantiā, ita vt patiens præsentiat eius aduentū: quare quandoque clamat, & mugit, sicut bos, & tunc cadit sicut mortuus: & non fit color corporis fœdus, sicut in syncopi, sed liuidus & repletus, si sit a sanguine: vel albus & squalidus, si sit a flegmate: & est sine fe. plerumque: & antecesserunt eam vertigo perdurans, & scotomia, & fœda capitis, & inflatio venarum colli, tenebrositas visus, & tremor in toto corpore, et stridor dentium in somno, & grauitas & pigritia, & vrina eius grossa plena resolutionibus varijs, lactea vel pallida. Accidit etiam sæpius a causa primitiua, verbi gratia, casu vel percussione super caput: similiter & a frigiditate aeris cōtinentis, aut sumptione opij, & accidit apoplexia vt plurimū gulosis & bibulis aut grossis p naturam vel diætam. ¶Paralysis esse dicitur: cū quis priuatur sensu & motu in aliquo determinato membro. s. brachio, vel crure, vel lingua cū mollificatione illius mēbri, vel in medietate totius corporis, scilicet in toto latere dextro, vel in toto latere sinistro, vel in toto corpore a collo infra, ita vt caput & eius partes sint sanæ. Nam si totū corpus careret sensu & motu cum mollificatione membrorū, necessario foret apopleticum vel subethicum, quia tunc cor et cerebrum essent læsa, quod in paralysi non contingit, cum sit passio neruorum et membrorum neruosorum. ¶Obdormitatio siue stupor siue formicatio est, cum mēbrum aliquod, puta manus aut pes, acquirit sensum obtusum et motū laboriosum propter malū sitū opilantē neruos deferentes spiritū sensitiuū & motiuū. ¶Spasmus vero dicitur contractio mēbri laceriosi, siue sit de plenitudine (vt in corpore plethorico) seu de inanitiōe (vt in corpore hectico et fe. cōtinuis cōsumpto) siue sit ex dolore, vt in punctura nerui. Quod si talis cōtractio nerui fuerit versus flexibilitatē mēbri, ita vt curuetur mēbrū, dicitur proprie spasmus si vero fuerit versus inflexibilitatē, ita vt mēbrum stet

tensum, dicitur tetanus vel alcusem. Syncopis dicitur: cū quis cadit amittens sensum & motum subito cum fœdo colore faciei, propter passionem cordis ex resolutione spirituum plurimorum, vtpote post laborem vel balneum, vel propter ipsorum conculcationem atq; permixtionem cum fumis capniosis, vt in tristitia vel stupore: vel propter mordicationem oris stomachi a re calida venenosa cui cor compatitur, vt in sumptione arsenici, vel calcis viuæ: & est semper sine fe. quantum est de per se. Fit etiam quandoq; in fe. propter virtutem totalem debilitatam: vnde et fe. dicitur syncopalis.

¶Suffocatio matricis dicit: quando matrix non potest expellere suas superfluitates deorsum propter opilationē: quapropter constringitur, vt expellat eas sursum: quare sentit mulier hora illa aliqd quodammodo eleuari a pectine, vsque quo perueniat ad os stomachi: & ideo comprimitur diafragma, & impeditur anhelitus, & fumi venenosi eleuantur ad cor, & inducūt syncopim ad cerebrū & auferunt sensum & motum: propter quod tunc mulier subito cadit super terrā, sed non deficit ei ratio sua: & fit contortio membrorū, sicut in epilepsia: sed nō fit spuma ante os, sicut in illa: et quādoq; suffocatur & moritur: & quādoq; resuscitatur post desperationem. Nec accidit hæc passio, nisi post retentionē spermatis aut mēstruorum & in mulieribus duris & grossis, quarum viæ sunt angustæ: & quādoq; non sentitur eius pulsus, nec anhelitus omnino.

Methodus. Cum omnis apopleticus sit absq; sensu & motu: non requiritur in cura eius, nisi vt consideretur dispositio faciei & oculorum & anhelitus, & habitudinis totius corporis: quæ si repletionem significant cum abundantia caliditatis in materia, & p consequēs q sanguis est in causa: fiat statim flebotomia simul de venis cephalicis in manib⁹ vel i curuatura brachij: et tantū de sanguine extrahatur, quātum possibile fuerit cōstante virtute. Virtus enim in omī actu medici est consideranda: maxime cum virtus sit principalissimus iudex: vt dicitur 9. de inge. sanitatis. Postea fiat scarificatio in cruribus, & ventosatio, & omnis diuersio pro posse ad inferiora. Tunc autem conueniens videtur, vt eradicatio subsequatur cum flebotomia venæ rectæ in frōte, vel venarum magnarum grossarum, quę sunt sub lingua, vel venarum guind. in collo: quoniā prohibet suffocationē: postea vero fiat clystere acutū gradatim, quod sic fiat. ℞. colloquintidæ, agarici, centaureæ, se. vrticæ. aā. ℥. ß. meliloti, sticad. bletæ aā. M. 1. pistentur & bulliantur in aqua: & de illa aqua accipiatur lib. 1. et mellis ℥. 4. olei communis ℥. iij. salis ℥. ß. misceantur, & iterū reducantur ad ignē, & bulliāt, et cū bullierit, colet, et tepidū injciatur. Et reiteret hoc clystere, donec sentire cœperit patiēs aut moueri. Fiāt ligationes extremorū fortes, et fricationes plantarum pedum & manuum aspersæ cum aceto & sale: & cum sentire magis cœperit: ponat in ore eius ʒ. 1. vel ʒ. 2. electuarij anacard. quod sic fit autoritate Ioh. hebemes. & pannis tegatur patiens vndiquaq;: quoniam calefaciet & sudare faciet, & fortassis fe. inducet, quæ totā materiam resoluet. ℞. zinz. pyretri, nigellæ, costi, piperis longi, piperis nigri, acori. aā. ʒ. 10. myrrhæ rutæ siccæ, assæ, aristologiæ, baccarum lauri, castorei, tapsiæ, sinapis, gentianæ. ana. ʒ. 5. mellis anacard, ʒ. 5. vngātur res istæ ex oleo nucum: conficiantur cum melle despumato: est nanq; conferens apoplexiæ, paralysi, torturæ, spasmo de repletiōe, & vniuersaliter omni morbo frigido. Mel aūt anacard. sic fiat. Tere anacard. & pone eos in aceto, & dimitte sic duob⁹ diebus

postea coque eos lento igne, donec aceti tertia pars sit cõsumpta: tunc cola cum lintheo, & pone fecem in medicina loco anacardi: & cum aceto pone tantundem mellis, & coque hæc simul vsq; ad spissitudinem: & hoc est mel anacardi. Vel si prçsto nõ sit illud, pone in ore infirmi aureæ alexandrinæ.ʒ.1.vel tiriacç veteris.ʒ.1.vel vnam ficum caricam in qua sit aliquid euforbij: et fac, vt masticet, & inglutiat perfecte. Illis prçterea temporibus nequaquã bibat vinũ, sed hydromel, quod sic fit. ℞. aquæ lib.1. mellis.ʒ.3.bulliantur aliquantulum simul, & colentur. Diçta sit tenuis ex cibis paucum sanguinẽ generãtibus: vt sunt olera, farina ordei, lentes. Non vtatur carnibus, nec iuribus earum. Si vero flegma sit in causa: fiat statim a principio clystere acutum, quod sic fiat. ℞. agari, colloquintidæ, ellebori albi, centaureæ minoris.añ.ʒ.ß. meliloti, bletæ, stica.polij.añ.M.1, pistentur, & bulliãtur in aqua: colentur, & de colatura illa capiatur lib.1.& misceatᷓ cũ.ʒ.4.mel. &ʒ.1.olei.&.ʒ.ß,salis. reducatur hoc totũ ad ignẽ iterum: & bulliatur, & coletur, & tepidũ inijciatur: & reiteretur hoc totiens, donec ad sentiendum redierit, et loquatur. Nam si per hoc non reuertiur, neq; loquitur, neq; mouetur, neq; sentit, signum est mortale. Fiant fricationes post clysteria in pedibus & cruribus cũ sale & aceto vehementi, vngatur ei caput ex oleo nardino calido, in quo dissoluta sint euforbiũ, & castoreum. Fiant gargarismata cum oxymelle squilitico, & aqua decoctionis hysopi, ireos, sticad. & rutæ. vltimo fiant sternutationes cũ euforbio vel pipere vel elleboro albo. Et cũ loqui cœperit: ponatur in ore eius.ʒ.1.&ß.electuarij anacardi.p̃dicti, vel tiriacç veteris: & post illud bibat aquã mellis supradictã. Cum autẽ erectus fuerit, & obediens cõsilijs medicinæ: purgetur sæpius cũ pillulis cochijs: similiter & digeratur materia ante & post purgationẽ in cibis alteratiuis frequẽtibus cũ aliqbus medicinis dictis capitulo de epilepsia: quæ dicẽtur capitulo de paralysi. Vtaᷓ carnibus hœdorũ, pullorũ, & bibat hydromel: sed vinum nullo modo, nisi virtus sit debilis: tunc bibat vinũ albũ debile lymphatũ. In fine vero fiãt cauteria diuersa cũ ferro vel cantharidibus: vinũ qdem in cõmissura, vbi terminaᷓ medius digitꝰ, quando radix manus patiẽtis ponitur super radicẽ nasi: & aliud in occipitio abrasis prius capillis, quæ dimittantur pluribus diebus aperta. Si vero nihil p̃dictorum remediorũ profecerit, neq; eger ꝑ ea ad intelligentiam redierit: igniaᷓ sartago, & ponatur circa sup̃ficiẽ capitis, ita q capilli vrantur, & calefiat cutis. Quia vt ait Aui. p̃senti ca. vehemẽter exiccat materiã capitis, & cõfortat caput, & neruos, & excitat apopleticum. Vel capiti raso atq; calefacto cũ pãno calido supponaᷓ emplastrũ rubificatiuũ dictũ ca. de lethargia actu calid. frequẽter. Ista nanq; remedia sunt vltimæ fortitudinis in exiccando et excitando patientem.

Emperica. Communiter operantes, quãdo vocantur ad apopleticũ, solum intẽdunt accidẽti.s.insensibilitati, negligentes pro tũc cãm. Ligant igitur primo extrema fortiter, vt dolor vigilias inducat, & materias diuertat: & fricãt plãtas manuũ & pedũ vehemẽter cũ aceto & sale, & imponũt pul. ellebori albi vel pipis naribus, & cõcutiunt corpus. Quod si hæc oĩa non excitant ipsum, radunt caput rasura sicca: & faciunt cauteria prædicta oĩa vel qdam: vel faciũt ruptoriũ supra caput ex cantharidibus cõfectis cũ emplastro apostolico, vel cũ fermẽto: vel approximãt sartaginẽ prædictã. Et postquã ex-

citatus fuerit, intendunt causæ euacuando & digerendo: quia vigiliæ sunt maximæ & præcipuę in causa curę apoplectici, caput exiccãdo et spiritus igniendo. Sunt etiam signum certissimum: quia significant ægrum posse uti medicinis cõuenientibus. Euacuatio optima fit cũ pillulis Mes. positis ca. de epilepsia, vel cũ pillulis cochijs vsitatis.

Canones. Fit apoplexia maxime illis qui nimium vinũ bibunt, et caput sæpe lauant cum aqua, & proprie in loco frigido & humido: & qui frequẽter sudãt circa caput sine manifesta causa. Et si caput sit naturaliter debile, magis hoc contingit. Quia vinũ indigestũ ad cerebrum & neruos repit a sui proprietate: & ibi in flegma cõuertitur, & sua qualitate sensum & motũ paralyticat, & sua quantitate origines neruorum et cellulas virtutũ animaliũ opilat. Item in apoplexia non fiat euacuatio, nisi cũ pillulis, & in sero dentur sine cœna: quia a remotis euacuant perfecte.

Prognosticatio. Apoplexia maior ẽ impossibilis curationis, minor vero difficilis, media mediocriter. Vnde Hip. 2. par. aph. Soluere apoplexiã fortẽ qdẽ impossibile: est ẽm mortalis quasi ex tota specie. Itẽ si apopleticus nõ põt excitari per media conueniẽtia rationabiliter exhibita, mortale. Itẽ apoplexia maior prima die interficit, scilicet suffocãdo: apoplexia media non interficit vsq; ad tertiã diẽ, vel in paralyseris debilioris cõuertitur, scilicet propter diriuationẽ materiæ ad partẽ illã. Item sepultura apopletici debet semper differri ad tres dies: vt di. Auic. Quia vita nõ põt diutius stare sine anhelitu et sine sensu & motu: & qđ certius est sine pulsu perceptibili q̃ 72. horis naturalibus ad plus: ante vero hoc tẽpus aliq reuiuiscũt & sanãtur. Itẽ si apoplexia superuenerit ebrioso fortiter et subito, mortale. Vnde Hip. 5. par. aph. Si inebriatus aliqs repente sine voce &c. Item apoplexia est magis periculosa inter 40. annos et 50. quia tũc calor naturalis minoratʳ. Vnde Hippo. 6. par. Apopletici fiũt maxime a 40. annis vsq; ad 60. Item taciturnitas subito superueniẽs significat apoplexiã vel melãcholiam. Apoplexiã quidẽ, si sit cũ impotentia loquendi, & priuatione sensus & motus. Melancholia vero, si sit cũ voluntate tacẽdi et bonitate sensus. Vnde Hippo 7. par. apho. Si lingua intẽperata repente fiat: aut apoplexiæ aliquid huiusmodi vel melancholiæ fiet, distingue igitur per talia. Sciendum præterea, q̃ minor apoplexia durat vsq; ad dies 7. ad plus: aut conuertitur ad mortem, aut ad vitam manifeste, aut ad paralysim partis debilioris, aut peripneumoniam. Vnde Hippo. 6. parti. apho. Quibuscunq; sanis dolores repente fiunt in capite, & continue sunt sine voce, & stertũt: in septem diebus pereunt, si non fe. eos accipiat: quia ista sunt signa certissima tria apoplexiæ confirmatæ. Item Hippo. 2. part. apho. Crassi valde secundum naturam cito moriuntur magis gracilibus. Item apoplexia ex sanguine suffocat ex improuiso. vnde Hippo. 1. parti. apho. In exercitantibus &c.

¶ De incubo. Cap. X.

INcubus est passio: in qua homo sentit, cũ ingreditur somnum fantasma graue super se cadens, & comprimit ipsum, & angustiatur eius anhelitus &c. & intersecatur vox eius, & motus ipsius. Et fortassis præfocatʳ propter opilationes, & cum ab ipso separatur, excitat ipsum cito a somno, et dicitur ab incubo: qa dæmon esse creditur apud eos, qui intellectum extollere nequeunt super sensum: vel dicitur incubus, quoniam incubat corporibus, quasi ea suffocando.

Methodus. Fit quandoq; ab assidua plethoria ratione multitudinis sanguinis in toto corpore. Et signa eius sunt rubedo oculorũ, & diminutio somni, & antecessio ciborum multiplicātium sanguinem, scilicet vini, carniũ, & piscium: vrina rubea grossa, & pulsus magnus fortis: & habitudo carnosa & saliua dulcis sine causa manifesta. Et cura eius est, vt primo fiat flebotomia cephalicæ: deinde ventosatio crurum assidua cum scarificatione & minoratione cibi & dimissione vini. Vtatur pro cibo lentibus, ordeato, auenato, oleribus. vtatur pro condimentis aceto, agresta, vel vino berberis: bibat aquã. Fit quandoq; ex dominio flegmatis ĩ toto corpore, & proprie in capite, & circa origines neruorum. Et signa eius sunt tarditas, pigritia, hebetudo sensuum, & multitudo sputi et muscillaginis, & mollificatio totius corporis, antecessio otij & ciborum flegmaticorũ, vrina grossa alba, & pulsus mollis latus vndosus: & cura eius est cura epilepsiæ de flegmate.

Emperica. Fit incubus ex omni causa, ex qua fit epilepsia: vt dicunt communiter operantes: & signa eius sunt manifesta non nisi ex relatione infirmi. Et ideo fit quandoq; vitio materiæ in cerebro contentæ: quandoque in stomacho vel aliquo alio viscerum. Cura eius est cura epilepsiæ ibi posita. Cum incubus nihil aliud sit, q̃ epilepsia parua siue imperfecta, differens in hoc solo: qa epilepsia accidit tempore vigiliarum, sed incubus tempore somni, & proprie circa principium ipsius. Confortetur cerebrũ, & cor cõtinue cũ diamargariton & dianthos cũ muscho p se, vel simul mixtis, vel cũ electuario de peonia posito capi. de epilepsia: vel cũ aurea alexãdrina, & electuario ducis, q̃d cõuenit sumendo per se vel cum alio mixtum. Sumat post purgationes bis in septimana qualibet vice tiriacæ veteris in aurora cum aquis decoctionis peoniæ ʒ. 4. quoniam confert a proprietate.

Canones. Quidam putant incubum fore passionem cordialem ex angustia anhelitus accidẽtem: quare applicant medicinas, & cauteria ad pectus & cor: verũ in hoc cadit error: qm̃ in epilepsia et apoplexia lędiť anhelitus, cũ sint passiões aiales: quare conferũt in epilepsia exiccatiua, similiter & cauteria sup caput. ¶ Sciendum præterea, q in morborum cura nõ semper applicantur remedia localia membro primo fontali, sed & secundo manifestatio principali, prout euidenter probat Auerrois secundo colliget contra gal. qui illud affirmabat. Ponimus eñ emplastra super oculum in debilitate visus: licet virtus visiua sit totaliter in corde.

Prognosticatio. Incubus si sæpe contigerit: est antecessor vnius trium ægritudinum, scilicet apoplexiæ vel maniæ vel epilepsiæ. Nam si sit a sanguine, sequitur apoplexia: Si a flegmate, sequitur epilepsia: Si a melancholia, sequitur mania. Item incubum sæpe contingentem, sequi consueuit spasmus de repletiõe, vel paralysis, et quandoq; subita suffocatio cordis. Itẽ si post excitationem sudet sudore frigido, & si sit cum tremore cordis, vel spasmo, vel syncopi: mortale.

¶ TRACTATVS SECVNdus primæ sectionis. De passionibus neruorum.



Neruorum passiões famosæ sunt quinq;. Prima paralysis: secunda spasmus & tetanus: tertia tortura: quarta stupor & tremor, siue debilitas neruorũ: quinta alitatio & oscitatio. Cum aũt dico neruos, comprehendo & chordas & musculos siue lacertos totius corporis.

¶De paralysi. Cap. I.

PAralysis est mollificatio solius mẽbri, vel membrorum plurium in quacunque parte corporis: propter quã priuãtur sensu, vel motu, vel vtroque simul: proprie tamen mollificatio totius corporis dicit a collo infra, ita vt lingua et caput totaliter sint sana. Fit quãdoque a causa antecedẽte humorali: quandoque a causa primitiua. Si a causa humorali antecedente, hoc est dupliciter: quia hoc fit ab apostemate opilãte radices & origines neruorum: propter quod mẽbra, quibus deseruiunt, priuantur spiritu animali, & mollificant: vel fit ab humore grosso crudo flegmatico opilante loca pdicta atque inhibẽte. Si vero a causa primitiua, scilicet a casu vel percussione, fit etiã dupliciter: quia vel ista causa lædit spondiles, ita vt fiat dislocatio in eis: & per consequens in neruis fit opilatio procedentibus a nucha, vel lædit neruos ipsos, & radices neruorum contũdendo & scindẽdo. Signa eius, quæ fit ab apostemate: similiter & curã ponemus cap. de doloribus dorsi, & cap. de gibbositate. Signa eius, quæ fit a flegmate: sunt albedo coloris faciei absque venis manifestis, & habitudo corporis flegmatica. Sed nõ videtur posse fieri ab humore calido, propter eius subtilitatem, nisi forte raro valde ex sanguinis multitudine. Et signa & cura sunt eadem cum eis, quæ diximus de apoplexia suo capitulo, cum de causa sanguinea loquebamur. Signa eius q̃ fit a dislocatiõe spondiliũ: sunt difficultas anhelitus, cum qua aduenit mollificatio membrorum. Signa eius, quæ fit ex læsione neruorum, patent ex relatione patientis. Sciendum præterea quod omnem paralysim factam a causa humorali, antecedit necessario tremor, & stupor siue formicatio membrorum cũ minoratione sensus in eis. Vrina autem ipsorum apparet lactea, vel karapos ex natura, propter obtusionem calidi naturalis ab humore crudo. Verum quãdoque fit per accidẽs tincta & rubicunda: quia cum epar & renes sunt debilitata per cõpassionem, nõ possunt generare sanguinem laudabilem, neque discernere ipsum ab aquositate vrinali: quare remanet vrina similis loturæ carnis: quemadmodum accidit in debilitate epatis, et in hydrops. aschite, vt dicit Auicen. in tertio cañ. cap. præsenti.

Methodus. Cura paralysis, quæ fit a causa humorali flegmatica, & est illa quæ maxime contingit: est vt præmissa digestione cum oxymelle squillitico, vel syrupo de sticad. purget cum pillulis fœtidis, vel cochijs vsitatis dando de sero, cum itur dormitum sine cœna a ʒ.1. vsque ad 2. omni septimana semel: vel cum pillulis de euforb. Ioh. hebemes. quæ sunt optimæ ad educẽdum flegma grossum; quod descendit ad neruos, quare conferunt mollificationi, podagræ, spasmo, torturæ. ℞. euforb. colloquin. agarici. bdellij. serapini: añ. ʒ. 2. aloes ʒ. 5. fiant pillulæ cum aqua porri. Dosis earum est a ʒ. ß. vsque ad ʒ. 1. dentur in sero sine cœna, & hoc continues aut trib9 aut quatuor vicib9 reiteratis. Post hoc vnguantur membra paralytica, & spondiles colli & dorsi totius cum oleo costino: quod sic fit. ℞. costi. ℥. 1. piperis, pyretri, euforb. añ. ʒ. 2. castorei ℥. 2. terantur, & cribellentur, & misceantur cum lib. ß. olei de spica, vel de lilio, vel de laurino, vel cum balsamo: quod melius est omnibus vnguentis prædictis. Diebus vero quietis vtatur in ieiuno electuarijs confortatiuis. Sumat ergo in aurora ℥. ß. diacastorei, & cibum differat per 4. horas, vel oppoponaci recentis, vel Theodorici anacardini, vel diapli, vel mithridati, vel aureæ alexand. & melius oib9 est pyretrum conditum, quod sic fit. Vt

zz.conditum, vt dicit Mes. Omnis em̄ calida sicca medicina exhibita post purgationes, lacertos & neruos corroborat: et propter hoc si feb. efficit, sanitas subsequetur: ad quod facit non modicum, si fuerit acuta penetratiua. Si vero per talia non acceperit sanitatem: abstineat p dies aliquot ab omni medicina, donec virtus confortetur, & obseruet solum diætam, quæ dicetur: & post hoc redeat ad vsum medicinarum. Nequaq̄ igitur huiusmodi patiens bibat vinum vsque ad dies 40. vel amplius: sed sit contentus hydromelle suo, dicto ca. de lethargia. Post dies prædictos potest bibere vinum album odiferum, in quo saluia et castoreū sint bullita: ipsa nanq̨ habent proprietatem mirabilem in confortādo neruos & iuncturas: quemadmodum per contrarium vinum & acetum membra neruosa debilitant omniquaq̨ cum sua penetratione subita p vias angustas, priusq̄ digerantur. Regatur hic patiēs cum carnibus pullorum et hœdorum elixis cum feniculo & petroselino: similiter & assis conditis cum sinap̄. trita & confecta cū melle, velut in formam saponis. Abstineat a iuribus & brodijs pro posse, nisi fortassis cōditis cum puluere, qui sic fit. ℞.piperis ʒ.2.zz. ʒ.ß.cardamomi, piperis longi, cynāmomi, zedoarij an̄.ʒ.1.spicæ, macis, croci an̄.ʒ.1. terātur & cribellētur subtilissime. Et scias, q͂ in cura paralys. istius, si fuerit virtus fortis: nihil melius reperies q̄ euacuationes fortes frequentatas: propter quod dicit Mesue præsenti cap. autoritate Gale. q͂ ægritudines neruorum & iuncturarum non nisi forti agente rectificantur: quapropter inter euacuationem & euacuationē interueniat tempus, quo confortetur corpus cum cibis & potibus & tiriaca & methridato. Vltimo vero si nihil prædictorum contulerit: fiant super membris paralyticis singulis cauteria diuersa pro fundata. Cura paralys. q̄ fit a casu vel percussiōe, est vt statim a principio fiat flebotomia diuersiua: deindæ curet vulnus secundum chirurgiam, & conforten tur nerui & membra læsa cum emplastro, quod sic fit. ℞.farinæ fœnigrę. se been vel lini. se. maluæ, maluauisci, resine, armoniaci, bdellij, adip̄. anatis, cere. an̄. olei de lilio vel de spica, quod sufficit ad incorporandum: & addantur, & pistentur omnia, & bulliantur simul, vt liquefiant in casola: deinde colentur, & misceantur. Hoc nanq̨ emplastrum superfluitates currētes ad loca debilia mollificat, & resoluit & dolorem mitigat, & lacertos & neruos confortat. Vngatur etiam cū oleis calidis vt de lilio, vel de costo, vel de spica, vel cum oleo communi: in cuius. ʒ. 1. dissoluta sit euforb. ʒ. 1. & castorei ʒ.2. Diæta sicut supra.

Emperica. Scias, q͂ si exhibeatur paralytico ʒ.1. assęfetidæ cū vino calido omni die in aurora, & proprie post purgationes bis vel ter reiteratas, effectum inducit mirabilē super neruos & lacertos: similiter & ʒ.1. electuarij anacardini positi cap. de apoplexia. Istæ nanq̨ medicinæ ilico cū consumuntur: faciunt sudare patiētem, & proprie pānis calidis coopertum, & fortassis fe. efficiunt sua caliditate vehementi: quapropter materias insensibiliter resoluūt, & post hoc neruos corroborāt cum sua stypticitate potenti. In cura p̄terea paralysis humoralis oportet, vt ordo seruet̄. Primo nāq̨ cōuenit, vt humor calid9 digeratur cū syrupis calidis acutis, velut oxymelle cōposito & squillitico, & proprie cū potat̄ cū aq̄ calida, i q̄ cocta sūt sticad. peonia, hysopus, poliū montanū, nux muscata, cubebe: q̄ virtute syrupi deferunt ad caput & neruos. Cauendum tamē ab vsu superfluo oxymellis: quia materias defert & profundat in neruis: & proprie si sit acetosum valde. Mino-

retur igitur acetū, & augmentetur mel, & radices diureticæ penetratiuæ. Secundo vero conuenit, vt humor humidus purgetur cū medicinis fortibus attractiuis, velut sunt pillulæ, in quibus agaric⁹ & colloquintidæ ponūtur. Tertio requiritur vomitus frequens ex raffano atq; elleboro albo. Similiter & clysteria acuta dicta cap. de apoplexia: quoniam reliquias eradicāt, et diuertunt. Quarto vero requiritur successio regiminis calidi sicci vehemēter in cibis & potibus atq; medicinis similiter & vigilijs & siti & labore. Quinto sternutatio frequens cū pipere vel condisi. Sexto corporis fricatio vehemens in æstuario vel balneo tinarum & cum sale & se. vrticæ. In cura paralysis, quæ fit a casu & pcussione, cōfert inunctio cū adipe canino vel vulpino, & embrocatio talis. Accipiat̄ vulpes, & viua decolletur, & bulliat in sanguine suo reiectis eius intestenis: aut viua cū aqua & oleo, donec caro ab ossibus dissoluatur, & ex illa aqua et oleo fiat ablutio vel balneū in ieiuno: est enim vehemēter conferens in omni passione arthetica, & proprie apud declinationē. Itē ad paralysim, quę fit ab humorum vitio, cōfert hoc vnguentū, & proprie post purgationē, ℞. vulpem pinguem eiectis visceribus, & contere cū ossibus & carnib⁹ minutim: deinde pone in frixorio cū istis gūmis, scilicet bdellio, serapino, opoponaco, eufor. assafœtida: deinde in vase resoluantur circa ignem, & coletur liquor, qui fluit inde: & cum pinguedine castorei & medulla ossium leporis, vel vituli, & cetær, quod sufficit, fiat vnguentum: cum quo vngatur posterior pars capitis, & collum, & spina tota, proprie quādo exit balneum siccū scilicet æstuariū, vel aquā tinarꝝ, vel decoctionis saluiæ, absinth. foliorꝝ lauri, menthę, radicis porrorꝝ, pulegij, & similiū: vel postq̄ fecerit vaporem ex ipsis, q̄ tangat mēbrum paralyticū, cū nō vult ingredi balneū. Illud vngentū calefacit neruos cōfortat, & deopilat: quemadmodū & oleum de costo vel de spica mixtum cū pinguedine castoris, si vngatur cū ipso omi sero (cū itur dormitum) caput rasum, & collū cū spina tota. Similiter & aqua vitæ de bono vino artificiose cōfecta: & ex vnguentis similibus: sicut sunt marciatō, arrogon, agripa: & proprie apud declinationē. Et adhuc fortiora & nobiliora dicemus remedia in cap. de passione arthetica, si deus voluerit, cōferentia paralysi, torturæ, spasmo, atq; tetano. Sternutatio præterea cū condisi, pipere, castoreo, pyretro, & eufor. simul tritis et cōmixtis cōfert vehemēter: & quādoq; cōuenit, vt fiat caputpurgium cū succo rutę, & cum myrrha, & castoreo dissolutis in eodem succo inijciendo cum instrumento. Similiter & gargarisma cū oxymelle squillitico, cum aqua decoctionis sinapi. rutæ, vel saluiæ & sauinæ. Et non negligas confortare partem capitis posteriorē cū oleis & vnguētis calidis p̄dictis (quoniam est origo omnium neruorum) & sternutatorijs, & caputpurgijs: vt materia diuertat̄ ab ipso ad partem anteriorem, vbi est colatorium palati. Similiter cum gargarismis acutis, & proprie apud declinationem. Est nanq; cōferens ad quancunq; particulam Paralysis declinauerit.

Canones.

Dubitauerunt excellentes, vtrū paralysis sit semper de genere malæ cōplexionis frigidæ & humidæ per naturam: propterea q̄ autores assignātes eius causas antecedētes vel coniunctas, assignant frigiditatem aut humiditatē. Propter quod dicit Mes. in suo de appro. ca. de. ægritu. neruorꝝ in cōmuni: q̄ nerui & iuncturæ nō patiuntur a caliditate vel siccitate, nisi quādoq;: propter q̄d verificatū est,

ꝙ fe. superinuadens curat omnes eorꝫ passiones propter malæ complexionis firgidæ alterationem, & materierum crudarum exiccationem. vnde Hippo. 5. parti. apho. frigidum inimicũ est neruis & ossibus: calidum aũt vtile & amicum. Similiter & ob causam aliã, q̃ est. Nã in diffinitiõe paralysis ponunt mollificationẽ: sed mollificatio est effectus humidi: vt dicitur. 4. meteororꝫ. Itẽ ex alia, nam passio q̃ fit subito, est necessario a materia fluxibili: vt dicit Gale. 2. de fe. & per cõsequẽs humida. paralysis aũt subito fit. In oppositũ videtur esse Aui. 3. cañ. fen. 22. ca. de cura gibbositatisq;: vbi dicit, ꝙ q̃dam est paralysis sicca, quædã humida: sicut & spasmus. Et probatur ratione: q̃a paralysis fit ab opilatione: nũc aũt sicut fit opilatio ab humiditate obstruẽte vias, ita fit a siccitate, & ab arefactiõe corrugãte eas. Respondẽdũ aũt videtur, ꝙ paralysim esse de genere malæ cõplexionis siccæ potest intelligi dupliciter: scilicet raro vel sæpe. nõ sæpe propter rões primas. Si raro, hoc tripliciter: vno modo essentialiter, & hoc non est verꝫ: quia paralysis est essentialiter de genere accidentis. Alio modo causaliter, & sic est verum: q̃a potest fieri propter corrugationẽ originis neruorꝫ atq; lacertorꝫ: quẽadmodum ostẽdit̃ in corporibus cõsumptis: & ista paralysis fit gradatim, non subito. Tertio modo effectiue: q̃a ad paral. alicuius mẽbri sequitur eius exiccatio & maceratio propter diminutã nutritionẽ ratione opilationis: q̃d et sæpius contingit: et proprie cum fit maligna, vehemens, antiqua.

Prognosticatio. Cura paralysis dubiosa est ex quacũque causa cõtingat. Item si paralysis cõtigerit ex casu, vel percussione, vel vulnere profundato vsq; ad radices neruorꝫ & post curationem attritionis neruorꝫ confirmatam, & consolidationem vulneris si remanserit paralysis, nũq̃ curatur: quia læsio peruenit ad neruos. Item si paral. fuerit a casu vel percussione, & mollificetur corpus ex ea totum, aut aliquod membrum, & post illud remãserit eius mollificatio secundum dispositionẽ neq; minuat̃: tunc non est eius cura possibilis, vt dicit Rasis in diuisionibus. Sed si minuitur, & non remanet secũdum suã dispositionem: tunc curatio eius est possibilis, et proprie in principio, cum nondũ attritio confirmatur. Item si in principio fe. apparet vrina viridis, signat paral. futuram. Item in senibus difficulter potest paral. aut tremor, aut spasmus curari: in senioribus vero nullo modo. Item tremor superueniens paraly. bonum: similiter & feb. superueniens bonum: & proprie, si cum ipso minoretur stupor omni die: quod si non minoretur, mortale: q̃a fortis est ignis, q̃ in aqua nõ extinguitur, & ecõuerso. Item paral. similiter & spasmus, atq; passiones aliæ cerebri vel neruorꝫ nequaq̃ interficiũt, nisi vias anhelitus opilãdo: quapropter cũ asthma supuenerit, suffocationẽ infra diẽ & noctẽ expectabis. Item si paral. venerit ex dislocatione mẽbri, aut ex maxima neruorꝫ cõtritione per trãsuersum nerui vel musculi, non recipit curã. Item si mẽbrũ paralyticatũ minoretur, & color eius citrinetur, valde malũ est: quia defectum certificat virtutis nutritiuæ: propter q̃d tunc modica spes est in curatione: quẽadmodũ & in spasmo de inanitione. Itẽ si paral. fit a remotiõe spõdiliũ a suo loco, est mortifera propter impedimentũ q̃d adducitur in anhelitu.

De spasmo, tetano, & alcuseth. Cap. II.

Spasmus est ægritudo neruosa, qua mouentur lacerti ad sua principia, & inobedientes fiunt in dilatione vel constrictione, prout ipsum describit Auicenna: Et si fiat in lacertis membri

interioribus, membrum contrahitur: & tunc proprie dicitur spasmus. Si vero in lacertis exterioribus: tunc mēbrum stat tensum, neq; flecti potest, nisi cū magno dolore: & tunc dicitur tetanus vel alcuseth. Et sic patet, φ tetanus est periculosior spasmo: quia in tetano vtriq; lacerti stant tensi: In spasmo vero non: & fit a maiori causa: & ideo eius crisis est velocior: quia natura magnum morbum diu tolerare nequit, quin terminetur ad salutem, si virtus vincat: ad mortem, si materia morbi vincat. Spasmus itē vel habet proportionem ad materiam, vel non: si sic, vel fit de repletione vel inanitione. Si non, tunc vel fit a dolore, vt contingit in punctura siue vulnere nerui: vel a frigiditate sine materia, vt accidit cō gelatis in aëre vel in aqua frigida: quoniam si fuerit a caliditate sine materia, ad inanitionem pertinet. Signa spasmi de repletione sunt, habitudo flegmatica cum plurima plectoria, & quia fit subito: quia materia cito fluit ad neruos, nisi sit valde grossa: & tunc non fit subito: eo φ nō subintrat velociter in membra vt oleum vel vnguētum, nisi cum adest caliditas addita seu fe. & pulsus est latus, mollis, vndosus: & facies & oculi sunt tensa, repleta cum pallore vel rubore plus debito. Et in hac specie spasmi quandoq; retinetur vrina vehementer, & est vt plurimum sine fe. veruntamen quandoq; subsequitur fe. humoralē colliquantem humores, qui postea fluentes ad neruos & lacertos & chordas replēt, & extendunt ea secundum latum, & accurtant secundum longum: vt contingit in corio humectato, vel in chordis citharæ humectatis. Signa spasmi de inanitione sunt: quia præcessit euacuatio plurima neruoꝝ & neruosoꝝ mēbroꝝ exiccatiua, & viaꝝ spirit⁹ obstructiua. Hæc aūt euacuatio vel est sensibilis, vt illa q̄ prouenit ex vomitu spōtaneo perdurante, & fluxu ventris assiduo, & solutione cū medicina effreniter laxante, & fluxu sanguinis narium: in crisi symptomatica superfluente, & hæmorrosogia sanguinis in vulnere & sudore plurimo: similiter & menstruorum & hæmorroidarum cursu immoderato: vel est euacuatio insensibilis, vt quæ fit in fe. acutis et arsiuis, & fe. chronicis, propter quarum caliditatem aduruntur, & resoluuntur, & exiccātur humiditates substantificæ, & influentes membrorum: & in ieiunio & labore & vigil. & aëre calido: & qa fit gradatim & non subito. Signa eius, quæ a frigiditate aquæ vel aëris continē tis, vel a dolore sunt, antecessio causaꝝ talium: quas ex relatione ægri percipies. Et scias, φ spasmus omnis, & proprie q fit ex humoris vitio, vel euacuatione, vel pūctura et vulnere: quādoq; est particularis, et in determinato mēbro, et tunc non significat, nisi super illud membrū, et proprie super cerebrum vel nucham, quoniam ab eis omes nerui oriuntur, ita vt si sit humoralis, est perdurans: si ventosus, est cito transiens. quādoq; vero est vniuersalis toti corpori vt in epilepsia, et spasmo de inanitione: et tunc habet significare super totum, scilicet mortem vel salutem.

Methodus. Cura spasmi de repletione duplex est, quemadmodum materia replens. Quoniam aut est calida sanguinea: et sic sibi competit cura apoplexiæ sanguineæ: vel frigida flegmatica, quare fit ei conueniens cura apoplexiæ flegmaticæ: similiter et cura paralyſ. supradicta. Post curam autem generalem, confert vt patiēs sepeliatur in arena calida, si sit æstas, vsq; ad gulā, vel cinere calido, aut clibano calefacto per ignem, vel in stercoribus animaliū, si sit hyems, aut aquis tinarum, et introducatur fe. qa vt di. Hippo. quarta par. apho. A spasmo et tetano habito fe. su-

peruenieus soluit ægritudinē, et proprie apud morbi declinationē:cū iam pcesserint euacuationes et digestiones plurimæ vicibus alternatis,ne fortassis feb. superueniens colliquet plurimā materiam,et mēbra magis extendat. Introducatur aūt fe.dando.ʒ.i. electuarij anacardi.positi in cap.de apoplexia, cū vino decoctionis castorei: vel dando ad quantitatē auellanæ castorei,et assæ fœtidæ, quibus permisceatur mellis duplum eorum:similiter fricando corpus vehemēter cū panno aspero et puluere vel euforb.salis. Et si fe.fuerit a principio: intende causæ et accidenti,scilicet spasmo derelinquendo dispositionem, scilicet feb.protunc: donec accidens reddatur minus timorosum: Vtatur cibo paruo calido & sicco: famē & sitim toleret pro posse.Bibat hydromel, aut vinum vetus purum, amarum : vngantur mēbra læsa cū vngento agripa.& marciaton mixtis in simul,fricando deligenter ad solem vel ignem calidum post purgationes.Si vero spasmus iste repletionalis fiat a ventositate:fricetur primo pticula cū oleo de costo, vel de spica, vel de lilio,& panno aspero . Et fiāt clysteria carminantia ventositatē, quę dicētur ca.de colica ventosa. Bibat vinum acutū paruæ quantitatis, in quo ponatur aqua decoctiōis mellis, ameos,fen. carui,dauci, cynamomi. Vtatur in cibo tali cōdimēto. ℞.piperis nigri, piperis lōgi, cardamomi, granorum paradisi, gallangæ,zedoarij,zz.aā vnciā.ß.macis,croci aā . ʒ.ß. terantur subtilissime, & cribellentur. Vtatur diacimino diacradamomo diatripipereon sæpius in ieiuno.In fine vero cū materia cœperit diminui, neque fit timor de attractiōe tā in spasmo humorali,q ventoso:cōfortētur nerui & nucha cū oleo masticino, et oelo de castoreo actu calido,ipsa enim sunt calida styptica: quæ duo neruis conferunt vehementer. Cura spasmi de inanitione est, vt humectetur corpus pro posse cum balneo ex lacte recenti, vel aq̄ dulci: in qua sint cocta ordeū, viol. psillium,mal.sedendo in ea sæpe secundum numerum, sed parum secundū simultatem, ne corpus fiat euaporabile, Et post exitum a balneo inungatur totum corpus cū oleo viol.vel oleo cōmuni,vel cum adipe anatis vel anseris & gallinæ:Et quandoque si sit possibile,balneetur in oleo cōmuni tepido: quia plurimū humectat, Fiant in balneo fricationes mēbrorum leues,ita vt attrahant sine resolutione. Et post exitum a balneo bibat lac recens per se vel cum mica panis vel zuccaro:deinde postq̄ iac stomachum exierit : vtatur iuribus carnium, & cibis impinguātibus,& testiculis gallorum, & piscibus recētibus petrosis:gaudeat ocio & quiete & lecto molli. Conferunt præterea balnea ex aqua dulci, in aqua cocta sunt oīa humectantia:sicut capita & pedes hœdorum,agnorum, & arietum pinguium. Et quandoque si fiant cū istis clysteria, cōferunt vehemēter,vt dicit Mes.præsen.capitu. & plurima humectātia dicemus ca.de phthisi. Quod si sit feb.non despicias febr .imo semp humectātibus adde infrigidātia: et cōfortātibus alterātia,velut ē zuccarum ro.vel viol.mixtū cū triasandali et rosata nouella,vel sicut ē diarod.abbatis cū diadragāto . Et si fuerit cū vomitu, vel fluxu ventris,vel sudore plurimo : resistatur cum eis, quæ dicemus suis locis. Cura spasmi, qui fit a frigiditate, est vt ponatur corpus in aqua dulci calida: deinde comedat cibos calidos actu & virtute: vngantur iuncturæ & spōdiles cum oleis calidis prædictis: vtatur diatrionpipereon: pliris,& similibus.Cura spasmi qui fit a dolore propter puncturam, vel vulnerationem nerui (licet raro curetur) est,vt a principio statim po

nantur anodina, & dolorem mitigantia super locum vulneratum & dolorosum, vt est oleum anethinum calidũ, vel oleum camomillinum, vel oleum de semine lini. Et emplastrum ex floribus camomillæ, farina ordea. se aneti confectis cũ oleis iam dictis ponẽdo super locum læsum actu calidis. Et ponatur infirmus quasi cõtinue in balneo tepido aquæ decoctionis rerum positarũ in emplastro: Quod si per hoc dolor nõ minoretur: vngatur locus cum narcoticis priusquam vltimetur, vt virtutem prosternat: sicut est hoc oleum. ℞. olei ros. ℥. 4. opij. ℥. ß. iusquiami. & semi. papaueris albi. añ. ℥. 1. corticis mandragoræ & semi. apij. añ. ℥. ß. terantur, & cribellentur, & misceantur cum prædicto oleo, & aliquantulo aceti: & super vnctionem ponatur emplastrum prædictum actu calidum. Sic nanq; liberabitur, si deus velit.

Emperica. Curatur quãdoq; spasmus repletionalis cum ablutione aquæ frigidæ propter antiparistasim & proprie in corpore carnoso. vnde Hippo. 5. particu. apho. Est autem vbi in tetano sine vulnere &c.

Canones. Non sis audax a principio in euacuatione plurima apud spasmum de repletione: ne forte materias agitari facias, & maiorem spasmum inducas. Et istud etiam attende in cura paralysis. Neq; sis timidus in humectatione & repletione apud spasmũ de inanitione ne forte virtus deijciatur, & humidum radicale consumatur. Neque sis tardus in doloris mitigatione apud spasmum factum ex dolore nerui: ne forte dolor virtutem prosternat. Spasmus igitur qui fit a frigiditate, est omnium lenissimus, & ad expectationem curæ magis sufficiens. Item dicit Hippo. quinta particu. aphoris. Frigidum quidem spasmum & tetanum &c. quare adproximentur calida, & alienentur frigida. Scias præterea ꝙ spasmus de inanitione duplex est, scilicet proprie dictus & improprie. Proprie quidem, cum nerui et membra lacertosa priuantur omni humiditate. Improprie vero: cum eadẽ membra penes se humorem habẽt acutum, exiccatiuum, calidum: cuius exemplum patet in singultu. Fit enim quandoq; singultus a re calida acuta: vtpore cholera prassina, vel pipere mordicante exiccante os stomachi. Singultus autem est quasi spasmus quidam: vt dicit Galenus quinto de accidenti, differens solũ in subiecto, quia singultus non habet fieri circa membra lacertosa, sed circa substantiam stomachi, & proprie os eius non lacertosum. Cura igitur spasmi de inanitione superius posita intelligitur de spasmo proprie dicto. Spasmus autẽ improprie dictus non solum indiget alterantibus, sed & euacuantibus: vt vomitu cum syrupo acetoso, & purgatione cum reubarb. vel aloe.

Prognosticatio. Spasmus de inanitione proprie dictus, est mortalis, vt plurimum: quia vita nõ stat nisi per calidum & humidum. Vnde Hippo. Spasmus ex elleboro. Item spasmus in febre frequentius accidit pueris, q̃ adultis, & facilius curatur in eis: quia habent virtutem animalem debilem, naturalem vero fortẽ: vt dicit Auicenna capitulo de causis spasmi: cum exponit & pertractat omnia, quæ dicit Hippo. 3. prognosticorum de spasmo. Item si vulnerato & flebotomato vel stimulato in loco neruoso superuenerit, spasmus, aut desipientia, mortale: quia passionem ad cerebrum significat pertigisse: quo læso impeditur anhelitus, & fit suffocatio. Vnde Hippo. 5. aphorismorum: In vulnere spalmus superueniẽs, aut tetanus, mortale. Item Hippo. 4. parti. aphorismo. A spasmo & tetano habito, febris superueniẽs soluit ægrũ

tudinem. Item habẽtes omnia membra iuncturalia extensa rigentia cum dolore maximo, raro euadunt. Et si euadunt necessario infra quartum diem euadunt per se vel beneficio medici: quòd si vltra quartum diem ægritudo perseuerauerit: erit mortale vt plurimum, si dolor remanserit in sua fortitudine: quia natura debilitata est, & magnum morbum diu nequit tolerare. Vnde Hippo. quinta particula aphorismorum: Qui apprehenduntur a tetano, infra quatuor dies pereunt: Si vero hos effugerint, salui fiunt: supple, si dolor minoretur post quartum diem: aliter vero non. Et sic concordabitur aphoris. cum commento Gale. ibidem: quia videntur contradicere. Cũ Hippo. dicat: ꝙ post quartum diem salui fiunt, Galen. vero, ꝙ necessario moriuntur.

¶De tortura oris. Cap. III.

TOrtura est inclinatio oris & labiorum ad dextram vel sinistram cũ impotentia claudẽdi alterum oculũ & cũ exufflatione ex latere vno tantum, cum præcipitur vt sufflet. Fit autẽ duobus modis, scilicet de repletione & inanitione. De repletione quidẽ propter aggrauationem neruorum & lacertorꝫ faciei propter dominium flegmatis supra ea: & est species mollificationis. De inanitione vero propter exiccationem cutis & neruorꝫ, & est species spasmi. Signa eius, quæ est de repletione, sunt pigritia in motu, sensuum turbatio, saliuę et sputi multiplicatio: & quod sentit æger in vtraꝗ parte leuitatem, nũc extensionẽ, & pellis est extensa sine rugis, & inclinatio faciei assidua ad inferiora: & est palpebra inferior oculi partis gibbosæ demersa ad inferiora propter aggrauationẽ. Signa eius, quę est de inanitione: sunt sensuum turbatio modica, rugositas cutis in parte vna, & extensio eius in parte altera: & paucitas sputi & saliuæ: & quandoꝗ indurantur lacerti, & contrahuntur superius: quemadmodum in ea, quæ de repletione, relaxãtur ad inferius: vt dicit Mes. in isto cap. Et certius signũ (quod esse potest) est: quia præcessit inanitio multa, vel a fluxu ventris, vel a febre arsiua, vel feb. chronica humorali, vel hectica, & similibus.

Methodus. Cura torturæ de repletione est eadẽ cũ cura paralysis factæ humoris vitio ex parte purgationis & inunctionis, emplastrationis, & diætationis. Insuper post purgationes fiant gargarismata cum oxymelle squillitico, & aqua decoctionis stica. pyretri, & nucis muscatæ: & tenere in ore nucẽ muscatam, & masticare eam valet in omĩ tortura humida a proprietate: post illud fiat masticatio dissolutiua cum pillulis ex pyretro, pipere, & sinapi, & cera confectis: deinde styptica ex mastice vel thure. Vngatur locus & spondiles ceruicis cum oleo de spica, vel de lilio, in quo dissoluta sint pyretrum, oppoponacum & sinapium, puluerisando ea subtilissime, & miscẽdo cum oleis prædictis, & cum oleo anethino, in quo dissoluatur euforbium, vel castoreum, vel vtrunque: quia hoc est fortius prædictis: & ponantur ventosæ, & emplastra rubificatiua super ceruicem: quæ dicentur cap. de catarrho. Vltimo fiant cauteria duo: vnum scilicet in occipitio, & aliud in radice mandibulæ partis tortæ non gibbosæ. Cura torturæ de inanitione (si sit possibile) est, vt humectetur caput cum medicinis humectatiuis lenibus, cuiusmodi est vaporatio faciei cum aqua in qua decocta sunt malua, viol. alchea, fœnũgræcum, psillium, ordeum, capita & pedes agnorꝫ, hœdorꝫ, arietum pinguiũ, et balneetur in ea vel in lacte dulci, vel vaporetur cũ oleo de lilio tepido: quia licet

huiusmodi oleum, vel de spica sint sicca virtualiter, sunt tamen humida substantialiter: sicut & omnia olea. Et tendatur cutis frontis ad inferiora, deinde ligetur cum fascia, & ibidem confirmetur, donec tortura cessauerit omnino.

Emperica. In omni tortura conuenit, vt patiens sæpe intueatur speculum, & conetur flectere labia & os in cõtrarium torturæ. Item in tortura humorali conuenit diæta sicca, siue diæta sit sicca virtualiter, vt est fames, labor, & ieiunium, & sudor: siue substantialiter, vt cibi assi, vel cocti conditi cũ speciebus calidis & siccis: vt. ℞. nucis musc. ʒ.i. piperis longi, castorei, gallãgæ. añ. ʒ.i. zedoarij ʒ.i. terantur, & cribellentur. Item post pillulas in cap. de paralysi positas, conferunt pillulæ de oppoponaco, quæ sic fiunt secũdum Mesue. ℞. oppoponaci, hermodactilorum, serapini, bdellij, armoniaci, colloquintidæ añ. ʒ.s. & c. vide ibi. Item euitet potum vini omnino, vsque ad declinationẽ: quod si fieri non potest: bibat vinũ artificiale. ℞. calamenti, satureiæ, saluiæ, mẽthæ, baccarum lauri. añ. & bulliantur omnia in vino vel aliqua ex eis: vel possunt bulliri in aqua & ex illa lymphetur vinum: & iste potus maxime conuenit in paral. humorali, & proprie in corpore delicato. Confert præterea, vt euaporentur sinciput, & spondiles colli, & mandibula tota, & frons, & tempora cum aceto forti albo, in quo cocta sunt calamentum, hysopus, sticad. centaurea: donec cõsumptum fuerit acetum ad medietatem, & emplastrentur cum eisdem rebus. Inungatur collum & nucha in tortura humorali & paralysi: similiter et aures et pars tota cum vnguento isto: & proprie præcedente balneo stuphæ siccæ. ℞. serapini, oppoponaci, armoniaci, bdellij, eufor bij, masticis, añ. ʒ. iij. dissoluantur primo in vino vel aceto, deinde conficiãtur cũ oleo terrebentino & laurino vel masticino añ. ʒ.i. & ß. ceræ. ʒ.i. emplastretur collum & pars læsa cum huiusmodi. ℞. radicis raphani, extracto duro, quod est interius: & incide frustatim & optime tere: deinde cum oleo laurino rutaceo laterino & modico aceti & furfure sufficienti in patella decoque perfecte. Cauendũ tamen, ne tangat oculum: quoniam est vehementer mordificatiuum & exiccatiuum & rubificatiuum. Abluatur omni hebdomada caput bis vel ter cum lixiuio. ℞. cineris vitis vel quercus, & cũ aqua permisce, cola, & in illa colatura bulliantur raphanus, sticados, saluia, ruta, satureia, mentastrum, camomilla, folia lauri, & proprie stomacho ieiuno & in loco calido: ita vt post hoc fricetur caput vehementer cum pannis calidis, donec perfecte exiccetur. In fine vero rei, si nihil prædictorum contulerit omnino: fiat cauterium post aurẽ partis læsæ per torturam. Chirurgia enim in omni ægritudine debet solum post desperationem omnium medicinarum exerceri: cum sit medicina fortissima, et a leuioribus semper est incipiendum, & ad fortiora gradatim ascendendum: qui est ordo sapientiæ, vt dicit Mesue in suis de appropriatis isto cap.

Canones. In tortura de repletiõe, pars gibbosa est læsa: quare propter mollificationem cadit versus aliã. In tortura vero de inanitione, pars curua est læsa: quare propter cutis & neruorum corrugationem trahit aliam ad se. In prima igitur approxima medicinas locales magis parti connexæ. In secũda vero magis parti concauæ: in tertia tamen neutram partium derelinquas.

Prognosticatio. Tortura vero de inanitione (vt plurimũ) est signum mortale in febribus cõtinuis arsiuis, & in consumptione corporis hectici: propter quod ait Hip. primo pro-

gnosticorum. Primo igitur faciem ægri pernotabis, &c. Facies nanq; tornatilis est mortalis. Cognoscitur autem tornatilis ex quinq;, quæ sunt temporum macilentia, & concauatio oculorum, & acuitas nasi, & fœditas coloris, & spasmosa dispositio oris & labiorum: vt ibidē docet commentator. Item si tortura repletionalis p sex mēses durauerit, aut nunquā aut difficiliter curatur, propter sclirosationem materiæ. Item saltus faciei præcedit torturam humoralem, tortura paralysim, aut spasmum de repletione, aut apoplexiam, aut epilepsiam. Item si tortura fortis superuenerit, in quatuor diebus interficit: quos si transierit, curari potest: sicut dictū est in ca. de tetano. Item tortura humoralis, vt plurimū accidit: tortura vero spasmosa siue de inanitione, rarissime.

De tremore, stupore, & debilitate neruorum. Cap. IIII.

TRemor est motus cordosus, siue reciprocus membrorum neruosorum, scilicet capitis, manuum vel pedū cum difficultate fixionū eorūdem. Quod si consideres tremorē, prout est actio læsa motus naturalis, est species rigoris, q fit in fe. interpolata: sed de hoc nihil ad præsens capitulū. Est ergo motus compositus ex motu naturali grauium deorsum, & motu voluntario virtutis motiuæ sursum regitiuo membri vel corporis totius: ex qbus quasi pugna assidua consurgit. Sed stupor est passio neruosa: & est idem quod formicatio siue obdormitatio membri: propter quam videtur homini, quasi formicæ ambulent super membro: quod fit idcirco, quia in vna minima parte formali membrum sentit quiddam, & in alia iterum, et in alia non. Fiunt ambæ hæ passiones quandoq; a causa primitiua, quandoq; a causa antecedente. A causa quidem primitiua fit tremor, puta casu vel percussione facta super membrum: propter quam contunditur vel incidit neruus motiuus, vt neq; motū perfectum facere valeat, neq; fixionem. Fixio nanq; procedit ab eadem virtute, & per eosdem neruos per quos & motus voluntarius: vt dicit Gale. in commēto illo primi prognosticorum super illo verbo: Bonum est ægrum in altero laterum inuenire iacentem. A causa etiā primitiua fit stupor, vt propter sitū malum cruris aut pedis aut brachij: propter quod minus libere possunt spiritus animales per neruum transire ad illius mēbri sensum & motum exercendum, opilatione, vel viarum incuruatione prohibente. A causa vero antecedente humorali habent fieri ambæ passiones: vtpote propter dominium sanguinis vel flegmatis super neruos mēbrorum tremulosorum & stupidorum: habēt etiam fieri propter potum vini superfluum. Vinum enim a proprietate suæ substantiæ ad neruos rapitur: quapropter si digestū ad ipsos peruenerit, sanguinem superfluere facit: Si vero indigestū, flegma abundare facit. Habent etiam ambæ passiones quandoq; fieri a frigiditate sine materia: cum frigiditas sit qualitas contrarians animalibus. Et ideo Auicen. primo cañ. de virtutibus ministrantibus, dicit quod frigidum est paralyticū faciēs. Accidunt etiam nonnunquā ambæ passiones ex debilitate naturali neruorum: quæ debilitas nihil est aliud, q̄ raritas compositionis, vel delicatio cōplexionis eorundem Signa tremoris vel stuporis a causa primitiua, sunt manifestata ex re ipsa. Signa earum a causa antecedente sunt: quia si fit sanguis, apparet facies carnosa, rubea vel fusca, et venæ apertę in collo, & dulcedo saliuæ, & antecessio ciborum multiplicantium sanguinem: similiter & vrina rubea grossa. Si vero sit flegma: apparet color faciei al. et pallidus,

& habitudo mollis squallida cũ pigritia motuum, et vrina alba spissa humorosa, & antecessio gulositatis, & indigestionis assidua perdurans, & fastidij, & rerum generãtiũ flegma. Signa eorum cum fiunt a qualitate frigida sine materia, sunt habitudo melãcholica macra: & cum tangitur corpus, sentitur frigidum: & antecessio ambulatiõis. & moræ in aqua vel aere frigido: propter q̃d musculi labiorum omnes spasmantur, ita vt quis intelligibiliter & prompte non loquatur. Similiter & statio perdurãs in rupibus vmbrosis, propter quam mortificantur calor & spiritus lacertorum: sicut accidit incarceratis, & captiuis inter muros. Signa eo℞, cum fiunt a potu vini superfluo: quia aduenit bibulis, & proprie vinum bibẽtibus siue potantibus per se in ieiunio, cum raritate neruo℞, & eorum imbecillitate per naturam. Signa tremoris causati a debilitate mẽbri vel virtutis, scilicet quia patiens deijcitur ex quocũq; exercitio moderato: vtpote ascẽdẽdo scalas, vel trahendo, vel tenendo aliquid firmiter in manu. Et quia non potest tolerare laborem fortem, stando vel currendo: quare statim tremit eius corpus: & antecessio ægritudinum chronicarum est verior in significando.

Methodus. Cura tremoris & stuporis facti a causa primitiua, est vt primo curetur attritio: quapropter ponãt vnguẽta, & emplastra anodina super locũ, donec dolor quieuerit, posita in cura paralysis a casu & pcussione: similiter & in cura spasmi: deinde cõfortentur nerui cũ oleis stypticis, vt masticino, vel de castoreo. Cura eorum si fuerint vitio sanguinis (quod raro cõtingit) est vt primo fiat flebotomia cephalicæ in brachio vel manu, si virtus & ætas consenserint: deinde cum pillulis cochijs purgetur, vel cum hierapicra. Sit contentus potu hydromellis, vel iulep: gargariset oxymel squilliticum cũ aqua hysopi: post purgationes vngantur membra cũ oleis iam dictis: vel cũ vnguentis arrogon, marciaton, agrippa: toleret famẽ & sitim pro posse: exercitetur & sudet in ieiuno. Cura eorum si sint vitio flegmatis (quod est vt plurimum) est cura paralysis factæ humoris vitio: quando tremor talis est quædã paralysis diminuta, vel incœpta. Cura eo℞ si sint a qualitate frigida sine materia, est eadem cum ea quæ est de flegmate, præter quod non est opus purgatione, sed alteratione sola cum oleis, vnguentis, emplastris, balneis & diæta: qa vbi indigentia, nõ oportet laborare. Cura eo℞ si fuerint a potu vini superfluo, est abstinere ab illo: quia in omni motione corporis cum quis, &c. Et confortentur cor & cerebrum cum electuario pliris, vel dianthos. Cura tremoris propter debilitatem virtutis, est cauere a labore & exercitio forti omnino: & vti cibis & potibus impinguantibus, vt est caro bona, & ius carnium conditum cũ speciebus aromaticis atq; inspissatum cum vitellis ouo℞, & vinum cla℞ bonum aromaticum in odore vel claretũ: & vti speciebus & electuarijs dictis ca. de paral. & confortare neruos & iuncturas atq; membra lacertosa cum vnguẽtis & oleis dictis ibidem. Et plura dicemus capitulo de arthetica passione.

Emperica. Dixerunt excellentes, q̃ in tremore & stupore factis ex causa humorali, cõferũt trochisci de sticados a proprietate, & proprie post purgationes bis vel ter frequentatas: qui sic fiunt. ℞. sticad. ℥. i. hysopi. ℥ i. peoniæ, ℥. iij. fiãt trochsci cum muscillagine dragaganti & melle ros. & fit vnusquisq; in pondere au℥. i, dẽtur in aurora cum aqua decoctionis sticad. et mellis.

Canones. Scias, q cognitio humoris facietis ægritudinem non semper potest per interiora haberi accidentia: quia potest humor peccans intus in profundo accumbere, & alius non peccans in superficie apparere: vt dicit Galenus in cõmento illius apho. In perturbationibus ventris. Si vis ergo certificari de humore peccante, fiat hoc per exeuntia p iuuantia & nocentia: vt dicitur nono de ingenio sanitatis. Effectu enim operis vnaquæq actio comprobatur: vt dicit Galenus in commento illius aphorismi secundæ particulæ. Vbicumq cibus. Et iste canon non solum in passionibus neruorum, sed etiã in omni morbo materiali, & proprie membrorum profund. verificatus reperitur: cum perfecta morbi cognitio sit eius semicuratio: vt dicit Galenus in libro de fe. ad Glauconem

Prognosticatio. Stupor & tremor a quacumq causa fiant: super paralysim illi9 membri, aut apoplexiam futuram significant. Item tremor & desipientia accidẽs ebriosis, apoplexiam minantur. Vnde Hippo .7. parti. apho. Ex multa potatione rigor & desipientia malum. Item stupor vel tremor, si fiant a casu vel percussione, & post curationem attritionis, & cõsolidationem vulneris remanserint: raro vel nunq̃ curantur: prout in ca. de paralysi diximus: quia passionem significat profundatam fore vsq ad neruos. Item si stupor & tremor fiant a casu & percussione & remanserint secundum dispositionem vnã, licet rationabiliter medicus operetur: significatur q curari non potest: si vero cœperit de die in diẽ minorari dispositio, potest curari. Item stupor & tremor in senibus non curant.

De alitatione & oscitatione. Cap. .V.

Alitatio est extensio alarum. i. brachiorum & crurũ. Fit autẽ propter ventositates multas eleuatas ab humoribus flegmaticis, vel multitudine cibi indigesti replẽtis neruos et lacertos, inducentis in eis lassitudinem siue laborem spontaneum extensiuum, quem mẽbra musculosa sentiunt sensatione quadam naturali: quia omne mẽbrum corporis nostri sentit iuuamentũ, vt ipsum attrahat: & nocumentum, vt expellat: cum talis sensatio sit operatio virtutis naturalis nutritiuæ, & animalis non cognitiuæ: quam Auerro. secundo colliget supra doctrinã Galen. addidit, et discretiuã nuncupauit: quare extẽduntur & mouentur, vt illam ventositatem expellant: & ideo fit maxime post quietem & somnum, & in habentibus nauseatiuã satietatem. Oscitatio vero est opertio oris propter vẽtositates expellendas, ascẽdẽtes a stomacho p meri, vel iclusas in musculis & neruis mãdibularum: & ideo fit maxime post somnum & ocium: quia sicut vigiliæ & labor ventositates carminant: ita somnus & quies ipsas augmentant.

Methodus. Cura istar passionũ est eadem oĩno. Si igitur habitudo sit carnosa, & venæ apparẽtes, & color faciei rubeus, & subniger: et p̃cesserit vsus cibor multiplicãtiũ sanguinẽ: fiat flebotomia cephalicę, quã sequat fames, labor, ianitio, sudor, et vsus cibor et sapor sanguinẽ diminuentiũ: vt sunt lẽtes, agresta, vinũ debile lymphatũ ad medietatẽ. Si vero habitudo squalida flegmatica sit, color alb9, pallidus: et ãtecesserit satietas nauseatiua, et non apparuerint venæ in oculis et facie, digeratur flegma cum oxymelle composito vel squillitico: et euacuetur cum pillulis fœtidis vel cochijs vsitatis, vel cum benedicta. vtatur cibis calidis et conditis cũ pipere longo, gallãga, zedoar; et similib9: et bibat vinũ bonũ,

sed in parua quantitate, post euacuationes balneetur, & sudet & laboret.

Emperica. Hippo. docet curare istas passiones cum potu vini boni lymphati vsque ad medium: vini quidem propter digestionem: lymphetur vero, propter impedimentum, quod vinum purum infert neruis. Vnde Hippo. ait 7. parti. apho, Alices & oscitationes vinum mensurate bibitum, soluit ægritudinem: per mēsurate intelligit debere esse tantum aquæ, quātum vini: sed credimus hunc aph. verum esse maxime in causa flegmatica, quæ sæpius cōtingit: nō in sanguinea. Credimus præterea verum fuisse tempore Hippo. sed non modo: quia tēpore præsenti vinum causat istas ægritudines, propter ipsius vsum superfluum. Item Auicen. 3. canon. præsenti cap. dicit quod masticatio acor a proprietate curat istas ægritudines, & proprie post euacuationem.

Canones. Scias, quod in cura cuiuscunque passionis humoralis, & proprie cum corpus plethoricum vel cacochymicum videtur: hæc tria sunt per ordinem facienda, scilicet euacuatio vniuersalis, & euacuatio particularis siue propria, & remedia localia, verbi gratia. In passione capitis vitio flegmatis, primo oportet euacuare flegma cū farmaco a corpore toto: deīde approximare sternutatoria & gargarismata & masticationes & caputpurgia. Vltimo vero applicanda erunt emplastra, vnguenta resolutiua, fricationes & balnea. Ratio autem canonis secundum Gal. 11. de inge. sanitatis. vbi loquēs de cura apostematum interiorum, ait sic: Si nanque calida resolutiua localia applicabuntur in principio, magis attrahent ad locum: ex eo quod omne resolutiuum est attractiuum, cum plurimam materiam inuenit: nisi fortasse melilotum aut camomilla, quę sunt leuia: vt excepit Auic. 1. cañ. de melancholia. Si vero primo approximētur repercussiua frigida circa mēbrum: tūc reliqua membra circumiacentia non suscipient materias, cum supponatur corpus esse plethoricum. Si vero primo fiat euacuatio particularis & propria, euacuabitur quædam materia præsens, sed alia loco eius attrahetur a membris vicinis.

Prognosticatio. Oscitatio & alitatio cum multiplicantur præter solitum, repletionem humoralē significant immediate, sed febres putridas mediate: vt dictum est. Ventositas vero eleuatur a materia semicocta & indigesta: vt dicitur 5. de accidēti: quæ si calori naturali non obedierit: putrescit, & fiet per consequens causa antecedens, & deinde coniuncta febrium putridarum. Et in hoc finitur tractatus secundus.

¶ TRACTATVS TERtius primæ sectionis. De oculorum passionibus.



Oculorum passiōes licet sint diuersæ, veruntamen quoniam ipsarum cognitio vt plurimum corporaliter circa medicorum assistētiam. perparum scripturis librorum addiscitur: idcirco dicamus tantum de quatuor famosioribus: quæ sunt ophthalmia, lachrymositas, visus debilitas, & fistula lachrymalis.

¶ De ophthalmia. Cap. I.

Ophthalmia est apostematio oculorum & palbebrarum cum dolore plurimo, vel pauco: & quandoque fit in altero oculorum tantum, quandoque in vtroque, quandoque in parte oculi tātum. Fit autem a causa primitiua, scilicet fumo, sole, puluere, casu vel percussione: quoniam propter aliquod istorum inducitur dolor in oculo: propter quod

materiæ currunt ad locum, & inducunt apostema. Aut a causa humorali simplici, vel composita. Signa eius, quæ fit a causa primitiua, sunt antecessio alicuius istorum: ad quod statim sequitur ophthalmia: quod scies ex relatione ægri. Signa eius, quæ est a causa humorali, si a sanguine, sunt vehementia rubedinis oculorum in albugine, & palpebrarum: & magnitudo tumoris cũ tẽsione: & apparitio venarum in oculis & fronte: & dolor grauatiuus: & multitudo lachrymarum cũ lippitudine: Si sit a cholera, fit dolor pungitiuus quasi fiat ab acu vel spina, & cursus lachrymarum adurẽtiũ maxillas, excoriantium loca super quæ currunt. Sed tumor & tensio est minor, q̃ in sanguine, & color rubeus vergẽs ad citrinũ: Si sit a flegmate, fit dolor grauatiuus nõ plurimus, inflatio oculorum magna absq; rubedine: quæ cum tãgitur, cedit digitis, & fit impressio in loco: & multitudo lachrymarũ aquosarũ cũ lippitudine indigesta: et habitudo corporis humida. Si vero fit a melãcholia (quod raro fit) apparet nigredo totius corporis, & extenuatio eius, tumor oculorũ paruus, paucitas rubedinis & lippitudinis & lachrymarũ. Si vero materia sit cõposita, signa adulterabũt̃ scd̃m cõditionẽ simpliciũ.

Methodus. Cura ophthalmiæ, quæ fit a causa primitiua, ẽ tranquillitas & quies, & vt nõ videant lumen per aliquot dies: quia in oĩ motione corporis, &c. Humectẽtur seu abluãtur oculi cõtinue cũ aqua decoctionis ros. nenupha. viol. vel cũ aqua ros. in qua psilliũ & cãphora sint infusa. Et si p hoc prohibeat̃ apostema, bene est: sinautẽ, curetur sicut dicet̃ postq̃ materia fluens fuerit cognita. Cura eius, quæ fit a sanguine, est vt primo curetur per flebotomiã basilicę dextrę, si corpus est plethoricũ: postea flõmetur cephalica partis cõtrariæ, vel saphena partis eiusdem, vltimovero cephalica partis lęse. Et si necesse fuerit: flebotomet̃ post hoc vena recta frõtis, vel prouocetur fluxus san. nariũ, vel diuertat̃ materia ad partẽ posteriorẽ cũ scarificatiõe auriũ & vẽtosatiõe colli et cauterizatiõe ipsius cũ ferro aũt cãtharidibus: aut ad partẽ supiorẽ cũ scarificatione verticis profundata post rasurã capillorũ: deinde purgetur cũ medicina sanguinẽ mundante. ℞. mãnæ. ℥. 2. tamarindorũ. ℥. 1. & ß. dissoluatur cũ aqua decoctionis prunorũ, & sit aqua non vltra. ℥. 6. neq; infra. 4. det̃ totũ in matutinis: deinde distillentur repercussiua intra oculũ, sicut est lac mulieris, & proprie lactantis puellã, & sicut est sieff memithæ. q̃d sic fit. ℞. memithæ, ros. aloes. licij. sandal. gallarum, croci ana. ʒ. 2. terantur in vltimo, atq; cribellentur, & fiãt sieff. 1. torchisci, qui exiccẽtur in vmbra. Et cũ vti volueris: dissolue vnũ ex eis in aqua ros. vel succo plantaginis, vel endiuiæ: & liniatur sępe intra oculos & super frontẽ circũquaq;: quoniam materias repercutit, mẽbrum fortificat, & prohibet apostema. Similiter super oculos & tempora ponatur illud emplastrum. ℞. foliorũ solatri, virgæ postoris, arnoglossę, teneritatũ rubi, foliorum vitis, & endiuiæ, se. papaueris, cicoreæ, acetosæ, sempuiuæ, florũ camomillæ, ros. rub. aũ. m. 1. pistentur, & bulliãtur in aqua & incorporẽtur cũ farina ordei, & ponat̃ tepidũ sup locũ, vel ponãtur sup frontẽ & oculũ petiæ lineæ infusæ in succo solatri & aqua ros. & aceto. In augmento vero & adhuc magis in statu addãt̃ aliqua resolutiua cũ repcussione: sicut ẽ emplastrũ tale. Coquãtur tria poma in cineribus vel prunis, & mundẽtur, & cũ eis incorporẽtur tres vitelli ouorũ et semẽ lini, & tepidũ ponat̃ sup locũ: hora vero fortis doloris & proprie in prin

cipio stilletur collyrium albũ in oculos: quod sic fit. ℞. cerusæ ablutæ. ʒ. 4. sarcocollæ nutritæ in lacte asinæ vel mulieris ʒ. iij. amyli. ʒ. 2. dragaganti ʒ. 1. opij. ʒ. ß. terantur subtilissime, & cribrentur, & incorporentur cum aqua ros. & fiet sieff. .i. trochiscus paruus: & cũ vti volueris, dissoluatur de eo parum in aqua ros. vel in lacte mulieris, donec fiat sicut mel currens, & ex hoc stilletur sæpe in oculos: quoniam dolorem sedat, & materias repellit, atq; vlcus prohibet vehementer. Abluantur præterea sæpe, & fomententur facies, manus & pedes cum aqua decoctionis florum camomillæ, meliloti, ro. plantaginis cicoreæ: quia diuertit materias. Bibat aquam decoctionis prunorum vel berberis, vel aquã mixtam cũ agresta vel vino granatorum, sed nequaquam vinum, nisi forte in declinatione: tunc nanq; potest bibere vinum album debile lymphatum gradatim a multo ad paucum. Nutriatur cibis paucũ sanguinem generantibus: sicut lactucis, portulaca, farina ordei vel auenæ. Quod si virtus fuerit debilis: vtatur carne pullorum vel hœdorum alterata cum herbis prædictis vel seminibus earum: vitet cibos et potus vaporosos: vt sunt allia, cepæ, vinum, porri: vitet etiã cibaria san. turbãtia: vt caules, fabas, lentes, ceruisiam &c. Diminuat cœnam proposse, & somnum multiplicet, sed non ilico super cibum: quoniam somnus & leuitas ventris omi die sunt medicamen bonum in omni ophthalmia, & proprie de causa calida. In statu vero & adhuc magis in declinatione stillet in oculos ex collyrijs, quæ dicemus postea in Emper. & capitulo de debilitate visus. Cura eius q̃ fit a cibo est, vt a principio mũdificetur cũ medicamine supradicto, vel isto. ℞. aquæ decoctionis prunorum ℥. 4. in qua cũ fuerit feruens, ponantur. ʒ. 2. reubarb. puluerisati, & dimittatur sic per horas. 12. postea coletur, & in colatura illa ponantur. ℥. 2. syrup. ros. vel viol. vel syru. de nenupha. & detur totum ante diem. Deinde secure fiat flebotomia cephalicæ manus partis læsæ, vel ventosatio in spatulis et collo: quia sicut posteriora capitis dolentia in fronte recta vena incisa iuuat, vt dicit Hippo. econuerso, quia diuersio materierum a loco omniquaq; iuuat. & ponãtur embrocæ, & emplastra repercussiua sup locũ dicta supius. Sed plus addatur de solatro & acetosa, q̃ in ophthalmia de sanguine: fomentẽt manus & crura ex aqua calida supradicta: quoniã materias diuertit ad exteriora. Stilletur in oculos muscillago psillij, vel muscillago se. citoniorum: & si dolor sit fortis, dissoluatur in eis opij granum 1. ligentur adiutoria & coxæ vsq; ad dolorem: in fine ponatur collyrium album supradictum in oculos. nisi q; loco sarcocollæ poni debet psillij. ʒ. 1. in alijs fiat sicut prius. Cura eius, quæ de flegmate, est vt purgetẽ a principio cũ pillulis cochijs vel cũ his. ℞. turbith. ʒ. 1. et ß. zinzi. ʒ. ß. zuccari. ʒ. 2. terãtur, & misceãtẽ: & detur totum in mane cũ aqua decoctionis feniculi. Super oculũ ponatẽ emplastrũ calidũ factum ex farina fenigræci, & muscillagine eius, & florum camomillæ et meliloti, pistando omnia & incorporando cũ muscillagine fenigræci & dragaganti. Et potes addere duo vitella ouorum quia bonũ fit et anodinum. Deinde post 6. vel 7. dies & post duas mundificationes ad plus, pone super oculum & intra, collyrium de sarcocolla mundificatiuũ et incarnatiuum vlcerum oculorum: quod sic fiat. ℞. sarcocollæ nutritæ in lacte mulieris. ʒ. 4. licij. aloes, drag. aã. ʒ. 2. spumæ maris, croci. aã. ʒ. 1. & ß. succi chelidoniæ. ʒ. iij. terantur subtilissime: vt alcohol, & dissoluãtur in vino albo & aqua ros. coletur, et liquidũ ponatẽ in oculos. Bibat aquã mellis vsq; ad declinationẽ,

vel aquā decoctionis iuiubarum & mellis, comedat aquam cicerum, farinā vel auenam. Condiantur cibaria suæ cū puluere facto ex cinamomi ʒ.2. cardam. ʒ.1. croci ʒ.1. Cum autem morbus declinauerit, comedat carnes pullorum vel hœdorum coctas cum feniculo, petro. bortag. spinarg. & similibus, & tunc potest bibere vinum album debile lymphatū. Fiant ablutiones manuum, faciei & pedum cum aqua decoct. absinth. mel. ro. rub. florum camomil. Cura eius, quæ est de melāncholia, est vt primo purgetur cū pillulis fœtidis vel diasene: deinde post mundificationem omni die abluātur semel vel bis manus, facies pedes cū aqua decoct. fumi terræ, absinth. rof. ru. viol. meliloti: & balneetur in aqua dulci, & inclinet faciē sup vaporē aq̄ calidæ dulcis in oculos & superponātur collyria et emplastra dicta de flegmate. Cura eius, q̄ est de materia cōposita, ē cōpositio remedior secundū exigentiam suę causæ.

Emperica. Dicit Hippo. 6. part. apho. Dolores oculor meri potio sanat, aut lauachrū, aut flebotomia, aut farmacia: quod pertractans Galen. in commento ait, ꝙ conuenit meri potio si fuerit ophthalmia de flegmate vel melancholia: & in corpore plethorico proprie, & p̄misso balneo aquæ dulcis: sed oportet vt sit merū lymphatū parūper: & post eius potum dimittatur patiens dormire. per hoc enim materia grossa sicca vel viscosa subtiliabitur, & humectabitur, vt fluere possit extra oculos, et dolor cessabit. Conuenit lauachrum, id est balneū aquæ dulcis, saluis tribus conditionibus: quarum prima est vt corpus sit bene euacuatum euacuatione vniuersali: secunda est, vt materia sit acuta, scilicet cholerica vel de flegmate salso: tertia, vt materia remanens sit pauca, sic nanq balneum euacuabit reliquias euacuationis p̄missæ. Cōuenit aūt plyria. i. fomētatio oculor cū spongia imbibita in aq̄ calida dulci, deide exp̄ssa, donec fiat aliquātulū rorida quasi sicca, vel pyria. i. inclinatio capitis super vaporē aq̄ calidę dulcis, sicut et balneū cōpetit. Verū in hoc referr: q̄a si materia sit plurima augmentat̄ dolor oculor propter attractionē: & sic dirigit nos in curā artificiosam, q̄ est ꝙ euacuare debemus corpus ante pyriam: Si vero materia sit pauca, p̄fecte resoluet̄. Cōpetit flebotomia, si corp⁹ abūdet in sanguie solo, vel ī oib⁹ humoribus simul æqualiter: q̄m flebot. euacuat multitudinē, vt di. Auic. Cōpetit farmacia, si alius humor a sanguine sit causa ophthalmiæ. Itē dicūt exp̄ti ꝙ aliq̄d olei ro. cū duplo ei⁹ vini granator acetosor cōquassatū, & positū sup rubedinē oculi vel sanguinē q̄ est ibi propter fricationē, aut p̄cussionē sequēti die vel tertia curat, & proprie post purgatoinē, vel flebot. vel scarific. in collo & spatulis. Collyriū exp̄tū ad oēm ophthalmiā ex quacunq causa fuerit, & q̄cūq tp̄e morbi, et ad oēm visus debilitatē, sic fit ℞. tuthiæ extinctæ in aceto tribus vicibus, et sex vicib⁹ ī aq̄, rof. ʒ.2. ita ꝙ post quālibet extinctionē remoueat̄ acetū & aq̄ rof. lapidis calaminaris, vel hæmatitis extincti ī aceto. 2. vicib⁹ et in aq̄ rof. 4. vicibus ʒ.1. coralli. et rub. an̄. ʒ.2. ossis sepiæ, cāphorę. an̄. ʒ.1. aq̄ rof. q̄d sufficit: terāt̄ oīa vt alcohol, cribellētur p pānū sericeū dep̄ssum, & cōmisceāt̄ cū aq̄ ro. sicut decet collyria, et ex eo stillet̄ frequēter in lachrymali: q̄a rep̄cutit, stypticat, et abstergit: quare cōfert etiā in fistula lachrymali, & fluxu lachrymar cū lippitudine. Sed tūc loco aceti & aq̄ ro. capiatur aqua feniculi, & aqua chelidoniæ, et aqua rutæ, & vrina pueri masculi nondū polluti. Et in causa ophthalmiæ cholerica pōt addi liciį, acatiæ, amyli, dragagāti ʒ.1. In causa vero flegmatica pōt addi sarcocollę intinctæ ī lacte mulieris

ʒ.2. In causa vero melancholica, climiæ aurilotæ & postea adustæ, & extinctæ in lacte mulieris ʒ. 2. In dolore forti pōt addi cerusæ lotæ. ʒ. 2. opij boni. ʒ. 1. & est descriptio magistralis aggregata ex autenti. Mesue et Almanſ. Puluis conferēs omni ophthalmiæ, & inflāmationi oculorum, & fluxui lachrymarum, & prurituj sic fit. ℞. thuthiæ, lap̄. hæmatitis añ. ʒ. iiј. litij, climiæ auri, amyli, añ. aureū. 1. spicæ, opij, sumach, ana. ʒ. ß. aloes rubei, boni ʒ. 1. zuccari, tabarzeth ʒ. iij. F. ex omnibus puluis subtilissimus, & imbibatur vice vna in aqua mirobalanorum citrinorum, & vice alia in succo fen. & vice alia in succo coriandri recentis, quarta vice in aqua sumach, & quinta vice (si est tempus) in succo granatorum musorum: ita, vt post quālibet imbitionem exiccetur: & curat perfecte. vltimo vero misce cum eis camphoræ quartam partem ʒ. 1. deinde iterū tere, & cribra per sindonem. & reserua in vase vitreo bene obturato, & pone ex hoc puluere in oculos: quia expertum est: vt dicit Mesue in suo de appropriatis ca. de ophthalmia, autoritate Hamech. Et si velles ex eo facere collyrium sublime ad easdem intentiones & ad fistulam in lachrymali, poneres res omēs post quintam imbibitionem quando sunt sub forma mellis currentis, vel pultis in alembico, & distelles, sicut faciendo aquam rosarum.

Canones. Dicit Raſ. in diuisionibus: ꝙ in omni ophthalmia ex quacunq; causa fiat, confert balneum aquæ dulcis in finibus eorum, quod est post digestionem materiæ, & euacuationē. Confert præterea, vt medicinæ quæ applicantur oculis, vel membris alijs cerebro propinquis, nequaq̄ sint frigidæ vehementer actu vel virtute: quia materias incuneant, & membrorum nobilium destruunt calorem. Confert similiter, vt oculi non intueantur lucē, sed sint in loco obscuro: donec spiritus visibiles congregentur, & fortificentur.

Prognosticatio. Ophthalmia si non curatur, perducit ad fistulam in aliqua tunicarum septē oculi: & deinde ad cæcitatem. Item Hippo. 6. particu. aph. In oculis patiētem a diarria accipi, bonum.

¶ De lachrymositate oculorum. Cap. II.

FLuxus lachrymarū tribus fit modis: Primo post incisionē factā in cura vngulæ, vel cataractæ: secundo ex effusione multarum materiarum ex cerebro & venis & arterijs, quæ sunt sub craneo per neruos opticos: tertio ex effusione materiarum ad oculos ex venis neruis atq; arterijs, qui sunt extra craneum, vel qui apparent in temporibus. Et vndecunq; fluxerit materia, vel est acuta calida, vtpote de cholera vel flegmate salso: vel est frigida humida aquosa. Signa eius quæ fit propter incisionem vngulæ, vel alterius ægritudinis in oculo, sunt antecessio talis curæ. Signa eius, quæ fit ab humore acuto vel salso, sunt pruritus, & ardor & inflammatio in loco, quem lachrymæ tangunt: & gastomacho ieiuno & tempore calido magis infestat: & quoniam vsus piperis, allij & ceparum et aliorum acutorum nocet. Signa eius, quæ fit ab humore aquoso, sunt multitudo lachrymarum sine ardore loci, super quem currunt, & quia tēpore frigido, & post cibum multiplicantur: & quia vsus ciborum humorosorū, & nimius potus vini eas multiplicat. Vtrum autem fuerit extra craneum vel intra, potest cognosci a iuuātibus & nocentibus rationabiliter exhibitis, & ex significatione & sensatione infirmi: & quoniam vena apparēs, vel arteria magis pulsat solito vel debito in tēporibus:

& est cum maiori timore, q̃ sint aliæ.

Methodus. Cura eius, quæ fit propter incisionem factam in cura alicuius passionis oculorum, est vt post incisionem confortetur oculus cum emplastro: quod sic fit. ℞. corticis granatorum, lentium excorticatarum, plantaginis, virgæ pastoris. añ. m. 1. pistentur & incorporentur cum muscillagine dragaganti. Ad idem. ℞. succi solatri vel bursæ pastoris, vel semperuiuæ, ℥. iiij. & misceantur cum bolo armenico, sang. draco. terra sigillata, & albumine oui, & ponantur super oculum & tempora & frõtem. Cura eius, quę fit ab humore acuto vel salso, est vt præmissa digestione materiæ cum syrupo de fumo terræ vel (si nõ sit præsto illud) cum syrupo acetoso, & aqua decoctionis rerum ducentiũ virtutẽ syrupi ad oculum: & feniculus, eufrasia, nux muscata: purgetur cum pillulis cochijs de reubarbaro, dictis capitulo de dolore capitis. Post hoc flebotometᷣ cephalica partis eiusdem, & super frontem & tempora ponatur emplastrum. ℞. boli armenici ℥. ß. masticis, dragagãti añ. ʒ. 2. puluerisentur, & misceantur cũ albumine oui vel muscillaginis dragaganti. Super oculum vero ponantur petiæ infusæ in succo semperuiuæ, vel solatri mixto cum agresta & puluere gland. myrrhæ, & boli armenici: intra oculum ponatur collyrium albũ: quod diximus capitulo de ophthalmia sanguinis. Cura eius, quæ fit ab humore aquoso, est vt præmissa digestione cum syrupo de sticados, vel (præsto non sit illud) cũ oxymelle composito, & aqua decoctionis feñ. vel basiliconis. Purgetur cum pillulis cochijs vel fœtidis, vel hierapicra, vel medicina de turbith. deinde fiat cauterium in vertice capitis, vbi terminatᷣ medius digitus, quãdo radix manus patientis ponitur super radicẽ nasi, & profundetur vsq; ad craneum, & dimittatᷣ apertum vno mense integro, ita vt omñi die purgetur a sanie bis: vel rubificetur idem locus cum emplastris calidis acutis, dictis capitulo de lethargia: atq; scarificetur abrasis primo capillis. Similiter & super collum vicibus frequentatis super oculum, & intraponãtur omnia medicamina iã dicta. Sæpe abluãtur oculi cũ aqua pluuiali decoctiõis gallarum, thuris, masticis, myrrhæ, boli ar. nucis cypressi: & sit aqua actu calida apud eius vsum. Cibetur ex cibis stypticis, & carnibus assis conditis cum agresta, vel vino granatorum, vel berberis: & huiusmodi sunt lentes excorticatæ: & aliquando sumat aquam pisorum, & herbam feniculi. Bibat hydromel, vel vinum rubeũ debile lymphatum cum aqua pluuiali vel cisternæ. Sumat semper post prandium & cœnã ℥. ß. electuarij de citonijs, vel ʒ. 1. diaolibani: & bibat desup aquã calidam, sed nõ frigidam: quoniã extat catarrhosa: vt ait Meß. ca. de catarrho.

Emperica. In constrictione lachrymarum, et cõsolidatione noui vulneris in oculo, conferunt collyria dicta capitulo præcedenti. Ca. de empericis. Confert ista cõfectio. ℞. tuthiæ, ℥. ß. teratur perfecte in mortario mundo, & addatur ei. ℥. 1. aquæ roß. & ℥. 1. vini granatorum acetosorum in causa calida, aut vini alb. veteris clari in causa frigida: & post incorporationem perfectam istarum rerum in mortario coletᷣ hoc totum cum petia munda: & de ista colatura ponatur omñi die mane & sero intra oculum, et in breui tempore fiet lachrymarum constrictio, & vulneris consolidatio, præmissis remedijs vniuersalibus. Item communiter operãtes in cura lachrymarum præmissa vniuersali euacuatione cum flebotomia vel farmacia supradictis, incidunt venas & arterias frontis per transuersum, & proprie si fluxus sit extra craneum: sed in hoc erit ti-

mor casus palpebrarum: quapropter alij faciunt cauterium cum acu ferrea ignita cũ filo laneo grosso traducto super collo & pulpis auriũ, & dimittunt sic apertum, donec multa aquositas effluxerit: quia per hoc fit diuersio materiæ: vel faciunt vesicationem cũ cãtharidibus & fermento, si patiens cauterium abhorreat. Deinde ponunt in oculũ collyrium albũ dictum, vel confectionẽ ex tuthia extincta. Item ad lippitudinẽ oculorũ quidam accipiunt vitreolũ, mel, et albumẽ oui. an. partes æquales, et pfecte terũt, et incorporant in mortario, et ponunt super oculos sero, cũ itur dormitũ: et mane abluũt oculos cum lacte mulieris. Collyrium albũ sublime et expertum ad omnẽ maculã oculorum, et lippitudinem, et fluxum lachrymarum, visum custodiẽs cum virtute, sic fit. ℞ armoniaci, florum æris, arsenici ru. sandal. an. ʒ. ij. tuthiç. ʒ. i. vitrioli, de quo fit incaustum. ʒ. iij. chelidoniç, rutę, an. m. i. succi feniculi lib. i. et ß pistẽtur, et simul misceantur, et fiant madaliones, et ponantur in alembico super fornacem, et distillentur: sicut fit aqua rosꝫ. Et ex eo stilletur in oculos omni die mane et sero: quia mundificat, abstergit, exiccat, et confortat oculos excellenter, et spiritus visiuos subtiliat. Sieff de thure, quod ponitur in oculos in vlceribus eorum: quia exiccat, cõsolidat, & incarnat, & corneam cõfortat, ne rũpatur, & vueã egredi non permittit: sic fit. ℞. armoniaci, sarcocollæ. an. ʒ. 5. thuris. ʒ. 10. croci ʒ. 2. cõficiant cũ muscillagine fenigręci, vel semis lini: & fiat seiff. i. trochisci parui: & cũ vti volueris: puluerisentur vt alcohol, & ponatur ex eo in oculos, vel dissoluatur cũ aqua rosꝫ. vel succo endiuiæ ad modũ collyrij subtilis. Sieff de plumbo, quod incarnat, & consolidat vlcus in oculo post rupturã ophthalmię, vel casum vel pcussionẽ, & cõfert plurimũ fistulæ lachrymali, & dolorẽ oculorum sedat potenter, sic fit. ℞. plumbi adusti, gũmi arabici, antimonij, tuthiæ ablutæ æris vsti, dragagãti. an. ʒ. 5. 8. opij. ʒ. ß. fiat sieff cũ aqua pluuiali, & vtere eo sicut primo. Ars abstergendi omnes maculas accidentales in oculis prohibẽtes visum, quæ albumines vel vngulæ nominãtur, & proprie cũ fuerit molles, teneræ, recẽtes, hoc est qa duræ antiquatæ, solo ferro remouentur. ℞. æris vsti, florum æris, arsenici ru. vel citrini, & proprie sublimati, salis nitri, vel salis armoniaci, gũmi, arabici, vitrioli adusti, vitri cõbusti, sarcocollæ, spumę maris, licij, aloes rub. boni, myrrhæ, croci, mirobalanorum citrinorum, baurach, ossis sepiæ piperis longi, omnium eorum vel quorũcumque ex ipsis volueris quãtũ vis tere vltimo, atque cribella per sindonẽ dẽsum, & ex ipsis in oculis pone modicũ omi die, scilicet mane & sero, donec res eis additę cõsumantur. Est namque cõtinens fere omnia corrosiua: quare nomina sortitur diuersa, ita vt a quibusdã puluis ru. ab alijs viridis, ab alijs albus vel citrinus, vel puluis de vitreolo nuncupetur. Quod si mordicationem & corrosionẽ oculorum timueris ex ipsis, imbibe per noctẽ vnã aut amplius puluerẽ pdictũ in aqua rosꝫ. vel lacte mulieris. deinde exicca in vmbra, & tere, & cribella: sicut prius ex stypticis, incarnatiuis, quæ sunt tuthia abluta & spodium & camphora corallium, rosæ siccæ, antimonium, plumbum vstũ, atque thus. Si vero puluerẽ pdictũ facere volueris magis cõfortatiuũ oculorum, adde margaritarum & cathimiæ auri & argenti. Si vero magis artificiosum, imbibe ipsum vice vna in vino albo, veteri, claro, & vice alia in vrina hominis sani pfecte, vel in vrina caprarum, & vice tertia in aqua feniculi, vel succo eius, si tẽpus fuerit: & vice quarta in succo

rutę: & vice quinta in aqua chelidonię, ita vt post quālibet imbibitionem pfecte exiccetur, & iterum terātur, & cribellentur vltimate. Si aūt collyrium ex ipso facere volueris ad easdē operationes, pone res oēs in alembico post quintam vel quartā imbibitionem, cū sunt sub forma mellis currentis, & distilla sicut aquā ros. ex qua omni die bis stilletur aliquid in oculos, loco pulueris su pradicti. Aut decoque res omnes tritas in aqua clara, vel vino albo pontico vel mixto ex eis aliqualiter, donec redierit ad quartā partem, & sit proportio pulueris ad aquā vt vinū, sicut proportio quatuor ad sex. Prior tamen modus pfectior reperitur: aut dissoluatur puluis rerum in aqua decoctiōis acori, vel senæ, vel rutę, postq̄ fuerit optime colata, & cum ea cōquassetur, sicut decet collyrium, & ex ipsa stilletur in oculos: quia est fortitudinis extremæ, ita vt maculas abstergat in oculis equorū, aut cōquassentur res eædem cum aqua ros. quia est lenior modus omnibus supradictis. Et si adhuc magis refrenare volueris eius mordicationē: adde ceru sæablutæ bis in aqua ros. vel. amyli, & fiat ex eis collyriū album, de quo stilletur in oculos sæpius in ieiuno, & sero cum itur dormitum sine cœna: omnia autem sicca terantur vehementer.

Canones. Medicinæ, quæ ponuntur in oculis si sunt in substātia liquida, vt collyria, debent esse in vltimo claritatis & puritatis: Si vero in substantia sicca, vt sieff. & pulueres, debēt esse in vltimo paruitatis & subtilitatis, q̄d apud medicos alcohol dicitur quoniā oculus est mēbrum tunicosum pāniculosum, sensitiuū cū acuitate vltima: q̄re medicinæ grossæ nō penetrabūt: sed stātes circa supficiē tunicæ corneæ, & cōiunctiue ipsam vlcerabūt. In medicinis ꝑterea oculoꝝ nō cōpetit vt calidis acutis, nisi cū stypticis reprimāt: ne forte humiditates tres crystallinā albugineā & vitreā colliquent, & tunicas septem oculoꝝ corrodant: cū oculus ex prædominio cōstet aqueo: vt probat Aristo. in li. de sensu & sensato: propter q̄d accidit, vt fumus, sulfur, coitus, allia, piper, oculis noceāt vndiquaq;. Præterea dicit Ras. in diuisionibus. et Mes. in suo de appropriatis. cap. præsenti, ꝙ si fuerit effusio materiaꝝ ad oculos per vias, q̄ sunt intra craneum, raro est ei curatio, nisi sit ī principio, & materia pauca: quod contingit propter difficultatē penetrationis medicinaꝝ. Et si quidē curari pōt aliquo modo, curatur cum puluere isto. ℞. tuthiæ ablutæ ʒ. 10. aloes, coralloꝝ, licij, gummi armoniaci assi, dragagāti, masticis, hæmatitis, olibani, oīm añ. ʒ. 2. corticū mirobalanoꝝ citrinoꝝ ʒ. iij. piperis longi. ʒ. 2. fiat pul. subtilissimus: vt alcohol. & ponatur intra oculos: est eīm vltimum in restringendo.

Prognosticatio. Lachrymæ si restringi nō possunt, humores nutritiuos oculoꝝ primo diminuunt: deinde humores tres q̄ sunt crystallinus, vitreus, & albugineus: & tandē substantiam oculoꝝ consumēt. Et si fuerint acutæ vel salsæ, corrosionē vel fistulā inducēt: & demum cæcitatē completā: quapropter in principio succurratur. Item lachrymæ accidūt vt plurimū habētibus caput humidum catarrhosum: ꝙ si fuerit ex regimine, curatur faciliter: si per naturam & ex generatione, difficile.

¶De debilitate visus. Cap. III.

DEbilitas visus appellatur, cū homo sine macula, vel aliqua manifesta oculorum passione, diminute videt: neq; discernit res, vt oportet: velut accidit in senibus & decrepitis per naturā, & quandoq; iuuenibus propter aliquam causam nō naturalem: vt puta

propter mutationem organorum secundum compositionem & complexionē. Hæc autem mutatio accidit iuuenibus ex mala complexione oculorum calida vel frigida, humida vel sicca. Senibus vero ex depascentia assidua humidi radicalis a calore naturali: quoniam cum aliqua causarum huiusmodi vehementer confirmatur, facit ipsorꝫ tunicas inspissari, necnon humiditates accidētales augeri, quibus spiritus visibilis obtunditur: similiter & species rerum visibiliū prophanantur: veruntamen hic perpenditur necessitas mortis naturalis in animali: quia propter actionem cōtinuam calidi naturalis in humidū radicale mēbrorum, & proprie cordis, tandem exiccatur corpus, & consumitur humidum, & per consequens coextinguitur calidū. Et istam actionem vocant philosophi materiæ necessitatem: cum impossibile sit ipsam non reperiri omni tempore in rebus naturalibus conuenietibus in materia prima, quæ est hyle. Fit autē quandoqꝫ ex humiditate: & signa sunt: quia multiplicatur post comestionem & nauseatiuam satietatē, & proprie post expgefactionem a somno: quia tūc apparet coram oculis ipsorum quoddam ad modum aquæ vel nebulæ. Et ꝙ oculi emittunt lippitudinem indigestam, & proprie post somnum. Fit etiam quandoqꝫ a siccitate: & signa sunt ꝙ fortificatᷓ passio tēpore famis & in meridie, sed alleuiatur post cibum & somnum: & ꝙ oculi semper apparēt sicci, et sentitur pruritus in ieiuno. Fit quādoqꝫ ex malitia stomachi: propter quod ista debilitas visionis non est semper, imo fit fortis, cum est satietas nauseatiua propter vapores diuersos ascendentes: & discernitur omnino tempore famis: sicut contingit ebriosis & bibulis, et sentit citius alleuiationem ex medicinis mūdificatiuis, quādo est ex stomacho q̄ ex passiōe propria oculorꝫ.

Methodus. Cura eius quæ est ab humiditate, est vt digeratur flegma in capite cū syrupo de sticados: cuius descriptio secundum Mes. hęc est. ℞. florum sticados arab. ℥. 10. hysopi, albasce, calamenti, origani aā. ℥. 10. anisi, pyretri aā. ℥. 7. piperis longi. ℥. iij. passularum enucleatarum ℥. 4. mellis lib. 5. condiantur cum cinamomo, calamēto aromatico, croco. zz. nucis musca, cubeb. omnium aā. ℥. 1. & ß. liga in panno raro, & suspende in syrupo hora decoctionis. Hic syrupus a proprietate respicit caput, & digerit omnes materias flegmaticas in cerebro collectas: quapropter est conferens sodæ & catarrho frigido, vel digeratur cū melle ros. colato, addēdo in digestioue cum his syrupis. sticad: nucem muscatam & omnia ducētia ad caput. Post illud purgetur cū pillulis lucis minoribꝰ vel cochijs vel fœtidis: vel cum pillulis lucis maioribus, quia a proprietate purgant humiditates cerebri anterioris, & sensus omnes acuunt & proprie visum: quæ sic fiunt secūdum Mes. ℞. xylob. oppob. se. ru. squinanti, mastícis, gariofil, aā. se. apij, cassielig. croci, macis aā. ℥. 1. ros. viola. absinth. cubebe. calami aromatici, nucis muscatæ, carpob, spicæ aā. ℥. 2. reubar. boni, mirobal. omnium, agarici, sene. aā. ℥. 4. colloquintidæ, licij, lap. lazuli loti. aā. ℥. 6. confice cum succo fen. vel rutæ vel chelidoniæ, vel eufrasiæ, vel vino claro al. veteri. & da a. ℥. 2. vsqꝫ ad ℥. 4. Et est descriptio aggregata ex maioribus et minoribus: q̄m modicū differunt inter se secundū cōpositionem vel virtutem: vel cum pillulis de agarico, quæ sic fiūt, ℞. aloes. ℥. 2. colloquintid. sticad. turbith. aā. ℥. 1. masticis ros. zz. cassiæ ligneæ. aā. ℥. ß. agarici. ℥. iij. fiant pillulæ cum succo rutæ: quorum dos. est a. ℥. 1. vsqꝫ ad ℥. 2. Hæ pillulæ euacuant potenter flegma, & omnem materiam grossam viscosam, & ab omni

parte corporis, & proprie a capite: & ideo valent in apoplexia, epilepſia, paralyſi, ſoda frigida, catarrho. Cibetur carnibus aſſis & cibis ſiccis: vtatur ſæpe ſemi. fen. in cibo & potu, ſimiliter & ſizeleos. Bibat hydromel, vel vinum rubeũ lymphtũ parumper cum aqua ſimplici, & quandoq; cum aqua decoctionis rutæ, vel in aqua, vbi poſita ſit ruta: recipiat ſemel in ſeptimana. ʒ. ß. tiriacæ veteris bonæ ſtomacho ieiuno cum vino, vel aqua decoctiõis rutæ vel ſeminis fen. Et eſt de melioribus rebus in hoc caſu. Exercitetur præterea, & ſudet, & laboret in ieiuno, modificet cibũ & potum pro poſſe: diſtillet in oculos aquam baſiliconis, vel chelidoniæ eufor. bethonicę, vel rutæ, vel fel caprinũ, vel fel galli, vel faſiani, vel perdicis cũ melle crudo puriſſimo, vel collyriũ de fellibus, vel collyrium album poſitum capitulo de ophthalmia, vel collyrium de tuthia bonũ, & expertũ: q̃d ſic fit. ℞ tuthiæ. ʒ. ß lapidis calaminaris. ʒ. I. faui mellis. I. mellis crudi: ſicut exprimitur a fauo. ʒ. 2. gariofi. numero. 2. terãtur vt alcohol, & incorporentur cum vino al. veteri ſubtili: ꝙ ſi timueris corroſionẽ ex tuthia, igniatur ſuper lamina ferrea 10. vicibus vel pluribus, & totiens extiguatur vel in aqua roſ. vel plãtaginis: & idem obſeruetur de lapide calaminari. Sic nanq; lachrymas exiccat, ſpirit⁹ ſubtiliat, & vlcera conſolidat perfecte. Cura eius, quæ eſt propter ſiccitatẽ, eſt impinguare corpus pro poſſe cum piſcibus recentibus bonis, & iuribus carnium bonarum conditis cũ ſpeciebus dulcib⁹, ſcilicet cinamomo, cardamomo, croco, folio, gallãga, & zuccaro: vtať vino claro dulci. Comedat ficus, fiſticos, auellanas, pineas, cicera fracta, & piſa, oua ſorbilia, & pultes conditos cũ lacte caprino dulci. Caueat a rebus acutis, & oleo, vino puro veteri, fumo, vẽto, a coitu, & oculorum fatigatiõe plura ſcribẽdo vel ſtudendo: ſæpe balneeť in aqua dulci tepida poſt digeſtionem primam prꝍterq̃ ꝙ ſudet: aperiantur oculi ſæpius in aqua frigida, vel ſtilleť in eos lac mulieris vel aſinæ, vel oleum viol. vel abluatur quãdoq; cum aqua decoctionis, violaꝝ, fenigræci, & maluauiſci. Cura eius quæ fit vitio ſtomachi, eſt vt rectificemus ſtomachum digerendo humores calidos cum ſyrupo acetoſo, vel humores frigidos cũ oxymelle compoſito. Poſt illud purgetur cum medicinis porpriĵs vtriq; cauſarũ, quas dicemus ca. de ſtomachi debilitate. Veruntamen hic pul. confert omniquaque. ℞. aloes. ʒ. I. myrrhæ. ʒ. I. maſticis. ʒ. I. terantur omnia ſubtiliſſime, & cribellentur, & tranſgultiatur totum ſimul cum zuccaro, vel melle, vel alia re offuſcante ei⁹ amaritudinem. Aloes enim licet ſit indelectabile ori, eſt tamen delectabile & proficuum ſtomacho: vt dicit Galenus. 2. de ingenio ſanitatis: & ideo in eius adminiſtratione debet lingua patientis extrahi, & aloes inglutiri. Vtatur omni die in ieiunio electuario pliris, diagallanga, diatriũpiperon: & bibat deſuper ʒ. iĵ. vel 4. aquæ calidæ. Nutriatur cibis & potibus dictis ſuperius capitulo de debilitate viſus propter humiditatem. Vtatur etiam collyriĵs: & aquis dictis ibidem.

Emperica. MEdicamen ſublime ad debilitatem oculorũ ex quacumq; cauſa. ℞. tuthiæ lib. ß. extinguatur in vrina pueri nondum polluti tribus vicibus: & in aqua fen. tribus vicibus, corallorum al. & ru. añ. ʒ. iĵ. extinguantur in aqua fen. vicibus. 2. margaritarum. ʒ. 2. camphoræ ſaphirorum, ſpodiĵ. añ. ʒ. ß. muſci. ℈. ß. terantur omnia vt alcohol. Poſtea ponãtur in mortario, & addatur aqua fen. donec

redeat ad spissitudinē pulmenti vel mellis: & post hoc subfumigetur cum ligno aloes, exiccetur, & iterū perfecte pulueri setur, & per sindonem cribelletur. Et de hoc puluere ponatur in oculos omni mane & sero, & cum vti volueris, fac ex eo cum aqua feñ. collyrium. Virtutem visiuā confortat, humiditates exiccat, maculas abstergit. Sunt præterea quidam excellentes in hac arte, qui valde appretiant hoc collyrium. ℞. sileris montani, maioranæ, eufrasiæ, rutæ, chelidoniæ, feñ. añ. ℥. iij. zz. spicęnardi, piperis longi, gariofi. tuthiæ extinctæ in purissimo succo feniculi vel maioranæ, aloes. añ. ℥. 1. fellis aquilæ, accipitris, hirci incolentis montana, fellis galli, perdicis, fasiani, lupi, leporis, vrsi, vel vulpis, vel vulturis, vel capreoli, & omnium animalium viuentium de rapina: dummodo sint sana et ætatis perfectæ, nō decrepita, de quolibet vnum fel. balsami. ℥. ß. mellis rof. collati. ℥. 1. poluerisanda puluerisentur, liquefienda liquefiant, & conquassanda cōquassentur in vltimo (sicut decet) collyria: & si sit æstas, misceātur in sole calido per dies 40. quotidie semper agitando, atq; commiscendo. Si vero fuerit hyems: agitetur modo consimili in vase duplici ad ignē lentum, vel subtus cineres & arenam calefactam: in fine vero coletur, & conseruet in vase vitreo, & oculis instilletur. Est enim tantæ virtutis, q̄ & decrepitū faceret legere literas minutas. Sunt alij qui magis appretiant collyrium de aquis distillatis: quod sic fit. ℞. aquæ chelidonię, rutæ, betonicæ, eufrasiæ, feniculi, memithæ, caprifolij, vel succi eorum recētium purorum, si sit tēpus & succi maligranati acetosi, mellis despumati, vini purissimi, lactis mulieris, aquæ rof. fellis aquilæ, vel vulturis, omnium 13. añ. ℥. iij. aloes, tuthiæ, myrrhæ, cathimiæ, auri & argenti, sarcocollæ, licij, amyli, costi, rof. coralli, al. ambræ, muschi, camphoræ. añ. ℥. ß. balsami grana. 3. cōfice in vase vitreo vel argenteo ad solem, vel supra cineres calidos: lauentur autem oculi ante & post collyrium cum aqua rof. vel plantaginis in causa calida, sed cum aqua feniculi, vel sileris montani in frigida. Nanq; potens est & expertum ad omnem visus debilitatem: vt asserit Gilbertus. Collyrium de balsamo visum recuperans, etiam si tempore plurimo sit ablatus, saluo organo, sic fit per eundem. ℞. piperis longi & al. ambræ, balsami, fellis vulturis, vel tauri. añ. ℥. 2. mellis attici, id est optimi & purissimi ℥. 2. vini albi veteris chyatum 1. camphoræ, croci, añ. ℈. 1. tere diligenter, & adde succum feniculi, & simul confice & inunge. Sunt alij solennes, qui valde appretiāt hoc electuarium in causa humida. ℞. se feñ. lib. 2. sileris montani lib. 1. camedreos li. ß. seminis apij, petrosil. añ. ℥. iij. puluerisentur, & conficiantur cum melle despumato: detur de ipso sero & mane: & multum valet ad purgandum renes & prouocandum vrinam. Item ad idem tragea. ℞. se. fen. anisi, añ lib. ß. vel lib. 1. gariof. macis, nucis muscatę, añ. ℥. 1. puluerisentur species grosso modo: sed semina remaneant integra: deinde addantur lib. 2. zuccari, & detur ante cibum & post. Item ad idem, electuarium optimum, siue visus debilitas fuerit vitio humiditatis in oculis, siue vitio stomachi: digestiuam nanq; cōfortat, renes mundificat, lapidem frangit, vētositates carminat: dentur de ipso sero & mane ℥. 2. ℞. marathri lib. 1. sileris montani lib. ß. se. apij. feñ. anis. petro. cinamomi. zz. piperis, pullegij, florum abrotani, hysopi, eufrasiæ, añ. ℥. 1. saxifragiæ, granorum iuniperi añ. ℥. ß. confice cum melle despumato, quod sufficit. Item nux muscata visus sanitatem custodit.

Canon. Dicit Auic. 3. cañ. ca. de debilitate visus, q fricatio capitis cũ pectine in ieiuno est valde vtilis in cõseruatione visus propter euacuationẽ vaporum plurimorũ: similiter & claras legere literas, et intueri res virides, et mergere oculos aptos in aqua tepida ad frigidum vergente. Sed ca. de conseruatione visus dicit, q iacere super collũ & supine, est malum, propter fatigationẽ neruorum opticorũ: similiter & iacere sæpe super faciẽ est malum, propter humoris inclinationem ad partem capitis anteriorem.

Prognosticatio. Debilitas vidẽdi, & cæcitas nõ differunt, nisi sicut magis & minus: quare est cauẽdum a principio de cæcitate, & proprie, cum virtus visiua sit delicatissima virtutum animalium, quæ sunt in nobis: quia plures rerũ differentias nobis ostendit: vt dicit Aristoteles primo metaphysicæ.

De fistula lachrymali. Cap. IIII.

Fistula lachrymalis appellať a physicis: cũ angulus lachrymalis oculi resudat, & quando comprimitur digito, virus vel sanies emanat: & interim apparet eminentia in loco extrinseco, quæ multoties aperitur, & cum comprimitur, concurrit sanies ad lachrymale: & tunc vere dicitur fistula: & aliquando non aperitur, sed expirat per cõpressionem ad lachrymale. Fit autem fistula ex materia flegmatica, vel cholerica descendẽte ad locum lachrymalem. Signa fistulæ sunt humiditas currens cum expressione a lachymali & rubedo & largitas lachrymalis, & eminentia apparens aliquando in parte exteriori, & fœtor oculorum.

Methodus. Cura eius passionis est, vt statim a principio digeratur materia, similiter & purgetur, prout docuimus capitulo de fluxu lachrymarum. Post illud fiat cauterium punctale cum acu obtusa, argentea, ignita, præmissa eius exiccatione & abstersione cum aqua rutę vel feñ. vel cum aqua mellis, vel cum vino styptico, vel cum liquore mixto ex his fundendo in fistulam hora post horam, & exprimendo cum digito, donec virus ex ea egrediatur: & cum hoc abstineat patiens a salsis, acutis, cholericis & flegmaticis: & proprie a vino forti. Medicamen prę terea nobile sic fit. ℞. olei veteris, vini veteris boni & electi añ. lib. 2. & ß. & lithargyrij puluerisati, & cribellati (vt alcohol) lib. 1. coquantur ista simul in casola ad ignem per diem integrum, donec nigrum & relucens fiat: deinde ex eo fiant tentæ, id est figuræ ad modum acus, qui ponantur in fistulis. De proprietate enim eradicant fistulam, & exiccãt, & proprie si est aperta. Illud autem quod valde vtile, quando sanies expirat solum a lachrymabili, & non est vlcus, neq apertio in extrinseco, est imponere puluerem citrinum, qui sic fit secundum Almanser. ℞. 3iniar idem viridis æris siue florum æris, quod idem est, vitreoli vsti, añ. ʒ. 6. arsenici rubei, baurach, spumæ maris ʒ. 1. salis aromatici ʒ. ij. dissoluatur armoniacum in succo rutæ, & incorporentur species cum illo succo, & fiant trochisci, & exiccentur: & cum necesse fuerit, terantur super marmore vel in mortario bene loto & mundato (vt alcohol) & ponatur in lachrymabili. Et quidam addunt boli armenici, balaustiæ, antimonij, aloes, sarcocollæ, aluminis, sanguinis draconis,

thuris, myrrhæ, aristologiæ rotundæ, añ. ℨ.i. quoniam sit magis consolidatiuum.

Emperica. Collyrium probatum in fistula lachrymabili, siue sit aperta, siue non. ℞. tuthiæ contritæ, super marmor cōtritione vltima, dissoluatur cum collyrio albo posito c. de ophthalmia: & post dissolutionē coletur cū panno mundo lineo, & reponatur. Et de hoc liquore stilletur om̄i die bis i lachrymale: & iaceat super latus sanum, quia finaliter exiccat fistulam, & proprie nō apertam. Item inungatur omnis angulus fistulatus omni mane & sero vsq; ad dies 30. vel 40. cum oleo ros. feruenti, siue fistula fuerit aperta, siue non, mundificata, a carne & osse corrupto, sanabit: & specialiter, si cum vadit dormitum, ponatur super oculum hoc emplastrum repercussiuum & stypticū. ℞. mūmiæ, boli armenici, tuthiæ, masticis, añ. ℥. ex omnibus pul. subtilis, qui incorporetur ad modum emplastri cū vino rubeo styptico.

Canon. Cum fistula lachrymabilis nihil sit aliud q̄ vlcus profun. saniosum: quemadmodum et fistula membrorum aliorum, vlcus autem sit terminus apostematis erupti, vel fluxus corrosiui: necessarium videtur, vt dicta ca. de lachrymis, et ca. de ophthalmia, præsenti ca. suffragentur.

Prognosticatio. Fistula nisi curata fuerit: corrosionem oculi minatur, cum suarum 7. tunicarū consumptione: similiter & humiditatis crystallinæ colliquatione: quibus succedere facit cæcitatem perfectam, quę fex est & amurca corporaliū ærūnarum.

¶TRACTATVS QVARtus primæ sectionis.

De aurium passionibus.



Vrium passiones famosæ, & de quibus physicū solicitari oportet, sunt quatuor: prima tinnitus: secūda surditas: tertia apostema siue dolor: quarta vlcus. Cum autem dico aurem, intelligo & miringas, & pāniculos eius, qui sunt intra craneum virtuti auditiuæ seruientes.

¶De tinnitu aurium. Cap. I.

Aurium tinnitus tribus potest fieri de causis: aut propter repletionem capitis flegmaticā, vel ventosam: & hoc est vt plurimum: aut propter debilitatem nerui auditiui ex raritate suæ complexionis, vel delicatia complexionis: sicut accidit cōualescentibus: aut propter acuitatem sensus auditus. Signa eius quæ de repletione est, sunt, q̄ accidit post sacietatem nauseatiuam & potum vini superfluum, aut post cibum ilico superfluū, aut propter stypticitatē vētris, vel tēpore frigido humido. Signa eius quæ est de debilitate nerui, sunt q̄ omnis sonus fortis lædit, & non percipit nisi sonos dearticulatos, & q̄ semp sentit sibilum in aure. Signa eius, quæ est ex acuitate, sunt q̄ magis infestatur hora famis, sed post cibum & somnum quasi non sentitur.

Methodus. Cura eius, quæ est repletione, siue ista repletio sit in cerebro, siue in stomacho, est vt purgetur cum pillulis cochijs, vel fœtidis, vel hierapicra, præmissa digestiōe materiæ cū syrupo de sticados, vel cū oxymelle cōposito dato septem diebus cū aqua decoctionis feniculi: & sit aqua quadrupla ad oxymel: deinde stilletur in aurē oleū de ruta, vel de spica cum succo porri & felle ouino, in quo dissolutū sit castoreū & euforbium: inclinet sæpe aurem suā

stomacho ieiuno supra aquam calidam decoctionis sauinæ, sambuci, camomillæ, meliloti, origani, hysopi recipiendo vaporem per traiectorium. Abstineat a cibo et potu vaporoso, vt sunt brodia piperata, allia, porri, nuces, & vinum purum. Abstineat a cibis ventosis, vt sunt legumina, rapæ: vtatur cibis calidis & siccis. Bibat hydromel, & vinum lymphatum: modificet cibū & potum pro posse: laboret in ieiuno, & fiat sternutatio, & sudet in sicco balneo. Cura eius, quæ est ex debilitate nerui, est vt stilletur in aurē acetū, in quo decoctū sit absynthium, aut sticados, vel polium: vel vinum, in quo bullierint rosæ & ruta. Recipiat vaporem cum traiectorio aquæ decoctionis absynth. sticad. & ros. Cura eius, quæ est ex acuitate et subtilitate sensus, est vt distilletur in aurem oleum ros. decoctum cum aceto: Et si non sufficit: stilletur in eo oleum ros. cū aceto, in quibus dissoluta sint duo vel tria grana opij, vel aliqd de aqua decoctionis iusquiami: aut oleum coctum cum semine papaueris & myrtillorum. Vtatur per interuallum pillulis cōfectis de mastice & aloe post cibū: quia corpus mundificāt, & membra confortāt. Vtatur vino granatorum, vel berberis, vel aqua decoctionis sumach & agresta in cibo & potu: vitet vaporosa & ventosa quæcunq;.

Prognosticatio. Tinnitus si perdurauerit tpe longo, neq; remedia rationabiliter exhibita contulerint: surditatē mōstrat futurā, & proprie in senibus propter opilationem viarū, & alterationem miringarum auris, velut a causa.

De surditate. Cap. II.

Surditas quædam est naturalis: & hæc facit hominē mutum: vt dicit Arist. in li. de sensu & sensato: quare non curatur: cum medicus sit naturæ minister. Quædam vero est aduētitia & accidētalis: de cuius cura loquimur. Fit autem duabus de causis in genere, vel propter opilationem auris, vel propter malam complexionem diuersam. Sed opilatio est multiplex, scilicet vel propter apostema, vel carnem verrucosam, vel propter sordem, vel propter flegma & vētositatē, vel propter aliquid cadēs in aurē, vt est lapis vel vermis. Mala aūt complexio diuersa est miringarum frigiditas vltimata. Signa surditatis propter apostema, dicētur ca. de dolore aurium, vbi & curam ponemus. Signa eius, quæ est propter carnem additā, sunt eius apertio, cum aspicitur in aurem apud solem: & cum æger sentit quandam grauitatē in ea: & q̄ fœtor expirat ab aure. Signa eius, quæ est propter sordem collectam, ex visu etiam discernuntur. Signa eius, quæ est propter flegma et ventositatem grossam, sunt grauitas cum superfluitate in aure, & agitatio cum sonitu: & q̄ in nocte & tempore frigido magis infestatur. Signa eius, quæ est a mala complexione frigida, sunt frigiditas capitis apud tactum, & vrina lactea: & forte antecessit ambulatio in aëre frigido.

Methodus. Cura eius quæ fit a carne superaddita est, vt corrodatur caro illa cū vnguento viridi: quod sic fit. ℞. ~~aluis~~, zuccari, flor. æris, mellis, an̄. ʒ. i. terātur omnia subtilissime, & incorporentur cum melle, & cum eo locus inūgatur: vel mūdetur cum vnguento, quod sic fit. ℞. tartari ʒ. ß. calcis ʒ. ß. fiat vnguentum in modum mellis cum aqua cineris, & intromittatur in aurem cum coto vel tenta: postea consolidetur cum vnguento apostolorum: aut si præsto non sit illud, cum vnguēto albo, vel cum vnguento fusco vsitato. Cura eius, quæ est propter sordem, est vt extrahatur cum instrumento ferreo, vel argēteo habēte latitudinem quandam cum cur

uitate, & mollificetur primo cum oleo cōmuni, vel camomillę calido, vt extrahi possit, deinde mundificetur cum coto vel tenta. Cura eius, quæ est propter flegma & ventositatem (& hæc est illa q̄ sæpius contingit) est vt digeratur materia cum oxymelle cōposito, & aqua decoct. radicū feniculi: & fit aqua decoct. quadrupla ad syrupum: postea purgetur cum pillulis cochijs vel fœtidis, & hiera picra. Post purgationem ponatur in aurem oleum camomil. vel nardi: in quo sit aliquid euforbij. Recipiat vaporem per traiectorium in aurem aquæ decoc. calamenti, sauinæ, sinapis, aristologiæ, centauriæ, & similium. Inungantur aures & totum caput fortiter cum oleo eodem. Post purgationem & suffumigatio nem & vnctionem, sumat de quarto in quartum diem sero cum vadit dormitū sine cœna de electuario anacardino dicto ca. de apoplexia. vel diatrion pipereon & postea bibat aliquid boni vini calidi, & fiāt omnia dicta ca. de tinnitu. Cura eius, q̄ est a frigiditate cōplexiōis, est ponere in aurē et circa aurē oleū camo. vel nardinū, vel de costo actu calidū, & purgare cū pillulis cochijs corpus, si sit cum materia. Vtatur omni die mane & sero diapliris, diazinz. diatrion pipereon: & post illud bibat aliquid aquæ calidæ. Cura eius, quæ fit a lapide, vel aqua, vel alia re cadēte in aurem, est vt fiat suctio fortis cū canula missa in aurē vel vaporatio prædicta, ad quā sequatur suctio vehemēs cum spiritu vel ventosa. Et ex rebus vehementer attrahentibus, est vnguentū fuscū, cū linitur ex eo stillum bombacinum, & calidum gestatur in aure. Similiter & emplastrum apostolicon, et pix Colophonia. Vltimo inducatur sternutatio fortis cum condisi: et egredieť si deus voluerit. Et inclinet aurem super vaporem calidū illius aquæ: & saltet, & sternutet obturando nares: vel ad solem ponatur, & aspiciatur, si extrahi possit cum ferro. Cura eius, quæ est propter vermes, quos scies ex motu titilloso in aure, est vt distilletur in aurē hora post horam oleum tepidum plurimum, vel vinum, & sternutet cum condisi, & retineat os & nares, vt ferať spiritus ad aures cum impetu. Et quādoq; ponatur ventosa in aures, vel radius cū bombace aut lana: & extrahantur vermes viui, ne mortui putrescant, & aurē corrumpant. Educuntur autem facilius, si primo interficiantur cum fellibus animalium, & euforb. distillatis in aurem cum aceto aut succo absynth. & sit totū actu calidum, cum infunditur auri: quia penetrabit, & interficiet omne viuum. Idem operatur succus rutæ vel rad. centaureæ, aut folioꝝ persicoꝝ. Item aliud. ℞. aloes ʒ. 1. agař. colloquintidæ, aā. ʒ. 1. puluerisentur, & misceātur cum aqua feruente, & distilletur in aurem. Item calx viua & sulphur viuum incorporata cum melle & aceto sunt vltima.

Emperica. Ad surditatē, quæ fit propter flegma, & ventositatē quæ fit propter flegma, vtile est illud. ℞. baccarum lauri: ʒ. ß. terantur & bulliantur, & misceantur cum oleo de lilio, & ponatur in aurem & circa, actu calidum. Ioh. hebemeß. ponit trochiscos autoritate Serapionis, qui sunt. ℞. elleb. albi ʒ. 2. croci ʒ. iij. mirri ʒ. 8. Conficiantur cum aceto: & cum vti volueris, dissolue cum aceto, et distilla in aurem per se, vel cum licinio. Quidam addūt castorei, pyretri, euforb. aā. ʒ. ß. Item ad idē. ℞. colloqntidæ, elleb. al. aā. ʒ. 2. castorei, aristolog. rof. succi absynthij aā. ʒ. 1. baurach, euforbij aā. ℈. 1. costi ʒ. ß. fiāt sief. i. trochisci cū felle vaccino, & distillētur in aurē cū oleo rutæ, vel de amigdalis amaris post euaporationē prædictā, vel cū vino potēti. Confert pterea oleū balsami cali

dū auribus instillatū frequēter: similiter cauteriū post aures profundatū vsq; ad craneū. Item dicit, q pulex vel culex, si aurē intrauerit: ponatur pilus vel pilū serici duplicatū ī aurē, et applicabit ei aīal & extrahet sine difficultate. Itē ad surditatē accidentalē quācunq;. Rx. oua formicarū, & conterātur: & succus q egreditur, stilletur in aurē: & obturetur postea cum coto vel lana, et dimittatur per tres horas, & reiteretur: quia a proprietate confortat virtutem auditiuam, & organa eius.

Prognosticatio. Surditas superueniēs in febre acuta continua & proprie de cholera, & in die cretica pcedentibus signis digestionis & virtute cōstāte, significat crisim bonā p fluxum sang. nariū: & si cū malis signis fuerit: mortale, vnde Hip. 4. par. aph. Quibuscūq; in feb. aures surdescūt &c. Item surditas facta propter verrucas, reuocatur. Item surditas antiqua nō recipit curationē. Item si vermis intrauerit, neq; extrahi possit, mortale: quia si viuus sit cerebrum corrodet: si mortuus, putrefaciet & corrumpet.

De dolore aurium. Cap. III.

Dolor auris aut fit a causa antecedente & intrinseca: aut fit a causa primitiua extrinseca. Si fiat a causa antecedente, hoc est altero quinq; modorū. Primus est repletio sanguinis in loco extendens neruos auris. Secūdus est effusio cholerę, vel materiæ acutæ ad locū. Nā frigiditas non causat dolorē oīno vel paucum: vt patet per Auicennam cap. de causis doloris. Tertius est apostema auris calidum vel frigidum. Quartus est ventositas grossa inflans neruos & miringas auris. Quintus modus est vlcus recens vel antiquum in aure post aperturam apostematis saniosi: vel potest esse quodlibet apostema. Si fiat a causa primitiua, hoc est altero duorum modorum. Primus est a casu & percussione. Secundus a frigiditate & vento aëris nos continentis. Signa eius, qui est a repletiōe sanguinis, sunt rubedo faciei cum grauitate frontis, & proprie cum reuoluit se super faciem & pulsatio temporum cum inflatione venarum, & saliua dulci. Signa eius, qui est a materia acuta, sunt dolor acutus, citrinitas faciei, amaritudo oris, vomitus cholericus. Signa eius, qui est ab apostemate, sunt: quia si apostema sit calidum, sequitur febris acuta, & dolor acutus pulsatiuus, & sitis & vigiliæ. Si autem materia sit frigida, erit febris lenta, et dolor cum grauedine & imaginatione corrupta. Signa eius, qui est a vētositate, sunt tensio temporum, multitudo sonitus, & motionis cū capitis leuitate. Signa eius, qui accidit propter vlcus in aure, sunt: quoniam assidue & periodice egreditur liquor, vel sanguis absq; febre, sed cum plurima laterum grauitate. Signa eius, qui est a casu & percussione vel vento frigido, patent ex relatione infirmi:

Methodus. Cura eius, q fit a repletione sanguinis est, vt primo fiat flebotomia cephalicæ in manu, vel brachio, aut in fronte: vel ventosatio in spatulis, vel collo: post flebotomiam mundetur corpus cum aqua decoct. mānæ, tamarindorum prunorum, dicta de ophthalmia calida. Intra aurem stilletur oleum ros. tepidum mixtum cum aceto & semine iusquiami: vitet cibos & potus multiplicantes sanguinem. Bibat aquam, vel iulep, aut hydromel vsque ad cessationem doloris & resolutionem materiæ perfectam. Emplastrū ad hoc conueniens, sic fit. Rx. florū camomillæ, seminis aneti, farinæ fenigræci,

seminis lini.añ.bulliantur vsq; ad spissitudinem, & in fine addantur ℥.2. vel iij. olei de anetho, vel de camomilla circa aurem ponatur oleum de anetho calidũ in quo sit vnum granum opij, & duo iusquiami: si dolor sit immẽsus. Cura eius qui fit a materia acuta, est vt purgetur cum decoctione reubarb. postea flebotometur cephalica partis contrariæ: ponatur oleum calidum ros. intra aurem, ita ꝙ impleatur, vel lac mulieris cõquassatum cum albuminibus ouorum: cibetur farina ordei & cucurb. & similibus. Bibat aquã, vel iulep: et in alijs fiat vt supra. Cura eius, qui fit ab apostemate calido, est vt statim fiat flebotomia cephalicæ in brachio. Et iteretur flebotomia, si dolor non cessauerit, vel fiat ventosatio in spatulis & collo. Purgetur cum decoctione mannæ, & tamarindorum: sæpe stilletur in aurem oleum ros. tepidũ mixtum cum aceto, in quo vnum granum opij, & duo grana iusquiami & ß. granum seminis anisi sint dissoluta, & circa aurem similiter, donec dolor cessauerit, & fluxus repercutiatur. Cessante autem dolore, & postq̃ transierit tertia dies, ponatur emplastrum resolutiuum super aurem. ℞. radicũ maluauisci numero 12. coctarum & mundatarum a ligno interiori & cortice exteriori incisarum frustratim, pistentur, & incorporentur cum farina fenigræci, fabarum, ordei seminis lini anethi, florum camomillæ, & butyro, quod sufficit. Diæta sit vt supra. Cura eius, qui fit ab apostemate frigido, est vt primo purgetur cum pillulis cochijs: & si corpus sit plethoricum, fiat flebotomia postea cephalicæ gratia quantitatis non gratia qualitatis: intra autem ponatur oleum nardinum, & super aurem & circa ponatur emplastrum calidum. ℞. capita allij. 10. numero: ceparum numero 10. coquãtur perfecte in igne sub prunis, & pistentur postq̃ bene mundata sint, & incorporentur cum 10. vitellis ouorum, & ℥. ß. butyri vel axungiæ porcinæ. Bibat hydromel: comedat carnes pullorum & hœdorum. Cura ei⁹, qui fit a materia vẽtosa grossa, est vt in aurem stilletur oleum de ruta, vel de anetho calido, in quo dissolutum sit castoreum, aut euforb. & super & circa aurem ponatur sacculus de sale & milio mixtis & calefactis super lapide ignito, aut de furfure & sale. Modificet cibum & potũ pro posse, et laboret in ieiuno: bibat vinum vetus clarum lymphatum: vitet olera et legumina. vtatur diapliris, arcoticon, & aurea alexandrina. Cura eius, qui fit ab vlcere, suo dicetur capitulo: verum conueniens est, vt stilletur in aurem aqua decoctionis absynthij & mirtillorum actu calida, vel acetum, in quo bullita sint interiora granatorum, vel thus & bolus armenicus: quia oĩa illa exiccant vlcera, & stringunt fluxum. Si autem humiditas vel sanguinis cõgelatus sit in aure: distillet̃ in eũ succus rutæ mixtus cũ aceto, aut succus porri, aut dissoluatur mel, aut sarcocolla in aqua, q̃ dũ est calida, distilletur in aurẽ: q̃m ẽ abstersiua & dissolutiua. Verũtamen ordo sapientiæ est in cura vlceris, vt primo fiat eius mũdificatio cũ stypticis, vt ẽ aqua mellis cum vino vel aceto mixta & vlceri infusa hora post horam cum canella. Secũdo abstersio cum radio inuoluto coto vel lana. Tertio incarnatio cum eis quæ diximus capitulo de fistula lachrymali, & quæ diximus cap. de vlcere auris. ¶Sciendum præterea, ꝙ in actu prę seruatiuo cauterium post aures, & post purgationes proprie in istis casibus, est sublime. Cura eius, q̃ fit a casu vel percussione, est vt statim fiat flebotomia cephalicæ, vel ventosatio in collo & spatulis: vngatur auris intus & extra cum oleo ros. in quo granum vnum opij sit: super aurem ponatur emplastrum reper

cussiuum factum ex rof. mirtilis, farina ordei coctis & bullitis simul: vel ponatur pul. thuris minuti mixtus cum lacte intra aurem: similiter & super, si dolor extrinsecus appareat. Abstineat a carnibus & vinis vsq; ad cessationem doloris, & securitatem apostematis. Bibat aquã prunorum, vel granatorum. Comedat farinã auenę vel ordei. Cura eius, qui fit a vẽto vel aëre frigido, est vt vaporetur locus cum milio calefacto, aut cum ruta & furfuribus mixtis & imbibitis cum vino & calefactis: vel cũ panno calido, distilletur in aurem oleum de spica, vel de ruta, vel de costo calidis.

Canones. Scias, ꝙ medicina opiata et stupefactiua valet ad omnẽ dolorem auris, siue sit a causa calida siue frigida, & proprie cum fuerit vltimatus: quia sensationem remouet, quæ ponitur in diffinitione doloris: cum dolor sit, in contrarium impressionem sentire: vt di. Auic. 1. cañ. fen. 2. ca. de causa doloris: sed de causa frigida nõ debet sic continuari, neq; adeo audacter administrari velut in calida: quia adderetur frigiditas frigiditati, & prohiberetur materia resolui, & fieret fortasse spirituum animalium mortificatio: vt dicitur 12. de ingenio sanitatis.

Prognosticatio. Dicit Auerrois. iij. colliget, quòd dolores maximi, sunt dolor articulorum, dolor dentium, dolor aurium, & dolor iliũ: quare ilico est eis succurrẽdum: cum dolor sit de maxime prosternentibus virtutem: vt dicitur loco præallegato. Item in dolore aurium vehementi, sudor frigidus, aut syncopis, aut alienatio superueniens, mortale.

¶ De vlceribus aurium. Cap. IIII.

Vlcus auris est solutio continui saniosa in aure, ex qua continue vel periodice fluit virus aut sanies. Et fit altero trium modorum, aut propter antecessionem apostematis, quod apertum est: aut propter materiam acutam vel salsam corrodentem: aut propter casum & percussionem. Signa vlceris, sunt dolor continuus cum acuitate & grauedine: & ꝙ sanies egreditur cum fœtore. Et si fit propter apostema, fuit & est adhuc cum febre continue acuta. Si a materia acuta, est sine feb. Si a casu & percussione, patiens habet referre medico.

Methodus. Cura ei⁹, si sit propter apostema, vel propter materias acutas, est si vlcus sit recẽs, ponatur cum tenta aliquid de oleo rof. mixto cũ vnguento albo: quod sic fit. ℞. olei rof. ℥. 4. ceræ. ℥. ß. fiat vnguentum, in quo in fine ponantur duo albumina ouorum. Purgetur caput a principio cum pillulis cochijs vel hierapicra. Bibat vinum album debile lymphatum. Si autem vlcus fuerit antiquum, abstergatur primo sanies cum oxymelle squillitico, vel cũ vrina pueri mixta cum melle, vel cum vino & melle mixtis cum modico floris æris, inijciendo ex eis hora post horam per stryngam: deinde consolidetur cum medicamine, q̃d sic fit. ℞. aloes, sanguinis draconis, rutæ, spumæ maris vstæ, myrrhæ, sarcocollæ, sand. litij, olibani, añ. ℨ. 1. terãtur subtilissime: deinde inuoluatur licinium in melle, & postea in isto puluere, & sic mittatur in aurẽ. Hæc medicina vlcera antiqua exiccat, & finaliter ea consolidat. Si vero vlcus fuerit in profundo, dissoluatur puluis iste cũ aqua mellis, & instilletur. Confert etiam vlceri antiquo, vt infundatur scoria ferri in aceto mense vno vel pluribus: postea coletur, & distilletur in aurem. Cura eius si sit a casu vel percussione, est vt statim fiat flebotomia cephalicæ in parte con-

traria, vel ventosatio in collo & spatulis supra aurem, & circa ponatur emplastrum repercussiuum & confortatiuum loci ex bolo armenico, mirtilis puluerisatis & incorporatis cum oleo rosaceo vel aqua rosacea. Abstineat a vino, et a carnibus vsq; ad dies quatuor, donec securus sit de apostemate: deinde potest ponere emplastrum anodinum dictum in cap. praecedenti.

Emperica. Cura vlceris in aure vel in cura vlceris cuiuscunq; vel vulneris saniosi expertum & probatũ est vnguentum apostol. siue sit recẽs, siue chronicum: quia mũdificat omne vlcus, & rectificat fistulas & scrophulas prauas cum facilitate: nec est aliquid ei simile: & mundificat vulnera ex carne mortua, & post consolidat: cuius descriptio est. ℞. cerae albae, resinae añ. ℥. 14. opoponaci, floris aeris añ. ℥. 2. armoniaci ℥. 14. aristologiae longae, thuris masculi añ. ℥. 6. myrrhae, galbani. añ. ℥. 4. bdellij. ℥. 6. lethargirij. ℥. 9. olei lib. 2. infundatur bdellium in aceto vini, postq̃ frustratim incisum fuerit, & dissoluentur omnes gũmae in bdellio & oleo et cera ad ignẽ: & cum dissoluta fuerint perfecte, colentur, & addatur puluis aliarum omnium rerum, quae possunt teri, & cribellari, sed non ad ignẽ: & in fine addatur flos aeris, & agitetur cum spatula continue, donec infrigidatum fuerit perfecte: tũc reponatur. hoc enim dicitur vnguentum apostolorum: quia est duodecim medicinarum: quemadmodum apostoli sunt duodecim. Et dicitur a quibusdam vnguentum veneris.

Canones. Scias, quod nullus fluxus humoralis, vel etiam saniosus est subito restringendus, imo gradatim, donec medicus experiatur an sit naturalis vel symptomaticus. Verbi gratia, si liquor vel sanies effluxerit ab aure periodice cum alleuiatione capitis, restringi non debet: quia purgatio est naturalis: imo prouocetur cum infusione fellis & aceti calidi, si restringatur. Post hoc vero purgetur caput, & diuertatur fluor ad nares vel ad colatorium palati cum masticatione pyretri vel piperis: & in vltimo apponantur vnguenta, & emplastra confortatiua styptica; donec locus perfecte securetur.

Prognosticatio. Vlcus auris nisi rectificatum fuerit, corrosionem auris & miringarum eius minatur: deinde fistulam malam parit & foetidam: & demum surditatem propter organorum corruptionem & viarum opilationem. Dicit praeterea Ras. in diuisionibus cap. de dolore in aure, q quandoq; egreditur sanguis, aut liquor aquosus ex aure, non propter percussionem, aut apostema, aut vlcus, sed propterea, q natura expellit ipsum per orificia venarum assidue vel periodice, & cerebrũ mũdificat quemadmodum per fluxum sanguinis narium, vel sanguinis sputũ: quare in talibus nullatenus restringatur: nisi superfluxerit. Et causa est, quia cum talis sanguis coagulatur: opilat & auditum prohibet. Cui succurrendum erit sine mora, primo cũ calidis incisiuis, post hoc cum stipticis abstersiuis, prout iam docuimus supra in ca. de dolore in aure. ne forte materia induretur, vel putrescat & faciat aegritudinem timorosam.

TRACTATVS QVINtus. De passionibus nasi.



ASI passiones famosae sunt tres. Prima est fluxus sanguinis. Secunda foetor, sub ea comprehendo apostema & vlcus. Tertia defectus odoran-

di. De coriza dicemus cap. de catarrho.

De fluxu sanguinis narium. Cap. I.

Fluxus sanguinis narium quãdoq; potest dici morbus, quandoq; accidẽs, licet sit semper accidẽs essentialiter: cum sit de genere exeuntis a corpore mutati: vt patet 3. de accidenti. Dicitur autem morbus, quando est sine febre. Dicitur autem accidens cum fit in febre, vel in soda proprie pulsatiua. Fluxus sanguinis narium, cum est morbus, vel fit ab acuitate sanguinis, vel a multitudine, vel a casu & percussione. Si propter acuitatem, significant ipsum claritas & subtilitas sanguinis, & debilitatio virtutis ex ipso plurima: & quia paulatim stillat, & caput sentitur calidum. Si a multitudine: significant ipsum rubedo faciei cum repletione corporis, & q a fluit multũ & subito: ita q etiã quãq; sequitur syncopis, & antecessio ciborum sanguinem generantium, & abstinentia superflua a flebotomia & coitu præter solitum, & antecessio doloris capitis vehementis. Et vterq; duorum fluxuum vel est ex arteria, vel ex vena, quorum signa distinctiua sunt hæc: quia sanguis arterialis egreditur motu tortuoso, & est subtilis, rubeus valde: & ad eius exitum sequitur syncopis magis subito, & difficulter restringi potest. Et conferunt in eo medicinæ positæ super cor magis, quàm positæ super epar. In sanguine autem venali, totum est econuerso. Si vero sit a casu & percussione, ex re ipsa fiet manifestum. Fluxus sanguinis cum est accidens, consequens febrem acutam: vel est bonus & naturalis, vel est malus & symptomaticus. Si si naturalis, tunc est creticus, & significat ipsum: quia fit in die cretica & copiose, & quem præcessit fluxus paruus in die indicatiua: & quia fit post signa digestionis cõpletæ: & antecessit dolor frontis, & habitudo carnosa, & cholerica: vrina subrufa vel rubea vel intentense citrina: & ante oculos apparuerunt imagines rubeæ, vel igneæ: & signum certissimum est, cum post ipsum sequitur alleuiatio ægri. Si vero symptomaticus, totum erit econuerso. Cura eius, qui fit ab acuitate sanguinis, est vt aspergatur facies cum aqua ros. & ponatur cotum inuolutum in aceto mixto cum albumine oui intra nares: & ligentur extrema, & testiculi virorum, & mamillæ mulierum: & ponantur ventosæ siccæ super epar & splenem: & si non sufficit, ponatur intra nasum & super pulueris boli armenici mixtis cum tela araneæ & albumine oui, & super spatulas & sumen ventris ponantur ventosæ siccæ & emplastrẽtur panni in aceto infrigidato in niue super epar, testiculos & extrema. Vtatur cibis stypticis ingrossantibus & infrigidantibus sanguinem. Bibat aquam frigidam, vel vinum berberis, vel vinum granatorum. Et si adhuc restringi non potest, & proprie, cum fluxus est arterialis: ponatur super nasum & super frontem & tempora puluis camphoræ hypocistid. sanguinis draconis acaciæ. añ. ℥. ß. incorporentur cum albumine oui & succo solatri & tela araneæ & farina volatica molendini, vt fiat sicut mel currens, & cum licinio imponatur, & totum caput embrocetur cum aqua frigida vel cum aqua rosacea, in qua dissoluta sit camphora & psillium. Cura eius, qui fit propter multitudinem sanguinis (& ille est vt plurimum venalis) est, vt fiat ilico flebotomia de basilica eiusdẽ lateris, & extrahaẽ sanguis plurimus fere vsq; ad syncopin: vel saltẽ fiat flebotom. de basilica, vel manu dextra, si virtus sit debilis: deide ponanẽ vẽtosæ sup epar & splenẽ in alijs fiat sicut prius. Cura eius, q fit a

casu vel a percussione, est ponere intra nasum & super puluerem stypticū ex bolo armenico, vt dictum est prius. Et si timor sit de apostematiōe nasi vel faciei, fiat flebotomia statim basilicæ vel cephalicæ in parte læsa. Cura eius, quæ fit in fe. vel soda est, vt si fluxus sit naturalis & creticus, non restringatur, imo prouocetur cum setis porcinis positis intra nares, nisi superfluxerit, & virtutem cœpit deijcere: tunc restringatur cum epithymatibus, embrocis & ventosis & ligationibus iam dictis.

Emperica. Stercus asini siccum aut recens naribus insufflatū confert, vel testa oui combusta, vel pili leporis triti vel combusti: Similiter & stercus bouinum siccum, vel thus, vel sanguis dracon. vel terra sigillata, vel filtrum combustum, vel bombix adustus, vel gallæ, vel glandes adustæ, similiter & rasura pargameni puluerisata & incorporata cum albumine oui confert: & pannus lineus infusus in aqua frigida & inuolutus circa gulam confert, vel gipsum vel cinis papyri combustę confert: vel emplastrū ex gipso & aqua ros. confert positum super frontem & tempora.

Canones. Fluxus sanguinis narium quandoq; fit propter rupturam arteriæ vel venæ in frōte intra craneum vel in radice nasi, & iste non curatur: vt dicunt Serapio, Ras. & Auicen. Fluxus præterea omnis quinq; modis tollitur per artem: quoniam cum euacuationibus, diuersionibus, repercussionibus, stypticationibus, necnon & ingrossationibus sanguinis per diætam.

Prognosticatio. Quādo sanguis qui exit a naribus in fe. continua nō exit in die cretica, neq; post signa digestionis, et exit paulatim & diminute, & est niger, mortale. Item sanguis niger etiam si exierit in die cretica, non est bonus. Item si in die indicatiua, verbi gratia. quarta superuenerit in fe. cōtinua fluxus sang. nariū paruus atq; diminutus, significat crisim, in septima per fluxum eundem, & proprie si corpus sit sanguineum, vel cholericum, & ante oculos appareant imaginationes rubeæ supradictæ: quapropter hoc modo fuerit iudicandum in septima: quoniam si fluxus huiusmodi superuenerit copiosus, & cum virtute forti, salutem indicat. Si vero diminutus et tardus & cū virtute debili, vel signis digestionis diminutæ mortem minatur eadem die: quia signat, ꝙ natura intēdebat pugnā cōtra morbum in die indicatiua, quam perficere non potuit in die cretica. Item dicit Hippo. 4. par. apho. Quibuscunq; in fe. sanguinis fluit multitudo vndecūque, his in resumptiōibus vētres humectantur, id est incurrunt lienteriam tempore conualescentiæ. Idem in eodem. Quibuscūq; in fe. aures surdescūt, sang. ex naribus fluens aut venter turbatus soluit ægritudinē. Item in septima particula. in sang. fluxu siue per nares, vel per menstrua, vel per hæmorroidas, vel per vulnus, vel ꝑ dysenteriā, desipiētia aut spasmus: malū. Item in quinta parti. Mulieribus menstruis deficientibus sanguinē fluere ex naribus, bonum est siue per se, siue per artem, & in plurima quantitate.

¶ De fœtore narium & polypo & cancro nasi. Cap. II.

Foetor narium quandoq; fit vitio stomachi transmittentis fumos & vapores fœtidos ad os & nares, eleuatos a materia marcida & corrupta in stomacho cōtenta: quandoq; fit vitio nasi & partium propinquarum: quod est dupliciter, quia vel fit vitio humoris corrupti putridi in radice nasi collecti: vel fit vitio vlceris narium vel hæmor

roidarum nasi, vel polypi, vel cancri in concauitate nasi ex flegmate cũ in naribus caro mollis oritur, ex qua humores fœtidi stillant. Est vero polypus: cum in narib⁹ caro cõpacta oritur ex flegmate & melancholia per viam assationis & putrefactionis, propter quod nasus acquirit duritiem & fœtorem. Et illa caro habet figurã ficus, quia caput grossum, & stipitem subtilem. Sed cancer nasi est apostema durum calidum ex melancholia per viam adustionis, delegata per venas & arterias a cerebro generatum, & in carnem conuersum duram & infiltratam in substãtia nasi, & est habens in radice venas nigras plurimas repletas sanguine melancholico. Et nos quidẽ signa cancri completa in quocunq; membro acciderit: scribemus cap. de apostemate in matrice, similiter & curam qualis est possibilis per artem. Signa eius, qui fit vitio stomachi, sunt, q̃ fœtor minoratur post cibum, imo tunc sentitur fœtor mixtus cum odore cibi. Et si in ieiuno, nares constringuntur ita, vt anhelitus egrediatur per os: sentitur fœtor ab ore vehementer. Signa eius, qui fit vitio materiæ contentæ in vijs nasi, est quia fœtor sentitur æqualiter ante cibum & post: & q̃ per os nõ egreditur fœtor, cũ nares stringuntur. Signa eius qui fit vitio vlceris in naso vel hæmorroidib⁹, vel polypo, vel cancro, patent ex intuitu intra nares patientis.

Methodus. Cura eius, qui fit vitio stomachi, est vt digerat̃ materia flegmatica adusta vel salsa, similiter & cholerica cũ syrupo de meliloto: qui sic fit. ℞. scolopẽdriæ, polytrici, adyanthos, capill. veneris, fumiterræ, polypodij, cicoreæ. añ. m. 1. senæ, epithy. añ. ℥. 1. cuscutæ ℥. 1. meliloti viridis. ℥. 1. 2. ß. vel succi eius ℥. iij. prunorum siccorum numero 30. pistentur omnia præter pruna, & bulliantur in lib. 4. aquæ vel plus, donec medietas consumatur. Præterea coletur, & in colatura addatur tantum de zuccaro, quantũ est de colatura, & item reducat̃ ad ignẽ, & syrupet̃. Hic syrupus de proprietate suæ cõpositionis digerit omnem materiam adustam salsam & acutam, & ad purgationem præparat, & ipsam educit paulatine quaque die: quapropter est conferens pruriginosis, omniquaq; die dentur ex eo in aurora. ℥. 2. cũ triplo eius vel quadruplo aquæ decoctionis prunorum siccorum vel viridium, vsq; ad dies 10. & postea purgetur cum benedicta laxatiua vel hieraprica vel cum decoct. quæ sic fit. ℞. tamarindorum, mannæ añ. ℥. 1. & ß. dissoluantur ista cum aqua decoctionis prunorum, sene, epithy. & polypodij, & sint aquæ. ℥. 4. vel 5. quia educit humores adustos cũ facilitate. Fiat etiam vomitus, qui sic fit. ℞. rad. raph. acuti incisi frustatim ℥. 1. & ß. seminis anethi, atriplicis, sinapis, ceparum. añ. ℥. 1. ellebori albi ℥. 1. pistentur, & bulliant̃ in lib. 1. aquæ, donec medietas consumatur: coletur, & in colatura addantur ℥. 4. oxymellis compositi. Modus autem, vt hoc vomitiuum, & aliud quodcũq; fiat, est iste: quoniã oportet vt primo repleat̃ stomachus ex piscibus salitis, vel siccis conditis cum sinapi & raphani acuti, vel cepis & porris crudis, similiter & faseolis & pisis & ciceribus & similib⁹, & quiescat sic per vnã horam, vt cibus perfecte simul misceatur. Post illud vero sumat prædictũ vomitiuũ totũ simul, & quiescat per quartam partem 1. horæ: deinde moueatur, & agitetur vehementer, vt totus cibus & medicina conquassentur. Deinde ponat ventrem suum super ceruical vel lignum, & fortiter ipsum comprimat: & excitetur vomitus cum digitis vel pẽna vncta oleo missa in profundũ gulæ, donec isophagus fatigetur. Post vomitum gargariset diamoron, vel vinum grana

torum, vel citoniorum vel berberis, vel vinum rub. ponticum, & stomachus & mery cōfortētur. Et abstineat post illud a cibo per semidiem, et tunc sumat cibū & sit paruæ quantitatis: sicut est miliū, far panicū, risum, caro assa, & similia: & bibat vinū optimum in parua quantitate, tamen ne fluctuet omnino. Fiat iste vomitus duobus diebus continue sequentibus, vt reliquiæ primæ diei perfecte educātur: & si fieret iste vomitus semel in mense, melius conferret. In corporibus autem debilibus non debet poni ellis. oīa alia ponanī, et est leuior & nobilior medicinarū in euacuatione oīm humiditatū in stomacho cōtentorū. ¶ Sciēdū tamē, φ oīs vomitus est timorosus, in habentibus pectus strictum vel caput & oculos debiles: propter quod nō debet dari patiētibus sputum sanguinis vel saniei, vel habentibus oculos eminentes vel tenebrosos vel lachrymosos: quia materiæ deriuarentur sursum consuetudinarie. Neque detur difficile vomentibus, ne debiles venæ rumpantur in pectore seu pulmone, & consequaī phthisis, sed purgentur talia corpora per deorsum. In causa vero cholerica repleatur stomachus herbis, scilicet bleta, spinargijs, atriplice, anetho, et piscibus. Et medicina vomitiua fiat ex aqua decoctionis raphani, seminis atriplicis cum syrupo acetoso vel cū oxyzaccaro in eadē proportione, sicut prius. Abstineat patiens a cibis generantibus humores adustos. Et vtatur diæta dicta capitulo de melācholia. Post remedia igitur vniuersalia fiant localia propria: quare sugat omni die bis per nares vinū decoctionis nucis muscatæ, aut dissoluaī ʒ.ß. theriacæ bonæ in vino odorifero, quod trahaī per nares. Aliud ad idem potentius. ℞. aloes, myrrhę, croci, masticis, xyloaloes, gariofil. añ. ʒ.2. fiant pillulæ cū vino odorifero: quarū tres transglutiātur in nocte, & duæ in aurora: quoniā putrefactionē humorū in stamacho & in intestinis & venis potenter rectificāt, & eos educunt cū lenitate, & odorem oris bonū faciūt quapropter cōferunt plurimū in fe. epidimiali et cōtra aērē pestilētialē, si ex ipsis omī die duæ vel tres trāsglutiāī ī ieiuno. Oportet aūt vt aloe 10. vicib⁹ vel pluribus abluaī in aqua dulci, donec partes eius acutæ resoluātur, et proprie, cū amaritudo timetur, neq̧ solutio quæritur, sed sola stypticitas aromatizans: & modo consimili dicēdum est de myrrha. Cura eius, quæ fit propter vlcus in naso vel polyp. siue cancrum, manuali attinet operationi: verum si tibi studium in hoc sapuerit, ad casum surditatis & casum vlceris in aure recurrēdum est: ibi plene docuimus artē vlcera & superexcrescētias mundificandi cum ripticis, & cōsolidandi post hoc cum incarnatiuis: similiter et capitulo de fissura labiorum oris. Cura eius si fit vitio humoris putridi contenti in radice nasi, sicut cōtingit in habētib⁹ nasum simū, quorū colatorium est ex natura strictum, opilatum ita, vt libere nō possint expurgari per os, neq̧ per nares a reumatibus per noctem collectis: tunc cura est, vt fiāt localia oīa nūc dicta, & prouoceī sternutatio cū cōdisi, pyretro, vel euforbio, vel pipere, attrahendo puluerem istorum per nares omni die vehementer in ieiuno: quia confert educendo materias retentas.

Emperica. Ad omnem fœtorem oris vel nasi confert tenere in ore, & per nares traijcere vinum melius quod reperiri possit, in quo decocta sint nux muscata, macis, cinamomū, calamus aromaticus, ros. spica nardi, & similia, vel vinū calidum, in quo gallia muscata fuerit dissoluta.

Prognosticatio. Fœtor nasi propter cancrum curam non recipit, nisi blanditiuam. Item fœtor ex

putredine humoris in stomacho vel pulmone, si fuerit perdurans antiquatus, nõ curatur, nisi blanditiue.

De defectu odoratus. Cap. III.

Actio læsa i odorãdo siue virtutis odoratiuæ, est triplex: vna quidẽ ablata, cũ nihil pcipe põt ex odoribus bonis: secũda diminuta, cũ nõ percipitur, nisi ex odoribus fortibus et acutis: tertia corrupta, cum percipiũtur odores alieni a re odorabili præsente. Fit autem a mala complexione cerebri calida vel frigida vltimata, & proprie in poro eius aut propter opilationem narium & colatorij, quod est in palato, ex materia flegmatica ventosa. aut propter casum & percussionem inducẽtem tortuositatem in ossibus & chartilaginibus nasi.

Methodus. Signa eius, propter malã complexionem calidam, sunt siccitas narium cum ardore, & ꝙ nõ sentit odores calidos, sed frigidos. Et cura ei9 est suctio ꝑ nares assidua aquæ ros. & aceti, in quibus dissoluta sit camphora: similiter et aquæ decoctionis ros. coriandri & psillij, & euaporatio aceti apsersi super lapidem ignitum. Est enim vltima. Signa eius propter malam complexionem frigidam, quód sæpius contingit, sunt frigiditas nasi, & ꝙ non sentit nisi odores fœtidos, vel calidos acutos. Et cura eius est suctio vini veteris, vel aquæ decoctionis saluiæ, calamẽti, sambuci, calami aromatici, rutæ, rosæ, & floꝝ camomillæ. Signa eius propter opilationem, sunt grauitas capitis, & ꝙ nihil egreditur ex naribus vel palato, & difficultas attrahendi aërem per nares. Et cura eius, est digestio materiæ cum syrupo de sticad. & purgetur cum pillulis: & fiat sternutario cum condisi, vel pipere, vel piretro, vel castoreo, vel (quod est fortius omibus) cum euforbio: & suctio frequens aquæ decoctionis hysop. sticad. azari, fumiterræ, maioranæ. Quod si non sufficit, sugat forti attractione intra nares aquam decoctionis colloquintidæ, aut bellij, aut vrinam pueri nondum polluti, vel aquam decoctionis rutæ, & castorei, ellebori, serapini & nigellæ.

Emperica. Caputpurgium expertũ ad defectũ odoratus propter opilationem, & hoc est quod accidit vt plurimum, sic fit secundum Hebe mes. præsenti capitulo. ℞. nigellæ infusæ in aceto forti per noctem: & post hoc exiccatæ rutæ, fumiterræ, castorei añ. ʒ. i. terãtur subtilissime, & incorporent cũ oleo veteri, vel cũ oleo camomillæ, vel cũ vrina pueri, donec fiat i forma mellis currẽtis, & ex eo omi die in ieiuno attrahãtur. 5. vel 6. guttæ per nares cũ forti attractione aëris per nares, & capite inclinato ad posteriora, plusquam fuerit possibile, & ore repleto aqua: & hoc fiat tribus diebus aut pluribus, donec cœperit odorare. Et si volueris acuere, adde euforb. colloquintidæ. añ. ʒ. ß. Si autem patiens senserit ex hoc ardorem & dolorẽ intra nares, attrahat vicissim ros. vel aquam ros. vel aquam tepidam, ne locus vlceretur. Confert præterea in omni causa frigida odor assiduus rutæ, vel nigellæ, vel castorei per se sicut sunt, vel facto ex eis pomo laudano, additis gariofil. spica, calamento aromatico, & similibus. Confert etiam subfumigatio ex thure, alipta muscata, nigella, xyloaloe, positis supra carbones, & proprie post purgationem.

Canones. Defectio in odorando, vel fit ex generatione, & tunc fit (vt plurimũ) a mala cõplexione sine materia, adhæc magis frigida opilãte, raro a calida adurẽte, nisi in fe. & frenesi. Itẽ si sit aduentitia, est q̃nq; chronica

perdurans: & eius signa sunt cõturbatio, lachrymositas oculorum, & sensatio odoris vnius & nõ alterius. verbi gratia, fœtidi, sed non aromatici, vel econuerso calidi, non frigidi, vel econuerso.

Prognosticatio. Defectio odorandi si sit ex generatiõe, nõ recipit curã. Si vero acquisita sit & antiquata, curatio est difficilis. Si sit ex casu & percussione, & remãserit post consolidationem fracturę vel apostematis, amplius non curatur.

¶ TRACTATVS SExtus. De oris & linguæ passionibus.



ORis & linguæ passiones, de quibus oportet loqui physicũ, sunt quinque: Prima est labiorum fissura: Secunda fœtor: Tertia saliuositas: Quarta casus vuluæ, atque eius elõgatio: Quinta grauitas loquelæ, vbi & apostema & spasmum linguæ pertractamus. De linguæ glandula nihil dicemus, quia spectat ad chirurgicum.

¶ De fissura labiorum. Cap. I.

FIssura labiorum oris est propter alteram du[arum] causarum. Prima est catarrhus calidus acutus de cholera vel flegmate salso descendente a cerebro ad partes inferiores vlcerãs ipsas & corrodẽs: Secunda est contritio vel cõtractio musculi trãsuersalis ipsius labij, & inculcatio materiæ acutæ in eo: quare accidit, vt scindat ipsum scissione profundata.

Methodus. Signa eius propter catarrhum, sunt antecessio corizæ cum sternutatione plurima, & rubor pulpæ nasi & labiorum. Et fit quãdoque in eis bothor. i. apostema paruũ: & quandoque crustæ & scissuræ cum asperitate. Et cura eius est digestio materiæ cum syrupo de meliloto dicto in cap. de fœtore nasi, & purgatio cum pillulis cochijs & hierapicra Galeni, & flebotomia cephalicæ, si facies sit rubea carnosa: & ventosatio in collo diuertẽs materias cum scarificatione: vltimo vero fiat loci rectificatio cum vaporatione ex aqua & aceto, in quibus cocta sunt viol. ro. solatrũ, semperuiua, plãtago, myrrha, rubus, & similia. Et si non sufficit, addatur ex resolutiuis & mollificatiuis: vt sunt camomilla, melilotum, malua, althea, vngula cabalina, & similia. Fiant omnia dicta cap. de catarrho. Signa eius propter contritionem musculi transuersalis, sunt priuatio signorum catarrhi omnino: & quia plurimum fit in labio inferiori tantũ, & difficultas curationis. Et cura eius est incisio labij profundata secundum totalitatem fissuræ: & consolidatio cũ puluere thuris, gallarum, & cinamomi subtilissime cribellato & intra incisionẽ proiecto, donec sanetur, & mũdetur primo locus cum vnguento viridi, & post hoc consolidetur cum vnguẽto albo vel vnguento apostolorum: quæ omnia diximus cap. de surditate, &c.

Emperica. Vnguentum consolidans omne vlcus, in quocunque loco corporis & proprie post mundificationem, sic fit secundum Hebe. præsenti ca. ℞. gallarum, cerusæ. añ. p. I. amyli, dragaganti añ. partẽ ß. confice cum adipe gallinæ, quod sufficit. Ad idem. ℞. furfuris, pilorum caudæ equinæ añ. partes æquales: combure super laminas ferreas, & puluerisa, & confice cum melle sufficienti. Ad idem. ℞. terbentinæ, masticis, hysop. humidæ, mellis añ. partes æquales, & fiat vnguentum, vel extendatur super corium molle, fit cerotum. Item. ℞. gallarum puluerisatarum (vt alcohol) & confice cum melle vel adipe gallinæ vel anatis, & fit vnguentum:

si addideris terebentinam & masticem, fit cerotum. Item vnguentum sublime. ℞.cerusæ litarg.thuris, masticis, plumbi vsti gummi arab.dragaganti, medullæ cruris vaccæ ā̄n.partes æquales, iusquami al. partem f. confice cum oleo rof. sufficienti, et cera alb.& fit vnguentum: & si addideris aliquid mummię, melius fiet. Et sit sit ex causa calida cum ardore plurimo, multiplica iusquiamū & dragagātū, et adde aliqd aq̄ rof. et aceti, et frica fricatione vltima cū pāno aspero, donec sanguis fluat, et inunge desuper, & proprie post balneum, & videbis mirabile.

Canones. Cura vlceris duabus perficitur intētionibus: prima quidem mundificando: secunda consolidando: quare dicta in capitulo de surditate, & ca. de vlcere in aure, & cap. de fissuris ani, sibiinuicem suffragantur.

Prognosticatio. Fissura labiorum superiorum est vt plurimum a catarrho, neq; perdurat. Inferiora vero ex contritione, & perdurat. Itē fissura ex catarrho est facilis curationis, ex contritione vero difficilis.

De fœtore oris. Cap. II.

Foetor oris duobus fit modis in genere, vel vitio stomachi, vel vitio proprio. Si vitio stomachi, hoc est dupliciter: vel ēm ratiōe humorꝝ calidorū corruptorꝝ cōtentorꝝ in ore stomachi, vel ratione humorum frigidorꝝ, flegmaticorꝝ marcidorꝝ ibidē. Si vitio proprio, hoc etiā dupliciter: qa vel propter dentē putridū seu corrosum, ī cuius cōcauitate continenť humiditates fœtidę, vel fit ex gingiuis putridis & fœtentibus. Signa eius, qui fit vitio humorꝝ calidorꝝ in stomacho, sunt ꝙ alleuiatur post comestionē, & ꝙ eius fœtor est acutus adustus in ieiuno cum eructuatione fumosa. Signa q eiꝰ fit vitio humorꝝ frigidorꝝ in stomacho, sunt ꝙ non minoratur post cibum, et est cū eructuatiōe acetosa. Signa eius, qui fit ex dentibus vel gingiuis, sunt manifesta visu & relatione infirmi.

Methodus. Cura eius, qui fit vitio humorum calidorum est, vt digeratur cum syrupo de melliloto, capitulo de fœtore nasi posito: de quo detur patienti omni die bis, semel in aurora et semel ante cœnam cum aqua decoctionis epi. & mellis: & quantitatis syrupi omni vice sit ℥.1.& f. & aquæ ℥.4.& detur vsq; ad decem dies vel circa, & purgetur cum medicinis dictis capitulo de perturbatione sensuum a melancholia. Et vtatur diæta dicta illic. Fiat etiā vomitus modo et ordine dictis capitulo de fœtore nasi. Semel in septimana sumat ʒ.semis theriacę veteris bonæ cum vino odorifero. Scias, ꝙ masticare oīm die in ieiuno nucem muscatā mirabiliter prodest in hoc casu, & est expertū, & proprie si super illis bibat aliquid vini granatorꝝ. Idē facit masticatio seminis leuistici vel apij, vel anisi, ita vt inglutiatur mane & sero. Cura eius, qui fit vitio humorum frigidorum in stomacho, est vt digeratur materia cum oxymelle composito vel squillitico, & aqua decoctionis epi.& purgetur cum pillulis fœtidis, vel benedicta laxatiua: vngať sæpe stomachus cum oleo masticino, et nardino mixtis & calefactis cum aqua feruente: & nullo modo sit istud oleum tepidum, sed calidum valde: quia tepida resoluūt robur ventris: vt dicit Gale.·.de ingenio sanitatis. Fiat vomitus sæpe dictus ca. de fœtore nasi. Sumat semel in septimana ʒ.f.theriacæ bonæ cum vino odorifero: Masticet oīm mane ·. grana piperis, aut frustū nucis muscatæ, et post illud bibat vinū odoriferꝝ vetus potēs: vtať oīm mane diatrion pipereon, diagalanga & dianiso. Conferunt præterea omni fœtori pillulæ de aloe & myrrha, similiter et

dianthos. Cura eius, qui fit vitio dentiũ, est vt mũdetur omni die dens, & abluatur cum aceto sæpius in die: & in concauitate eius ponantur mastix & myrrha vel semis granum muschi: & si possibile fuerit, extrahatur dens omnino. Cura eius, qui fit vitio gingiuarum est, vt mũdetur cum vnguento viridi posito capitulo de surditate: vel cum puluere subtilissimo cribellato facto ex tartaro vini albi optimi, fricãdo ex eo omni die dentes & gingiuas putridas corruptas: & post fricationem abluãtur cum vino calido hyeme, et frigido in æstate: post purgationem ponatur super locũ corrosum puluis stypticus, & consolidatiuus: qui sic fit. ℞. masticis coralli rub. thu. dragaganti, litargi. aã. ʒ. ß. terãtur, & cribellentur optime, & abluantur quandoq; cũ aqua mellis, in qua hysopus & ireos sint decocta, & sic styptica cũ ripticis alterentur.

De multitudine saliuæ & sputi. Cap. III.

MVltitudo saliuæ et sputi fiũt ex humiditate plurima generata in stomacho per viam indigestionis, et per vsum ciborum humidorum, qui sursum per mery resudant, & euaporant ad os & radicem linguæ: & accidit vt plurimum pueris gulosis, mulieribus & corporibus flegmaticis per naturã.

Methodus. Cura eius est, vt digeratur materia cum oxymelle cõposito vel squillitico ex aqua decoctionis ciperi, capparis, acori: purgetur cum hirapi. vel benedicta laxatiua, vt ẽ diagallãga, diatrionpipereon, diacardamũ. rosata nouella mixtis vel p. se sumptis. Nutriaẽ cibis calidis siccis actu et virtute. Caueat a vaporosis. Fiat sæpe vomitus dictus ca. de fœtore nasi, & gargarisma dictũ ibidẽ. Famẽ sitim & vigilias toleret pro posse: masticet piper, pyretrũ in ieiuno.

Prognosticatio. Hippo. 6. particula apho. Trauli a diarria maxime capiuntur longinqua.

De elongatione vuluæ. Cap. IIII.

CAsus vuluæ est, elongatio & ingrossatio vuluæ, vt perfecte inferiora tãgat, & epiglottim opilet, & anhelitum impediat quoquomodo. Fit autem a materia currente a cerebro sanguinea vel flegmatica in modũ catarrhi. Signa casus vuluæ sunt: quia patiẽs semper sentit quasi bolum carnis in radice oris cum impedimento anhelitus & suffocatione. Si vero fit ex materia sanguinea: tunc cum istis signis apparet tumor, & rubedo loci, & saliua dulcis, & repletio venarum faciei cum rubedine, & est quandoq; cum fe. licet raro. Si sit a flegmate, apparet cũ prædictis multitudo saliuæ, & raucedo oris: & color vuluæ albus, & facies al. vel suppallida & elongatio vuluæ vltra modum.

Methodus. Si sit a sanguine, fiat primo flebotomia cephalicæ in brachio dextro, vel ventosatio in spatulis & in collo: & post illud gargarisma repercussiuum diamoron dissoluto cum aqua ros. & aceto, vel aqua decoctionis gallarum, balau. ro. & aceto. Deinde in statu fiat gargarisma, similiter & in augmẽto resolutiuum & repercussiuum cum aceto & melle ro. In fine vero status, & declinatione resolutiuum tãtum cũ oxymelle composito & aqua calida. Si vero fiat a flegmate, purgetur primo cũ pillulis fœtidis vel cochijs: deinde fiãt gargarismata repercussiua, deinde resolutiua prædicta, & repercussiua cum oxymelle composito, & aqua decoctionis balaustiarum vel ro. vltimo resolutiua tantum cum oxymelle squilliti

co, vel cum medicina tali. ℞. aluminis iameni, salis armoniaci, pyretri, sinapis, myrrhæ añ. ʒ. ß. oxymellis cōpositi ʒ. 2. misceanť, & addatur aqua decoctionis ros. vel balaustiæ, & fiat gargarisma.

Emperica. Communiter operantes in cura casus vuluæ, ex quacunq; causa sit: primo faciunt flebotomiam cephalicæ fortem propter diuersionem: deinde abscindunt vuluam cum filo argēteo, vel ferreo immisso per cannulam ligneam: quia hoc est securius, q̄ si fieret cum ferro ignito: deinde faciunt gargarisma repercussiuum ex diamoron, & aqua tepida: donec vulua incisa securetur ab apostemate: & est modus expertus & securus bene.

Prognosticatio. Vuluæ casus si vltimetur, prohibet anhelitum & ingulationem cibi; quare suffocabit patientem.

¶De grauedine & magnitudine linguæ. Cap. V.

GRauedo linguæ similiter & magnitudo quandoq; est antiqua & naturalis, quare nō curatur: quandoq; est aduentitia: & de istius cura loquemur. Fit autē grauedo linguæ quandoq; cum fe. quandoq; sine feb. Si cum fe. semper fit propter inanitionē lacertorum linguæ a calore febrili. Si fiat sine feb. sic fit propter alteram trium causarum: quia vel propter humiditates flegmaticas imbibentes neruos & lacertos linguæ: vel propter abbreuiationem ligamenti sub lingua vbi lingua alligatur parti inferiori: vel fit propter glandulam, id est caturnculam paruam ad modū fabæ, quæ nascitur quandoq; sub lingua: quemadmodū in emunctorijs, & impedit eius motum. Magnitudo vero linguæ vel fit propter materiam flegmaticam, vel sanguineā, vel ventosam inflantem linguam, ac etiam apostemantem. Et cum fuerit sine apostemate, fiet quandoq; morbus per se: quandoq; vero per accidēs paralys. vel lethargiæ, proprie cum flegma est in causa. Signa grauedinis linguæ, cum feb. sunt adustio linguæ, & nigredo, & diminutio loquelæ: & q̄ æger linguam extendere nō potest extra os. Signa eius, cum est propter flegma sunt, impedimētum loquelæ, & proprie in dictionibus, in quibus cadit L vel R. turbatio sensuum, & emissio saliuæ, cum incumbit multa festinantia loquendi. Signa eius, quæ est propter abbreuiationem ligamenti, sunt q̄ lingua adhæret parti inferiori, & q̄ non potest extra os emitti, & est sine feb. Signa eius propter glādulam sunt: quia videtur caro dura similis quasi glandi, quando os ægri aperitur, & lingua eleuatur. Signa magnitudinis linguæ, patent ex re ipsa: quia difficulter loquitur & pigre: neque linguam plicare potest, & emissio eius extra os quasi continua.

Methodus. Cura grauedinis linguæ cum feb. est cura feb. & ablutio linguæ & nuchæ & colli totius assidua cum aqua ros. & muscillagine psillij, vel cū aq̄ calida mixta cū iulep et melle ro. vel cū oleo ro. vel cū oleo viol. & masticino penidiarū, candi & prunorum & similium. Cura eius propter flegma est, vt purgetur cum pillulis cochijs vel fœtidis, præmissa digestione cum oxymelle composito vel squillitico, & flebotometur cephalica vel venæ, quæ sunt sub lingua, si sanguinis dominium appareat: & fiat ventosatio sub mento, si materia sit plurima: præterea fricetur cum sale gemma, vel cum sale armoniaco, aut cū pyretro, aut pipere, aut castoreo, & aliquādo cū euforbio, q̄d est fortius p̄dictis: aut cū alumine scisso. Et post fricationem et expulsionē flegmatis, abluať lingua cū aceto et aq̄ fri

gida simul mixtis, vt calor naturalis vniatur, & cõfortetur. Vtatur cibis siccis actu & potẽtia, laboret in ieiuno, sitim & famem toleret proposse. Vtatur sinapi & alijs pro condimentis carnium suarum: & fiant omnia dicta cap. de paralysi propter flegma & de casu uuluæ propter flegma: quia conferunt cum virtute. Cura eius, quæ fit propter abbreuiationem ligamenti, vel propter glandulam, nõ perficitur sine incisione cum ferro: quare chirurgicis derelinquo. Cura magnitudinis linguę est, cura grauedinis ipsius cũ est ex flegmate iã dicta: veruntamen cum prædictis fiant localia fortiora. Fricetur ergo sępe et fortiter lingua cum dente allij & aceto tandiu, donec saliua egrediatur. Masticetur etiã pyretrũ, & abluatur lingua cum aceto decoctionis castorei, vel piperis, rutæ, ciperi: & gargariset sæpe oxymel. compositũ vel squilliticum cum aqua decoctionis castorei, piperis, salis armoniaci, hysopi, stafisagriæ, vel vel cum aqua calida, in qua dissoluta sit hierapicra: vel gargariset sinapim tritam & cum melle confectam: & nutriatur sicuti dictum est capitulo de paralysi.

Emperica. Quidam administrant gargarisma ex aqua frigida pura in cura grauedinis & magnitudinis a flegmate, & proprie in corpore carnoso sanguineo: vt calor naturalis vnitus cõfortetur, & resoluat flegma & vẽtositates. Iuxta illud Hippo. 5. part. aph. Est autem vbi in tetano sine vulnere iuuene bene carnoso, æstate media, frigidę aquæ infusio tollit ægritudinẽ. Et huius opinionis est Ras. in diuisionibus ca. de magnitudine linguæ. Veruntamen in hoc duplex cadit timor: primus quidem est quia apho. tenet in paucioribus: vt dicit Gale. in commẽto ibidem: secundus est, quia istæ passiones raro aduenĩũt corporib9 sanguineis, sed maxime flegmaticis siue per naturam, siue per diætam: quapropter vt plurimũ sunt accidentia paralysis factæ, vel signa fiẽdæ. Melius est ergo vti medicinis dictis ĩ methodo: & insup inũgere mãdibulã & nuchã totam & occiput cum vnguentis calidis resoluẽtibus supfluitates, et supcalefacientib9 et cõfortãtibus neruos & cerebrũ cũ virtute. vt sunt vnguentũ marciaton, arrogon, aggripa: et sumere omĩ die ĩ ieiuno de electuario anacardino, vel diatriõ pipereon, diagallãga, vel aurea alexandrina, & similibus: & vigilare super cibum, & abbreuiare somnum, quantum est possibile: & laborare, & sudare in balneo circa declinationem morbi, & post euacuationes vniuersales præmissas.

Canones. In cura grauedinis & magnitudinis linguæ ratione flegmatis, & proprie si sint cum paralysi, non approbamus fomẽtationes, neq; inunctiones cum oleis calidis: quia licet exiccent ratione virtutis & qualitatis, tamen humectant ratione modi substantiæ: quemadmodum & vinum, licet approbemus confortationem occipitij & neruorum cum vnguentis calidis sypticis: quæ diximus ca. de paralysi & cum fricationibus siccis asperis, abrasis prius capillis: quoniã nerui inde oriuntur

Prognosticatio. Grauitas linguę quę est cum fe. acuta vel chronica cum alijs malis signis mortem significat: quia prædicat spasmũ de inanitione & consumptione humiditatum corporis radicalium & nutribilium. Itẽ grauitas quæ est propter paralysim & lethargiã raro perfecte curatur: sicut neq; paralysis, & proprie si chronisetur. licet minorari possit. Item patientes grauitatem siue grauedinem linguæ propter humiditates stomachi, vt plurimum incurrunt lienteriam vel diarriam longam. Vnde Hippo. sexta partic. apho. Tiauli a diarria maxime capiuntur longa.

¶ TRACTATVS SEptimus primæ sectionis. De dentium passionibus



Entium passiones ad physici curam pertinētes, sunt tres. Prima est dolor, siue apostema: Secunda mobilitas: Tertia corrosio ipsorum.

De dolore dentium. Cap. I.

Dolor dentium, vel est cum apostemate et tumore, vel sine. Si primum, sic fit a fluxu humoris calidi a cerebro, & partibus vicinis ad radicem dentium, alterātis eius complexionem, & destruētis eius compositionem. Si sit sine apostemate, sic fit propter fluxū humoris frigidi, vel propter vermes natos in radice dentium ex humore putrescente corrodentes ipsos. Signa doloris a causa calida, sunt rubedo loci cum tumore gingiuarum: & dolor acutus, & quod tactus aquæ frigidæ cōfert. Signa vero doloris a causa fridida, sunt dolor grauatiuus, & est absque rubedine & tumore, & quod tactus rei calidæ, vt pyretri, vel piperis confert. Signa vermium, sunt corrosio dentium & gingiuarum: & quod aliquando insunt vermes in loco.

Methodus. Cura eius, quæ est a causa calida, scilicet sanguine vel cholera, est vt primo fiat flebotomia cephalicæ manus cōtrariæ: & post hoc flebotomia partis eiusdem: vel scarificatio sub mento, & proprie, si sit a sanguine. Teneatur venter solutus cum clysteri lenitiuo, vel suppositorio de sale gēma. Deinde teneat in ore continue aquā frigidam, vel aquam ros. vel vinum granatōrum, aut acetum, aut mixturā ex ijs, aut succum portulacæ aut solatri: quod si non sufficit, & dolor sit intensus. ℞. duo grana opij, & vnum iusquiami, & & tria grana mandragoræ: bulliantur in ℥. quatuor aceti. & ℥. 2. aquæ ros. per tempus & coletur, & cum hoc abluatur dens sæpe calido hyeme, frigido æstate. Et si cum dolore sit apostematio gingiuarum, aperiantur cum flebotomia, & abluantur sæpe in die cum aceto: & sale vel vino decoctionis aluminis iameni: & ponatur emplastrum anodinum exterius super mandibulam ex camomilla, feniculi semine, lini, butyro, et similibus. Cura eius, quæ est a causa frigida est vt purgetur cum pillulis cochijs: deinde abluatur sæpe dens cum aceto, in quo bullita sit castorei, euforbij, pyretri, opij, myrrhæ. añ. ʒ. 1. terantur, & cribellentur: vel ponatur pyretrum, aut alliū concussum super dētem. Vel fiat confectio ex pipere, myrrha, castoreo assafœtida, opio, añ. partes æquales, & melle quod sufficit: terantur, & teneantur in ore, & masticentur: quia plurimum valet in causa frigida ex his vnumquodque. Cura eius, qui fit propter vermes est: vt dicit Mesue, suffumigium cum pillulis factis ex semine iusquiami, & semine porri cū alkitran, id est pice liquida. Sedat enim omnem dolorem, & occidit vermes: similiter & ex semine cepæ & alkitrean: similiter ex pyretro, eufoibio & assafœtida: similiter & ex myrrha & opio &c.

Emperica. Emplastrum expertum sine dolor sit a causa calida, siue frigida: quod positum exterius sup mādibulam actu calidum, ilico omnem dolorē tollit. ℞. radicis maluauisci duodecim numero, coquātur bene in aqua, deinde scindantur per medium, & extrahatur lignum, & mundentur a cortice exteriori, & incidantur frustatim, & pistentur perfecte, donec ad modum axungiæ conuertantur, & misceatur cum eis farina istarum rerum. ℞. farinæ feni græci, feminis lini, anethi. florum camomillæ añ. ℥. 1. farinæ ordei ℥. quatuor incor-

parentur omnia simul, & in fine addantur olei camomillæ, vel de anetho ʒ. iij. De proprietate enim suorum simpliciũ sedat omnem dolorem, & maturat oẽm materiam, & finaliter ipsam resoluit.

Prognosticatio. Scias, ꝙ dolor dentiũ factus propter corrosionem, & corruptionem substantiæ in eis, vel propter vermes, non curatur perfecte, neq; sine timore recidiuæ: nisi eradicetur cũ ferro vel medicinis. Et vtile consilium est, vt potius eradicetur cum ferro, quia eradicatio cum medicinis inducit dolorem (vt plurimum) perdurantẽ. Item solicitãdum est in mitigatione doloris cũ anodinis: ne forte dolor vltimetur, & frenesim inducat.

De casu & mobilitate dentium. Cap. II.

Mobilitas siue fixonis debilitas accidit dentibus propter mollificationem gingiuarum & ligamentorum, quæ sunt in radice dentium. Mollificatio autem fit propter fluxum humiditatũ ad gingiuas dissoluentiũ earũ compositionẽ, et quãdoq; marcefacientium ipsarum subiectum, siue substantiam, siue submixtionem.

Methodus. Cura eius est, vt digeratur flegma cum oxymelle cõposito vel squillitico: & purgetur cum pillulis cochijs vel hierapicra vicib⁹ pluribus alternatis. Fiat præterea masticatio eradicans flegma ex pipere, sinapi, pyretro, mastice, cymino simul mixtis & cõtusis grosso modo. Similiter & gargarismata ex sinapi condita cum melle vel oxymelle squillitico. Similiter et scarificatio sub mento & super collo: post hoc mundentur omni die dentes cum stilo acuto, & abluantur cum vino rubeo pontico actu calido. Deinde ponatur super eos omni die puluis stypticus de corallo & mastice & olibano puro añ. partes æquales tritis & cribellatis perfecte: et nequaq̃ masticet cibos duros & solidos.

Emperica. Dicit Hebemes. in suo de appropriatis, ꝙ expertus est puluerem istum ad stringendum dentes mobiles, si annectatur radici dẽtium. ℞. stypticum capill. be. adustorum ʒ. iij. aluminis iameni ʒ. 10. pyretri, spicæ añ. ʒ. 2. nucum cypressi adustarum ʒ. 2. & s. cornu cerui adusti, centaureæ añ. ʒ. 7. fructus tamarisci ʒ. iij. myrrhæ, sumach, balaustiæ, apij, corticis glandium añ. ʒ. 2. salis gemmæ assi. ʒ. 2. & s. terantur & cribellentur omnia. Et de rebus melioribus est illud. ℞. arsenici sublimati. ʒ. s. thuris albi. ʒ. 1. fiat ex ipsis puluis cribellatus: de quo omni sero ponatur super dentes & gingiuas, & mane maxime abluantur cum hydromelle calido, vel vino pontico, vel aceto: quia humiditates reumaticas exiccat, vlcus a carne putrida mundificat, & post illud carnem duram curat: quare confert omni passioni dentium & gingiuarum, quæ est cum putredine vel mollificatione. Similiter & illud. ℞. ossis sepiæ, coralli albi ʒ. 1. fiat sicut prius. Similiter. ℞. spumæ maris, masticis añ. ʒ. 1. fiat sicut prius. Aliter istud cum præsto nõ est illud. ℞. coralli, aluminis, corticis salicis combusti añ. ʒ. 1. fiat sicut prius. Quidam addunt cinerem ossis vel ossium vituli, vel capræ cõbustorum. Item gallarum, balaustiarũ, ros. sumach. ireos, corticum granatorũ añ. ʒ. 2. myrrhæ, aluminis, ana. ʒ. vnam: fiat ex eis linimentum super gingiuas cũ aqua rosarum, vel vino pontico albo. Abluatur os cum aceto, in quo decoctæ sint res eædem.

Canones. Omnis volẽs cõseruare dentes sanos, caueat a masticatione rerũ durarũ, vel viscosarũ, vel calidarũ, vel frigidarũ: dura nãq; dislocant, viscosa adhærẽt & putrefaciũt: sed calida resoluũt spiritũ vitalẽ, et laxãt ligamen

dentium: sed frigida mortificant calidũ naturale, quod in eis est, & neruos debilitãt. Item studeat omni die eos mundifi care a forde & a rebus interiacentibus post cibum cũ ligno vel ferro vel sepia. Item abstergat eos semel in septimana cũ tartaro vini albi trito & cribellato (vt alcohol) fricando eos cũ eodem pul uere: & post fricationẽ abluendo cũ vino albo claro, vel vino rubeo styptico. Dicit enim Aristoteles quinto de genera tione aialium .cap. de dẽtibus: ꝙ dentes aialium differũt ab omni altero genere ossium in quatuor cõditionibus. Prima, quoniã sensum habent tactus, quo cæte ra sunt penitus priuata. Secũda, quia nõ nascuntur a principio generationis, sed post partum. Tertia, quia ꝑmutantur: quia qui nascuntur a principio molles sunt: quare ipsos natura ꝑmutat in hominibꝰ apud annum decimũ vel circa, sed in equis circa quartũ solidos procreando. Quarta, quia crescunt omni tempore vitæ animalis secũdũ lõgum vsq; ad trigesimũ annum, vel circa id.

Prognosticatio. Dentes si ceciderit ante vigesimum annum, renascuntur: postea vero minime.

¶De corrosione dentium & gingiuarum. Cap. III.

Corrosio dentium & gingiuarum fit ex materia putrefacta marcida penetrante in substãtiam dẽtis & gingiuarum, quæ alterat eorum cõplexionem & cõpositionẽ: sicut lutũ alterat cõ plexionem ligni, & incinerat eius cõpo sitionem: cũ cinis sit terminus putrefacti onis vltimatę: vt dicit .4. Meteororum. Fit etiam corrosio quandoq; propter vermes natos in eis ex materia putrefacta. Sed signa & causam eorum diximus iam capitulo de dolore dentiũ. Signa corrosi onis dentiũ ex humore, sunt cõcauatio ipsorum patiẽs ad sensum, & fœtor: quare cibus in concauitate illa quandoque retinet. Signa aũt corrosionis gingiuarum, sunt sputum sanguinolentum: & cum aspicitur in os, apparent gingiuæ marcidæ, corrosæ, liuidæ, cum fœtore plurimo.

Methodus. Purgetur cum pillulis cochijs vel fœtidis, mundentur dentes & gingiuæ omni die ter cum aceto squillitico, in quo dissolutum sit allumen iamenum, aut tartarum, subtiliter tritum: vel ponatur super loco corroso vnguentum viride positum capitulo de surditate. Et post mundificationem, ponatur super locum puluis conso lidatiuus & stypticus faciens nasci carnem, & firmare eam. ℞. masticis, thuris, coralli rubei aã ℥.ß. puluerizentur & cribellentur. Et potest addi bolus armenicus, sanguis draconis, & sarcocolla. Et abluatur locus quandoq; cum vino decoctionis hysopi, ireos & mellis.

Emperica. Cõmuniter operantes circa dentem corrosum fœditum nil aliud faciunt: nisi quia ipsum cũ ferro extrahunt, vel ipsum adurunt cum cauterio: quia sicut dictum est capitulo de dolore dentium: Dens dolorosus, dẽs mobilis, dens corrosus & fœtidus curationem perfectam non recipit, nisi per extractionem.

¶TRACTATVS OCTAuus primæ sectionis. De passionibus gingiuarum.



Gingiuarum passiones, de quibus adhuc restat loqui, sunt tantum duæ. Prima est fluxus sanguinis. Secunda vlcus seu putredo. Nã de fœtore earum dictum est capitulo de fœtore

oris: de mollificatione earum dictum est cap. de mobilitate dentiũ, de apostemate vero cum de dolore dentiũ loquebamur.

¶De fluxu sanguinis ex gingiuis. Cap. I.

ACcidit quibusdam hominibus, vt ex gingiuis eorum fluat sanguis: cum abluunt os fortiter, vel presserint eas digitis, vel cum alia re aspera & sunt cum fœtore. Ista passio prouenit ex materia currẽte a capite ad gingiuas & dentes, quæ ibidem diu stans imbibit substantiam gingiuarum, & ex omni leui causa effluit saliuatim: verum si antiquetur, & putruerit: vlcus seu putredinem causat in gingiuis.

Methodus. Fricentur dentes cum puluere trochiscorum q sic fiũt, pmissa scarificatione sub mẽto & super collo. ℞. arsenici citrini & rubei, calcis, gallarum, aluminis. añ. ʒ. 2. fiãt trochisci cũ aceto forti: & cũ ipsis vti volueris, teratur vnus ex ipsis subtilissime, & fricetur loc⁹ cũ eo: tũc qescat p horã et teneat in ore aquã ro. vel oleũ rosaceum: ne forte puluis corrosiuus & abstersiuus inducat adustionẽ in mery, vel partib⁹ circũiacẽtibus. Postq̃ autem hoc factũ fuerit per aliquos dies, donec mundificatæ fuerint, & putrefactio omnino remota sit, ponatur super locũ tale incarnatiuum. ℞. masticis, thuris, coralli rubei. añ. ʒ. ß. fiat puluis subtilissimus (vt alcohol) qui ponatur super gingiuas: qa facit nasci carnem, & indurat eam. Idem facit puluis factus ex olibano, aloe, sarcocolla, sanguine draconis, sumendo ex eis partes æquales &c.

¶De vlceribus gingiuarum. Cap. II.

PVtredo seu vlcus gingiuarum est terminus corrosionis: quemadmodum corrosio est terminus antiqui fluxus sanguinis ex eisdem: quoniã inter ista tria hic est ordo. Primo nanque gingiuæ mollificãtur, & imbibuntur a materia reumatica descẽdente a capite per modum catarrhi: Secundo sanguinem emittunt, propter dissolutionem suæ cõpositionis: Tertio corroduntur, & concauantur manifeste, propter humorem vlcerantem, & denigrãtur, & putrescunt, donec cadant.

Methodus. Cura putrefactionis gingiuarum colligit ex dictis in capit. de fœtore oris, & capitulo de mobilitate dẽtiũ: & capitulo de exitu sanguinis ex gingiuis.

Prognosticatio. Putrefactio quidem si valde processerit, raro curatur, sed facit hominem edentulum. Item vlcus gingiuarum si fuerit carnosum, mortale, & proprie cum tetigerit epiglottim &c.

IN LIBRI PRIMI SECTIONEM SECUNDAM PRÆFATIUNCULA.



XPLETA CVM dei auxilio sectione prima, quę fuit de cura mẽbrorum integrantium ventrem animalẽ, qui protẽditur a vertice capitis vsque ad epiglottim seu principium cannæ pulmonis, exclusiue: Volumus nunc aggredi sectionem secũdam, quæ erit de cura passionum membrorum constituentium vẽtrem, qui procedit ab epiglotti vsque ad furculam inferiorem, vbi est os stomachi. Interim vna cum Ras. in libro suo diuisionum gratiam dei implorantes. Deum itaque posco concessorem ad rectificationem sermonum & operis & auxilium, secundum quod sibi placet.

¶TRACTATVS PRImus secundæ sectionis.

GVtturis passiones famosæ sunt tres. Prima est squinātia. Secunda catarrhus. Tertia raucedo vocis. Cum autē dico guttur, intelligo aggregatum ex gula siue carnositate exteriori & canna pulmonis & epiglotti & mery siue esophago, secundum ꝙ alligatur, & coextenditur cannæ pulmonis.

¶De squinantia. Cap. I.

SQuinātia est apostema colli, quodcunq; prohibēs anhelitum & deglutionem cibi. Et dicitur ab Auicen. ꝙ est decollatio, strangulatio, vel suffocatio. Squinātię tres sunt species. Prima, quādo epiglottis & musculi eius apostemantur: & est omnino mortalis, propter ablationem anhelitus. Est aūt epiglottis (vt dicit Auerrois, 2. colliget) suprema pars cānæ pulmonis, solidior & densior alijs eius partibus, habens in medio foramen strictum, vt fistula, in quo formatur vox. Et ideo cum sufflamus fortiter in cannam pulmonis alicuius animalis, egreditur vox, quæ assimilat̄ voci illius animalis. Et super illud foramen positū est illud cooperculum cartalaginosum mobile sursum & deorsum, alligatum versus os, liberum versus cannam pulmonis ad defendendum a rebus, quæ vadūt ad esophagum, ne egrediant̄ ipsum: quia moreretur homo per viam suffocationis: & propter hoc, quando intrat aliquid etiam paruæ quantitatis: sicut contingit inglutientibus cibum cum rident, illud mouet tussim. Secunda est, quādo pulmonis canna & musculi eius apostemantur, & est etiā mortalis, sed non ita subito sicut prima. Tertia est, quando gula & carnositas gutturis apostemant̄, & est salubris, sed non apud ignaros Fit autem quandoq; squinātia a sanguine, quandoq; a cholera, quādoq; a flegmate: sed non a melācholia. Signa squinantiæ in communi, sunt apostematio gutturis, et suffocatio præfocatiua & difficultas transglutiendi cibum, & anhelandi siue æqualiter siue inæqualiter, secundū ꝙ apostema magis declinat ad vias anhelitus, & ad vias mery & esophagi. Si autem fit a sanguine, cum prædictis apparet rubedo faciei cum carnositate, dulcedo saliuæ, dolor grauatiuus cum acuitate aliqua, & antecessio ciborum multiplicantium sanguinem. Et est vt plurimum cum fe. Si autem fit a cholera, apparet cum prędictis color citrinus, facies macra, dolor acutus, sitis & inflammatio vehemēs, & saliua amara, & antecessio ciborum cholericorum: & est etiā vt plurimum cum feb. Si autem fit a flegmate, cum prædictis apparet multitudo saliuæ aquosæ, raucedo vocis, dolor grauatiuus sine acuitate, color faciei cū pauca rubedine, & habitudo flegmatica, & antecessio ciboꝝ flegmaticorū: & est vt plurimū sine feb. vel cū feb. lenta. Signa primæ speciei sunt, vt di. Hip. 3. prognosticoꝝ: qa nō appet rubor, neq; tumor fortis exterius in ceruice, nec interius, quando inspicitur in os ægri: verun tamen est ibi dolor acutissimus, & anhelitus difficilis valde: quæ significāt apostema latitare in profundo gutturis vbi est epiglottis. Signa secūdæ speciei sunt: quia apparet tumor, & rubor interius, sed nō exterius. Signa tertiæ speciei sunt, quia apparet tumor & rubor exterius in transglutiendo, sed non apparet interius: neq; apparet plurima difficultas anhelandi & transglutiendi.

Methodus. Cura cuiuscunq; triū specierum squinantiæ est: vt si sit a sanguine: fiat ilico die, vel nocte flebotomia basilicæ i brachio vel in manu, si virtus non sit debilis, & extrahat̄ sanguis multus. Postea eodem die post sex horas flebotomētur venæ, quæ sunt sub lingua: neq; tardet̄, cū sit necessaria

talis flebotomia. Post hoc fiant fricationes, & ligationes extremorum dolorosę. Et si fuerit difficultas in anhelitu pone vẽtosam super collum, vbi est prima spondilis cum reiteratione frequentata. Et si venter sit constyparus, fiat clystere lentiuum dictum cap. de frenesi. Post flebotomiam gargariset continue vsq; ad tres dies diamoron, vel vinum granatorum, vel succum solatri vel agrestæ cũ aqua balaustiarũ, vel succum corticũ nucũ viridium cũ aqua calida: vel gargariset acetum & aquam calidam vel aquã ros. cũ zuccaro quodcunq; præsto sit ad repercutiẽdum apostema. Et nutriatur succo ordei vel auenæ, vel sorbeat ius pullorum cõditum cum vino granatorum vel berberis, vel cum aqua decoctionis sumach. Bibat vinum põticum lymphatum, vel aquã ordei, vel iulep: & si possibile fuerit, mundificetur cum apozimate purgãte sanguinem, & educente humores acutos magis lubricum faciendo, q̃ attrahendo: ne se. inflammetur: q̃d sic fiat. ℞. medullæ cassiæ fistulæ ℥. 1. mannæ, tamarind. aã. ℥. 1. & semis: dissoluantur omnia cum ℥. 4. aquæ decoctionis prunorum. Si ergo per hunc modũ liberetur vsq; ad quatuor vel quinq; dies, bonum est: Si autem, bonum est fieri ventosatione in spatulis propter maiorem diuersionem: deinde si materia tota fluxa est, & morbus est in statu, vel in fine augmenti: fiant gargarismata resolutiua bis in die, scilicet ante prandium et ante cœnam ex. ℥. 1. myrrhæ dissoluta in ℥. 1. oxymellis compositi, vel cũ aqua decoctionis prunorũ calida, vel cũ oxymelle squillitico & aqua eadem: si autẽ non resoluitur: fiant hora illa emplastra resolutiua exterius circa gulam, quæ sic fiunt. Recipe farinæ ordei, fenigræci, se. lini, ana, ℥. 1. se. maluauisci, floris camomillæ, hysopi, ireos, & adipis anatis, ana. ℥. 2. bulliantur insimul, vsq; ad spissitudinem, in qua cum oleis dictis: & totum ponatur calidum super locum. Et si via esophagi constringatur: pone ventosam magnam super ceruicem, quando deglutiet cibum, quandiu ibi steterit: quare reitera sæpius eius positionem. Cura eius, si sit a cholera, est vt primo clysterisetur, si est possibile cum clysteri lenitiuo prædicto: postea fiat flebotomia basilicæ in manu vel in brachio, vel vẽtosatio in spatulis. Postea fiant gargarismata repercussiua prædicta: deinde in statu & fine augmenti fiat, vt in sanguinea. Et si necesse fuerit: purgentur cũ decoctione prædicta: vel cum ista. ℞. mannæ. ℥. 1. reubarbari boni ʒ. 2. dissoluantur in decoctione prunorum feruenti, & dimittantur sic per horam 1. postea colentur, & detur totum ante diem. Et sit aqua quantitatis. ℥. 4. vel 5. ad plus. Vtatur diæta dicta, vel parum magis declinante ad frigiditatem. Cura eius, si sit ex flegmate, est vt a principio purgetur, si est possibile, cum pillulis cochijs, vel medicina de turbith, vel clysteriset ex clysteri exacuato cum agarico & colloquintida aã. ℥. 1. Deinde fiat gargarisma repercussiuũ: sicut in sanguinea, præter quod non est opus tanta repercussione, sed maiori diuersione & euacuatione: vltimo fiant gargarismata acuta & incisiua, & emplastra resolutiua, sicut prius.

Emperica. Communiter operantes faciunt in omni specie squinantiæ quacunque hora diei etiam super cibum flebotomiam de cephalica fortem, propter diuersionem materiæ subitam: nec prohibet illud antecessio flebotomiæ non longo tempore, dummodo virtus constet: quia timor suffocationis subitæ moram non concedit. Et hæc quidem flebotomia, licet non sit regularis in flegmate & cholera ratione qualitatis: est tamen ratione quantita-

tis siue multitudinis: vt patet per Auicennã quarto primi. Neq; semper est forte possibile purgare corpus cum medicinis, propter impedimentum, quod est in deglutiendo. Post flebotomiam procedunt omnia gargarismata & emplastra: sicut in methodo dictum est. Et post minorationem materiæ datur sæpe dia olibanum cum aqua ordei: quia resoluit materias omnino, quando non est timor de attractione vlteriori. Tunc nanque gargariset cum diaomoron & aceto, & aqua rof. simul mixtis. Item Rasis, Auicenna, Serapion. conueniunt, quòd gargarismus factus est de stercore canis albi comedẽtis ossa, vel stercore lupi cum aqua rof. vel plantaginis sanat omnem squinantiam. Similiter & emplastrum vel linimentum factum ex eisdem stercoribus exiccatis & cum melle mixtis & linitis circa collum vndiquaq;. Confert post euacuationem vniuersalem, & proprie cum materia tota fluxa est, nec timor fuerit de vlteriori attractione: facere circa gulam emplastra acuta rubificatiua, vt materia trahatur ad extra ex sinapi, melle, ficubus siccis, furfure, myrtha, thure, ireos & cepa, squillitico, & proprie in causa flegmatica: quia in huiusmodi non est timor de inflammatione fe. sicut in aliis. Neq; flegma est adeo faciliter trahibile, sicut cholera, vel sanguis. Similiter & emplastrum ex mica panis incorporati cum melle approximãt duabus vel tribus appositionibus, q̃d tũc decoquit̃ cũ succo apij. Et deinde magis cũ stercore colũbino vel arietino.

Canones. Omnis squinãtia aut terminatur ad resolutionẽ, & est salubris: aut ad saniationem & apertionem, & est timorosa: aut ad permutationem eius ad alia loca. Et si sint nobilia, erit mortalis: et si ignobilia, salubris. Præterea quandoq; propter casum vel percussionẽ in collo, fit dolor, q attrahit materias, & facit apostema squinanticum: cuius cura est penitus eadem cũ illa, quæ fit a sanguine p̃dicta. Caue præterea, ne emplastra rubificatiua per exterius vel gargarismata acuta per interius administres: nisi materia tota fluxa sit, vel quasi tota: q̃a apostema augmentabis. & ægrum suffocabis: obserua igit̃ ordinem in methodo prædictum.

Prognosticatio. Dicit Hip. 3. progno. q̃ prima species squinantiæ prima die interficit ægrũ, vel ad plus, infra quartum. Secunda species, & si mortifera sit, tamen pigrior est: quia forte interficit infra quinq; dies. Tertia vero species, nisi rubor & tumor ad interiora declinauerint, & materia ad epiglottim raptum habuerit, spei salutis nõ omnino resistit, si medicus in cura recte processerit. Et ex hoc videre potes, quòd tres species squinantiæ contrario modo se habẽt, tribus speciebꝰ hecticæ, in quibus tertia species est omnino mortalis. Item dicit Hippo. ibidem, q̃ si tumor & apostema in tertia specie rapiatur ad interiora: ita q̃ exterius in gula non appareat omnino, & fiat non in die cretico, neq; superuenerit apostema creticum super aures vel alibi, neque æger saniem expuerit, & anhelitus magis ac magis angustetur: omnia ista mortem vel recidiuationem significant futuram: quia materia raptum habuit ad pulmonem, vel cor, vel pectus: quare suffocationem inducet infra septimum diem, si nõ expuatur: requiei igitur & mitigationi doloris hora illa non est credendum: quia mẽdax est, sed tibi prognosticandũ de ægro, et ab ipso fugiendũ. Item ibidẽ di. Hip. q̃ bonũ est tumorẽ appere exterius & quanto magis, tãto salubrius erit. Itẽ si squinãtia illa terminet̃ ad saniationem, & fiat exitura et sanies fluit ad pulmonẽ, & fortassis expuet̃, & est salubre, & fortassis suffocabit ægrũ infra 7. dies

ad plus: & fortassis corrodet panniculos & substantiam pulmonis, si infra 40. dies a die rupturæ non purget, & inducet phthisim vel frenesim propter cerebri compassionem. Item squinantia terminatur infra 7. diem, & si hunc effugerint, sani fiunt, quoniam in morbo acuto vincit natura, aut vincitur sine expectatione ampliori. Item dicunt quidam, quod signa mortalia sunt in squnantia: si aposte ma euenerit in fe. continua quacunque die cretica vel non cretica: qa talis crisis est symptomatica, nō naturalis. Similiter & syncop. vehemens difficultas anhelitus, disnia, oregmon, difficultas transglutiendi cibum & potum cū reiectione eius per nares, vox catulina quasi loqueretur per nares, spuma in ore, emissio linguę frequens, sicut in equo fatigato, color niger vel liuidus in līgua, ore, labijs et oculis: nec non frigiditas extremitatum. Item dicit Hippo. 4. par. apho. Si a fe. habito tumore nō exeunte in faucibus, suffocatio repente superuenerit: mortale. Item. 2. apho. Strangulatorum & dissolutorum nondum mortuorum, non referunt, quibus spuma fuerit circa os, supple vt plurimū: vt dicit commentator. Itē salubria atque signa vitalia, sunt qes, somnus, alleuiatio doloris, bonitas anhelitus, facilitas transglutiendi, & priuatio omnium prædictorum. Item squinātia cum fe. forti plus est timorosa: quia sunt ibi necessitas adaucta, & euentatio cordis diminuta: quare cor extinguetur. Item squinantia maxime accidit in vere: vt dicit Hippo. 3. par. apho.

De catarrho, brancho & corriza. Cap. II.

Reuma dicitur omnis fluxus materiæ de membro ad membrum in quacumque parte corporis: & ideo Gale. in tegne tractatu de causis cap. de curis apostematum ait, dolor em̄ oīs exacuit reuma. Catarrhus vero dicitur descensus materiæ a capite ad partes spūales & naturales. s. pectus pulmonem & stomachum. Corriza aūt dicitur descensus materiæ a capite ad nares: Et si materia ista acuta vel cholerica fuerit vel de flegmate salso mordicante colatoria nasi in radice, contrahetur cerebrum in se, & expellet illam materiam cum sono & vehementia, quæ dicitur sternutatio. Et ex hoc patet, quod sternutatio nō accidit in cerebro, nisi calido natura, vel accidente: vnde Hippo. 7. par. Sternutatio fit in capite calefacto cerebro. &c. Branchus dicitur descensus materiæ per os ad colatorium palati cum screatu vel rascatione: verūtamen hæc tria nomina pro se inuicem sæpius ponuntur in scientia medicinę. Istę igitur tres passiones quandoque fiunt vel a causa frigida, vel calida. A calida quidem dupliciter. s. effectiue & subiectiue. Effectiue quidem, vt si stomachus calidus sit vaporosus: quare mandabit multas superfluitates cerebro, quæ frigiditate sua conuertent in flegma. Similiter si cerebrum sit calidū ex natura vel ex mora sub sole, vel statione ad ignem, & ambulatione in aere calido humido, vel vento austrino et proprie super cibum. Similiter & ex clamore & vociferatione, & inclinatione capitis deorsum: Quapropter q̄libet eorum attrahit superfluitates vaporosas ad se: quæ postea colliquatæ seu congelatæ descendunt. Ex quo scire potes, quod mala sit cōpaginatio stomachi frigidi cum cerebro calido, vel econuerso. quapropter quod ait Auicē. primo cañ. fen. 2. & cap. de signis cōplexionis pessimæ: quod deterrima cōmplexionum est, in qua mēbra & proprie principalia sunt diuersarum discrasiarum & contrariarum cōplexionum. Subiectiue vero vt si materia fluens sit cholera, vel flegma salsum. A causa frigida similiter du-

pliciter, effectiue & subiectiue. Effectiue vt si stomachus patiatur indigestiõem: propter quod replebit flegmate, quod sursum euaporabit: vel si cerebum sit frigidum humidum naturaliter, vel ab extra: vtpote ab aere aut aqua frigida, neq; bene digerens suum proprium nutrimentum: quare colliguntur superfluitates. Subiectiue vero, si materia sit flegma aquosum vel viscosum. ¶Signa materiæ calidæ sunt, ardor & pruritus & asperitas in locis super quę currit, & sitis & excoriatio, & rubor faciei & materiæ descendentis subtilitas, & inflammatio, & amaritudo saliuæ, vel salsedo sine manifesta causa. ¶Signa materiæ frigidæ sunt eminentia oculorum cum tumore & pallore faciei, & opilatio narium & colatorij post somnum & spissitudo materiæ cum viscositate: vel si sit subtilis aquosa, insipida: similiter & difficultas anhelit9, & asma, & diminutio odoratus.

Methodus. Cura oĩm istarũ passionum si sint a causa calida est, vt mundificet corpus cũ pillulis de reubarbaro, quæ sic fiunt. ℞. mirobalanorum citrinorũ absq; nucleis. ʒ. ß. reubarbari boni. ʒ. 1. aloes. ʒ. quinq;, scamoneæ. ʒ. ß. masticis, liquiritię. añ. ℈. 1. fiant pillulæ cũ muscillagine psillij, vel seminis citoniorũ: dentur sero absq; cœna ex eis a. ʒ. 1. vsq; ad duas: vel cũ apozimate de reubarbaro, q̃d sic fit. ℞. reubarbari. ʒ. 2. incidatur frustatim, & ponatur in. ʒ. 5. feruentis aquæ decoctionis prunorũ, & dimittatur sic per 12. horas. Deinde coletur, & addantur syrupi roſ. vel viol. ʒ. 2. & detur totum in matutinis p̃missa digestione materiæ cũ syrupo de meliloto dicto in cap̃. de fœtore nasi: vel cũ syrupo ro. vel viol. de nenuphar: dando ex eis om̃i die cũ aqua decoctionis iuiubarum vel sebesten vel passularum. Post purgationem vaporetur os et facies cum aqua decoctionis viol. siccarum, ordei excorticati, florum camomillæ, papaueris alb. recipiendo vaporem calidum in os & nares, vel cũ aceto proiecto super lapidem ignitũ. Vngantur nares & labia cũ oleo roſ, vel viol. odoret quandoq; viol. siccas, vel ro. cũ cãphora, vel continue teneat sub lingua, vel etiã deglutiat pillulas bisilichias q̃ inspissant catarrhum acutũ, & ad screandum præparant, & leniũt asperitatẽ: quæ sic fiunt. ℞. gũmi arab. dragaganti, amili, succi liquiritię, seminis citoniorum, psillij. añ. quantũ vis: fiant pillulæ admodum cicerũ vel fabæ cũ muscillagine psillij. Nutriatur ex ordeo farre auena & lentibus. q̃ si virtus debilis sit, vel sit cũ fe. comedat pullos alteratos cum portulaca, cucurbitis, lactucis. Nequaq̃ vinum bibat: quia a proprietate causat istas passiones: cũ vinũ mentẽ percutiat: vt dicit Hip. in de regimine acutorũ. Sed bibat aquã ordei, vel decoctionẽ liquiritiæ & zuccari, vel aquã calidam, in qua sit syrupus roſ. vel viol. Cura earum est si sint a causa frigida, vt primo purgẽt cum pillulis cochijs vel fœtidis, dando ʒ. 1. sero sine cœna, præmissa digestione cum oxymelle composito, vel syrupo de sticad. prædicto. post ea fricetur caput rasum cum cepa acuta, aut squillis, aut panno aspero: & post ponatur super ipsum medicamen rubificatiuum, vsq; dum fiat vesicatio & apertio: sicut est emplastrum tale. ℞. stercus columbinum, sinapi, affodillos: coquantũ in aqua & melle, vel in aqua tantum: pistentur omnia, & ponatur calidum super caput abrasum, & calefactum per fricationem. Subfumigetur in declinatione morbi cum thure, vel mastice, vel gummi armoniaco, vel ligno aloes, aut storace, calamento bdellio, vel myrrha, vel ruta, sed non in principio et ante euacuationem: quia impediretur

resolutio materiæ: & aliqd ipsorum degultiat sero, cum itur ad lectum. Fiat etiam masticatio eradicans flegma ex pyretro, pipere longo, cubeb. añ ℈.i. mastice. ℥.℈.ii. passulaꝝ quantum volueris, & expuatur simul. Et iniungatur sæpe cum vnguento marciaton ad solē vel ignem diligenter fricando abrasis sæpe capillis. Bibat omni die in ieiuno similiter & sero, cum itur ad lectum, vnciam vnam boni vini, in quo drachma vna masticis aut olibani fuerit infusa vel liquefacta. Saccelletur postea caput cum sale, milio, & sinapi calefactis super lapide ignito, vel vaporetur cum aqua decoctiōis rosarum, absinthij, meliloti, camomillæ: donec reliquiæ omnes resoluantur. Vtatur diacitonitem post cibum, sed aurea alexandrina vel pliris ante cibum. Abluatur caput cum lixiuio decoctionis raphani & sticados, postea cum vino decoctionis gallarum, nucis cypressi, & baccarum lauri, vel sulphuris vel balaustiæ. Comedat carnes assas vel elixatas cum feniculo. Bibat hydromel cum aqua decoctionis hysopi, liquiritiæ, & melle: odoret nigellam ligatam in panno lineo subtiliter tritā & torrefactam. Costi & nigellę subfumigium confert & expertum est: & sudare in loco calido stomacho ieiuno pro posse, cum est sanus: ita vt caput sit siccum. & pedes aspergantur aqua calida plurima: confert & laborare, sitim & famē tolerare pro posse, cœnā subtiliare, & cibos siccos sumere, & somnum tardare super cibum. Si autem hæc omnia non contulerint: vesicetur caput, vbi est cōmissura recta cum cantharidibus & aperiantur vesicæ cum acu. Et si hoc non sufficit: cauterizetur locus, & permittatur diu apertus, donec cerebrum exiccetur.

Emperica. In causa frigida communiter operantes faciunt tale remedium, præmissa euacuatione vniuersali: dant sero, cum itur dormitum. ℥. vnam. zz. conditi, & post illud immediate potum aquæ calidæ: quia digestionē stomachi procurat: vapores reprimit, catarrhum maturat: potus vero aquæ frigidæ catarrhum multiplicat: Similiter & pot⁹ vini vaporosi, & proprie versus noctem. Item in principio non cōpetit gargarismus: quia materias facit fluere: in medio competit incisiuus, in fine vero stypticus. Item in omni catarrho & tussi catarrhali conferunt hæ pillulæ ℞. myrrhæ puræ. ℥. sex. olibani. ℥. opij, iusquiani. añ. ℥, quatuor. & fiant pillulæ de quibus detur, cum itur dormitum de sero a. ℥. ß. vsq; ad. ℥. vnam: quia omnē fluxum descendentem ad stomachum restringunt, & proprie post purgationē. Item conferunt inspissantia, vt subtile acutum (quod descendit ad guttur) ingrossetur, & non descendat in profundū stomachi vel pectoris, sed adunetur, & expuatur, & ex hoc facientibus: vt dicit Mes. præsenti capitulo. est thus, dragantum, & muscillago psillij, vel seminis citoniorum, vel iuiubę & sebesten, & syrupi & loboch factum ex eis. Item flebotomia (vt asserit) in hac ægritudine solū est in tribus casibus necessaria. Primus si catarrhus sit calidus, & in corpore calido, cum rubore oculorum & plenitudine venarum: Secundus, si catarrhus descendit ad oculos, & pulmonem, vel mēbra nobilia. Tertius, si accidat catarrh⁹ cum feb. In alijs autem est inutilis.

Canones. Omne reuma descendens a capite deorsum, trib⁹ intentionibus curatur. Prima quidem per confortationem stomachi, ne vapores cibales transmittantur ad cerebrum: & hoc fit per styptica. Secunda per rectificationem capitis & cerebri: ne generatas humiditates in seipsas deorsum mandet: & hoc fit per emplastra & vnguenta resolutiua & rubificatiua. Tertia ve-

ro per confortationem pectoris & pulmonis, ne recipiat a cerebro superfluitates delegatas, sed receptas maturet per noctem, vt in crastino excreationi sint paratæ: quod fit per Joboch 'screatiuum, & per pillulas bichichias, & per electuaria styptica, & per debitum capitis sitū in somno: qui est, vt iaceat patiens super altero laterum, capite valde exaltato, & versus faciem reflexo: vt sic oēs superfluitates eius in somno declinent ad os & nares, nec raptum ad cannam pulmonis habeant & esophagum. Ista autem clarius & plenius dicemus infra capite de phthisi, & capite de asmate, tussi & empimate.

Prognosticatio. Sternutatio superueniens in corriza, lethargia, soda, epilepsia, frenesi, apoplexia, arthetica, si sit post digestionem materiæ, bonum: facilitat em̄, atq; velocitat eius expulsionem. Ante signa vero digestionis, malum: quia demonstrat materiā augmentari, & proprie in pleuresi, peripneumonia, & squinantia. Reuma si descenderit ad stomachum, inducit primo indigestionem, propter cibi fluctuationem, & stomachi infrigidationē. Secūdo lienteriā, propter stomachi mollificationē, & retentiuæ debilitatē: quod si materia sit frigida & acuta, causabit feb. Tertio dysenteriam: propter intestinorum corrosionem. Item si reuma descenderit ad pulmonem vel eius ad cannā, inducit primo tussim chronicam: secundo asma, siue malitiam anhelitus: propter opilationem cannularū in pulmone: tertio suffocationem, si fluxus sit plurimus. Sed si materia sit acuta, inducit corrosionem pulmonis: deinde phthisim, finaliter & mortem. Item catarrhus in senibus raro curatur: quia suffocat ante maturationem propter defectionem excreandi. vnde Hippocrates secunda parti. Branchi & corrizæ non maturantur in valde senibus. Sunt autem valde senes, qui sunt in quarta ætate quæ est apud annum septuagesimum. Senes vero absolute: qui in tertia, quæ est apud sexagesimum annum. Item catarrhus cum dolore capitis perdurante. difficulter curatur: quare cerebri debilitatem significat confirmatā. Item in autumno multiplicatur catarrhus propter inæqualitatem aeris, sed in hyeme propter aeris frigiditatem, in æstate propter colliquationem, vere propter multitudinem humorum. Item reumatici non fiunt splenetici. Item catarrhosi dispositi fiunt ad apoplexiam & epilepsiā, si materia sit frigida: ad phthisim vero, si sit calida nitrosa.

¶De raucedine vocis. Cap. III.

Raucedo vocis quandoque est a natura, propter malam complexionem inæqualem epiglottis & cannæ pulmonis humidam opilantē, vel siccam exasperantem, & ista est incurabilis: quandoque est accidentalis: et de cura istius loquitur. Fit autem tribus modis: vno modo a catarrho frigido flegmatico viscoso opilante epiglottim in quo formatur vox, & vocalem arteriam totam. Et signa & curatio eius habentur complete ex capitulo de catarrho. & capite de tussi de causa frigida. Adhuc præter illic dicta conferunt Iohoch factum ex diaprassij parte vna, & diacalamenti vel diayris partibus duabus, addendo succi liquiritiæ, & mellis despumati, quod sufficit. ex quo lambatur mane & sero paulatine inglutiendo. Secundo modo fit a siccitate plurima illarum partium exasperante superficiem ipsarum. propter quod aer inæqualiter percutit ad ipsam: Cū asperi-

tas nihil aliud sit, q̃ inæqualitas secundū durum corpus, vt dicit Gale. in teg. trac. de signis. ca. de signis cannæ pulmonis. Et ista species accidit habitantibus in sole vel vento sicco, vel corporibus siccis per naturā. Et signa & cura habētur plene ca. de phthisi. Præterea cōfert lohoch ex diapraſſij parte 1. diagraganti per 2. & diapenid. addendo succi liquiritiæ & zuccari, quod sufficit. Tertio fit a calididitate accidentali consumente humiditates lubrificas, & corrugāte vias: sicut cōtingit febricitantibus, & proprie febribus chronicis & ethicis. Et signa & cura cap. de tussi habentur. Præterea lohoch ex parte ß. diapenid. & parte 1. diapaueris, & partibus 2. diagraganti, addendo zuccari violæ, quod sufficit, vel succi liquiritiæ.

Emperica. Syrupus bonus ad hoc, & proprie in flegmatica causa. ℞. passulatum pinguium, liquiritię, hysopi, ireos, ficuum pinguium siccarū, capilli veneris, calamēti sicci añ. ℥. 6. dragaganti, masticis añ. ℥. iij. croci. ℥. 1. decoquantur ista in quatuor ~~℥. aloes~~ lib. succi caulium, vel aquę decoctionis eorundē, vsq; ad consumptionem medietatis, & colentur, & fiat syrupus cū melle & zuccaro añ. lib. 1. dentur omni die mane ℥. 2. cum aqua decoctionis ficuum. & vuæ passæ. Item lohoch ad idem. ℞. aquæ decoctionis caulium lib. 3. mellis despumati lib. 1. decoquātur simul lento igne, donec aqua consumatur, & mel remaneat, aut mel solū capiatur, & cum ipso incorporetur ℥. 1. & ß. radicum raphani crudi atq; mūdati perfecte: ex ipso lambatur frequēter in ieiuno. Et sunt aliqui, qui loco raphani, squilla, vel ireos, vel se. vrticæ, vel cepe assum commiscent: potens est & expertum. Item lohoch de squilla sublime dicemus cap. de tussi, cū de empericis loquemur. Item electuariū ad idem. ℞. diahysopi, diacalamenti, diayris, diagraganti añ. partem 1. diapapaueris partes 2. diapened. quantum de omnibus: misceantur simul, & lambatur omni sero: repercutit fluxorem, & q̃d fluxum est: digerit & expellit: Item ad idē. ℞. succi liquiritiæ, zuccari albi añ. partem 1, amydi, dragaganti, gummi arabici, olibani añ. par. ß. fiāt pillulæ cū albuminibus ouorum: quorum transglutiantur omni sero quatuor vel quinq;.

Canones. Abstineat a potu vini pontici, & aceti, & omnium rerū asperarum & diligat dulcia: sicut sunt mel, zuccarum, aquæ decoctionis passularum, iuiubarum, sebesten, ficuū siccarum, dactylorum, & similium, nisi intendat ad incisionem rheumatis: tunc conferunt acuta: sicut est hysopus & sinapis condita cum melle.

¶TRACTATVS SEcundus secundæ sectionis.



PECTORIS & pulmonis passiones sunt septē. Prima tussis: Secunda asma et dispnia, et orthomnia siue ortemia: Tertia pleuresis: Quarta peripneumonia: Quinta empima: Sexta phthisis: Septima sputū sanguinis. Cum aūt dico pectus & pulmonē, comprehēdo costas, pleuram, thoracē, pulmonē, mediastinum pectoris & diafragma. Et hæc sunt omnia mēbra spiritualia, præter cor & eius capsulam, de quibus dicetur proximo tractatu. Est autem ipsorū compago talis in anatomia: quoniā sub parte concaua costarum trāsit pannicu lus circūquaq;, qui pleura dicitur, vt pulmonem defendat & cor ab eorum duritie & asperitate. Est namq; cor cum suo ministro proprio pulmone locatum inter ossa circunquaq; per orbem: quēadmodū dominus & rex inter simios mu

ros: ita vt pulmo totum locum occupet ex omni parte, præter quod cor & eius camera (q̃ capsula dicitur) parti sinistræ pulmonis resident alligata. Verum quoniã principẽ decet esse tutũ: diuisit natura pulmonem p medium secundũ longum panniculo subtili, qui mediastinũ pectoris appellatur: ne forte sanies vel catarrhus partem dextram occupãs inficeret & sinistram. Quapropter accidit in empimate & emoptoica passione, vt sanguis & sanies vnius lateris expurgari nõ valeant per lateris alterius aperturam. Ordinauit præterea & alium panniculum, diuidentem corpus per medium (velut tympanum) ortum a finibus costarum mẽdosarum: qui transit super stomachũ, & epar, & splenẽ, & oĩa mẽbra nutritiua: vt cor ab eorꝫ vaporibus, qui surgunt hora digestionis secundæ, præseruaret: & iste panniculus dicitur diafragma. Cui⁹ est & aliud iuuamentũ secundum Gale. 6. de iuuamentis: vt. s. suo motu sursum & deorsum anhelitum perficeret, & pulmonem adiuuaret: velut accidit in follibus fabrorum.

¶ De tussi. Cap. .I.

TVssis est motus fortis pectoris & pulmonis cõpositus ex naturali et voluntario, ad expellendum rem, q̃ infert nocumentũ in anhelitu vel organis ipsius. Fit aũt propter malam cõplexiõem diuersam sine materia vel cũ materia. Et si sine materia, illud est dupliciter: quia vel ista cõplexio est a causa intrinseca, vel extrinseca. Si intrinseca, sic est a caliditate, vel siccitate pulmonis. Si extrinseca, sic est a frigiditate ipsius ratione aeris cõtinentis. Si vero fit cũ materia: hoc iterum dupliciter, vel cũ apostemate vel sine. Si cum apostemate, sic est a pleuresi, vel peripneumonia. Si sine apostemate: hoc iterum dupliciter, vel illa materia causat tussim cum sola quantitate, vel quantitate & qualitate simul. Si quantitate sola, vel est humor, & sic est propter catarrhũ: vel est sanies & sanguis, & sic est propter empima. Si quantitate & qualitate simul, sic est ratione phthisis, in phthisi nanqꝫ est sanies vlcerans pulmonẽ sua acuitate, opilans sua quantitate: & sic patet, ꝙ in genere sunt octo causæ tussis. Prima est caliditas: secunda siccitas: tertia frigiditas: quarta pleureſ: quita peripneumonia: sexta catarrhus: septima empima: octaua phthisis. Signa igitur tussis, quæ fit a caliditate pulmonis, sunt vehemẽtia sitis, quã nõ extinguit aqua frigida, sed magis aer frigidus: & magnitudo anhelit⁹ & pulsus atqꝫ rubedo faciei. Signa eius, q̃ fit a siccitate pulmonis sunt: quia tussis fit absqꝫ sputo, & alleuiatur post sorbitionem penidiarũ, a myli, & post somnum, cibũ, & balneum aquæ tepidæ: sed fortificatur post sitim, famẽ, vigilias: & est cũ strictione anhelitus, & corporis extenuatione, & pulsu paruo spisso, & quãdoqꝫ cũ fe. acuta. Signa ei⁹ quæ fit a frigiditate aeris, sunt nota ex relatione infirmi. Signa eius, quæ fit a pleuresi, sunt dolor lateris pungitiuus, fe. continua acuta, & omnia signa pleuresis. Signa eius, quæ fit a peripneumonia, sunt signa peripneumoniæ. scilicet fe. acuta, dolor pectoris grauatiuus, pulsus mollis vndosus. Signa eius, quæ fit propter catarrhum sunt: quia si catarrhus sit de materia frigida flegmatica grossa, apparet exitus flegmatis grossi viscosi, & fortificatur post somnum & quietem. Si vero catarrhus sit de materia calida acuta, vel de flegmate salso subtili: sentitur ardor circa labia, & sitis, q̃ tollit aqua frigida & aer frigidus simul: neque fortificatur post somnum: & antecessio ciborum acutorum: & caput sentitur calidum: & est eius sputum modicum subtile salsum, & quandoque ce-

dit ictui aeris feruentis. Signum aūt commune ad omnem catarrhum, quod non fallit: est cum infirmus senserit quiddā stillare continue vel paulatim ad os, & partes gutturis deorsum. Signa eius quæ fit propter empima, sunt āte cessio catarrhi, vel pleuresis vel peripneumoniç, post quæ remanet tussis cum sputo saniei & sanguinis, & dolore pectoris grauatiuo, & anhelitu stricto. Signa eius, quæ fit propter phthisim, sunt sputū saniei vel sanguinis cum fe. continua lenta pulsu paruo spisso, collo longo: & quia corpus continue exiccat de die in diem: & certissimum signum est, si cortices similes pellicibus subtilibus albis egrediantur cū sputo, vel pelliculç rubeæ & rotundæ.

Methodus. Cura eius, quæ fit a caliditate, est vt sumat omni die de syrupo ros. si venter sit bene obediens, vel de syrupo viol. si sit stypticus, cum aqua calida, vel in aqua decoctionis lactucæ, portulacæ vel prunorum: teneat in ore candi, & muscillaginem psillij, vel semē citoniorum, fiat lohoch. ℞ diadraganti partes duas, pēid. partem vnam. i. syrup. violarum, quod sufficit ad dissoluendum: habitet æger in aere frigido, regatur vt febriens: vngatur pectus & spina tota cum populeon dissoluto cum oleo viol & modico dialteæ. Cura eius, quæ fit a siccitate, est vt impinguetur, & humectetur corpus pro posse: sicut dicetur in secundo libro de fe. hectica. Quod si cum hac tussi feb. putrida cōplicetur: bibat in mane lib. ß. aquç ordei & post tres horas cum cibus iste sit digestus, intret balneum tepidum aquæ decoctionis viol. maluarum, bismaluarum, & foliorum populi, in quo parum moretur neq; sudet, neq; corpus reddatur vaporabile. Et post illud cibetur succo ordei vel farris, & carnibus pullorum, hœdorum alteratis cum portulaca, endiuia & lactuca. Bibat vinum dulce lymphatum cum aqua decoctionis liquiritiæ iuiubarum hora somni. Bibat iūlep cum aquā cucurbitæ vel psil ij. Teneat sub lingua pillulas bikikias, quæ sic fiunt. ℞. succi ligritiæ, zuccari al aā. ʒ. 10 se. cucur. se. citru. se. portulacæ. aā. ʒ. 5. cō ficiantur cum muscillagine psillij, vel albumine oui. Istæ pillulæ sub lingua tētæ, præterquam quòd inglutiantur, humectant caput guttur & linguā, & caliditati feb. resistunt. Item aliæ. ℞ succi liquiritiæ, zuccari al. aā. ʒ. 10. amyli, dragagāti, amigdalarum dulcium excorticatarum. aā. ʒ. 5. fiant pillulæ cum muscillagine psillij vel seminis citoniorum: & istæ pillulæ multum conferunt in causa calida. Si vero patiens sit sine fe. putrida: tunc loco ptisanæ sumat panem cū lacte dulci recente, capræ vel asinæ pascentis ordeum & herbas humidas: quòd si timor fuerit de coagulatione lactis in stomacho, addatur aliquid zuccari vel mellis: vt dicit Gale. 7. de ingenio sanitatis. vel comedat carnes prædictas alteratas cum herbis prædictis: vtatur in cibo speciebus aromaticis dulcibus, quæ sic fiunt. ℞. cinamomi electi. ʒ. ß. cardomomi, croci aā ʒ. 1. fiat puluis cribellatus, vngatur pectus vel nucha cum oleo ros vel viol. mixto cum muscillagine psillij vel camphoræ. Cura eius, quç fit a frigiditate aeris, est cauere ab ipso omnino, & fomentare pectus cum pannis calidis: Cibetur præterea brodijs calidis carnium bonarum conditis cum cinamomo, cardamomo, & croco, Bibat hydromel vel vinum calidum lymphatū secundum medietatem: vtatur diagallanga vel diazinzi. sero cum vadit dormitum: post illud bibat aliquid aquæ calidæ, vel vini calidi lymphati. Post declinationem morbi balneetur in aqua decoctionis camomillæ, hysopi, meliloti. Si autem per ista non curetur: sequitur quòd materia est fluxa: quare purgetur

cum pillulis cochijs, vel medicina de turbith. & fiat præterea per ordinem localia prædicta. Cura eius, quæ fit propter pleuresim vel peripneumoniam, est cura ipsarum. Cura eius, quæ fit propter catarrhum, est quod si catarrhus sit de materia frigida: velut accidit senibus et flegmaticis non patientibus dormire nocte propter impedimentum tussis. Sumat omni mane. ʒ.2. syrupi de hysopo cum aqua decoctionis vrticarum, quæ sic fit. ℞. hysopi, se. vrticarum, capill. veneris, se. vel rad. raphani. an̄. ficuum numero. 10. decoquantur in aqua cum dactyllis totidem, & fit syrupus bene coctus cum zuccaro in æstate & in iuuenibus, vel cum melle in hyeme & in senibus. purgetur postea cum pillulis cochijs & hierapicra. Si autem flegma sit grossum viscosum, oportet vt post purgationē omni sero cū vadit dormitū, sumat ʒ.1. vel 2. cum aqua calida pulueris, quæ sic fit. ℞. ireos, hysopi, liquiritiæ, croci. an̄. ʒ.2. terantur, & cribellentur: vngatur gula & nucha & caput abrasis capillis, & pectus totum mane & sero cū vnguentis calidis marciaton vel arrogon: & super locū vnctum ponatr calidus pānus ad ignem calefactus. Et si per hoc non restringatur catarrhus: fiant emplastra rubificatiua super caput, dicta cap. de catarrho. Vltimo vero fiat cauteriū in vertice capitis. Si nihil horum contulerit: nutriatur bonis carnibus: Bibat vinum lymphatum vltra mediū. Sumat etiam quandoq;, quando itur dormitū post purgationem proprie. ʒ. ß. zz. condi ti vel diagallangæ, vel diacardamomi: & post bibat aliquid vini vel aquæ calidæ. Si autem per ista non curatur: sumat de confectione, quæ sic fit. Recipe succi liquiritię dragmas decem. hysopi, capil. veneris, ireos, carui, croci, piperis, aristologæ rotundæ, amigdalarum amararum, nasturtij. an̄. ʒ. ß. fiat electuarium cum melle vel zuccaro: detur ex eo ad modum nucis. Hoc enim educit flegma grossum, et saniē ex pectore, pulmone, stomacho, & gutture. Teneat in ore pillulas bikikias, quæ sic fiunt. ℞. piperis myrrhæ, carui, amigdalarum amararum. an̄. ʒ. 2. assæfœtidę. ʒ. 1. conficiantur cum vino: quia incidunt materias grossas: vel transglutiat quatuor vel quinq; de ijs pillulis sero, cum vadit dormitum. ℞. myrrhæ, storacis liquidę thuris, opij an̄. ʒ. 2. quia remouent tussim impedientem somnum, & dormire faciunt ratione opij, licet mundificent pect• & pulmonem ex materia frigida, ratione myrrhæ storacis & thuris. Et conferunt etiam contra aerem pestilentialē, si transglutiantur ex eis omni mane duę vel tres in ieiunio Si autem patiens non possit eis vti propter amaritudinem, addatur zuccari, succi liquiritiæ, an̄. ʒ. 2. vel plus. Si autem catarrhus sit de materia calida acuta. s. cholera vel flegmate salso: tūc cura ei⁹ est, vt bibat omni mane. ʒ. 1. syrupi de papauere, vel ros. & gargariset de eo cum aqua decoctionis ros. balaustiæ, iuiubarum, sebesten, granorum pini mundatorum, vel de oxyzaccaro, vel diamoron & aqua calida. Teneat sub lingua in ieiunio & ante cœnam continue pillulas, quæ sic fiant. ℞. amyli, dragaganti. amigdalarum dulcium, fabarum excortica arum, vel lentium excorticatorum, papaueris. gummi arab. boli. arme. an̄. ʒ. 2. conficiantur cū muscillagine psillij, vel se. citonior: q a oīa ista inspissando materiā acutā digerunt, & habilē faciūt ad screāoū Nutriatr succo ordei, vel farris, vel risi aut frumēti, vel carnibus assis pullor: aut castrator. Poteī vino dulci lymphato cū aq̄ frigida. Et mod⁹ cura iōis habet etiā locū in tussi, q̄ ē cū fe. & et ā cū apo

flemate calido. Si autem per ista non cu retur propter acuitatem materiæ & mul titudinem fluxus, sumat ℈.2. vel 3. de pil lulis, quæ sic fiant, sero cum vadit dormi tum. ℞. thuris, myrrhæ, opij, croci añ. ℈. ß. liquiritiæ ℈.1. fiant pillulæ, cum rob vi ni, vel vino debili. Abradatur caput post ista, & lauetur ex sinapi confecta cum decoctione ficuum, donec rubificet: vngatur caput totum cum oleo ro. & oleo camomillæ mixtis. Et forte necesse est purgare totum corpus cũ pillulis de reubarb. positis ca. de catarrho: quæ si omĩa non proficiant: fiat vltimo cauterium in anteriori parte capitis, vbi est cõmissura, & dimittatur apertum longo tempore. Scias præterea, ꝙ cauterium multum valet in omni tussi ex catarrho. Similiter & in catarrho descendẽte ad stomachũ oculos vel pectus. Scias etiã, ꝙ ista tussis vt plurimum ducit hominẽ ad phthisim: & ideo solicitandum est in eius cura. Item post purgationes & localia prædicta sumat omĩ die & sero cum vadit dormitum, vnã rad. zinz. & post ipsam comedat ʒ.1. zuccari ros. veteris: & post illud bibat aliquid aquæ calidæ: quia digestionem cõfortat ratione zinz. & materiam acutã stypticãt, & fluxum prohibet ratione zuccari ro. vel aquæ calidæ. Curam eius, quæ fit propter empima & collectionem saniei vel sanguinis in pectore: similiter & curam eius, quæ fit a phthisi, dicemus: cũ de illis passionibus scribemus.

Emperica. Puluis expertus, qui datur contra tussim humidã, siue sit cum feb. siue sine fe. sic fit. ℞. capill. veneris, se. vrticæ, ireos, hysopi añ. ℈.1. liquiritiæ ℈.2. cardamomi ʒ.ß. cinamomi electi. ʒ.2. cassiæ ligneæ, zinz. folij, nucis musca. añ. ʒ.ß. macis, croci añ. ℈.ß. piperis longi ℈.2. terãtur & cribellentur: detur in aurora ℈.1. vel 2. cum vino dulci, vel aqua decoctionis hysopi, vel liquiritiæ, vel succo facto ex farina ordei, vel speltæ, vel frumẽti, vel mixtis simul: & condiatur succus cum lacte amigdalarum. Hic nanq; puluis materiam humidam digerit, et resoluit, et ipsam leuiter expuere facit. Item cõmune remediũ ad omnẽ tussim ex materia frigida & vẽtositate est, vt patiens vtatur mane & sero hac confectione. ℞. pul. cimini ʒ.ß. diatrion pipereon confecti cum melle ʒ.ß. misceatur, & facta purgatiõe vna vel duabus, videbis mirabile. Item communiter operantes in tussi ex catarrho siue calido siue frigido, faciunt cauterium dictum in methodo: vel loco eius causticãt collum & spatulas cum cantharidibus incorporatis cum fermento positis firmiter super collum, donec vesicetur, & materia diuertatur, & euacuetur. Item rubificant caput abrasis capillis cũ emplastro ex sinapi, melle, fimo colũbino, ficubus siccis, raphano, succo opij, anethi, ireos, & similibus. Item lauet caput cum lixiuio facto de cinere quercus vel vitis, in quo decocta sint folia lauri, sticados, hysopus, maiorana, flores camomillæ, meliloti & similia. Item saccellet caput cũ milio, sale, furfure, torrefactis in sacculo. Item præcipiunt diætã siccã, & proprie apud cœnam, & exercitẽtur in ieiuno, sudent, & sicce balneentur, sed post cibum quiescãt ab his, neq; vociferẽt, neq; somnum super cibum ilico accipiant, neq; resupinationem frequentent. Pillulæ præterea sublimes ad omnem catarrhum restringendum, similiter & tussim ex catarrho, quæ infestat de nocte, nec est in hoc eis par. ℞. opij, amili, gũmi arabici succi liquiritiæ añ. ℈.1. dragagãti, se. papaueris añ. ℈.2. fiãt pillulæ, sicut cicera: dentur ex eis 3. vel 4. sero. Cõ ueniunt etiam pueris, qui nõ possunt dormire propter tussim: veruntamen communiter operantes vtuntur pro electuarijs screatiuis, diapenid. in causa sicca,

diadragaganto in causa calida, diacalamento in causa humida, diaprassia in causa frigida: mixtis vero ex eis in causa mixta. Item confectio syrupi de liquiritia est secundum hebemes. ℞. liquir. mund. ℥. 2. capil. veneris. ℥. 2. hysopi ℥. 5. ponantur in 4. lib. aquæ & dimittātur per noctem & diem: deinde coquantur, postea colentur, & addantur mellis, zuccari, penid. añ. ℥. 8. aquæ ros. ℥. 6. fiat syrupus bene coctus, & clarificatus, cōfert catarrhicis, pleureticis, phthisicis, atque omni ægritudini pectorali cum materia: & proprie in causa calida. Item cōfectio syrupi de hysopo est secundum eundem ℞. hysopi, rad. apij, feniculi, liquir. añ. ℥. 10. ordei mund. ℥. ß. se. maluæ, se. citoniorum, dragaganti añ. ℥. iij. capilli veneris ℥. 6. iuiube, sebesten añ. numero 30. passularum enucleatarum ℥. 12. ficuum pinguium siccatum, dactil. añ. numero. 10. penid. al. lib. 2. fiat syrupus. Ipse enim ex nobilitate suæ compositionis omnē materiam pectoralem digerit, & screatum procurat, & membra nobilia scilicet spiritualia confortat a proprietate, & proprie materiam frigidam grossam digerit. Item cōfectio syrupi de prassio secundum eundem, est hæc & in eisdem passionibus, et proprie in causa frigida viscosa mundificans pectus & pulmonem a sanie: quare confert phthisicis, empicis, asmaticis, catarrhosis virtute potenti. Moderetur tamen vsus eius, ne aperiat ora venarum, & sanguinē screare faciat propter suam acuitatem. ℞. prassij ℥. 2. hysopi, capill. veneris añ. ℥. 6. liquiritiæ, calamenti añ. ℥. 1. rad. apij, feniculi añ. ℥. 5. se. maluæ, fenigræci, ireos añ. ℥. iij. se. lini, se. citoniorum añ. ℥. 2. passularū enucleatarū ℥. 5. ficuum siccarum pinguiū 15. numero penid. lib. 2. mellis despumati lib. 2. fiat syrupus bene coctus & clarificatus. Et si timueris per seipsum administrare: misce cum aliquo de syrupis prædictis: Est enim vltimi iuuamenti in fortitudine. Item lohoch de squilla extremæ fortitudinis in screando: quare confert asmati præfocanti, sic fit secundum hebem. cap. de asmate. autoritate Serap. ℞. squillæ, assæ, vel cepæ acutæ assatæ ℥. 4. rad. lilij cœlestis ℥. 2. hysopi, prassij añ. ℥. 1. myrrhæ, croci añ. ℥. ß. terantur, & conficiantur cum melle cocto despumato, donec fiat sicut pasta mollis: ex quo lābatur hora post horam aliquid cū vino claro: quoniam educit materias grossas viscosas ex pectore & pulmone.

Canones. Tussis fit frequentius ex catarrho, q̄ a mala cōplexione sine materia: quapropter dicta i p̄senti cap. et dicta in cap. catarrho et dicēda ca. de asmate multū sibijnuicē suffragātur. Item quādo das pillulas bikikias, vt teneantur sub lingua: non dabis ilico super cibum: ne forte faciāt sua humectatione cibum saliuatim vaporare ad radicem linguæ, & sic non purgarent sputum. In omni passione pectorali seruandum est, vt a cibis & medicinis frigidis actu vel virtute caueatur proposse, & proprie ab aëre inspirato: & si frigidis quandoq; vti necesse fuerit, non nisi calidis leuibus restringantur: verbi gratia, in tussi propter catarrhum calidum, & sputo sanguinis, atq; phthisi. Vnde Hippo. 5. parti. apho. Frigida velut nix, aut cryst allus sunt pectori inimica, tusses cōmouentia: sanguinem fluere facientia et catarrhos &c.

Prognosticatio. Cauendum est plurimum a tussi propter catarrhum acutum, vt de cholera, & flegmate salso: & solicitandum in eius cura: quoniā vlcerabit pulmonem, & panniculos eius inuoluentes & distinguētes: & facit phthisim, & finaliter mortem. Itē solicitādū in tussis cura ex causa frigida: ne forte rapiatur ad stomachū, & inducat indigestionem, & demum lien-

teriã. Itẽ prognosticatio in tussi causata a pleuresi, peripneumonia, empimate, vel phthisi est prognosticatio illarũ passionum: vt dicetur suis capitulis.

De asmate, disn'a, oregmone, & orthomia. Cap. II.

Ista quatuor conueniunt in hoc, quod significãt malitiam anhelitus propter defectũ contingentẽ ex membris spiritualibus principaliter, vel propter cõpassionem ad cerebrum vel stomachũ. Sed differunt: quia dicitur asma, quãdo cadit peccatum in expiratione, & est ibi sonus aliquis raucus & tussis. Disnia vero dicitur: quando peccatum cadit in inspiratione, & est sine sono et cũ tussi parua. Oregmon vero dicitur: quãdo sonus est plurimus in anhelando. Orthomia dicitur, quando est peccatum in inspiratione, expiratione, & sonitu. Scias tamen, quod medicus non curat istam differẽtiam nominalem: cum res modicum differãt: vt dicitur 4. de accidenti. Fiunt omnes istæ passiones vel ex passione membrorum spiritualium, vel ex eorum compassione. Si autẽ ex passione principali, hæc est duplex: vel qa ex mala cõplexione, vel ex mala cõpositione. Si ex mala cõplexione, hæc est duplex: vel cum materia: & sic fiũt ab humiditate pulmonis: vel sine materia, & sic fiunt a caliditate pulmonis vel siccitate. Si ex mala compositione, tunc fiũt ab opilatione & obliquatione viarum anhelitus: sicut accidit gibbosis, propter dislocationẽ spondilium & leprosis, propter sclirosim materierum grossarum melancholicarum in pulmone et gutture. Si vero fuerint ex compassione: tunc fiũt ex catarrho descendente a capite ad pulmonem & pectus calido acuto vel flegmatico frigido: sicut dictũ est de tussi, & ca. de catarrho. Signa eorum quæ fiunt a caliditate siccitate vel humiditate pulmonis, sunt signa dicta de tussi a causa calida, humida, vel sicca. Signa vero eorum, quæ fiunt a lepra vel gibbositate, sunt signa aperta. Signa eorũ quæ fiunt a catarrho, sunt signa tussis a catarrho, et distinctiua calidi vel frigidi catarrhi sũt dicta illic.

Methodus. Cura alicuius eorum triũ trahitur a cura ei9, ex quo trahitur signũ: quia signa causa & prognosticatio catarrhi, tussis, & asmatis sunt eadem vndiquaque, præter asma ex gibbositate & lepra: quia illud est incurabile penitus: cum tale asma certificet tales passiones fore confirmatas.

Emperica. In cura asmatis a catarrho siue calido siue frigido, sed in calido magis faciunt quidam excellẽtes flebotomiam cephalicæ: vel si virtus sit debilis, scarificationem in spatulis, quæ licet conferat qualitati, non tamen quantitati: Deinde obseruant corpus laxum omni die cum clystere vel suppositorio, & quandoque cum pillulis cochijs in causa frigida, vel cum pillulis de reubarb. in causa calida. Post euacuationem vero causæ antecedentis maturant coniunctam, atque euacuant per sputum: vt diximus cap. de tussi: & postea dicemus cap. de pleuresi. Deinde confortant pectus & pulmonem dando omni die ʒ. 2. pulmonis vulpis sicci, vel ericij cum aqua mellis: quoniã est mirabile vt di. Hebem. autoritate Ruffi. Vltimo dant rubificatiua & exiccatiua circa caput: sicut sunt vnguẽta, epithymata, emplastra, embrocæ dictæ cap. de tussi & catarrho. In declinatione morbi faciunt suffumigium ex thure masticæ myrrha positis super carbones: quia cerebrum & pulmonem exiccant, & confortant, ne vlteriores generent superfluitates.

Canones. Scias, quod catarrhus fit duob9 modis. Vno modo propter indigestionem stomachi vel epatis: quia nutrimentum indigestum & aquosum,

tendit per venas ad membra. Et quia cerebrum est naturaliter frigidum, non potest rectificare illud: quare cogregat multas superfluitates, quæ colliquatę fluunt deorsum. Secundo modo propter vapores ascēdentes a cibo ad caput hora primæ digestiōis: & hoc fit vel vitio stomachi frigidi mandantis, vel cerebri calidi attrahentis, vel vtroq; modo.

Prognosticatio. Asma similiter & oregmon in fe. continua, & proprie de flegmate cum aliis signis malis mortē & suffocatioēm significāt: qm̄ est necessitas euentationis adaucta, sed euentatio diminuta. Item asma vehemens in pleuresi, peripneumonia et catarrho, & proprie in senibus mortale: qa defectū excreationis portendit. Item prognosticatio catarrhi seruit huic cap.

❡De pleuresi. Cap. III.

PLeuresis est apostema cadēs in pellicula tegente costas versus concauum pectoris, quæ pleura dicit̄. Et est qñq; apostema diafragmatis: & tunc est periculosius, propter maximū impedimentū anhelitus. Fit aūt ex omni gñe humorꝝ penetrantiū p venas capillares & arterias terminatas ad pleurā: sicut & aliud oīe apostema, sed maxime fit ex cholera, vel sanguine cholerico, & flegmate subtili salso: qa nō videt̄ ꝙ aliq̄ materia possit substantiā mēbri pānicu losi, solidi & densi penetrare: nisi sit calida, acuta, subtilis: vnde Hip. 6. par. aph. Acidū ructuātes nō valde pleuretici fiūt. Neq; dicat aliqs, ꝙ pluresim fieri sit possibile ex catarrho. Quia vt ait Gale. in teg ca. de causis apostematū. Nō est possibile aliq̄d gen9 apostematū euenire, nisi a materia superflua sicca currente per venas & arterias: ex tali tamē catarrho bene pōt fieri empima vel phthisis. Et scias, ꝙ in latere altero vel vtroq; fit dolor ventosus fortis, & qñq; cū fe. propter inflāmationē spirituū: sed differt a pleuresi: qa propria signa pleuresis et inseparabilis, sunt dolor lateris pungitiuus cū tussi, & fe. cōtinua acuta, pulsus serrinus siue diuersus cū duritie arteriæ propter vehementiā doloris & oppressionē virtutis vitalis ab apostemate: q̄ nō sunt cū dolore lateris ventoso. Et est quasi signū infallibile: quia dolor ventosus curatur totaliter per appositionem euaporatorij siue calefactorij super latus: sed pleurisis p hoc auget̄: quia fit attractio sine resolutione materiæ: vt di. Hip. 2. de reg. acu. quapropter & Hippo incipit curā pleuresis per calefactoria: qa vel sanāt vel digerunt materiā. Signa pluresis quę fit a sang. sunt cum prædictis rubedo faciei et totius corporis, repletio venarum, & pulsus magnus, vrina ru. vel grossa, & antecessio ciborum generantiū sang. Et signa magis propria sunt: quia sputū cū cœpit primo apparere: erit valde rubeū, & dolor, cum punctura non valde multa, sed cum grauitate plurima. Si autem sit pleuresis a sang. adusto, apparebit cū oībus prædictis vel plurib9, nigredo linguæ, & vrina magis clara siue ru. obscura, & tussis sicca, & sitis intensa, & retentio sputi, & asperitas linguæ & gutturis, & nigredo totius corporis, fortitudo fe. maior, q̄ si sit a sang. nō adusto, cū stypticitate vētris. Signa eius, quæ a cho. sunt cū signis cōmunibus prædictis. vrina ru. clara subtilis, vel citrina intensa, & punctura lateris in modū acus cū dolore plurimo. & pulsus durior & minor & spissior & acutior, q̄ in ea q̄ de san. Signa ei9, q̄ de flāte subtili siue san. viscoso vel aquoso. (Nā ex puro flate, vel ex pura melācholia non videt̄ posse gñari) sūt cū signis cōib9 fe. gera magis, et dolor grauatiu9 in latere sine plurima punctura, & sputum eius tendit ad albedinem, vrina pallida vel subcitrina, vel citrina cū spissitudine, & pulsus paruus,

quodammodo mollis. Sciendum praeterea, quod pleuref. & peripneumonia quandoque fit in altero latere tantum: quandoque fit in vtroque. Et signa eius, si sit in altero latere, vtpote dextro sunt: vt dicit Hip. 2. progno. quia in eodẽ latere erit maior calor: quapropter si filum humidum ducatur circa corpus, citius exiccabitur in illa parte, quam alibi. Similiter & oleum & vnguentum illic linitum. Quòd si aegrũ super opposito latere scilicet sinistro iacere praecipias: sentiet grauitatem & tensionem in latere dextro: propter suspensionem materiae in panniculis lateris eius. Et eodem modo dico de latere sinistro. Si vero pleuresis sit in vtroque latere, erit dolor, calor & tensio aequalis, quocunque latere decubuerit. ¶ Sciẽdum quod pleuresis, & omne apostema salubre, imo vniuersaliter omis morbus salubris (vt dicitur primo de crisi) habet quatuor tempora principium, augmentum, statum, & declinationem. Distinguuntur autẽ ista tẽpora quatuor, modis duobus. Vno modo penes digestionem materiae: & quando nondum apparent signa digestionis saltem digestionis manifestae, tũc dicitur principium vere: licet quandoque principium vocetur spacium dierum trium vel quatuor a principio primo punctuali, in quo primo aeger senserit aegritudinem siue laesionem sensibilem in operationibus naturae: quando vero apparent signa digestionis manifestae: tunc est augmentum: quando apparent signa digestionis perfectae manifestae & completae, tunc est status: quando apparent signa bonae & laudabilis euacuationis, tunc est declinatio. Cum autem dico signa digestionis, intelligo signa vrinae sputi & egestionis, secundum quod magis approprianẽ vni aegritudini quam alteri: verbi gratia, sputum certius signat super morbos membrorum animalium & spiritualium: vrina magis super morbos membrorum naturalium deseruientium secundae digestioni: vt sunt epar, splen, venae, renes, & vesica: Egestio magis super morbos membrorum naturalium deseruiẽtium primae digestioni: vt sunt stomachus & intestina. Secundo modo distinguuntur penes difficultatem accidẽtium conueniẽtium morbis: quia dum primo apparent accidentia, est principiũ: quando augmentantur, est augmẽtum: quando sunt i vltimo malitiae, est status: quando incipiunt deficere praemissa euacuatione sensibili & sufficienti per sudorem, vomitum, egestionem, vrinam vel apostema creticum, est vera declinatio. Haec autem dicimus in cap. praesenti: licet sint communia omni morbo: vt per hanc distinctionem quatuor horarum vniuersalium in cognitionem pleuresis deueniamus. Vbi sciendum quod praedicti duo modi distinctionis quatuor temporum vniuersaliũ quandoque simul coincidunt: ita vt quãdo est principium digestionis, est principium accidẽtium: & sic de augmẽto, statu &c. Quandoque vero non coincidunt, imo omnes horae accidentium praecesserunt, antequam compleatur principium digestionis: verbi gratia. In omni aegritudine, quae est sine apostemate omnino, cũ est principium penes digestionẽ: tunc etiã est principiũ penes difficultatẽ accidẽtium: & ideo in istis febribus danda est grossa diaeta in principio, & subtilior in augmento, subtilissima in statu, & resumptiua in declinatione. Iuxta illud Hippo. 1. par. aph. Quãdo aegritudo est in statu, tũc tenuissima diaeta vtendũ est. In fe. aũt acuta, quae est cum apostemate pectoris vel pulmonis: vt in pleuresi & peripneumonia, ista tẽpora non coincidunt omnino. Nam in eis primo fiunt quatuor horarum accidentia, anteque compleatur principium penes digestionem tam in principio, quam in augmento vel statu, & est hoc propter periculũ

suffocationis: quare in pleuresi & peripneumonia est dāda diæta omino econuerso prioribus. Nam in principio digestionis debet dari diæta subtilissima: cum tunc sit maxima difficultas accidentium, & modicissimum sputum & indigestum. Et ideo tunc non datur, nisi potus & hydromel: & quandoq; ius pullorum, vsq; ad statum accidentium. Et cum incipit augmentum penes digestionem, decet grossius diætari, & in statu digestionis adhuc grossius, vsquequo fiat hora crisis, quæ est finis talis status, iuxta illud Hippo. 1. regi. acuto. Et quāto plus fuerit sputi, est vberius reficiendum. In hora vero crisis, & in duob⁹ diebus proximis post crisim debet diætari subtilissime, sicut in principio sumpto penes accidentia: ne forte natura occupata per cibum distrahatur a crisi. Iuxta illud Hip. 1. apho. Ea, quorum crisis fit, vel quorum facta est, æqualiter & perfecte nihil apponere, &c. Causa aūt omnium dictorum est: quia in pleuresi & peripneumonia, quando materia apostomosa primo fluit ad particulam, vel vel fluxit nup, neq; est digesta: tūc multum opilat vias anhelitus. & ramos cannæ sparsos per pulmonem: quare timet de suffocatione. Verum cum incipit digeri, tunc incipit egredi per sputū: quare tunc materia non reseruetur ad vnicam expulsionem creticam, sicut in feb. acutis sine apostemate, sed de die in diē aliquid eius euacuatur: & hoc maxime si pleuresis vel peripneumonia terminetur per resolutionem & non per saniationem: vt iam dicetur. & quia tūc de die in diem minoratur & cessat opilatio, & malitia anhelitus, & alia accidentia alleuiantur, vsq; ad horam crisis: si tamen crisis est futura post resolutionem & sputum. Illud manq; non semper accidit, & proprie cum in pleuresi non sit tanta resolutio per sputum, vt materia totaliter euacuetur, nec aliquid reseruetē ei⁹ ad horam crisis: sicut fit in pleuresi et peripneumonia valde salubri. Sciendū pterea, q pleuresis. & pipneumonia & vniuersaliter om̄e apostema in mēbro corporis q̊cumq;, terminaē altero duorꝝ modorꝝ: qa vel ad salutē, vel ad mēbri mortificationē: & cū aufert opationes illi⁹ mēbri, q̄ fuerāt necessariæ ad indiuidui salutē: tunc sequitur mors: vt patet in pulmōe, stomacho & c. Sin aūt, potest remanere vita hoīs: vt patet in manu, vel in pede. Si vero terminet ad salutē, hoc est altero duorꝝ modorꝝ: qa vel stat in suo mēbro, vel pmutatur ad aliū locū: & hoc est, cū illud fit ad bonū verbi gr̄a. Si pleuresis pmutatur post aures & sub ascellis: ~~& est~~, cū illud sit ad malū & pniciē: ~~vt si~~ pleuresis pmutetē ad pipneumoniā, vel frenesim, vel lethargiā. Cū vero steterit apostema, terminaē aliq̄ triū modorꝝ: scilicet p sciro tisationē, vel p resolutionē, vel p saniationē. Si p resolutionē, hoc dupl̄r, vel insensibilē: vt quādo materia apostematis euaporat ex toto p se vel beneficio medicinæ, vel p sensibilē: vt quādo materia pleures & pipneumoniæ subtiliaē a calore naturali: & cū sputo de die in diem expurgaē, vel supuenerit flux⁹ sanguinis nariū, vel sudor plurim⁹ ad pect⁹ & tēpus istius terminatiōis in pleuresi et pipneumonia, ē a die ægritudinis vsq; ad diē. 14. Si em̄ p illud tēpus nihil istorꝝ acciderit, & tussis remaneat sicca cū fe. acuta, & dolore lateris: significatur, q apostema nō potest terminari p resolutionē. Iuxta illud Hip. 5. par. apho. Quicūq; pleuretici facti nō purgātur in 14. diebus, hi in empima trāseunt: quod quidem verꝝ est vt in pluribꝰ: qa posset adhuc quādoq;, licet raro post 17. diē terminari per aliquam resolutionum prædictarum: vt patet in commento illius aphoris. Paroxysmos & consistentiā.

Secundo modo teriatur apostema per sa niationem siue collectionem: vt quãdo materia est grossa, viscosa, frigida, flegmatica: quapropter fit calori naturali inobediens, & ab ipso digeri & maturari subito non potest, sicut prima: sed indiget tempore multo: quare colligitur in membro & conuertitur in saniem laudabilem, si natura vincit & reseruatur ad vnicam expulsionem, scilicet eruptionem creticam apostematis: quæ quidem dicitur cõmuni nomine a medicis ruptura. Quod si sit in membris spiritualibus, dicitur empima: sed si sit in concauitate pectoris, dicit̃ emoptoica passio. Si vero sit apostema creticum, vt puta post aures, vel in inguinibus, vel sub ascella, vel in alio loco corporis, dicitur exitura. Et iste secundus modus est periculosus valde propter tria. Primo, quia est magis chronicus: & ideo timor est, ne virtus in via deficiat. Secũdo, quia materia reseruatur ad vnicam expulsionẽ: quare timor est de suffocatione. Tertio: quia fe. fit intẽsior, & dolor acutior: q̃re timor est, ne virtus prosternatur. Tempus aũt illius terminationis in pleuresi vel peripneumonia, est a. 14. die ęgritudinis vsq; ad 40. diem vel circa. Iuxta illud Hippo. 5. parti. apho. Quicumq; ex pleureticis empici fiũt, si purgent̃ in. 40. diebus a die qua ruptura fit: soluũtur: Si vero non: in phthisim transeunt. Tertio modo teriatur per sclirotisationem .s. quãdo materia est frigida, grossa valde, vt melãcholica, vel de flegmate gipseo: propter q̃d natura nõ potest ipsam resoluere subito, neq; simul in saniem conuertere, sed subtiliat parum post parum: & sic tandem resoluitur subtile, & remanet quod grossum est: & tunc illud apostema dicitur duries vel sclirosis: nisi medicus semper resistat administrãdo vicissim mollificatiua & resolutiua hoc modo ne quidquam materiæ lapidifice tur, sed totum resoluatur. Et iste tertius modus est omnium periculosissimus: vt dicit Hippo. 1. progno. ca. de apostematibus duris. quia iste modus est maxime chronicus: & etiam impossibilis resolutionis postq̃ cõfirmatur: vt dicit Auicẽ. 3. cañ. fẽ. 14. ca. de apostemate duro epatis. Tempus aũt istius terminationis in peripneumonia & pleuresi est incertum. Quando enim videmus post. 40. dies a primo pricipio ægritudinis fe. diminui, & dolorem mitigari: neq; pręcessit aliqua euacuatio sensibilis per sudorẽ, sputum, saniem, apostema creticum, vrinã egestionem, & virtus debilitatur continue, & anhelitus fit difficilior de die in diem: significatur, q apostema sclirotisatur. Nam si materia foret resoluta insensibiliter, non remanerent ista accidentia, neq; remaneret aliquid de fe. vel de dolore lateris, vel asmate: cum accidens sequatur morbum, sicut vmbra corp⁹: sicut dicit Gale. in de accidenti. Signa igitur terminationis pleuresis vel peripneumoniæ per resolutionem, siue sputũ sunt: vt dicit Hip. 2. prognosticorum. Si sputum sit velox, & eueniat infra primos dies tres, & faciliter egrediatur, & sine labore & tussi plurima, & proprie si sit subrub. ex sang. s. sputo æquali, digesto, albo permixtũ, & vniuersaliter oĩa signa salutis. Signa vero terminationis eorum per saniationem sunt, vt dicitur ibidem: quia dum incipit calor fe. incendi, & rigor quandoq; aduenire, & pũctura lateris fortificari: tunc ab illa hora scias saniem generari: & proprie si fe. continua sit in die modica, & in nocte multa, & sudor multus, & tussis sicca ĩfestãs ægrum, & concauatio oculorum, & rubor in angulis oculorum, & vnguium corrugatio, & digitorum calefactio, & pustulæ in pedibus quandoq; apparentes, quandoq; disparentes, & prostratio appetitus, & pustulæ paruæ in toto cor-

pore, quæ non minorantur: omnia ista significãt empicum. Iuxta illud Hip. 2. par. apho. Circa generationem saniei dolores & fe. magis accidunt, q̃ facta sanie. Item in peripneumonia & pleuresi si superueniente sputo, vel solutione ventris, vel fluxu san. nariũ, vl' farmaco adhibito vel quomodolibet cõpetenti medicamine, scilicet calefactorio vnguento, electuario screatiuo, vel similib9: dolor in aliquo non cœperit diminui: significat, q̃ apostema terminabitur per saniationem: vt dicit Hip. 6. parti. apho. ca. de sputo Signa vero eorum per schirotisationem, sunt delitescentia fe. falsa, & doloris mitigatio post 40. vel 60. dies a principio apostematis, non præcedente euacuatione sensibili, vel modica existente, si fuerat & remanente tussi sicca, & difficultate anhelitus cum timore suffocationis & similibus. Cum aũt distinguo p̃dictos modos terminationis apostematum contra terminationẽ, quæ est ad mẽbri mortificationẽ, nolo intelligere ipsas esse salubres ex tota sua specie: qm̃ terminatio p saniatiõem est raro salubris, & terminatio per schirotisationẽ (si confirmetur) est omnino mortalis: sed quia non sunt ex toto genere mortales, anteq̃ cõfirmentur, & proprie si virtus sit constans, & medicus recte processerit in cura. Ex dictis aũt colligi potest quoddam notandum in cura pleures. & peripneumoniæ, vel vniuersaliter in cura cuiuscunq; apostematis: qa primo debet intendere medicus ad introductionẽ primi modi, s. per resolutionẽ, approximando medicinas resolutiuas & excreatiuas per interius & exterius p̃missa euacuatione vel cum flebotomia, vel farmacia: vt in methodo dicetur. Et si hæc proficiant, & sputum augmẽtetur, & dolor & fe. minorentur de die in diem, non recedat ab hac via. Si vero ista non proficiãt vsq; ad. 14. diẽ a principio ægritudinis vel circa illud, & tussis semp sit sicca & dolor fortis, & fe. fortificet. & malicia anhelit9, opus erit statim trãsire ad secũdum modũ, q est per saniationẽ q̃d fit administrãdo syrupos & emplastra calida maturatiua, & saniei generatiua vsq; ad diẽ rupturæ q̃ est dies. 40. vel circa id. Post illud vero rectificet, et mũdificet, & educat saniẽ cũ lohoch & syrupis & electuarijs & gargarismis & electuarijs ripticis screatiuis, q̃ dicẽtur inferius cã. de empimate. Si vero post 40. dies vel crica id, nõ viderit profectũ istorum scire debet materiam lapidificatã esse: quare procedat secundũ tertiũ modum administrando ẽplastra & vnguẽta mollificatiua & resolutiua vicissim modo vnum modo aliud, ne aliq̃ reliquiæ remaneãt materiæ in loco, si est possibile: sed tota materia insensibiliter resoluat̃: Et intellige q̃ dicta sunt, stãte virtute: qa morituri signis prognosticis sunt dimittẽdi: vt di. Gal. in cõmẽ. illi9 apho. 1. par. Quando in statu est ægritudo.

Methodus. In cura pleuresis isto modo sit procedendũ. Primo nãq; cõsideremus, si vẽter sit cõstypat9, & fiat clystere lenitiuũ de deco. maluarum bismal. mercurial. viol. lib. 1. & s. olei vl ol. vel olei cõis. ℥. iij mell. ℥. 1. sal. ʒ 1. & iniiciat̃ tepidũ in ieiuno, si virt9 sit fortis, vel fiat suppositoriũ ex melle & sale incorpatis simul ad ignẽ lẽtũ & supponat̃ in ieiunio si virt9 sit debilis. Expurgatis aũt fecib9 vẽtris naturalib9, fiat processus ad euacuationẽ circa morbos hoc ordine. Nã si materia sit leuis. s. sanguinea, vel ex san. & cho. simul mixtis, q̃d ẽ vt plurimũ, q̃d scies: qa dolor ascẽdit vsq; ad spatulas: tũc fiat flebotomia. Si aũt sit grauis. s. flegmatica vel mel. ca (q̃d raro cõtingit) scies, qa dolor descẽdit vsq; ad furculã, vbi est os stomachi: tũc fiat purgatio, cũ. ℥. 1. cassię fist. & ℥. 1. ct. s. mãnx & tamarind, dissolutorum

in ℥. 4. aquæ feruentis decoctionis pruno rum accerum: coletur, & detur ante diē vel hora maioris quietis. Veruntamen sciendum secundum doctrinam Galeni in commento super 2. regiminis acutorū circa principium. Tutius est in omni pleu resi facere in principio flebotomiam, q̃ farmaciam propter tres causas. Prima quia promptior est flebotomia, farmacia namq; indiget apparatu & tempore. Secūdo licet flebotomia competat in solo sanguine, vel in peccato omnium humorum simul qualitatiue: tamen competere potest in omni materia quantitatiue: cum flebotomia sit euacuatio vniuersalis sensibilis tollens multitudinem humorum: vt dicit Auicē primo canoñ. feñ. 4. ca. de flebotomia. Tertio quia securior est, & minus timorosa infirmo: quia cohiberi potest, cum quis vult. Antequam tamen flebotomia, vel farmacia fiat: applicētur calefactoria lateri dolorose: vt p̄cepit Hip. q̃m vel curāt, vel digerūt. Nam si materia sit ventosa sine apostemate, vel sit humoralis modica cum apostemate, tunc curant: quia resoluunt & carmināt sine attractione. Si vero materia sit plurima, & corpus repletum, digerunt: quoniam attrahendo materias augmentant dolorē & apostema. Ex quo cognoscet medic⁹, q; euacuatio vniuersalis debet præcedere oīa localia remedia. Fiat ergo hora illa flebotomia hoc ordine. Nam si pleuresis sit in principio, & corpus sit plethoricum, fiat primo flebotomia saphenę pedis eiusdē lateris propter diuersionē materiæ: postea flebotomia basilicæ brachij oppositi lateris. Et non est conueniens, vt flebotometur saphena, vel basilica pedis oppositi lateris: qa diuersio nō pōt fieri p duos diametros: vt di. Auic. loco præællegato. Præterea tertio & vltimo fiat flebotomia basilicæ brachij lateris eiusdē, propter eradicationē, in qua tantū sanguinis extrahatur, donec in alium colorē scilicet nigrum, vel magis intensæ rubedinis permutetur: quod significat eradicationem pertigisse vsq; ad minorationem causæ coniunctæ: obseruētur tamē virtus & ætas, ne simul cum causa morbi extrahatur & virtus. Si ergo virtus sit debilis, fiat potius secūdatio illius flebotomiæ, vsq; ad 3. dies cū plurima sanguinis eductione hora vna, vel ventosatio in spatulis cum scarificatione, ad quam immediate sequatur clystere lenitiuum prædictum. Sicut enim ex anatomia cognoscuntur venæ capillares nutrientes pleuram & costas ad pleurā, ramificantur circa locū furculæ superioris, vbi vena K l s ascēdens bipartit in duas guicezet & duas basilicas s. dextrā et sinistrā. Si vero basilica reperiri nō possit, flebotomet mediana vel cephalica: quoniā parum refert inter istas tres venas curuaturæ brachij: cū ab eodem trunco venæ Kilis oriantur fere circa eundem locum: ni si q; cephalica directius tendit ad caput & ad epar, basilica ad pectus, mediana (quæ est sicut chorda) colligās eas adinuicē in brachij curuatura. Si autem pleu. est cōfirmata, et materia tota fluxerit, et morbus iā peruenerit ad augmētū, anteq̃ sis vocatus ad curam: tunc si corpus nō sit valde plethoricum: fiat ilico flebotomia basilicę lateris eiusdē: q̃m tūc nō est loc⁹ diuertēdi, sed eradicādi: & extrahat sanguis vsq; ad mutationē coloris: q̃m si morbo exñte in principio, primo feret flebotomia eradicatiua, augmentaretur apostema propter materiæ attractionem. Similiter si exñte in augmento, vel statu, fieret flebotomia diuersiua, traheret materia corrupta super loca sana: propter quod & apostema augmentaretur. Post flebotomias prædictas purgetur aliquo dierum ante diem cum medicina prædicta, & non purgetur cū scamonea, colloquintida, vel alia medici-

na acuta: quoniam per hoc fe. incenderetur, & virtus debilitaret. Obseruetur ergo virtus proposse, quoniam ipsa est, quæ curat. Post remedia vniuersalia applicentur localia. Si ergo materia sit sanguinea aquosa, fiat calefactorium de sale & milio torrefactis in sacculo super lap. ignito, et lateri doloroso applicetur. Si vero cholerica acuta fiat cũ spongia, vel vtre ligneo habente latus planum, vel cum vase pleno vitreo vel æneo vel terreo aqua calida, panno sicco interposito inter calefactorium & latus: vel secũdum modernos cũ vesica bouis sicca repleta aqua calida, panno interposito. Si vero flegmatica vel melancholia, indigemus fortioribus: vt orobus, fenumgræcum, furfur, ana, partes æquales, cõtrita & posita in sacculo, & bullita in aceto: deinde bene expressa & calida applicata, vt extendantur super pannum, & aspergantur puluere nasturtij vel carui, vel cymini, vel anethi, vel apij, & calefactum super lapide ignito applicetur. Caue tamen de attractione materiæ, & feb. inflammatione: quoniam est acutũ valde incisiuum subtil atiuum, & resolutiuum materiæ grossæ vel viscosæ. Et in omnibus istis sit cautela, ne applicentur humida, & ne dimittantur in loco, postq̃ infrig dari cœperint: imo tũc calefiant, & reiterentur & proprie in ieiuno: quoniam frigida & humida prohibent resolutionem. Et vnguatur quandoq; locus dolorosus cũ oleo de camomilla vel aneto actu calido, & superponatur hoc emplastrum. ℞. rad. bismaluæ coctarũ perfecte et tritarũ ℥ iij. viol. florũ camomillæ, semi. lini. an. ℥. ij. farinæ ordei ℥. ß. & incorporẽtur omnia cum oleo camomillino & viol. oleo q̃d sufficit, & actu calid. applicetur: quoniam resoluet leniter cũ repercussione & mitigatione. Nec permittatur venter ægri aliquo dierum exiccari: imo leniatur cum suppositorio vel clysteri: quoniã ventris lenitas plurimum cõfert ad anhelitus bonitatem. Sumat omi die in aurora præterq̃ in die solutionis, de syrupo digestiuo & screatiuo, quẽ ponemus infra ca. de empericis. circa principium. Et vtatur sæpe ante cibum lohoch screatiuo ibid. ℞. rad. brusci sparagi, graminis an. ℥. 2. end. scariolæ an. ℥. 2. capill. veneris, se. ordei. an. lib. ß. quatuor se. cõmunium frigidorum maiorum & minorum, se. papaueris alb. liquiritiæ mundatorum an. ℥. 2. zuccari. lib. 1. fiat ex omibus syrupus, cuius quantitas post decoctionẽ perfectã nõ sit nisi lib. 1. & ß. & si materia esset frigida, aut tempus frigidum, aut sputum difficile, addantur mellis ℥. 2. rad. ireos & hysop. & apij an. ℥. ß. Et potest etiam addi modicum aceti gratia incisionis materiæ, si tussis esset modica, & non timeremus de pectoris strictura: quia acetum est omnino pectori inimicum. Oportet igitur ista addere & ita subtrahere iuxta conueniẽtiã particularium: & sic regatur per medicinas vsq; ad perfectam apostematis resolutionem per sputum. Si autem pleuresis tendat ad saniationem, quod scies: quia prædicta non conferunt, sicut debe rent: neq; sputum est facile & exuberãs, neq; dolor lateris, neq; feb. minoratur: sed stant æqualiter & intendunt, tunc solicitandũ est circa maturatiua, & saniei generatiua, & doloris sedatiua: sicut est hoc emplastrum. ℞. rad. maluauisci coctarum & contritarum perfecte, orobi, fenigræci, se. lini, nasturcij, se. fenigræci, amygd. dragagãti, gummi arab. iuiubarum, liquiritiæ mũdatæ. an. ℥. 1. conquassentur in aqua, & bulliantur: & fiat emplastrum cum oleo camomillino, vel sizamino, anethino, vel de se. lini. Et si materia sit calida plurimum, fiat vnguentum supra totum pectus ex populeon, & butyro recenti sine sale, vel ex axungia anatina, & oleo viol. & cera alb.

sufficienti. Et ista olea, emplastra, & vnguenta possunt imbibi in lana succida & pectori applicari actu calida. Fiat ergo modo vnum, modo aliud, ne natura fiat consuetudinaria. Et illa hora sumat omni die in aurora de syrupo maturatiuo, qui sic fiat. ℞. ireos, hysop. lilij, añ. ℥. i. ficuum caricarum dactylorum pinguium mundatorum a granis suis, iuiub. liquiritiæ mundatæ, dragaganti, gũmi arabici, quatuor se. frigidorum communium añ. ℥. iij. capill. veneris lib. ß. fiant syrupi lib. 2. vel circa id. Et ex istis eisdem cum orobo & fenogræco, & se. lini, stercore columbino, & oppoponaco fiat super latus actu calidũ emplastrum & tunc regatur vsq; ad diem rupturæ: tunc si fiat ruptura per se, bene erit: quare educatur sanies, & mũdificetur vlcus cum lohoch, & syrupis ripticis screatiuis prædictis, ne transeat in phthisim. Et plura dicemus ca. de empimate. Et vltimo consolidetur, cum stypticis incarnatiuis, quæ dicentur ca. de phthisi. Si vero ruptura per se fieri non potest: fiat per artem. Mollificetur igitur cubus cum calefactorio aliquo prędicto, addendo in eis sinap. vel hysopum, prassium, vel aliud acutum: & commoueatur æger & conquassetur si est possibile, donec rumpatur cubus. Et scias, quoniam quando apparebit exitus saniei & sanguinis per sputum, iuuetur ad mundificationem, & apponantur incarnatiua. & plura, sicut dictum est: cap. de apostemate stomachi. Veruntamen si hac arte apostema non rumpitur, tunc est timorosum, quare oportet fieri aperitionem cum flebotomo, aut cauterio, vt sanies egrediatur, & non subito sed gradatim omi die parum post parum: ne debilitas & syncopis ægro superueniant, & mors, vnde ait Hippo. 6. parti. apho. Quicunq; hydropici & empici vruntur aut incidunt &c. Locus autem incisionis vel vstionis est inter costam sextam & septimam lateris apostemosi: quoniam est ibi finis costarum verarũ & principium mẽdosarũ atq; diafragmatis, quare tota sanies ad locum declinabit. Si vero pleuresis ambo loca occupauerit simul, requiritur incisio lateris vtriusq;. Hæc tamen operatio non fiat nisi forti virtute & corpore desperato. Si aũt morbus prolõgat vltra 40. vel 50. diẽ, neq; materia sensibiliter euacuatur, sed diminute euacuat, & se. latenter diminuitur, nec anhelitus facilis tũc eris certus de lapidificatione apostematis: quare prognosticis relinquatur: nisi forte velles cum protestatione facere curam blanditiuam, & mortis dilatiuam cum emplastris mollificatiuis, & postea resolutiuis vicissim ea appropriãdo: sicut dicemus cap. de apostemate stomachi, & de cura apostematis melãcholici & sclirotici. Dicto de cura pleuresis per medicinas: dicamus consequẽter de cura eius per diætam secũdum ordinem sex rerum non naturalium. Ordo igitur diætæ duplex est. s. vniuersalis & particularis. vniuersalis sumit a tribus. Primo a 4. temporibus vniuersalibus. Nam in principio, & quãdo sputũ est modicũ & debile, debet modicus cibus administrari. Sed in augmẽto & statu plus, si terminetur per resolutionẽ. Iuxta illud Hip. in reg. acuto. Quanto sputi plus fuerit, vberius reficiendũ. Si aũt terminaretur p saniationẽ, tunc in principio est magis dandũ q̃ in augmento: vt virtus longũ morbũ valeat tolerare, et in via nõ deficiat. In statu vero, & proprie circa diẽ rupturæ, est diæta gradatim subtilianda vsq; ad subtilissimũ, ne natura impediat in opatione. Secũdo ab essentia morbi: qa si pleuresis sit a causa calida subtili, ẽ minus dãdũ: qa morbus breuis est. Si sit a causa frigida grossa, magis dandũ ẽ, vt virtus sustẽtetur. Tertio a virtute: qa si fortis sit virtus, erit minus dandũ & magis

pro vice. Si vero sit debilis, erit magis dandum, et minus pro vice: cum virtus debilis optime sustentetur per cibum, quem tamen non potest simul plurimum elaborare. Ordo vero diætæ particularis sumitur a duobus. Primo ab hora diei: quoniam si possibile sit: detur cibus horis quibus consueuit tempore sanitatis refici, vel saltem hora maioris quietis, siue consuetus sit sumere cibum bis, siue pluries: vt dicit Hippo. 2. regi. acuto. Ita tamẽ vt detur magis in prãdio, & minus in cœna. Secũdo a substãtia & qualitate ciborum & potuum: quia in causa calida acuta subtili conuenit magis dare frigida actu et potentia: sed in frigida causa viscosa & crassa cõuenit magis dare acuta calida actu & virtute. Potus igitur nutritiuus pleuretici est multiplex: primus est aqua ordei, quæ ptisana colata dicitͬ dum volumus nutrire & mundificare & infrigidare. Secundus, est hydromel factũ ex li. 1. aquæ & ℥. 1. mellis: cum volumus fortius incidere & abstergere. Tertius, est vinũ alb. debile aquosum, lymphatum ad mediũ cum volumus virtutẽ confortare: hydromel tamen & vinum euitentur in principio, et cum causa est calida. Quartus, est iulep, & aqua cum zuccaro: quando volumus infrigidare, & virtus est debilitata. Quintus, est succus maloꝶ granatorum dulcium mixtus cũ aqua fontis plurima: quando volumus confortare & humectare. Sextus, est syrupus viol. vel nenuph. vel syrupus ros. vel de papauere cum multitudine iulep permixtus, aut cum aqua ordei, aut cum aqua pura: quando sitis & ariditas oris & linguæ, & insomnietas perseuerant. Septimus est ius pulli iuuenis, cum homo est debilitatus & fastidiosus, factum ex pullo paruo cocto in aqua pluuiali cum lactucis et se, frigidis communibus sine sale vsqꝫ ad ossium separationem remota pingue dine si qua foret. Isto tamen potu vtatur per interualla non continue, ne corpus repleatur. Octauus est syrupus iste. ℞. aquæ fontis lib. 1. mell. aceti añ. ℥. ß. zuccari ℥. 2. misceantur: quoniam est potus nobilissimus pro corporibus delicatis: cum volumus infrigidare, & mundificare. Mel eñ (vt dicit Auicen. cap. præsenti) non est negligendum in passionibus spiritualibus: quoniam est vehiculum omnium medicinarum ad pectus & pulmonem, & proprie in materia frigida grossa, & tempore frigido: Sed in causa calida fit repressiuũ cũ aceto: sicut iam dictum est. Abstineat etiam omnis pleureticus a potibus acetosis vel põticis, & deligat dulces cũ acuitate aliquali: quoniã acetosa pontica & styptica sunt fere atus retentiua, & viarum pectoris restrictiua: nisi fuerint modica, & cum acutis permixta gratia incisionis & penetrationis. Si autem virtus sit debilis, & cõsuetudo crapulosa: sicut fit nostris temporibus, tunc oportet grossius diætare: quia non sufficeret cibus vltimatus. Vtatur igitur pulmento ordei, vel farinæ vel auenæ condito cum lacte amigdal. dulcium, vel carne pullorum, hœdorumq́ castratoꝶ cocta & alterata cũ lactuca, spinargia, buglossa. Potest etiam vti aqua decoctionis caulium hysopi cum melle, si materia sit viscosa. Vtatur passulis mundanis a granis interioribus, amigdalis dulcibus, & iuiubis. Panis eius non sit azymus: quoniam opilat, neque multum fermentatus: quia festinat ad rupturam apostematis, & apertionem venarum. Sit ergo medius inter hæc, & sit trium dierum vel duorum ad minus, nisi apostema tardet rupturam. Tunc nanque est bene fermentandus, vt rumpat cubum, & saniem mundificet. Vtatur etiã ouis sorbilibus, & quandoqꝫ etiã piscibus paruis, petrosis coctis cũ petro. et sale. De fructibꝰ vtaͬ prunis,

cerasis dulcibus, & ficubus siccis ante cibum gratia lenificationis ventris, & pomis coctis & malis granatis dulcibus, vel piris dulcibus assis conditis cum zuccaro gratia confortationis stomachi. Sunt præterea quædam circa method. attendenda: & sunt quinque. Primum est, quoniam neque flebotomia, neque farmacia sumi debet vētre constypato: leniatur igitur prius cū suppositorio vel clystери. Secundū est, ꝙ nō debet fieri, nisi hora diei magis quieta, & quando est minor afflictio, ne afflictiōi addatur afflictio. Tertium est, ꝙ cibus nō debet offerri hora maximę afflictionis, ne natura impediatur, nisi forte afflictio & debilitas virtutis esset propter inanitionem plurimā: quod raro fit. Quartum, ꝙ syrupi & potus non sint multæ acetositatis, nisi materia sit grossa, viscosa, virtus fortis, & morbus sit circa declinationem, et tussis ac difficultas anhelitꝰ sint modica. Tūc detur in parua quantitate cum multitudine ptisanæ & aquæ puræ. Aliter nanque virtutem deijcerent, & prohiberent sputum, & suffocationem inducerent. Quintum est, vt curando morbum & eius causam, non negligamus accidētia communia, scilicet sitim & vigilias, dolorem capitis, colliquationem corporis & sic de aliis: quorum remedia inuenies suis capitulis. Sunt pręterea quidam, qui curant pleuresim per emplastra rubificatiua, & attractiua facta ex sinapi, fermento, ficubus siccis, stercore colūbino, pice, cepis & similibus calidis acutis, ponendo ea super locum dolorosum post vniuersalem euacuationem sufficiētem cum flebotomia & farmacia: & cum non est timor de attractione vlteriori ad locum apostematis vel ponendo ventosas super locum. Sed iste modus non est tutus: quoniam est difficile virtutem medicamentorum penetrare thoracem & costas: cum sint membra dura: & est timor de augmentatione apostematis.

¶ Sciendum est præterea, ꝙ si in pleuresi sputum sit rub. purum sine permixtione albedinis, tunc in cura eius oportet nos ad duo intendere, scilicet ad sputi eductionem cum screatiuis lenibus prædictis, & ad venæ ruptæ consolidationem cū stypticis cōglutinatiuis & incarnatiuis, quæ dicentur cap. de sputo sang. Administrētur igiť vicissim vel mixta simul, sicut dicemus cap. de phthisi: quoniam tales ad phthisim parati sunt, nisi medicus plurimum solicitetur in curis cōtrariis. Est præterea sciendum, ꝙ licet pleuresis, & vniuersaliter omne apostema fieri possit ex omni materia per se, vel cōmixta: tamen si fiat ex multitudine & abundantia humorꝝ, sic fit a sanguine: quoniam sanguis est humor abundātior, qui est sicut nutrimentum corporis. Alii vero sicut condimentū. Si vero fiat ꝑ viā penetratiōis, sic fit maxime a cholera: Si per viā reumatis & discursus, sic fit a flegmate: Si per viā cōgestionis vel assationis, sic fit a melācholia: qd tamē raro est fieri possibile. Fit igiť secundum hāc rationē i vere ex sanguine, in æstate ex cholera, in autumno ex melancholia quia per æstatem exhalauit subtile, & remansit grossum in humoribus. Si in hyeme, ex flegmate per se: licet accidentaliter possit fieri ex cholera reseruata per æstatem & autumnum, quæ postea in hyeme propter antiparistasim & oppilationem ad interiora repellitur: & ibi non bene transpirata putrefit, & facit apostema. Eadem ratione fit pleuresis in senibus ex flegmate, sed in senioribus ex melancholia. In adolescentibus ex sanguine. In iuuenibus ex cholera. Sicut igitur hoc apostema est periculosum & difficile in senibus & flegmaticis propter suffocationem et virtutis expulsiuę debilitatem: ita est periculosum in iuuenibus propter materiæ feruorē & acuita

tē & doloris fortitudinē & sensus bonitatem. Regatur igitur oīs pleureticꝰ cū medicinis & potibus prædictis vsq; ad tempus conualescentiæ, quod est tempꝰ q̄d declinationem veram & perfectā significat: & tunc balneetur, & gradatim reducatur ad suam consuetudinem

Emperica. Communiter practicantes in cura pleuresis quæ est a sanguine præmittūt flebotomiam farmaciæ. Sed in ea quæ est de sanguine adusto, vel cholera vel flegmate, procedūt econuerso. Item pro digestiuo ministrāt omi mane. ℥.2. vel 3. istius syrupi cū duplo eius aquæ calidæ decoctiōis liquirit. viol. & ordei. ℞. ficꝰ siccas pingues 10. numero, passularum pinguium. ʒ.10. rad. liquiritiæ, pistatæ. ʒ, 10. sebesten, iuiub. 20. numero. an̄. bulliantur in tribus lib. aquæ, donec medietas consumatur: coletur, & syrupisetur cum lib. 1. zuccari. confert omni pleuresi. Sed si sit de flegmate, addatur hysopi, meliloti. an̄. ℥. ß. Item non debet dari aqua ordei cū syrupo, nec cū cibo: sed post syrupum vel post cibum per vnā vel duas horas. Itē dant pro potu iulep vel hydromel aquosum, vel aq̄m decoctiōis rad. fenil, vel liquir. & zuccari. Quod si pleureß sit de materia calidissima, scilicet de sanguīe adusto, vel cholera: dāt pro potu hora comestionis aquam decoctionis psillij & cucurbitæ, vel aquam decoctionis endiuiæ, psillij, & gūmi arabici: & hic foret omnium sublimior, si gustus ipsam non prohiberet. Item si calor fe. sit intensus: inungant spatulas & spinam totam cū populeon & oleo roß. vel viol. vel mussillagine psillij, & oleo de papauere, & oleo de nenuphare. Item si dolor lateris pungitiuus sit fortis: fomēretur latus cū spongia infusa in aqua decoctionis florum camomillæ viol. vel anethi. Vel vngant cum vnguento facto ex par. 2. dialtheæ, & olei camomillæ, butyri an̄. partem ß. addito croco modico propter penetrationem. Item secundum dicta in methodo: similiter et emperici regūt oēs pleureticos vsq; ad perfectam resolutionem, vel vsq; ad rupturam, si nō potest terminari per resolutionē. Verum post rupturam apostematis, mundificant pectus & pulmonem a sanie cū rebus dictis ca. de tussi. paragrapho, de empericis secundum naturam & conditiōem eius, quod excreatur: Et plura dicemus ca. de empimate. & ca. de phthisi. quoniam omnium istorum intentio est mundificandi. Syrupus bonus contra omne vitium pectoris cum materia, sic fit quādo illam digerit, & sputo præparat, & proprie si sit materia frigida grossa. ℞. vnglæ cabalinæ, capill. veneris, hysopi. an̄. m. 1. liquiritiæ, passularum excorticatarum, ordei mundati & excotticati. an̄. ℥. 1. ficuum siccarum pinguium, dactylorum, an̄. numero. 6. amigdal. dulcium numero. 25. fiat syrupus cum melle, si sit sine fe. vel cum feb. lenta: sed cum zuccaro, si est cum fe. acuta.

Canones. Dubitāt cōplures, vtrum repercussiua cōpetant in principio pleureß. videtur ꝙ sic authoritate Io. hebemeß. in suo cap. de pleuresi. vbi p̄cipit exp̄sse. Item authoritate Auicen. ca. de curatione apostematū in generali: vbi dicit, ꝙ in principio debēt poni super locum repercussiua tm̄, in declinatione resolutiua tm̄, in augumēto & statu mixta ex ijs: ita tamē ꝙ in augumento denī repcussiua, in statu vero resolutiua nec ab illo canone ponit exceptionē, nisi de apostematibus in emunctorijs, & apostematibus creticis, quæ repercutere non debemus, sed potius prouocare, ponendo emplastra rubificatiua ex sinap. melle, stercore columbino super locū. In oppositū arguitur authoritate Hip. 2. regi. acuto. vbi loquens de cura pleureß. et peripneumoniæ per medicinas, non po-

nit in aliqua horarum repercussiua: similiter & authoritate Gale.11. de ingenio sanitatis, vbi loquens de cura apostematum omnium interiorum, quæ sunt cũ feb. prohibet in apostematibus pectoris repercussiua: quia timor est, ne materia propellatur ad cor, vel aliud membrũ nobile: vel si hoc non contingit, nihilominus accidit materiæ incuneatio, vt p sputum terminari non possit, sed vel per saniationem vel per sclirosationem. Ad quam dubitationem videtur responden dum, prout ex dictis Mesu. ibidem colligitur ꝙ duplex est principium. s. principians & principiatum. Voco autem prĩcipium principians: quando materia futura facere apostema, nõdum irrepsit in poros membri, sed astat in membris circũiacentibus: sed principium principiatum dico, quando materia iam irrepsit in poros & spongiositates mẽbri, in quo fit apostema. Dicendum igitur, ꝙ in prĩcipio principiante debent opponi repercussiua: & proprie, si materia sit modica & corpus non plethoricũ neq; cacochimicum valde: quoniam euacuabitur sic apostema, p̃ter ꝙ materia nõ repellatur ad cor. Tali nanq; modo materia nõ repellitur, sed a cursu prohibetur. In principio aũt principiato nullatenꝰ cõpeteret propter causas prædictas: & sic cõcordãtur auth. Sed quęritur vtrũ duoꝝ est tutius medico communiter operãti, scilicet vti repcussiuis vel non vti? Dicendũ ꝙ nõ vti tutius est, propter quatuor: primo q̄a difficile imo q̄si impossibile est medico cognoscere principiũ prĩcipiãs: secũdo, posito ꝙ cognosceret. tamẽ q̄a illa hora breuis est, & nõ possunt medicinæ applicari: tertio, quia raro est quin huiusmodi corpus non sit plethoricũ, & materia pauca: quarto: q̄a raro est vt medicus vocet̃ ad ægrũ in principio prĩcipiãte. Dubitat̃ vlteriꝰ: quare terminatio pelureſ p sputũ vocet̃ apud authores terminatio p̃ resolutionẽ: cũ sit grossa sensibilis, & quis sit modus gñationis sputi in pleuresi. Dicẽdũ est, ꝙ materia apostemosa cõtenta in plura subtilissime stillat, & quasi insensibiliter ad cõuacuũ pectoris: Deinde quando pulmo dilatat̃, ingredit̃ parũ post parũ orificia prima ramoꝝ tracheæ arteriæ dispsoꝝ p totã substantiã pulmõis: Deinde ab illis propellit̃ regimine naturæ ad largiora, donec in aliqua qualitate cõgregetur in trunco, q̄ est cãna pulmõis: tũc natura sentiẽs nocumentũ anhelitus, propellit illud extra corpꝰ, & tũc dicit̃ sputũ. vñ Gal. in cõmen. illius apho. Quibuscũq; inter renes & ventrẽ &c. forti naturæ nihil repugnat. Educit eñ saniẽ de medio ossis: & in de creticis. Natura est sapiẽs, imo sapiẽtissima, cuiꝰ sapiẽtiæ nõ est finis. Quod si obijcit̃: q̄re materia tũc nõ ingreditur orificia venæ arterialis & arterię venalis: & sic tãdẽ pueniat ad cor: cũ hæ duæ viæ procedãt a corde. Prima q̄dem a dextro vẽtriculo cordis. Secũda vero a sinistra: & dispgantur p totã substantiã pulmõis. Dicendũ ꝙ illæ duę vię sunt molles, & claudũtur dũ pulmo constringit̃: sed rami cãnę pulmõis sunt duri & omni tempore aperti. Aliter nãq; animal suffocaret̃. Vel dicendũ, ꝙ ad hoc suffragat̃ natura relegãs sputũ per vias magis salubres: vt dictum est.

Prognosticatio. Anteq̄ prognosticare possimꝰ, scire oportet, ꝙ signorum pleureſ. sex sunt genera. Quædam enim significãt pleuresim: quædam significãt quatuor eius tempora vlĩa: quædam significant distinctionem pleureſ a passionibus cõsimilibus: quædam significant translationẽ materiæ ad aliud membrum: quædam significant longitudinem & breuitatem: quædam significant salutem vel mortem, de quibus dicamꝰ per ordinẽ. Signa pleureſ. sunt quinq;, q̄ sunt dolor lateris pũgi

tiuus, fe. continua, tussis, pulsus serrinus, difficultas anhelitus. Signa vero tempo rū sumuntur primo de crisi: q̄a dum nil expuitur, & tussis est sicca, vel indigestū & paucū quod expuitur: tūc dicitur principium. Quādo vero tussis humectatur, & difficultas anhelitus mitigatur, & est in parte digestū quod spuitur: tūc est augumētum. Quādo vero est sputum perfecte digestum, & cum facilitate egreditur: est status. Quādo vero tota materia euacuatur, vel circa id: tūc est vera declinatio. Signa vero distinctiua pleuresis a dolore lateris ventoso, diximus in principio cap. Est etiam apostema in gibbo epatis, simile pleuresi cū fe, continua, tussi & punctura lateris dextri: sed differt: q̄a in apostemate epatis est pulsus vndosus, & dolor sub diafragmate, & in dextra parte tantū, neq; ascēdit vsq; ad furculas supiores, & est ei⁹ tussis sicca semper et modica: q̄a solū fit propter cōpressionem diafragmatis a gibbo epatis nō propter materiam in pectore & pulmone, neq; dolor est ita acutus, & fit quandoq; tumor in hypocondrio dextro, si magnum fuerit apostema sub figura nouaculæ siue lunæ mediæ, & vrina spissa cōfusa. Quod si sit in cōcauo epatis apostema, fiet egestio sicut lotura carnis, propter trāsmissionem materiæ per mesaicas ad intestina. Signa vero distinctiua inter pleuresim & peripneumoniam sunt: quia in peripneumonia est pulsus vndosus, & dolor non acutus, sed grauatiuus: quia substātia pulmonis nō sentit, sed pāniculus eius inuoluens & mediastinus: Similitir & difficultas anhelitus fiet maxime cum cōtinuo timore suffocationis, & dolor declinabit ad partes posteriores inter duas spatulas, vel ad anterius, non autem ad latera, & rubor apparebit in maxillis. Item materia pleuresis quādoq; transmittitur ad cor, & tunc fit syncopis, & forte mors: quandoq; ad cerebrum, & tunc fit frenesis, & nigredo linguæ cum ariditate, & vrina remissa, cum prius esset tincta valde, & dolor lateris diminuitur, vel aufertur quandoq; ad pulmonem: & tunc dolor non est adeo acutus, sicut prius: sed anhelitus difficilior fit. Vnde Hippocr. 7. parti. apho. In pleuresi de peripneumonia malum. Quandoq; ad neruos, et tūc fit spasmus: Quandoq; sub ascellas, vel post aurem, vel post aliam particulam exteriorem: & tunc apparet ad sensum tumor & alleuiatio infirmi. Signa vero longitudinis pleuresis sunt, quia diu durat eius principium vniuersale, scilicet sputum indigestum & grossum, viscosum & similia, vel tussis sicca difficilis: quia quando principium est longum, omnia tempora erunt lōga: vt dicitur primo de crisi: saluoq; virtus sit fortis: quia si esset debilis, & alia mala signa appareret: posset abbreuiari ad mortē. Signa vero breuitatis ad salutē sunt signa contraria, & proprie breuitas principij, & cita apparitio digestionis in sputo. s. infra primos tres dies, & eius facilis eductio: & vniuersaliter oīa signa salutis sine p̄mixtione cōtrarij. ¶Signoꝝ prognosticoꝝ quatuor sunt modi. Nā quædā significāt bonū absolute: quędā malū absolute, quædam salutem: quædam mortem. Signa bona absolute: si sputū cito a principio ægritudinis, & infra tres primos dies sit facile, sine multo labore tussiendi, vel screandi, & sit subrubeum sano sputo admixtum a principio, vel statim post: neque perseueret in septimum diem in colore subrubeo sed albescat: Et vniuersaliter omne sputum cum diminutione doloris eueniens est bonum. Signa mala absolute sunt, vt dicit Hippo. secundo prognosticorum, si sputū sit tardum in principio: & si rub. postq̄ euenerit, aut citrinū, puꝝ, cū laboriosa tussi vel albo sputo commixtū: vel si sit rub.

omnino velut sanguis: quod rupturam venæ significat. Vel si sit viride & spumosum & liuidum. Sputum nanq̃ rubeum, vel subrubeum materiã sanguinis significat. Sputum vero viride, vel citrinum, vel subcitrinum cholericam. Sed album sputum, viscosum, globosum, flegmaticam. Et sputum liuidum vel nigrum, melãcholicam denotat materiã. Materia igitur sanguinea est mala, flegmatica peior, cholerica magis mala, melancholica pessima. Item sternutatio superueniens in principio, & cum materia est adhuc ĩ fluxu, siue sternutatio præcesserit pleuresim, siue coæqua sit, malũ est: quia auget apostema. Sternutatio vero superueniens in declinatione, & cum materia tota fluxerit, et tota digesta est, bonum: significat enim virtutis expulsiuæ fortitudinem, & materiæ euacuationem. Item omne sputum cum quo diminuitur dolor, & malitia anhelitus, est bonum. Item sputũ subrub. a principio apparens & vsq̃ in 7. diẽ vel amplius perseuerans, ita q̃ dealbatur, neq̃ sano sputo permiscetur: malum. Item si medicus recte operetur, neq̃ ex hoc, æger se melius habeat, malum. Item si egestio sit liuida, frequens & liquida, & vrina subtilis aut grossa valde, & pulsus debilis: malum. Item superueniẽte sputo, vel solutione ventris, vel exuberantia vrinæ, vel flebotomo adhibito, vel quomodolibet alio competenti medicamine, velut est sudor, vel fluxus sanguinis nariũ, vel calefactorium, & similia: dolor lateris nequaq̃ minoretur, malum est: quia significat, q̃ pleuresis non terminabitur per sputum, sed per saniationem. ¶Signa salutis, sunt cum signis bonis prædictis, constantia virtutis, bonitas pulsus, & anhelitus facilis, excreatio sine plurima tussi, calor naturalis æqualis in toto, membrorum flexibilitas, sitis pauca, & vrina, egestio, & sudor, & somnus bene se habeant. Hæc enim omnia si vsq̃ ad septimum diem perseuerauerint: promittunt salutem in 14. vel circa. ¶Signa mortalia sunt cum signis prædictis malis, debilitas virtutis, malitia pulsus & anhelitus, ita vt sit spissus, debilis, anxius, dolor continuus, expuitio laboriosa & pauca cum tussi plurima, sitis intẽsa, calor inæqualis, ita q̃ venter & latera sint calida plurimum, sed frons & extrema frigida: similiter vrina, egestio, sudor, & somnus male sunt se habentia: & sputum fœtidum, vel nigrum, grossum, vel viscosum cũ oregmone, vel citrinũ, cholericum, purum sine omni albedine. Hæc enim omia si perseuerauerint vsq̃ ad septimum diem, vel plurima eorum in die 7. aduenerint: mortem signãt in nona, vel 11. die ad plus in decimaquarta. Item si materia pleuresis rapiat̃ ad pulmonem, vel ad cor, vel cerebrum: mortale. Si vero post aures, vel sub ascellis, vel ad alium locum ignobilem, & cum æger alleuiatus fuerit: salubre. Itẽ si multum expuitur: deinde cito retinetur, grauedine & dolore remanẽte, mortale: qa signat præfocationẽ a multitudine materiæ. Item signa salutis pleuresis cũ terminatur per saniationem sunt, vt dicit Hippo. 2. prognosticorum, quia calor fe. minuitur, vel ex toto recedit in die rupturæ. & extunc redit appetitus cibi, neque sitiunt: & est egestio tẽperata, non liquida, neq̃ dura: & sputum & sanies laudabilis, scilicet alba, lenis, æqualis: vt hypostasis exiens sine labore omni, vel cum modica tussi. Hi nanq̃ in breui tẽpore sanantur: & qui plurima eorum habent, citius sanãtur circa id, secundum quod signa salutis apparent plura vel pauciora. Signa mortis in talibus sunt, remanẽtia caloris fe. post diem rupturæ, & q̃ febris redit quasi furtiue cum aspera siti, & fastidio cibi, & egestionem habent liquidam, & sputum eorum est liui

dum, vel viride, vel flegmati viscoso permixtum, & spumosum, difficile exiens & cum multa tussi, & laboriosa. In quibus apparent omnia ista signa, perituros non dubitabis. Signa dubia prædictorum sunt: quoniam qui habent quædam eorum, sed nõ omnia, ij. morietur: hi saluabuntur: vtriq; tamẽ exitũ difficilem consequentur.

¶ De peripneumonia. Cap. IIII.

PEripneumonia est apostema pulmonis & velaminũ eius, quæ sunt duo, scilicet velamen circunuoluẽs pulmonem totum & mediastinum pectoris: quod est velamen diuidẽs pectus & pulmonem per medium secundũ longum, ita vt maior pars pulmonis sit in latere dextro, minor vero in sinistro propter cor, quod sinistræ parti extat alligatum. Fit igitur ex omni genere quatuor humorum: quemadmodũ & pleuresis. Verum in hoc differt: quia sicut pleuresis (vt plurimum) fit a causa subtili cholerica: ita peripneumonia (vt plurimũ) fit a materia grossa flegmatica decurrẽte per venas & arterias in substantiam pulmonis. Et non dicat aliquis, q᷑ fiat a rheumate descendente a capite per cannam pulmonis: quia sicut probatum est, ca. de pleuresi circa principiũ, tale rheuma potest causare catarrhum, vel empima, sed non apostema: licet aliqua accidẽtia apostematis communia, vel propria eum consequantur, quæ sunt fe. continua, asma, tussis, & similia. Fit etiam qñq; peripneumonia ex pleuresi: quando materia stillat paulatim ex pleura in concauitatẽ pectoris: deinde ingreditur orificia venę arterialis, et arteriæ venalis q̃ sunt venæ sparsæ ꝑ totã substãtiam pulmonis: & causat ibidẽ apostema, quando putrefit. Si enim ingrederetur ora ramorum cannæ pulmonis, non causaret peripneumoniam: sed esset via terminationis pleuresis per resolutionem, vt dictum est capite de pleuresi. Signa peripneumoniæ in communi sunt, fe. continua, pulsus vndosus, rubedo maxillarũ, tussis multa, anhelitus maximus, cum continuo timore suffocationis, dolor pectoris ponderosus declinans ad ante & retro inter spatulas, ita q᷑ non potest iacere supine, neq; in ventre præ suffocatione: cum dolor pleureticus ad latera declinat. Signa peripneumoniæ a sanguine, sunt cum prædictis habitudo carnosa rubicunda cum rubore fortissimo maxillarum, tussis valida, cum sputo rubeo vel subrubeo, vel spumoso, fe. continua acuta valde, ætas iuuentutis, tempus veris, vt plurimum, vrina rubea, clara & grossa: & antecessio potus vini plurimi, & dolor pectoris grauatiuus cum punctura multa: pulsus vndosus & velox, cum mollificatione arteriæ: similiter & apertio venarum grossarum repletarũ per membra corporis omniquaq;. Signa vero peripneumoniæ ex flegmate, sunt cũ prædictis habitudo flegmatica, ætas senectutis, antecessio satietatis antiquatæ cum multitudine fluxus catarrhosi, cui successit tussis, difficultas anhelitus cum oregmone, & fe. lenta, sputum albũ spumosum viscosum, vrina grossa & remissa vel karopos, pulsus rarior & mollior prædictis, & grauitas in pectore maior sine dolore pungitiuo plurimo, lingua alba mollis in principio ægritudinis, & sine asperitate languescente. Signa eius, quæ est a causa cholerica, sunt cum signis communibus, sputum subtile citrinum, spumosum, amaritudo oris, pulsus spissior, & vrina citrina valde, subtilis & clara, dolor pungitiuus acutissimus: similiter habitudo, complexio, ætas, & tempus cholericum, & asperitas linguæ cum nigredine & fe. continua arsiua. Signa eius, quæ est de causa composita, sunt adunatio signorum prædictorum. Signa eius, quæ fit ex pleuresi,

sunt antecessio signorum pleuresis: quibus succedunt signa ista illis cessantibus in toto vel in parte. Si enim ambo simul apparerent, essent pleuresis & peripneumonia simul, necessario propter materiæ multitudinem exuberantem.

Methodus. Cura peripneumoniæ de causa calida est, vt primo fiat flebotomia de vena mediana fortis vsq; ad syncopim, vel quandiu virtus sufferat: vel fiat secũdatio flebotomiæ, si æger consuetus sit. Postea die secunda vel tertia fiat clystere lenitiuum dictum in frenesi, vel suppositorium, si virtus sit debilis: & hoc cõtinuetur omni die: neq; permittatur venter exiccari quocunque modo in emplastris, vnguentis, electuarijs, cibo & potu, et similibus. Fiat sicut in pleuresi de causa calida: propter quod indigemus fortioribus screatiuis, vt materia cũ tussi euacuetur: cũ in ea sit maior timor suffocationis, q̃ in illa. Cura eius, quę est a causa frigida, est vt primo purgetur cum pillulis cochijs, vel cũ bened. vel cum medicina de turbith dissoluta in syrupo viol. vel in aqua mell. vel in aqua decoctionis liquiritiæ & hysopi. Postea die secundo vel tertio fiat flebotomia de vena mediana: in alijs fiat sicut in pleuresi de causa frigida: In causa vero composita fiat composito medicinarum, similiter & diætæ.

Emperica. Omnia quæ scripta sunt in cap. de asmate, rheumate, tussi, & pleuresi, vtilia ad educendũ materias ex pectore & pulmone cum screatu sine tussi, vtilia sunt præsenti ca. Subdam autem adhuc præter illa vnum lohoch Mes. positum in suo li. de appropriatis, conferẽs vitio pectoris, omniquaq; ℞. papaueris albi, spodij, se. lini, croci, amigdalarum dulcium, ana, ʒ. amyli, dragaganti, gummi arabici, se. citoniorum, se. cucurbitæ añ. ʒ. 6. se. nasturtij, se. boraginis, amygdalarum amarum, fabarum, añ. ʒ. 1. & ß. penid. ʒ. 70. dissoluantur penid. in aqua fontis, & coquantur, & cocti conficiantur cum duabus lib. zuccari albissimi, labatur ex eo frequenter inglutiendo paulatine. Item electuarium ad idem. ℞. pinearum mundatarum, amygdalarum dulcium añ. ℥. iij. hysopi ℥. ß. dragaganti, se. lini, assi, añ. ℥. ß. fenigræci, amyli, succi liquiritiæ, añ. ʒ. ij. se. communium frigidorum excorticatorum ʒ. 1. se. bombacis excorticati. ʒ. ij. terantur & conficiantur cum lib. vna zuccari, & fiat electuarium ad modum diapenid. Item si materia sit frigida, viscosa & se. lenta, confert lohoch de squilla positum ca. de tussi in empericis.

Canones. Omnia scripta in canonib⁹ pleuresis conferunt præsenti ca. Sed recordare, ꝙ peripneumonia terminatur altero trium modorum: sicut et pleuresis, scilicet per resolutionem, vel per saniationem, vel per indurationem. Ex quo scire potes: sicut etiam in pleuresi dictum est, ꝙ si peripneumonia nõ terminatur per fluxum sang. narium infra primos 4. dies, vel per sudorem pectoris decurrentem, vel nõ purgetur per sputum infra 14. dies a principio: terminabitur per saniationem, & faciet empima: quare pro cura eorum, recurre ad ca. de empimate. Si vero a die 14. vsq; ad 40. non mundificet ã sanie, phthisim efficit: quare pro cura eorum recurratur ad ca. de phthisi. Recordare præterea, ꝙ quando das syrupum digestiuũ in aurora vel in vesperis, nequaquã debes dare aquã ordei, sed ante vel post per duas vel tres horas. Similiter neq; cũ cibo dabis aquã ordei, sed potum alium, vtpote iulep, vel mellicratum aquosum, cum sitis necessitas, aut sputi siccitas ipsum postulauerit.

Prognosticatio. Omnia dicta in prognosticatione pleuresis conferũt in præsenti cap. veruntamen

dicamus & alia famosa. Peripneumonia est periculosior pleuresi, propter maius impedimentũ quod fit in anhelitu, q̃ in pleuresi. Itẽ peripneumonia fit vt plurimum ex pleuresi, & raro per se incipiendo: & siue transeat in pleuresim, siue non: semper malũ est: quia materiæ multitudinem vel ventositatem significat. Vnde Hippocrates 7. aphorismorum. In pleuresi peripneumonia malũ. Item si in die quarta vel septima superuenerit fluxus sanguinis plurimus, vel sudor pectoris exuberans, constante virtute & alleuiatione sequente: salubre. Item peripneumonia aut interficit infra 7. dies. aut transit in phthisim vt plurimũ. Item si materia peripneumoniæ terminetur ad vias vrinales, vel faciat apostema, creticum post aures, vel in inguinibus, vel in aliis partibus corporis, & proprie post signa digestionis in sputo & vrina, et alleuiatione infirmi: significat salutẽ: sinautem, mortẽ. Item Hippo. 2. prognosticorũ. Si in peripneumonia anhelitus cõspissetur sine manifesta causa: vel plus q̃ a causa peripneumoniæ conueniens sit, & hypocõdria, & partes inferiores sunt omnino absq; dolore & calore: significat apostema creticum futurum post aures: quare materia rapitur ad superiora. Quod si huiusmodi apostema maturetur, & saniem laudabilem generet, deinde rumpatur ad exteriora: significat salutem: sinautẽ, mortale propter læsionẽ cerebri & timorẽ frenesis ex dolore forti. Item Hippo. Peripneumonia maxime accidit grandeuis, & illis qui sunt in tertia ætate, quæ senectus dicitur: & est circa 40. annum. Hi nanq; pereunt ex ipsa quando terminatur in eis per saniationẽ magis q̃ per sputum. Iuuenes vero magis pereunt a pleuresi & aliis apostematibus interioribus tendentibus ad saniationem: cuius causa trahitur ex illo, quia peripneumonia (vt plurimum) est a causa frigida: pleuresis vero, & alia apostemata a causa calida. Item dicit Hip. 6 apho. A pleuretide habito aut peripneumonia diarria superueniens: malum, & hoc si fit propter compassionem epatis vel multitudinem materiæ: sed si fit propter euacuationem creticam, erit bonũ. Item si peripneumonia permutetur in subeth vel lethargiã, malũ. Item Hippo. 7. part. apho. In peripneumonia, frenesis malum: supple & omnis alienatio mentis, est mala.

De empimate. Cap. V.

Empima dicitur collectio saniei in substãtia pulmonis vel ramis tracheæ arteriæ dispersis per totã eius substãtiam in multa quantitate: quemadmodum in phthisi sub quantitate modica: similiter & in pectore, & in loco medio inter concauitatem costarum & conuexum pulmonis. Fit autem ista passio aut post catarrhum, quando non purgatur per sputũ infra 14. dies a suo principio: aut post pleuresim, vel peripneumoniam: quando non terminatur per resolutionem, sed per saniationem. Signa eius, quando fit post catarrhum, sunt: quia patiens sentit in gutture descẽsum catarrhi multoties & post illud sequitur tussis cum proiectione sputi saniosi multi vel pauci, et difficultas anhelitus quandoq; cum oregmone, & accidit vt plurimum pluribus flegmaticis senibus & humidis circa caput & pectoralia: & est vt plurimum cum feb. propter caliditatem saniei inflammantis cor, & propter diminutam euentationem cum necessitate adaucta. Signa eius, quãdo fit post pleuresim vel peripneumoniam, sunt antecessio signorum pleuresis aut peripneumoniæ: & deinde post quatuordecim dies vel circa id, augetur fe. & dolor pungitiuus, & aduenit ægro quandoque

rigor & anxietas: & vniuersaliter omia signa dicta cap. de pleuresi. paragraph. de signis terminationis pleuresis per saniationem. Fit aūt quandoq; ista passio a casu vel vulnere penetrante in concauitatem pectoris quando sanguinis hemorosagia non fit ad extra, sed ad intus, neq; statim purgatur per sputū, neq; per vulnus: quare conuertitur in saniem, vel rem ventosam, vel venenosam: nisi forte illud subito suffocatio antecedat. Vnde Hippo. 6. apho. Si sanguis in ventrem effusus fuerit, necesse est in saniem conuerti: Et intellige per saniem virus & omnem materiam corruptam.

Methodus. Cura istius passionis fit p̄ emplastra & vnguenta maturatiua & saniei generatiua posita supra pectus: & deinde per lohoch & syrupos screatiuos, & electuaria, & omia mundificatiua membra spiritualia a sanie: quorū quidem copiam reperies cap. de tussi. & ca. de catarrho: prout ista passio est a catarrho: sed in cap. de pleuresi, prout fit post pleuresim, vel pipneumoniam. Sed p̄ter dicta illic, addemus adhuc alia. Vngatur ergo pectus totū & spina cū oleo de lilio vel anetho, vel camomillino, vl' nardino, vel mixtis ex ipsis, addendo aliquid butyri, ceræ, & croci. Hoc enim vnguentū mitigat dolorem sui resolutione leui & generat saniem sui caliditate & viscositate: vt dicit Gale. 11. de ingenio sanitatis. Sanies generatur per medicinas calidas assantes, & viscosas opilantes poros, ita vt neq; resoluat̄ subtile, & remaneat grossum, neq; calor naturalis euaporet: debet tamen opilatio nō esse fortis, ne forte calidum naturale suffocetur: quia tūc nō generaretur sanies laudabilis, sed virus, & denigraretur membrum, & forte putrefieret, et corrumperet̄. Vel vnguatur cum dialthea, vel cū vnguēto marciaton. si materia sit grossa viscosa: & super vnguentum ponatur emplastrū tale maturatiuū calidum. ℞. radicis maluauisci cocti & mundati intus & extra. M. ß. florum camomillæ, viol'. an̄. ℥. 2. farinæ ordei. ℥. quinq;: coquantur perfecte & pistentur, & incorporentur cum oleo camomillæ, & anethino, q̄d sufficit: vel cum oleo viol'. si fe. sit intensa: & cū infrigidatum fuerit, statim reiteretur. Sed si materia fuerit grossa, & fe. lenta. adde in emplastro farinam fenigræci, se. lini, dragaganti, gummi arabici, amigdalarum dulcium. ana. Et si materia sit adhuc grossior: fiat emplastrum ex semine nasturtij, & se. apij, & melle despumato. Vtatur continue screatiuis, scilicet diapenid. diagraganto in causa calida diahysopop. diayris, diacalamēto, diaprassio in materia viscosa frigida, & mixtis in materia mixta dissolutis cum syrupo viol'. vel cum melle despumato. Diæta eius consistit in prohibitis & permissis. Prohibita sunt omia grossa viscosa, vt carnes porcinæ, bouinę antiquę, caseus, pasta tortellę: Similiter & omnes pisces, nisi petrosi. & cib⁹ oīs ass⁹, vel frixus, et omnis cibus acetosus ponticus vel acerbus, & omnia acumina, vt allia, sinap. cepæ: nisi forte quando sinap̄. condito cum melle vteretur lambendo moderate propter screatum: & omnes ficus præter ficus siccas pingues, iuiubas, dactylos, vuas maturas, & auellanas. Permissa vero sunt omnia screatiua, apitiua, lenitiua: vt panis furfuraceus bene fermentatus, bene salitus, bene coctus vnius vel duorū dierū: & carnes hœdorum, pullorum, perdicum, auium paruarum, vitelli ouorum sorbilium, et vinum dulce subtile: & iulep, aut hydromel, aut aq̄ decoctionis liquiritiæ, hysopi. Abstineat a somno superfluo pro posse, & proprie diurno, vel ilico post cibum: neq; iaceat supine. Vtatur in cibo specieb⁹ nō acutis, vt est macis, cynamomum, car-

damomum, liquiritia, crocus, et similia. Sumat mane & sero de isto electuario. ℞. succi liquiritiæ, hysop. capill. veneris añ. ℥. 5. cardamomi, piperis, amigdalarum amararum, aristologiæ rotundæ, se. vrticæ. añ. ℥. 2. & ß. Conficiantur cum melle despumato. Hoc enim superfluitates grossas de pectore expellit. Item dragea ad idem. ℞. liquiritiæ. zz. cynamomi electi. añ. ℥. 4. gariofil. ℥. 2. anisi, ameos. añ. ℥. 13. passularum enucleatarum quantum de omnibus: incidantur oñia grosso modo, præter anisum, passulas, & ameos: & misceantur simul.

Emperica. Communiter operãtes primo digerũt materiam antecedentem si corpus est plethoricum, & virtus fortis, cum oxymelle composito vel squillitico, vel melle ros. dãdo quinque diebus cum aqua decoctionis passularum, liquiritiæ, hysopi. vel cũ aliquo syruporum dictorum capitu. de tussi. & capi. de pleuresi respicientium membra spũalia ex proprietate. Post hoc ipsam educunt vicibus gradatiuis cum pillulis cochĳs in causa frigida, vel cum pillulis de reubarba. in causa calida. Remota vero causa antecedente digerunt cõiunctam cum vnguẽtis & cerotis dictis ibidem: & sicut est hoc. ℞. hysopi humide. ℥. 12. ceræ citrinę. ℥. 10. olei nardini vel camomillæ. ℥. 40. medullæ cruris vituli, adipis anatis & gallinæ. añ. ℥. 8. myrrhę, bdellĳ, muscillaginis, fenigræci, & se. lini. añ. ℥. 7. terebentinæ resinæ. añ. ℥. 6. muscillagi. se. altheę, ℥. 8. redigantur myrrha & bdellium in puluerem subtilem, & cũ muscillagine dissoluãtur. Deinde oñia simul incorporentur cum oleo & adipe dissolutis ad ignem in casola, & fiat vnguentum, quod tepidum liniatur super pect⁹: vel fiat ex eis cerotũ, super coriũ album molle extendatur. Post hæc vero omnia administrant medicinas lenitiuas gradatim ad fortes ascendo, ne educatur sanies subtilis, & grossa inspisset, donec suffocet, vel phthisim causet. In fine vero rei totius exiccant pectus, pulmonem, & cerebrum cum subfumigio ex thure, mastice, myrrha, & similibus. Item electuarium pectorale & magistrale sic fit. ℞. iuiubæ, sebesten, ana. cẽtum numero, liquiritiæ mund. ℥. 20. decoquantur in. 6. lib. aquæ, donec medietas sit consumpta: coletur, & addatur libra 1. penid. & iterum coquatur vsq; ad spissitudinẽ: Deinde addatur iste puluis. ℞. dragaganti, gummi arabi. succi liquiritiæ, amigdalarum dulcium, amyli ana. ℥. 10. semi. portula. cucurbi. melo. mund. ana. ℥. iiĳ. fiat electuarium. Cõfert passioni pectorali cum materia vel sine materia etiam cum feb. Præterea si nihil physicalium remediorum confert: fiat cauterium cum ferro ignito in latere læso inter 6. costam & 7. vbi est finis costarum verarũ, & principium mendosarũ & diafragmatis: nec trahatur sanies tota simul, sed paulatim: Et si sanies sit in vtroq; latere, oportet fieri cauterium in vtroq;: quia materia nõ potest fluere de latere ad lat⁹, pãniculo mediastino prohibente: & sit cauterium latum subtile & arcuale vel acuale. Consulo aũt quód tales operationes potius relinquantur.

Canones. Si empima fuerit a pleuresi vel pipneumonia: cura perficitur duplici intentione, scilicet cum maturatione saniei, & mundificatione eiusdem: Si vero sit a catarrho, tribus indiget intentionibus: quoniam vtraque præd. & confortatione particulæ mandantis, ne transmittat superfluitates, & cõfortatiõe, pticulæ recipiẽtis, ne recipiat, & hoc p styptica. Prima igit̃ intentio oportet, vt parmittatur in ordine: ne fiat error debitæ curationis.

Prognosticatio. EMpima & hæmorrhois raro in senibus maturantur: imo suffocant ante matu-

rationem, propter debilitatē caloris naturalis, & multitudinem materiæ cum frigiditate. Item empima cum oregmone & difficultate anhelitus plurima & ſputo modico, mortale. Item empima, ſi non mundificetur infra. 40. dies a die generationis ſaniei, tranſit in phthiſim, & poſt in mortem.

¶De phthiſi. Capi. VI.

PHTHISIS eſt vlcus pulmonis cū comſumptione totius corporis a calore febrili hectico, ſiue calore accidentali occulto, lento. Fit autem ab omni, quod corrodit & vulnerat ſubſtā tiam pulmonis vel velamina eius, quæ ſunt decem numero. Primum eſt catarrhus acutus de cholera, vel flegmate ſalſo, chronicus perdurans. Secundum eſt ſquinantia vel apoſtema vuulæ, quando facit rupturam, & ſanies deſcendit ad pulmōem. Tertium eſt pleureſis aut peripneumonia: quando terminatur per ſaniationem, & ſanies non purgatur infra. 40. dies a die rupturæ. Quartum eſt retentio menſtruorum, hæmorroidarū, quæ diu in corpore retenta corrumpuntur in peſſimas qualitates, & tranſmittunt fumos venenoſos & capnioſos ad pectus: hoc tamen raro fit. Quintum eſt frigiditas aeris inſpirati conſtringentis membra ſpiritualia: vt accidit piſcatoribus & viatoribus. Sextum eſt caliditas aeris exiccantis & ſcindentis partes pulmonis: ſicut in fabris & aratoribus. Septimum eſt irregularis atꝗ diminuta cordis euentatio: ſicut accidit habitantibus in montibus metallicis & cauernis. Octauum eſt tuſſis aſſidua chronica, q̄ ſuo motu forti rumpit velamina pulmonis: ſicut accidit ſenibus dormire nō potentibus ex catarrho: & ſicut accidit cantātibus acutius & leuantibus res ponderoſas cum contentione anhelitus vehementi. Nonum eſt ſputum ſanguinis, quod ſi conſolidari non poteſt, conuertitur in ſaniem, quæ ſua nitroſitate & caliditate corrodit pulmonem: cum omnis ſanies generetur ex humoribus per viā aſſationis: vt ignis generatur ex lignis viridibus per viam aduſtionis: vt dicit Galenus in commento illius aphoriſmi. ſecundæ particulæ. Circa generationē ſaniei &c. Decimum eſt vomitus laborioſus: quia propter fortem motum ſtomachi & eſophagi, & retentionem anhelitus, & attractionem humorum ad pectoralia rumpuntur venæ debiliter contextæ in pectore & pulmone, & proprie in habentibus membra ſpiritualia rara & debiliter contexta. Sed ex quacunꝗ cauſa veniat phthiſis, eadem ſunt eius ſigna, cura, & prognoſticatio. Signa phthiſis trahuntur ex quinꝗ rebus. Prima eſt tuſſis: quoniam in ea fit tuſſis frequens, & proprie per noctem, cum proiectione ſputi ſanioſi vel ſanguinolenti. Secunda ab habitudine corporis: qa fit in ipſa collum gracile, & corpus macrum, quod de die in diem minuitur, & epyglottis eminet. Tertia a calore: quia eſt cum febre lenta ad tactum primum, ſed acuta vehementer. ſ. quando manꝰ diu ponitur ſuper corpus, & iſta feb. inflammatur magis ſolito poſt ſumptionem cibi per vnam vel per duas horas, quando nutrimentum ſpargitur ſupra membra: ſicut aqua frigida ſuper calcem viuam: quæ ſunt propria ſigna hecticæ, vt dicit Galenus decimo de ingenio ſanitatis. Quarta a pulſu: quoniam fit neceſſario ſubtilis, paruus, debilis, ſtrictus. Quinta ab vrina: quia eſt ſubtilis non tincta, ſed valde oleaginea in ſuperficie. Hæc ergo oīa cū fuerit aggregata, phthiſim ſignāt pfectā & pſentē. Sciendū pterea ꝙ vlcꝰ pulmonis vel eſt recens non confirmatum:

cuius signa sunt: quia nō expuitur sanies pura, sed sanguini permixta: similiter et est modica: quare recipit curationem & perfectam consolidationem: vel est vlcus largum & confirmatum & antiquū: cuius signa sunt: quia sputum est saniosum, purum, & liuidum, fœtidum, plurimæ quantitatis: quare recipit curationem non perfectam, sed blanditiuam solum, quæ consistit in prolongatione vitæ: quod quidem fit propter assiduum motum & fortem pulmonis: quare vlcus non potest consolidari: cum ad hoc requiratur quies diuturna. Vnde refert Auicēna. iij. canon. fen. 10. capi. de phthisi. quòd conseruabat quādam veterem mulierem phthisicam quatuordecim annis, & dabat ei zuccarum ros. vetustissimum ad manducandum omni die, quantum sumere poterat etiam loco panis & alterius cuiuscunque cibi.

Methodus. Cura phthisis prout fit a catarrho, cōtinet in se omnes cautelas & medicinas vtiles atque necessarias pro cura cuiuscunque phthisis: quare de ipsius cura loquemur principaliter, quemadmodum Hippocrates in libro regi. acutorum, assumit pro exēplo pleuresim: veruntamen intelligit curam omnium ægritudinum acutarum, tam cum apostemate, quàm sine apostemate: cum in cura pleuresis concurrant omnia necessaria in cura cuiuscunque febris acutæ. Cura ergo istius phthisis in duobus consistit, scilicet diæta & medicina. Diæta est ordinatio sex rerum non naturalium ad temperamentum, declinando tamen aliquantulum ad frigidū & humidum. Aer igitur sit coopertus ab omni vento, & proprie meridionali & septentrionali. Camera eius subfumigetur in hyeme ligno aloes, vel myrrha sed in æstate storace & iunipero, cū ros. sandal. nenuph. foliis populi, vitium, & salicis: panis sit similagineus non bene fermentatus: vtatur riso vel farre condito cum butyro: similiter & pulmento facto ex decoctione ordei excorticati vsque ad fracturam granorum, quod deinde coletur, & in colatura amylum cōdiatur cum lacte vel butyro. Et si debilem habeat stomachum, addatur modicum de puluere cynamomi. Sed caueat a rebus acutis omnino, & proprie a pipere & sinapi: quia sanguinem acuunt, & vlcus faciunt elargari. Vtatur carnibus pullorum, hœdorum, perdicum, fasianorum & magis assis quàm elixis: nisi debilitas stomachi contradicat. Similiter vtatur bonis piscibus de aqua currenti petrosis præparatis cum anetho & sale, vel piscibus maris, similiter cancris pinguibus, nutritis cum lacte, ablatis primo extremitatibus & ablutis cū lixiuio perfecte. Item vtatur lacte asinino vel caprino cum mica panis, vel cum melle, vel cum zuccaro, vel modico salis: nisi fuerit venter solutus superflue: tunc enim nō ponatur sal, sed proiiciantur in eo lapides igniti vsque ad consumptionem sui totius: & cum ipso non vtatur diuersitate ciborum durorum: quia corrumperetur omnino: Et decoquantur interdum carnes leues in lacte: sicut perdicum, caponum, pullorum: veruntamen oportet vt sint sæpe elixæ, priusquam ponantur in lacte: Et vtatur pultibus ex farina similæ vel auenæ conditis cum lacte: & iterum ex lacte & vitellis ouorum fiat sorbitio delicata: licet autem mulieris lac sit maxime proportionatum corpori nostro, tamen propter abominationem postponunt ipsum. In potu autem vtatur vino dulci & suaui: vina autem fortia calida & vaporosa vel styptica & acerba omnino deuitet: quia fortia corpus exiccant, acerba sputū prohibent. Misceat aūt vinū suū cū aqua pluuiali & zuccaro, cū qua cōuenit, vt coquant etiā sua cibaria

vel cum aqua fontis vel fluminis currẽtis: de oleribus vtatur parum & raro: de fructibus vtatur vuis iuiubis, auellanis, sed piris nequaq̃, nisi fortassis post cibũ cũ zuccaro conditis & assatis. Gaudeat otio, tripudijs, & gaudijs, & solatijs, ac omni quiete: quia om̃is motus acuit sanguinem. Similiter clamor & vociferatio quæcunq;: dormiat nõ super cibum, sed quasi facta prima digestione, & iaceat erectus quasi sedens propter facilitatem anhelãdi & expuẽdi: non in die dormiat nisi somnũ nocturnũ perdiderit: caueat ab ira, tristitia, & omni passione proposse, a coitu omnino abstineat. Vtatur ista tragea. ℞. passularum enucleatarũ partes duas: liquiritiæ minutissimæ incisæ, se. communium frigidorum añ. partem vnam. Cura autem per medicinas consistit in tribus, scilicet in remotione causæ rheumaticæ, & cura vlceris: & remotione accidentium, quæ concomitãtur. Causa autem rheumatica dupliciter curatur. Primo quidem modo cum prohibitione rerum nocentium. Secundo, cum approximatione iuuantiũ. Res nocentes sunt, repletio cibi & potus, & vsus vini: quapropter oportet vt non detur nisi parũ: et ab aq̃ seruetur valde, nisi sit aqua mellis vel zuccari. Similiter a vigilia nocturna & somno diurno, & proprie super cibum, aut capite depresso. Similiter a sternutatione cum cruditate materiæ: post maturationem vero est optima: & frigiditas aëris nocet & oĩs vomitus, et balneari post comestionem cibi: & post ablutionem capitis oportet bene cauere a frigiditate aëris continentis: tamen cõuenit quandoq; balneari post comestionem, propter extenuationem corporis superfluam: quam postea dicemus. Nocet præterea motus capitis, sed prodest motus membrorum inferiorum. Res vero iuuantes sunt quatuor. Prima est euacuatio materiæ a cerebro. Secunda est diriuatio eius ad nares. Tertia adæquatio materiei. Quarta prohibitio fluxus ad pectus. Euacuatio fit cũ pillulis cochijs famosis, quas dicemus capitulo de debilitate stomachi, cum de empericis loquemur: veruntamen nõ conuenit huiusmodi euacuatio propter phthisim, sed propter catarrhũ, & proprie præmissa materiæ digestione cum melle rosaceo colato, & syrupo acetoso composito ex oxymelle composito, quodcumq; ex eis præsto fuerit. Et oportet, vt potetur hic syrupus septem diebus assiduis in aurora dãdo. ℥. 2. cum aqua decoctionis hysopi, liquiritiæ, cubebæ, nucis muscatæ, & similium, ducentium virtutẽ ad caput: Et his diebus calefiat om̃i mane caput eius cũ pannis calidis, vsq; quo sentiat penetrare caliditatem ad interiora. Facta autẽ purgatione, fiat omni septimana semel euacuatio cum clysteri attractiuo ex geralogodio dissoluto cum mellicrato, & decoctione rutæ, & maiorane, nisi venter esset per se solutus: Diriuat̃ vero materia ad nares & alias partes vicinas cũ pillulis diacastorei dissolutis in succo rutæ, quæ sic fiunt. ℞. castorei, ap ij, croci, zz. pyrethri, eufor. elaterij, mabalhematicon leucopiperis, nigellæ, stafizagriæ, epithymi, spicę, ellebori albi. añ. ℈. 1. confice cum succo blerę, vel caulis in forma piperis: & oportet, vt corpore iacente supino, naribus sugat̃ vehementer: & post hoc ore aperto & facie euersa dimittat̃ flegma egredi omnino. Post illud vero fiat sternutatio om̃i die in ieiuno cũ hoc sternutatorio. ℞. castorei. cõdisi, cubebę, ro. masticis partẽ. 1. piperis lõgi. par. s. musci grana. 10. Item super caput ponantur (pilis abrasis) rubificãtiua, sicut est emplastrum ex sinap. & melle, & stercore columbino, & sale: quod teneatur omni nocte: primo tamen calefaciendo cum pannis calidis, anteq̃ emplastrum apponatur. Cum autem vadit dormitũ

fiant fricationes circa brachia & crura: Quod si omnia ista non contulerint: fiat cauterium in commissura cranei. Adæquatio materiei fiat cum odorationib9, euaporationibus, & inunctiõibus. Odoramenta sic fiunt, ℞. storacis, calamitæ laudani. ana. par. 1. ligni aloes veri, nigellæ cucubæ, myrrhæ. an̄. par. quatuor: fiat pomum cum cera & pice sufficientibus ad conglutinationem. Euaporationes fiunt cum milio & sale & stercore columbino facto super caput tempore calido: Si vero talis euaporatio vigilias educeret: fiat solum cum ligno aloes storace, calamita, et cum prædicta medicina. Vnctiones autē fiunt circa extrema & testiculos cū oleo sambucino & oleo de lilio & similibus desiccantibus. Et caput epithymetur cum costo, spica, myrrha, & pauco castoreo tritis subtiliter & in oleo ros. dissolutis. Prohibito autem fluxus completur sex rebus. s. gargarisatione, subfumigio, retentis in ore odoramentis, deglutionibus, & ijs quæ lambūtur. Gargarismata fiunt cum vino decoctiõis olibani, aut san. draconis, aut masticis: aut dragaganti. Fiant etiā formæ sicut auellanæ ex eis, cum q̄bus fiat subfumigatio ex storace sicca, & olibano, & xiloaloes, & san. draco. simul mixtis. Retenta in ore sunt, ℞. olibani, dragaganti, myrrhæ, croci, spicæ, masticis, storacis. an̄. par. 1. opij tertiam illius partē. Fiant formæ similes lupinis, & teneantur in ore, præterquā q̄ deglutiantur saliuæ eorum. Odoramenta sunt. ℞. ligni aloes boni & electi partes. 6. galliæ muscatę p. 3. ambræ bonæ. partes. 2. muschi. p. ß. fiat ex eis pomum cum glutino dargaganti, & odoretur. Quæ lambuntur & deglutiunt̄ sunt. ℞. thuris, masticis. par. 1. myrrhæ, opij, croci. an̄. p. illi9 tertiam. liquiritiæ. p. 1. fiant pillulæ, & administrentur. Et hæc quidem sufficiant de prima parte curæ principalis p̱ medicinas, quæ fiunt circa remotiõem causæ catarrhi. Videamus consequenter de secūda, quæ est vlcerum desiccatio & consolidatio: sed quia exiccatio nō potest fieri, nisi sanie mundificata: oportet primo mūdificantia catarrhum & saniem præmittere. Ad saniem aūt vel catarrhū de pectore educentium quatuor fiunt medicinæ. s. syrupus, electuariū, trochisci, et pillulæ. Syrupus. ℞. liquiritiæ. ℨ. 2. capill. veneris. ℨ. 1. hysopi siccæ. ℨ. 1. & ß. projce super illud quatuor lib. aquæ, & dimitte per diē & noctem: deinde coquantur ad medium: Postea projciatur super illud mel, zuccarum, penid. omnium. an̄. ℥. 8. aquæ ros. ℨ. 6. & ß. & cum aqua zuccari, vel cum aqua ficuū administrentur. Electuarium est. ℞. papaueris alb. spodij, se. lini torrefacti, croci, amigdalarū dulciū. an̄. ℨ. 3. amydi, dragaganti, gummi arabi. se. citoniorum, seminis bombacis amigdalarum amararų, fabarum. an̄. ℨ. 1. & ß. penid. ℨ. 10. dissoluātur penidiæ in aqua fontis, & coquantur, & conficianẗ cū eis res prædictæ. Dos. ℨ. 1. cum aqua mellis. Pillulæ sunt pillulæ bikikię diuersæ addita hysopo in eis, quas infra dicemus. Ad vlcerum autem consolidationem cum tempus affuerit, quod erit mūdificato ipso a sanie, possunt fieri quatuor remedia. s. sorbitio, mellicratū, cōfectio et suffumigiū. Sorbitio fit ex pultib9 supra dictis. Mellicratum sic fit. ℞. san. draconis, boli armenici, terræ sigillatæ, dragaganti, an̄. partem. 1. bulliant cum aqua & melle, & fiat ex eis mellicratū. Dosis, ℥. 2. cum aqua decoctionis passularum. Cōfectio fit, sicut diacyminū cū athanasia mixtum. Suffumigium cum traiectorio sic fit. ℞. arsenici, piperis. an̄ p. equales. fiant ex eis formæ, sicut auellanæ cum albumine oui. ¶ Restat modo videre de tertia principali, de remotione scilicet accidentium possibilium cōcomitantium hanc egritudinem, & sunt

multa, scilicet feb. consumptio corporis totius, fluxus sanguinis per sputum: fluxus ventris: constrictio ventris: difficultas anhelitus: debilitas digestiuæ et appetitiuæ. Feb. autem si superueniat & consumptio totius corporis, curãtur cũ diæta humida, & cum exhibitione lactis asinini vel caprini. Modus autem traditur a Galeno septimo de inge. sanitatis: & ab Auicenna tertio canon, decimo capitulo de cura vlceris pectoris, & pulmonis, quam plene scribemus capitulo de feb. hectica, si deus voluerit. Verũtamẽ prout nunc sufficit, præmittatur balneum aquæ dulcis: deinde cum exierit: detur lac ad potandum vsq; ad 5. vel 6. ℥. & vngatur totum pectus & dorsum cum isto vnguento. Recipe populeon par. 1. butyri recentis partem 1. incorporentur simul cum oleo ros. Aut vngatur cum aliquo solo ex eis si præsto singula non habeantur: vel fomẽtetur cum pannis mollibus infusis in lacte recenti, vel cum huiusmodi. Recipe muscillaginis psillij, muscillaginis dragaganti & semi. citoniorum. olei viol. lactis añ. partes æquales: & post balneetur iterum, cum lac videtur esse digestum, quod forte esse poterit transactis tribus vel quatuor horis post assumptionem lactis. Aliquando autem si velles augere screatum, cum lacte, oportet miscere puluerem cancrorum adustorum & hysopum. Si vero feb. augeatur post exhibitionem lactis: tunc non detur lac, nisi de quo sit extractum butyrum. Fiat præterea epithyma super epar. Recipe tamarindorum, absinth. solatri añ. par. ij. spodij. par. 1. camphoræ, par. ß. bulliatur hoc totum in tribus partibus aquæ & in parte 1. aceti & epithymetur epar cum petijs infusis & aliquantulum expressis tepidis: caueat tamen, ne tangat diafragma: quia propter frigiditatem induceret malitiam anhelitus, vel spumosam vel saniosam. Et aliud epityma fiat super cor. ℞. se. ros. buglossæ, boraginis añ. partem vnam, margaritarum partes duas, bulliantur primo semina in 12. partibus aquæ ros. & parte vna aceti: & post hoc addantur margaritæ, & in ipso tepido petiæ imbibitæ de sindone vel de scarlato frequenter super cor ponant. Cauendum tamen semper, ne fortassis malitiam anhelitus inducat propter causam dictam: tunc enim remoueatur, & fiat inunctio ex croco, & butyro, & detur prædictus syrupus screatiuus: Detur præterea electuarium restauratiuum de testudinibus, quod sic fit. ℞. liquiritiæ, ros. zuccari añ. vnciam vnam: floris vuæ agrestis, vnciam ß. succi liquiritiæ, amydi, portulacæ, seminis lactucæ, seminis scariolæ. añ. vnciam ß. gariofil. dragmas decẽ cynamomi dragmam vnam. zz. storacis añ. dragmas duas, croci dragmam vnam penid. vncias duas, seminis melonis, cucur. cucumeris, citruli. añ. vnciam vnam & ß. seminis citoniorum. ℥. tres, amigdalarum, pinearum, sebesten. añ. ℥. vnam seminis maluæ viol. añ. dragmas duas. Conficiantur cum syrupo ros. & vtatur hoc modo, quo voluerit. Si autẽ vis ponere testitudinem, decoquatur testudo bene, postea pistetur & exprimatur, & ponatur colatura cum rebus prædictis & potetur syrupus ros. si vẽter nõ sit cõstipatus sed solut⁹: sed syrup⁹ viol. si sit constipatus. Item potest fieri vestis quædam de subtilissimo corio albo continens pectus & dorsum, quæ tota perungatur ex muscillaginibus prædictis, & æger ipsam teneat in dorso post exitum balnei prædicti. Ad tumorem ped. fiat ablutio de nocte, cum vadit dormitum, ex aqua decoctionis saluiæ, & camomillæ. Ad fluxum sanguinis per sputũ vel aliam regionem, fiant trochisci huiusmodi. ℞. terræ sigillatæ ℥. tres: boli

armenici rof. rub. aā. ʒ. decem: carabæ, granorum myrti. aā. ʒ. 15. coralli, dragaganti, spodij, sanguinis draconis, lapidis hæmatitis. aā. ʒ. quinque, gummi arab. succi liquiritiæ. aā. ʒ. septem. Conficiantur cum portulaca & aqua rosacea: & conficiantur ex eis trochisci ʒ. vnius: de quibus bibatur vnus cū aqua cisternæ, vel aqua pluuiali. Caue tamen semper, ne per hæc styptica sputum prohibeatur omnino, vel fiat difficultas screandi superflua: imo quando hoc vides, statim redi ad screatiua, ita vt modo ad styptica, modo ad screatiua procedatur: vt sic fiat vlceris vicissim mūdificatio, & sanguinis restrictio perfecta. Ad fluxum vētris, si contingat: fiat puluis iste restrictiuus. ℞. gummi arabici, spodij, bol. armenici, seminis myrti. aā. ʒ. vnam: dentur omni die de ipso ʒ. tres, cum syrupo de papauere, vel syrupo rosaceo, vel rob myrtino, & ponatur in lacte eius zuccarum modicum, respectu temporis prioris, quia secessiuum est, hoc est, prouocat secessum. Si autem venter non lenitur, sed est constypatus: tunc multiplica sal in lacte, & leniatur cum syrupo viol. in quo dissoluatur mannæ, aut cassiæ fi. ℥. ß. Ad difficultatem anhelitus, fiat inunctio cum butyro, circa pectus, in quo si vis, potes addere aliquid croci propter confortationem cordis: vel vngatur pānus subtilis aut lana cum butyro, & pectori superponatur. Et tunc vtatur omnibus medicinis supradictis screatiuis postponendo stypticas. Et vniuersaliter scire debes, ꝙ quando simul adueniunt duo accidentia contraria, vt fluxus sanguinis, & difficultas anhelitus: tūc oportet intendere fortiori, & quod magis timetur reliquum dimittendo, donec primum mitigetur. Verum si contigerint ambo simul æqualiter augmētari, tunc æger in itinere mortis est: quare prognosti. relinquatur. Ad debilitatem digestiuæ stomachi fiat suffumigatio pannorum cum ligno aloes & masticis & thure combusto super carbones, & supponatur stomacho actu calidum: Et deferat assidue puluinar paruum de plumis super ventrem. Ad confortationem appetitiuæ fiat aliquando epithyma super stomacho ex rof. mastice, ablynthio, & vino citoniorum bullitis in aqua & modico aceti: vel vngatur stomachus ex oleo costino & oleo masticino, & modico puluere gariofil. mixtis & calefactis perfecte in vase duplici.

Emperica. Licet intentiones in cura phthisis sint diuersę, prout in canonibus dicemus: Præcipue tamen est intēdendum circa catarrhum restringendum cum stypticis, & circa vlceris mundificationem cum screatiuis. Pillulæ bikikiæ ad screandum, sic fiant. ℞. succi liquiritiæ, zuccari. aā. dragmas decem amyli, dragaganti, amigdalarum excorticatarum ʒ. quinque: informentur pillulæ, & teneatur vna sub lingua, & deglutiatur eius saliua: quia screare facit. Pillulæ screatiuæ ad catarrhum, sic fiant. ℞. storacis dragaganti, olibani, seminis rof. granorum granatorum, berberis, opij, ana, partes æquales: informentur pillulæ ad modum lupinorum, ex quibus vna vel duæ patienti dentur, & aspergantur cum muscillagine seminis citoniorum in sero, quando æger vadit dormitum, quia catarrhum restringunt. Electuarium præterea sublime ad consolidationem vlceris pectoris & pulmonis & eius mundificationē sic fit. Recipe succi liqritiæ ʒ. 10. hysopi, capilli veneris, siccorꝫ semi. vrticæ ireos, ana, ʒ. 5. seminis feniculi ʒ. quatuor, pulueris plantaginis siccæ. ʒ. 10. rof. rub. siccarꝫ ʒ. se. pulueris cancrorum adustorum ʒ. 15. coralli, spodij, ana, ʒ. quinqꝫ, mellis rof. quod sufficit: conficiatur. & fiat electuarium. Mel autem coletur, teneatur autē

in ore, vt lambendo descēdat. Confectio trochisci de papauere, qui sunt vtiles ad mundificandum pectus a sanie. ℞. se. papaueris albi, medullæ, cucurbitæ, & citruli, ana, ʒ. 8. amyli, dragaganti, gummi arabici, succi liquiritiæ, ana, ʒ. quinque thuris, boli armenici, sanguinis drac. karabe, ana, ʒ. duas, myrrhæ, cinamomi, opij, ana, dragmā vnam: fiāt trochisci cum rob de vino, & sit vnusquisque dragmarum duarum: sumatur vnus mane & sero cum rob de myrtis. Ex confectionibus præterea sublimibus ad mundificandum vlcus per screatum, similiter & ad consolidandū atque catarrhum restringendum est diagragantum famosum & vsitatum: quoniam est lenitiuum, humectatiuum, infrigidatiuum cum stypticitate occulta infixa. Sed ex mundificatiuis delectabilibus & proprie in corporibus debilibus & delicatis, est diapenid. quemadmodū ex screatiuis fortibus acutis & proprie cum accidit asma ex sputo retento, diaprassium, diacalamētum & diayris, ex quibus lambatur frequenter. Quod si quādoque per huiusmodi electuaria sputū superfluxerit, vel sanguis exierit cum sputo: abstinēdum est ab eis penitus & intendendum restrictiuis. Suffumigium subtiliās sputum grossum in pulmone sic fit. ℞. aristologiæ rotundę, myrrhæ, storacis, thuris aā. ʒ. vnam, arsenici rubei ʒ. tres. Fiant pillulæ cum butyro vaccino ad modum auellanæ. Et cum tussis fuerit difficilis & sine sputo, ponatur vna super carbones, & fumus omnis capiat. In phthisi præterea, cuius vlcus est recēs, ita quod adhuc expuitur: potest fieri flebotomia diuertēs a principio de vena mediana, vel basilica: si virtus & ætas consenserint, vel ventosatio in natibus, sed non in spatulis: ne forte pectus anxietur: Similiter & super adiutoria, super cubitum sine scatificatione. In phthisi similiter, si vēter restringatur: fieri potest clystere lenitiuum dictum capitulo de frenesi. Et si necesse fuerit: potest laxari cum ℥. vna mannæ, vel cū ℥. vna medullæ cassię fistulæ dissolutæ in aqua decoctionis ordei vel prunorum: sed nō dētur medicinæ acutæ: quia acuerēt sanguinem, & augmentarent vlcus, nisi forte cum duobus prædictis poneretur reubar. ʒ. ß. in substantia, aut ʒ. ij. in infusione: quia licet reubarba. acuat sanguinē per se, verūtamen infrigidat p accidēs, educēdo choleram. Cibus præterea mundificatiuus est sumere sæpe in ieiuno & hora maioris quietis, & proprie si non sit complicatio feb. putridæ, lac recens asinæ vel capræ cum zuccaro, in quo sit aliquid thuris, vel san. dra. vel zuccari rosa. veteris. Sed cibus nutritiuus & consolidatiuus conficitur, si ponantur cancri viui ex aqua bona capti, vel pisces petrosi parui in lacte recēti caprino, vel in aqua ordei, donec repleātur. Deinde in eodem lacte coquantur, & comedantur: vel si potetur lac recēs vstulatum cum calibe ignito. Similiter & si pultes ex farina ordei, vel risi, vel similæ, vel amyli conficiantur cum eodem. Sed confortatiuus, nutritiuus, cibus mundificatiuus, & consolidatiuus, est lac capræ pascentis herbas frigidas & bonum serum, cum bibitur recens atque calidum ex mamillis per se sine addito, & proprie in ieiuno, vel hora maioris quietis, si stomachus in ipsa delectetur, neque fe. putrida complicetur. Quoniam in lacte trina substantia reperitur. Prima serosa frigida et humida de natura aquæ: quare mūdificat, & abstergit. Et licet aliqui dicant, quod sit calida & sicca: intelligūt hoc prout eis commiscetur coagulum: sicut accidit in sero, cuius caseus est extractus. Secunda vero butyrosa calida & humida: quapropter incarnat. Tertia caseosa frigida & sicca, quæ cōsolidat perfecte. Ex confectionibus sublimibus præterea, est zuccarum

ros.purum vel sic mixtum. ℞. zuccari ros.lib.1. Karabæ, margaritarum non perforatarum, ossis de corde cerui, san. draco.aā.ʒ.2.macis, croci, opij. aā. ʒ.ß. misceantur,& de ipso sumat omni mane & sero ad modum nucis magnæ: qa calorem reprimit,corpus reficit,& vlc* constringit,& proprie si fuerit vetustum per annum integrum reseruatum.Et vir tutis propinquæ & consimilis est dia radon abbatis. Sed ad extinctionem ca loris fe. & sitis vehemētis,& inflamma tionis epatis & stomachi, conferunt tro chisci de camphora, qui sic fiūt secundū Hebemes. ℞.fol.ros.ʒ.4.spodij.ʒ.2. san dal.ci.ʒ.2.&ß.croci.ʒ.1.succi liquiritiæ.ʒ 2.semis,cittruli, melonis, cucumeris, cucurbitæ,dragaganti,spicæ,aā.ʒ .1. ligni aloes, cardamomi, amyli, cāphorę.aā. ʒ.1.zuccari, tabarzeth, tereniabin .aā. ʒ.iij.Confice cum muscillagine psillij & aqua rosarum.Et si in descriptione augentes spodium ad.ʒ.4.& se. portulacæ ad.ʒ.2.vocabunt trochisci de spodio: & tunc fiunt magis infrigidatiui, & extin ctiui. Fiunt autem aliter trochisci huius modi. ℞. spodij.ʒ.4.ros.ʒ.7 .se. maluæ, se.portulacæ, cucurbitæ,dragagāti,spicæ celticæ,gummi arabici,liquiritiæ,ligni aloes,cardamomi.aā ʒ.4.croci. ʒ.2 camphorę.ʒ.2. conficiantur cum muscil lagine psillij:& detur vnus sero cum itur dormitum,cum syrupo ros.& aqua psil lij. Contra sanguinis fluxum superfluū cū sputo,dētur trochisci de Karabæ :qui sic fiunt. ℞.Karabæ gūmi arabici,laccæ,balaustiæ,hypocistid.ana.ʒ.5. thuris ʒ.2.opij.ʒ.1.fiant trochisci cum muscilla gine psillij:detur ʒ vna cum ℥ vna acuę suma h. Et descriptio fortior & melior eorum est hæc. ℞ sanguinis draconis, thuris.ana.ʒ. tres & ℈. vnum. Karabæ ʒ quinque lapidis hæmatitis, terræ sigillatæ aā ʒ quatuor, alumis.ʒ.2.&ß. balaustiæ ʒ.iij.opij ʒ.1. fiāt trochisci cum succo plātaginis, vel portulacæ: & sit quilibet ʒ. 1.vel ß: detur cum aqua decoctiōis plātaginis vel portulacæ.

Canones. Phthisis græce, cōsumptio est latine: Quapropter oīa consumptio corpori nostro superueniens potest phthisis nominari . Propter quod sciendum est, quod phthisis large sumpta ē duplex, scilicet naturalis & innaturalis. Naturalis est illa,quæ accidit senibus & defectis ex ætate.Innaturalis est duplex vt dicit Isaac libro suo de fe. quia quædam est cum fe.quædam est sine feb.Illa autem quæ est sine feb.est duplex . Nam quædam est, quæ fit a causa calida : vt quando aliqui fumi adusti expirant ad cor,& consumuntur humiditates capsulæ cordis prout accidit illi simiæ:de qua loquitur Gale.2.de interioribus.Non eīm quælibet cordis inflammatio est feb.licet sit econuerso.quædam vero a causa frigida : vt patet in hectica senectutis: Hæc enim est mala complexio frigida, sicca valde, quæ opponitur nutritioni: quapropter in ipsa corpus consumitur, & accidit vt plurimum corporibus melancholicis per naturā . Quæ autem est cum fe.est duplex: quædam enim fit per se incipiendo, & est de numero eorum, quæ raro contingunt: vt dicit Gale.2.de crisi.circa finem. Alia vero consequendo ægritudines alias, & hoc dupliciter: quia vel consequitur fe.& ita fit vt plurimum.Nam (vt plurimum)oīs feb. putrida, quando prolōgatur, tendit ad hecticam & arefactionem:quia mēbra radicalia inflammantur propter diuturnam inflammationem spirituum & humorum : vel consequitur pleuresim,& pipneumōiā,aut aliq aliā decē causarū in principio cap. positarum,et sic sum ē in pñsenti Item sciendum, quod in cura phthisis oportet medicū īspicere ad sex intētiōes. Quarū prima est,ad mūdifica tionē vlcerū a sanie:qa vlcus est vuln*

compositum cum sanie: quapropter nō cōsolidatur, nisi prius exiccetur: vt dicit Gale. in tegni ca. de cura solutionis continui compositæ: & sic competunt acuta riptica, velut sunt hysopus, prassium, & squillia: secunda vero ad consolidandū vlcus mūdatum, & sic competunt sicca glutinosa, vt trochisci de karabe. Tertia vero ad prohibendum cōsumptionē corporis, & sic competunt humida nutritiua: vt lac, carnes & similia. Quarta vero ad extinguendum calorem febrilem & sitim, & sic competunt frigida omio: velut trochisci de camphora, & vnguentum populeon & similia. Quinta, ad mitigationem doris, & sic cōpetunt anodina, vt camomilla: vel narcotica, vt opium. Sexta est ad restringēdum catarrhū in capite: & sic competunt emplastra rubificatiua super caput: & sic patet, quare autores vtuntur medicinis contrarijs in capitulo phthisis.

Prognosticatio. Phthisis antiqua nō recipit curationē veram sed blanditiuam & dilatoriam, sicut nec prima species hecticæ. Item quādo sputum phthisici cadit super terram calidam, vel lapidem, vel carbones, & fœtet: mortale est. Caue tamen, ne illud sit propter empima: quia & illud fœtet. Oportet igitͤ, vt sit fœtor grauis, velut corium assum: quoniam sic accidit propter substantiā pulmonis. vnde Hippo. 5. parti apho. Qui a phthisi molestantur, si sputum quodcunque spuunt, graue fœtet super carbones effusum, & capilli de capite fluunt: mortale. Si sputum phthisici ad fundum aquæ ceciderit: significat vlcus confirmatum: nisi acciderit fortassis propter flegma grossum cōmixtum sputo. Distingue ergo inter saniem & flegma. Si vero natet in medio: tunc vlcus tēdit ad confirmationē. Quod si locum supremū obtinuerit vlcus, significat recenter inchoatum cum bona spe salutis. Item dicit Aui. In mulieribus, pueris, & senibus, & carnosis potest phthisis lōgo tēpore palliari. Item Hip. 5. parti. apho. A phthisi habiti diarria supueniens, malum. Itē si cœperint capilli cadere, vngues incuruari, appetitus prosterni, anhelitꝰ fieri difficilis, & os fœtere, & sputū retineri, vēter fluere, crura inflari: propinquꝰ est mori. Itē phthisici plurimū moriūtur in autūno: sicut et hectici. vñ Hip. 3. part. apho. autumnus phthisicis malus. Et cauendū est medico in cura phthisicoꝝ & hecticoꝝ, qa moriendo loquunͭ, & loquēdo moriūtur. Itē viris et mulieribus ab anno. 18. vsque ad 35. si phthisis supuenerit, raro curatͤ, & raro occultatͤ, propter caloris innati feruorē: ante vero & post raro fit, & plurimū occultatͤ. vñ Hip. 5. par. apho. phthisis fit maxime ætatibꝰ a. 18. vsque ad. 35. annū.

De sputo sanguinis & æmoptoica passione. Ca. VII.

Sputum sanguinis potest prouenire a quatuor locis, scilicet stomacho, pectore, capite & gingiuis. Et si quidem a stomacho & pectore, æmoptoica passio nuncupatur. Signa eius, cū euenerit a stomacho, sunt, quia fit cū vomitu, & sentitur grauitas in stomacho, & forte antecessit retentio menstruorum, & hæmorroidarum, vel fuit sanguinis fluxus a toto corpore, qui sine regimine naturæ regurgitat ad epar: deinde per meseraicas ad intestina deorsum, vel ad stomachum sursum: sicut accidit membrum habentibus mutilatum: quia tūc virtus sanguificatiua epatis corpori nō proportionatͤ. Signa eiꝰ, cū venerit a pectore vel pulmōe, sunt: qa venit cū tussi forti, & sentitur grauitas in pectore: quia si fit a substantia pulmōis, erit sanguis paucus, & spumosus. vnde Hippo. parti. aphoris. Quicumque sanguinem spumosum expuunt, ijs ex pulmone fit

eductio. Si aūt a ruptura venæ: erit san plurimus & lucidus. Signa eius, cum venit a capite, sunt: quia venit cum rascatione absq; tussi. Signa eius, cū fit a gingiuis, sunt: quia gingiuæ apparent sanguinolentæ semper, scilicet quando leuiter tanguntur: & de istius cura dicem⁹ capitu. de fœtore oris.

Methodus. Cura eius, quę fit a stomacho, est vt primo fiat diuersio sanguinis per flebotomiam saluatellæ, quæ est in manu inter anularem digitum & auricularem, & per flebotomiam saphenæ in pede, in prouocatiōe mēstruorum & hæmorroidaꝝ, et prohibitione vomitus omnino. Oportet aūt, vt flebotomia sit frequens, non multa simul, nisi sanguis exuberans videatur super totum corpus. Post ista vero ponātur ventosæ siccæ super epar: ligentur extrema dolorose: primo quidē inferiora, & post hoc superiora. Aspergātur pedes & manus ex aqua calida: & eorum cib⁹ sit stypticus conditus cum agresta vel vino granatoꝝ acetosorū. vel aqua sumach, vel myrtorum. Bibat vinū rubeū acerbum lymphatum cum aqua fluuiali & plantaginis. Vtatur diacitonion facto sine speciebus post cibum, recipiat omni die vnum trochiscum in aurora, vel ante cœnam cum syrup ros. vel aqua myrtorum, qui sic fit. ℞. boli armenici, gummi arabici, balaustię, sanguinis draco, thuris, masticis. aā. ʒ. i. fiant trochisci cum vino granatorum, vel agresta, vel aqua plantaginis: quorum quilibet sit. ʒ i. Super stomachum ponatur cerotum illud. ℞. mummiæ, masticis, thuris, nucis cypressi, boli armenici, sanguinis draco. aā. ʒ. i. picis naualis, & laudani ceræ ana. ʒ. quatuor: dissoluantur omnia ad ignem in casola, & extendantur super corium. Balneetur in aqua tepida, fricetur sale & furfure: quoniam materias resoluit, & ad circumferentiam attrahit, simul & sudorem procurat. Cura eius, prout venit a pectore, est vt primo diuertatur materia per flebotomiam basilicæ in manu, & ventosationem in natibus non in spatulis, ligentur extrema. Mundentur postea membra spiritualia cum electuarijs & lohoch & syrupis screatiuis dictis capitu. de phthisi: deinde cōsolidentur cum stypticis ibidem. Diætetur sicut phthisicus. Quod si istud sputū perseuerauerit, & cum fe. lēta fuerit: fixam phthisim significat. Vtatū ergo zuccaro ros. veteri per se. vel sic. ℞. zuccari ros. partes. 20. Karabæ, boli armenici, hypocistid. sang. draco. aā. p. 1. opij, macis, croci, papaueris albi. aā. par. ß. terantur, & misceātur. Quod si fortificare volueris in stypticādo atq; constringendo, adde dragaganti, coralli alb. & rub. acaciæ, gūmi arabi. torrefactis sup prunas, terræ sigillatę, margaritarum & similiū. Conferunt præterea trochisci de Karabę dicti capitulo de phthisi: & alios dicem⁹ capitulo de mictu sanguinis. fortiores. Confert etiam linimentum super pect⁹ si fluxus sit ex pectore & pulmone: Similiter & super stomachum, si sit ex stomacho: quod fit eisdem trochiscis dissolutis in succo plantaginis & portulacę, et mirtilli, & barbæ hircinæ. Ipsa nanq; habēt proprietatem restringēdi omnem fluxū. Teneat in ore continue portulacas, vel plantaginem recētem. Bibat vinum rubeum, stypticum lymphatum cū aqua mirtillorum, vel extinctiōis calibis. Caueat a cibis acutis, parum loquatur et tacite, semper iaceat quasi erectus. Sit semper in loco temperato declinante versus frigidum. Cura eius, cum venit a capite, prædictis est facilior. in qua non cadit timor: quoniam vt plurimum illud rectificat natura per se: verum si superfluat, fiat flebotomia cephalicæ: Deīde gargariset succū solatri,

vel plantaginis dissolutum cũ aqua decoctionis sumach, & myrtorum vel oxyzacari, vel diamoron propter repercussionem. In declinatione vero cum melle ros. vel zuccaro ros. & aquis eisdẽ. Vtatur stypticis in cibo & potu, vt est panis azymus, vinum rubeum ponticum, lentes excorticatæ, & similia.

Emperica. Syrupus purgans pectus et pulmonẽ cum sputo & cõsolidans vlcus, quod est in eis, sic fit. ℞. succi portulacæ & plantaginis, consolidæ maioris, vngulæ cabal. succi myrti, an̄. ℥. 4. bulliantur in istis succis istæ res. ℞. thuris sang. drac. an̄. ʒ. iij. karabæ. ʒ. 5. lap. hæmatitis, terræ sigillatæ an̄. ʒ. 10. aluminis scissi, myrrhæ, balaustiæ an̄. ʒ. iij. reubarb. ʒ. ij. Postea etiã addatur istud ℞. hypocistid. ʒ. 1. & ß. ro. rub. ʒ. vnam, boli armenici, pulueris de cornu cerui vsti an̄. ʒ. 1. et ß. opij ʒ. vnam, zuccari lib. vnam, fiat syrupus bene coctus & clarificatus: detur de ipso omni mane ℥. vna, vel duæ cũ duplo aquæ puræ, vel aquæ plantaginis, vel aquæ draganganti, & cũ eadẽ aqua lymphetur vinum suum. Pillulæ sublimes ad sputũ sanguinis restringẽdum, sic fiunt. ℞. boli armenici, gummi arab. dragaganti an̄. ʒ. 1. penid. ʒ. ij. terantur omnia subtiliter. Et si sanguis venit de pectore vel pulmone, conficiantur pillulæ latæ subtiles cum muscillagine dragagãti infusi per noctem in aqua ordei, quas patiẽs teneat assidue in ore, vt sic paulatine dissolutæ redundẽt ad spiritualia cum saliua. Si vero sanguis venit a stomacho & nutritiuis partibus: conficiantur pillulæ cum muscillagine gũmi arab. dissoluti in succo plantaginis, & dentur in potu omi die in ieiuno cũ aqua pluuiali, in qua ferrum candens sit extinctum. Aut detur idẽ puluis cum ouo sorbili, aut ex ipso & farina similæ & albuminibus ouorum fiant tortellæ, & in cibo ministrẽtur. Aut clystere fiat ex ipso, si fuerit vitio intestinorum: quoniam cõfert omi fluxui per quãcunq; regionem fuerit. Item puluis restringẽs omnem fluxum sanguinis ex quocunq; loco siue sumatur per exterius, siue per interius. ℞. Karabæ, boli armenici, balaustiæ, sanguinis dracon. laccæ, an̄. part. æquales: dentur ʒ. ij. cum aqua infusionis sumach ℥. 1. opij recẽtis sexta pars ʒ. vnius: valet sputo sanguinis, fluxui sang. narium, dysenterijs, menstruis, hæmorrhoidis, vulneribus, quæ sunt cum hæmorrhosogia plurima: quia sanguinem ingrossat, & ora venarũ stypticat. Item trochisci constrictiui & consolidatiui sic fiũt. ℞. gummi arabici, dragagãti, se. portulacæ an̄. ʒ. 5. boli armenici, terebentinæ, scariolæ, terræ sigillatæ an̄. ʒ. 6. hypocistid. acatie, cornu cerui combusti, balaustiæ, ficuum siccarum, cupularum glandium, extremitatum ramorum rubi an̄. ʒ. 4. lapidis hæmatitis loti ʒ. 4. Karabæ ros. myrtilli an̄. ʒ. iij. se. papaueris alb. ʒ. 6. cancrorum adustorum ʒ. 15. coriãdri assi ʒ. ij. fiat puluis cribellatus, cõficiatur cum aqua ros. vel succo plantaginis. Et adde si vis se. lini torrefacti, & lentium excorticatarũ an̄. ʒ. 6. Valet sputo sanguinis, dysenteriæ, lienterijs, diarrijs chronicis, et vniuersaliter omni fluxui superfluo per quãcunque corporis regionẽ. Detur vnus in aurora cum aqua plantaginis vel pluuiali. Idem operantur trochisci de Karabe Alman. & dantur eodẽ modo cap. de phthisi. C. de empericis.

Canones. Scias, ꝙ cura istarum trium passionum, scilicet empimatis, phthisis, sputi sanguinis conueniunt, & differunt. Conueniunt quidem: quia in qualibet earum oporet medicum habere duas intẽtiones: primam scilicet in mundificando saniem & sanguinem ꝑ sputum: secundam in consolidando solutionem continui saniosam quæ vlcus dicitur: quemadmodum solutio cõtinui

simplex sine sanie, apud medicos vuln⁹ appellatur. Sed differũt, quia in cura empimatis oportet esse maiorem intentionem in mundificãdo q̃ in consolidando: propterea ꝙ in empimate nondum est factum vlcus, sed est futurum fieri, si nõ purgata fuerit sanies tempore certo. Et per empima intelligo etiam pleuresim & peripneumoniam, quando terminantur per saniationem. In cura vero sputi sanguinis oportet principaliorem esse solicitudinem in consolidando q̃ in mundificando: eo ꝙ sanguis est humor beniuolus, si non corrumpatur. Verum neque per hoc vulnus neque sanguis negligatur: ne forte dilatetur propter continuum et fortẽ motum pulmonis in anhelando. Sed in cura phthisis ambæ intentiones sunt æquales: ex eo ꝙ ibi sunt simul sanies & solutio continui, æque principaliter: vt patet per diffinitionẽ phthisis supradictam. Ex hoc autẽ cañ. sequit̃ alius, & est, ꝙ omnes medicinæ istorum trium capitulorum sibi mutuo suffragãtur, cum morbi non differant, nisi secundum magis & minus, prius et posterius.

Prognosticatio. Ad sputum sanguinis si non restringat̃ infra 14. dies vel 20. ad plus, seqtur sputũ saniei, & per consequens phthisis. Vnde Hippo. 7. parti. apho. In sanguinis sputo saniei sputum, malum & parum post catarrhi in superiori ventre, id est, pectore in saniem conuertunt̃ in 20. diebus. Item screatus sanguinis, similiter & vomitus periodice factus, & cũ alleuiatione, infirmũ liberat a multis malis passionibus, scilicet hydropisi, lepra, phthisi: quemadmodum & menstruorum fluxus, ventris & hæmorrhoidarum, & fluxus sang. narium cum creticus est, & naturalis vt dicit Auer. 3. colli. quapropter nullatenus restringatur: imo si fuerit difficilis restrictus, propter san. condẽsationem, prouocetur cum acutis, verbi gratia. Si venit a stomacho, detur sinapis, piper, & galanga. Similiter & ex cõpositis diatrion pipereon, diagallãga, diaciminum cum vino veteri amaro: qm̃ sanguinẽ excoquunt. Quod si venit a pectore vel pulmone, detur ireos hysopus & squilla. Ex cõpositis diacalamentũ, diaprassium, et diairis. Si vero flux⁹ hmõi fuerit symptomaticus vtpote superfluus, aut inordinatus, aut ægri virtutem diminuẽs, pro viribus restringat̃, ne fortasse ad hecticã vl' phthisim deducat, et fortassis ad hydropisim propter infrigidationẽ. Itẽ Hip. 5. parti. apho. Mulieri sanguinem vomẽti menstruis superuenientibus solutio fit.

¶TRACTATVS TERtius secundæ sectionis.



Cordis passiones famosæ sunt quatuor. Prima est debilitas. Secunda syncopis. Tertia tremor siue iectigatio. Quarta dolor & apostema. Cum autẽ dico cor, intelligo capsulam cordis, & humiditatem contentam in ipsa madefacientem cor assidue, ne propter motum continuum & calorem exiccetur.

¶De debilitate cordis. Cap. I.

Debilitas cordis appellatur, quando corpus deficit sine manifesta causa in omnibus suis virtutibus & proprie vitalibus, & marasmatur & consumitur vel discoloratur: & operationes eius præcipue vitales debiles existunt, nullo aliorum membrorum læso sensibiliter. Fit autem ab omi specie malæ complexionis, quę sunt octo: quatuor quidẽ simplices, scilicet calida, frigida, humida, & sicca: & quatuor compositæ ex his. Et loquimur nunc de mala complexione sine materia: qa de ea, quæ est

cum materia loquemur ca. de apostemate cordis. Signa debilitatis cordis a caliditate accidentali, sunt vehementia caloris circa pectus: sitis vehemens, quam sitim magis extinguit frigidus aër q̃ aq̃: pulsus magnus spissus, nisi virtus sit nimis debilitata: tunc enim est paruus spissus & frequens & similiter anhelitus & delitia in vsu rerum frigidarum: & extenuatio corporis de die in diem: & dispositio similis syncopi, adeo donec forte superueniat eis syncopis: quod quidem est necesse fieri apud oẽm cordis debilitatẽ, & tristitia multa, & est vt plurimum cũ fe. occulta. Signa debilitatis eius a frigiditate non naturali, sunt pulsus paruus, tardus & rarus, nisi virtus sit valde debilis: tunc fit frequens vt succurrat necessitati: & anhelitus similiter, & delectatio vsus calidorꝫ & timor & tristitia, diminutio lætitiæ. Signa eius quæ fit a siccitate aduentitia, sunt corporis habitudo sicca, pulsus durus paruus frequens, & continua siccitas linguæ & palati. Signa eiꝰ quæ fit ab humiditate superflua, sunt signa apoplexiæ vł paralysis: quia humiditas accidentalis quando superfluit in substantia cordis vel ventriculis eius vel capsula eius, suffocabit subito calorem naturalem immediate: quemadmodum & hoc accidit in apoplexia mediate: q̃a mediãte impedimẽto anhelitus.

Methodus. Cura debilitatis eius a caliditate, est vt detur omni mane in aurora vnus trochis. de camphora dictus capitulo de phthisi, cum vino granatorum acetosorum vel berberis. Epithymetur pectus cum pannis sericeis, vel de bisso infusis in aqua rof. in qua sit aliquid pul. ro. camphoræ & sandal. Vtatur diarodon abbatis, diadragãti, rosata nouella, electuario restauratiuo: quod dicemus ca. de fe. hecti. lib. 2. Bibat sæpe lac acetosum recens in ieiuno. Fit autẽ acetosum si statim postq̃ mulctum est, extinguatur in eo calibs vel lapis ignitus, qui consumit eius partes calidas butyrosas facile inflãmabiles. Diætet̃ diæta frigida aromatisata. Cura debilitatis eius a frigiditate, est vt omi mane sumat dianthos, diamustum, diamargariton, pliris arcoticum cum vino bono aromatico. Epithymetur pectus cum oleo nardino, in quo dissolutus sit muschus, vel ambra. Diætetur carnibus bonis conditis cum speciebus aromaticis, & proprie croco, mace, spica, gariofil. cardamomo, folio, & gallanga. Bibat vinum bonũ, sed vsu moderato: ne forte inducat siccitatem. Sumat de tertio in tertium in ieiuno ʒ. 1. theriacæ bonę veteris cum vino decoctionis macis & cynamomi. Cura eius, quæ est a siccitate, est vt regatur patiens regimine hecticæ. Impinguet̃ ergo propösse cũ brodijs pinguibus carnium bonarum cõditarum cum vitellis ouorum alteratis cum cucur. lactucis. Bibat sæpe in ieiuno lac recẽs asinæ vel capræ, in quo sit aliquid zuccari: ne caseetur in stomacho. Epithymetur pectus cum oleo viol. & rof. & commixtis cum muscillagine seminis lini, fenigræci, maluauisci. Post sumptionem lactis per tres horas balneetur in aqua dulci tepida, in qua modicum moretur: ne corpus fiat euaporabile: bibat vinũ dulce. Cura eius, quæ est ab humiditate, est cura apoplexiæ propösse: quia periculosa est hæc debilitas propter subitã suffocationem, quæ timetur.

Emperica. In omni specie debilitatis cordis, conuenit abstinẽtia a coitu omnino & labore, & vti lætitia & gaudio audiẽdo sonos musicæ, & fabulas nouas & vtiles & videre amœna, odorare aromatica: quia cerebrum, cor, epar cum sint mẽbra principalia sibijn uicem mutuo compatiuntur, & confortantur: & vngere pectus cum oleo nardino, vel oleo rof. & cera mixtis cũ gallia

mus.& suffumigium cũ alipta, mus. sto race, calamento, ligno aloes, thure, & similibus. Item epithyma cõfortans cor a proprietate proprie & i fe. ℞. buglossę, melissæ, boraginis, sandali albi & rubei cãphoræ ro. margaritaꝝ, corali añ. bulliant oĩa præter lapides pretiosas, & cãphorã in aqua ro. vel in aqua & modico aceti boni, donec medietas cõsumatur: tunc addatur puluis lapidis & cãphoræ, & infundant̃ petiæ de sindone vel scarlato: & expressę aliquãtulũ ponãt̃ sup cor. Item electuariũ confortans a proprietate in omi causa. ℞. smaragd. hyacinthorũ, sapphyroꝝ, añ. ʒ. ß. auri & argẽti puri foliati, ana, ʒ. ij. margaritarum perforatarum & non perforatarum añ. ʒ. i. & ß. buglossæ, melissæ, florum boraginis, doronici, zedoarij, been alb. & rub. gariofil. ligni aloes, zinziberis, cynamomi electi & mundati añ. ℥. ß. serici contriti nõ combusti (quia melius est combusto) croci, cubebæ, cardamomi, calami aromatici, spicæ, gallãgæ, muschi, camphoræ, ossis de corde cerui, ambræ. añ. ʒ. i. coralli albi & rubei, sandal. ros. spodij, bellericorum, terræ sigillatæ, coriandri. añ. ʒ. ij. & ß. omnia terãtur subtiliter, & pro qualibet ℥. specierum ponatur zuccari albissimi lib. i. & fiat electuarium. Est nanque continens omnia simplicia cordialia vel plurima, & deauret̃ exterius. Addatur ergo vel extrahatur ex calidis vel frigidis, prout ægri desiderium vł necessitas postulat. Item cõfectio ad idem. ℞. dianthos, diaborraginis, diarrodon abbatis. añ. vnciam vnam, diamargariton vnciam semi. misceantur simul, aut quodlibet per se sumatur in fe. aut sine fe. ante cibum per horam vnam cum vino albo. Fit autem diaborrago ex floribus borraginis & buglossæ: quemadmodum zuccarum ros. ex floribus ros. & zuccarum viol. ex violis. Dicit prætered Auerrois quinto & septimo colliget. ꝙ ex cibis & medicinis omnibus nihil est, quod æquetur vino in confortatione cordis: quoniam est penetrans, & calidum, et spiritus gignitiuũ, etiam naturæ amicũ a tota specie: propter quod dari cõuenit in syncopi, & fe. epidimali & in omi debilitate & corporis resolutione: et si nõ aliter saltem refractũ et lymphatũ.

Canones. Debilitas cordis vt plurimũ fit a mala complexione frigida vel sicca: quia maxime contrariantur principijs vitæ. Frigiditas autẽ aduenit cordi duobus modis: Vno modo per se: vt cum ab humoribus frigidis eleuantur fumi & vapores frigidi cor percutientes, velut in hydropisi, vel hectica senectutis. Secundo modo per accidens: vt propter consumptionem humidi radicalis, quod est proprium pabulũ calidi naturalis: quare simul euaporant, vt in fe. chronicis, & morte naturali & senio cõtingit. Ex isto autẽ sequitur canon alius, & est: ꝙ omnis modus mortis est duoꝝ generum. vt ait Aristoteles in libro de lõgitudine & breuitate vitæ. Primus est marcor: & est quando calor cordis consumit suum humidum, in quo conseruabatur: quare & ipsum per consequẽs corrumpitur. Secundus dicitur marasmus: & est quando qualitas contraria vitæ, scilicet frigiditas, dominatur in complexione cordis. Nam tunc calor naturalis cordis destruitur, & frigidum dominat̃: & a quibusdam extinctio nuncupatur. Ad quos quidem modos reducitur omis mors, siue sit naturalis, vt in senio: siue non naturalis, vt ab ægritudine: siue violenta, vt a casu, percussione, incendio, vel submersione: vt patet subtiliter speculanti.

Prognosticatio. Omnis mala cõplexio siue sit diuersa, siue æqualis, quãdo confirmatur in corde: est incurabilis, et necessario mortalis propter cordis præexcellentiam super omia

membra, & eius necessitatē in vita animalis, sine cuius operatione animal nō potest subsistere vnico momento. Item syncopis superueniens, mortale.

De syncopi & cardiaca passione Cap. .II.

SYncopis est ablatio sensus & motus & quandoque pulsus exteriorum membrorum tempore aliquo, propter cordis læsionem: quapropter a philosophis mors temporalis, vel cardiaca passio nuncupatur. Quandoque est morbus, quandoque accidens. Morbus quidem: quando causa cōtinetur in corde: & hoc fit tribus modis. Vno modo propter pulrimam resolutionem spirituum: quare depauperatur cor spiritu et calore & deficit: vt patet in laborantibus & sudantibus superflue. Secundo modo propter debilitatem cordis naturalem & frigiditatem. Tertio vero propter fumos venenosos percutientes cor: sicut fit post sumptionem rei venenosę. Est aūt triplex venenū: vt ponit Auer. 5. colliget. Quoddā est a proprietate & forma specifica: vt napellus, & sputum viperæ: quoddā est a q̄litate, & hoc dupliciter: quia vel a frigida mortificante spiritus, vt est opium, iusquiamus, mandragora, vel calida adurente & resoluente, vt arsenicū, calx viua, realgar, auripigmentum. Accidēs vero dicitur: quando consequitur morbum alium, & hoc dupliciter: quia vel particularem, vel vniuersalē. Et si quidem particularem, hoc est dupliciter: q͡a vel fit propter cōparationem eius ad cerebrum: verbi grā, vt cum accidit propter terrorem, vel timorem, vel aliam actionem animalē subitam spiritus animales & vitales conculcantem in corde & suffocantem, vel segregantem siue dispergentem: sicut accidit in gaudio pernicioso. Vel fit syncopis propter cōpassionem eius ad stomachum, & proprie ad os ei⁹: verbi gratia, sicut fit, quando materia calida acuta mordicat os stomachi quare læditur vehementer: ad quod operatur plurimū acuitas sensus in eo: verū quoniam accidit frequenter hoc modo syncopis, apud ignaros numerat̄ syncopis inter passiones stomachales. Si vero sequitur morbum vniuersalem: sicut est syncopis, quæ accidit in fe. syncopali in principio paroxysmi: vt in. 2. li. dicetur. Signa syncopis propter debilitatem cordis, vel resolutiōem spirituum, sunt puls⁹ paruus debilis naturaliter, vel ex tēpore corpus rarum, porosum, quod ex qualibet leui cā deficit & anhelitus paruus rarus. Signa syncopis propter fumos venenosos, sunt antecessio rei suspectæ in cibo potu vel medicina. Et si venenum operat̄ a proprietate, apparebit feruor sudor & rubor in facie, & venarum tumor, & angustia, & sitis, & fœtor oris, & oculorum citrinitas. Si vero a calida qualitate operetur: apparebit incisio, & mordicatio siue corrosio in aliquo loco vt stomacho & intestinis. Si vero a qualitate frigida: apparebit subeth, stupor, alcuseth, prigitia in motibus & congelatio. Signa eius, cum fit propter actionē animalem, sunt antecessio timoris subiti, vel terroris, vel gaudij superflui perniciosi. Dicit enī Gale. 5. de accidenti, q̄ ex terrore siue timore subito vel gaudio subito & superfluo potest q̄s syncopim incurrere & mortem: propter tristitiam vero nequaq̄: quia paulatim fit, nunq̄ subito, neq; ab ira: quia per ipsam non deijcitur virtus in summo: cum sit operatio actiua. Signa eius, cum fit propter læsionem oris stomachi, sunt mordicatio, & caliditas acuta circa os stomachi, cui statim syncopis succedit. Signa ei⁹, quæ fit propter paroxysmū in fe. syncopalis, sunt signa propria illius fe.

Methodus. Cura syncopis duplex est: quædam est ante paroxy-

fmium, & hæc perficitur per actum præseruatiuum: Alia hora paroxysmi per actum curatiuum. Cura igitur præseruatiua est vt si fuerit propter debilitatẽ cordis fiant illa, quæ sunt dicta in præcedenti ca. Quod si propter raritatem corporis, vel exhalationẽ spirituũ acciderit: condensentur cum aqua frigida vel aere frigido, vel aqua ro. & puluere sanda lo. & camphoræ epithymando pectus faciem & totũ corpus feruenter. Comedat carnes bonas conditas cũ speciebus aromaticis, & oua sorbilia, & iura. Bibat vinũ optimũ: Euitet laborẽ, balneũ calidũ, aerẽ calidũ, & coitũ pro posse. Si vero sit propter sumptionẽ veneni: fiat cura cõmunis cõtra om̃e venenũ assumptum in cibo vel potu, quæ est vt statim cum homo sentire incipit mutatiões incõsuetas, & angustiã, & æstuationẽ propter assumptiões alicui9 rei, q̃ hoc facere nõ deberet: repleatẽ aqua tepida, cui sit aliquid olei pmixtum & aceti, & prouocetur vomitus cũ impositione digiti vel pennæ inunctæ oleo, & euomat. Si aũt vomit9 pigritaretẽ: coq̃tur raphanus, & anethũ in aq̃ & coletur, & addatur sal, mel, baurach: et bibatẽ, et interim conetẽ, vt vomat aliquotiens: Quod si non sufficit: suspẽdatur per pedes capite depresso, donec tota materia educatur. Post hoc vero considera, si in inferioribus vẽtris sentiat æstuationem, & si sic: fiat suppositorium vel clystere, & detur ei theriaca in potu, & successiue purgetur cum pillis cochijs vel stomachicis vel hierapicra. Si igitur post omnia ista cessauerint accidentia mala, liberatus est. Sin autem, considera conditionem accidentium remanentium: quia si senserit æger stimulationẽ, incisionẽ aut corrosioẽn in aliq̃ loco corpis, sunt signa veneni calidi: lac & butyrum & oleum amigdalarum dulcium ad potandum tribue: quoniam sedant malitiam & acuitatem veneni, & proprie butyrum recens: vt dicit Ras. in diuisionibus capite de sumptione venenorum. Et dentur electuaria frigida, quæ eius caliditatem opprimãt, vt est diapapauer, & diapenid. filonium recens, zuccarum ros. vel violarum. Si vero æger senserit feruorem & sudorem & oculi rubere cœperint, & venæ tumere, & angustia, & sitis, & fœtor oris, & oculorum citrinitas apparuerit, quæ significant venenũ a proprietate siue forma specifica: detur aqua frigida, & nix, & aqua ros. & acetũ, vel trochisci de cãphora cũ aq̃ simplici, dicti ca. de phthisi. Tribuatur in potu succ9 end. cicoreæ cũ aceto, vt malitia veneni refringatur. Et si in aliq̃ loco corporis sentiat vehementer dolorem, vel inflammationẽ: fiat ei emplastrum ex lenticula succo solatri, vel semperuiuæ, & similibus, & actu frigidum aspersum cũ aceto gratia penetrationis, ilico suppone: vel fiat epithyma ex eisdem, & reiteretur, donec locus stupidus fiat: Deinde psillium, & lac vaccinum, de quo extractum sit buty. & succum fructuum frigidorum tribue. Et si a principio signa repletionis appaeruerint manifeste, ipsum flebotomia. Si vero strictus sit secundum vẽtrem, solue cum medicina, Deinde ciba ipsum cum cibis frigidis, vt agresta, vino granatorum acetosorum, lactucis, portulaca, vel pedibus porcorum conditis cum eisdem, Detur ei theriaca noua, vel filonium nouum: & epithymetur cor & pect9 totum cum aqua ros. in qua dissolutus sit puluis sandal. ros. camphoræ, terræ sigillatæ: quoniam sua frigiditate confortant cor, ne venenum ad se trahat: Et similiter oportet, vt epar confortetẽ cum eisdem. Hæc enim omnia destruunt virtutem veneni operantis a proprietate, & maxime: quando in ipso caliditas reperitur. Si vero æger ceciderit in subeth, stuporem, congelationem,

& alcuſeth, quæ ſunt ſigna veneni frigidi: ciba ipſum cum alliis & ſinapi, & detur theriaca vetus, & metridatum vetus, & diatrionpipereon, & ſimilia: neq; dormire ipſum permittas: Sitim etiam inducas pro poſſe, & frica corpus eius, et caput, & pectus cum panno calefacto ad ignem: Et quandoque ſternutationē inducas cum pipere, vel condiſi. Et os ſtomachi conforta cum vnguentis, oleis & emplaſtris calidis, & ſtypticis, donec liberetur. Si igitur poſt omnia iſta, accidentia mala non diminuantur, imo æger continue mutetur ad deterius, & incipiat ſyncopis ſuperuenire cum frequēti diſſolutione virtutis: ſignificat ægrum neceſſario moriturum a veneno ſumpto, & quòd virtus veneni iam peruenerit ad cor: quia omnium accidētium cōſequentium venena ſyncopis & defectio virtutis ſunt peſſima. Hæc eſt igitur cōmunis & conueniens cura in omī genere venenorum aſſumptorum per interius. Qui vero deſiderat curam propriam vniuſcuiuſque veneni, requirat in tractatu de venenis libro ſecundo, vbi de hoc ſcribemus authoritate Auicen. quarto canoñ. fen. ſexta. ſi deus voluerit. Cura ſyncopis propter paſſiones animales eſt: vt ſi timor ſit cauſa, inducat gaudium, & econuerſo: & confortetur cerebrum cum pauco laudani, ambræ, muſchi, ſandal. rub. nucis muſcatæ, florum cinamomi, & ſimilium pulueriſatorum & confectorum cū laudano vel aqua roſ. quod cōtinue deferatur in manu & odoretur. Confortetur etiam cor cum theriaca veteri, ſumendo ſæpe de ipſa ante cibum dragmā vnam cum vino optimo, vel dianthos, vel diamargariton cum muſcho, vel ſine muſcho: prout maxime patiens delectetur. Fiat aliquando ſternutatio cum iſto puluere: quia confortat omnes virtutes cerebri. ℞. condiſi, piperis longi, caſtorei, ellebori nigri, pyrethri, cubebarū. añ. dragmas quatuor ſtoracis, calamenti drag. duas. euforbij, bdellij. añ. dragmā vnā. & muſchi, ʒ. ſ. fiat puluis, inſuffletur in nares, vel attrahatur per pannum lineum rarum cum anhelitu, ſtomacho ieiuno. Cura eius, quæ fit vitio ſtomachi, eſt vt in principio purgetur ſtomachus cū pillulis cochijs, ſi materia ſit frigida, vel cum benedicta. Si vero ſit calida: cum pillulis de reubarbaro poſitis capite de reumate, & catarrho: vel electuario de ſucco ro. laxatiuo, vel ſtomachico laxatiuo. Præterea confortetur cum ſyrupis, & electuariis aromaticis per interius, & oleo maſticino, nardino per exterius, vel trochiſcis de maſtice factis ex laudano, gariof. zedoario, gallanga, cynamomo baccis lauri, & ſimilibus contritis & incorporatis cum laudano extenſis ſuper corio albo mundo. Cura eius, quæ fit ratione paroxyſmi feb. eſt cura illius feb. primo & confortatio cordis cerebri & ſtomachi cum rebus iam dictis. Cura ſyncopis iam factæ, quæ fit per actum curatiuum, eſt vt hora acceſſionis roretur aqua frigida, vel aqua roſ. ſuper faciem & pectus: & fricentur cum ea leuiter manus & pedes: & muſchus & ambra vel vinum odoriferum inſuffletur naribus: excitetur virtus conquaſſando corpus, & ligentur extrema, & fricentur & calefiat ſtomachus cum panno ſuffumigato ex ligno aloes, & conſtringatur naſus ſæpe poſt inſufflationem muſchi, vel alterius odoramenti, & cum ſentire cœperit: detur ei vinum album clarum odoriferum per ſe, vel per artem lymphatum parumper.

Emperica. IN cura cardiacæ paſſionis non ſufficit apponere medicinas cordi, ſed in omnibus eius miniſtris principalibus, ſcilicet cerebro, epati, teſticulis: Similiter & nobilibus, licet non principalibus, vt ſtomacho &

splэni. Confortetur autem cor cum electuario de preciosis lapidibus dicto capitulo de debilitate cordis, & diamargariton, & dianthos. Confortetur cerebrũ cum odoratione talis pomi. ℞. sandal. ru. foliorum myrti, ligni aloes, ana, dragmas sex. s. cubebę, gariof. gallię muscatæ. aã. drag. tres. ambræ, macis, camphoræ. aã. drag, vnam. storacis, calamenti drag, quatuor terantur, & incorporentur cum laudano & aqua ros. Est nanque fere continens omnes medicinas cerebrales atque aromaticas virtutis animalis confortatiuas. Quod si cerebrum sit discrasiatum in calido, multiplicentur rosæ, & camphora. Si in frigido, multiplicentur cubebæ, gariofil. & storax. Et in isto pomo quidam addunt folia mentæ, calamẽtum aromaticum, olibanum, nucem muscatam, myrrham, & proprie si cerebrum sit reumaticum de causa frigida: sed gummi arabici dragagantum, violarum sicce. folia vel semina myrtillorum in causa calida. Addendum igitur & subtrahendum cognoscitur, prout ægri desiderium vel necessitas postulat. Confontetur autem epar cum epithymate isto. ℞. sandal. ros. absinthij, florum camomillæ, cynamomi. ana. partes æquales: bulliantur omĩa in vino albo odorifero, cum aqua ros. & aceto vini boni: & philtrum imbibitum & expressum parumper calidum ponatur super epar stomacho ieiuno. Confert nanque in caussis calidis & frigidis. Confortetur autem splen cum vnguento tali. ℞. scoriæ ferri, scolopendrię, tyamarici, aã. M. i. capparis, cyperi, acori, azari, berberis, cynamomi. aã. ℥. ß. bulliãtur in lib. duabus olei veteris, & lib. i. aceti fortissimi, donec acetum consumatur. Præterea dissoluantur istæ gummæ in aceto, ℞. serapini, galbani, opoponaci, bdellij armoniaci. ana. ℥. iij. fiat vnguentum cum prædicto oleo & cera sufficienti, & vnguatur cũ oleo splen omni mane stomacho ieiuno. Confortat eĩm splenẽ a proprietate, & eius materias subtiliat, & opilationẽ eius remouet. Stomachus etiã confortetur cum panno laneo calido, vel philtro suffumigato cum mastice & thure & xyloaloes posito super ipsum in ieiunio frequẽter: Similiter et cũ cerotis, quę dicẽtur in ca. de stomachi debilitate. Cõfortenĩ vero testiculi cum abstinentia a coitu omnio & fomentatione ex aqua ros. & pulueris sandal, & muschi & similium.

Canones. Syncopis est duplex, secundum medicos, quædã reparabilis. s. quando aufertur spũs animalis a membris totius corporis, qui transmittitur a cerebro per neruos propter opilationẽ neruoꝝ, vel læsionẽ in cerebro factã: & dicitur lipotomia græce, vel defectio animi latine. Alia est irreparabilis, scilicet quando simul aufertur cum hoc spiritus vitalis a membris, qui transmittitur a corde per arterias propter opilationem factam ex ipsis, vel propter debilitatem cordis: Et ad istam syncopim de necessitate sequitur mors. Ex isto aũt canone sequitur alius, quòd quando Gale. præcipit in. 8. de ingenio sanitatis. præcipit in cura sinochæ fieri flebotomiã vsqꝫ ad syncopim: similiter & Aui. 4. canoñ. fen. primo capi. de feb. sanguinea: debet hoc intelligi de syncopi prima, non secũda: quia non licet medico in sua cura deducere ægrum ad syncopim mortalem: cum medicus sit conseruator sanitatis: vt dicitur nono de ingenio sanitatis. Ex quo concipere possumus, qualiter concordari possunt Galenꝰ loco allegato, & Auerrois septimo colliget, vbi increpat Galenũ de tali flebotomia, rationibus diuersis contra ipsum arguens fortiter, atque necessario concludens, quod in cura sinochæ nullatenus competit flebotomia vsque

ad syncopim, neq; secundare flebotomiam. Gale. intellexit de prima: Auerrois de secunda.

Prognosticatio. Syncopis superueniens saepe & profunde in corde debili, non praecedente causa primitiua, vt est terror, vel gaudium, vel casus, vel percussio: neq; causa antecedente humorali, vt est mordicatio oris stomachi a cholera vel flegmate salso vel melancholia amara vel pontica vel vermibus, mortale: qa significat cordis extremam debilitatem, & spirituum paupertatem. Vnde Hippo. 2. parti. apho. Quicunq; exoluuntur frequenter & fortiter sine manifesta causa, repente moriuntur. Item syncopis fortis superueniens post assumptionem rei venenosae per interius vel tactum, vel morsum per exterius, mortale: quia significat virtutē veneni pertigisse ad cor, & proprie in corpore pusillanimo, raro, cholerico, & cuius venae sunt aptae, & cor debile p naturā.

De tremore & iectigatione cordis. Cap. III.

TRemor cordis ab antiqs cafaaz, a modernis iectigatio cordis nūcupatur, & est: cum cor alto pulsu & forti mouetur, quasi saltet, nō praecedente causa manifesta, scilicet exercitio forti, vel aestu, timore vel ira. Fit vt plurimū a dominio caliditatis accidētalis cum materia vel sine materia super cor. Fit etiā quādoq; sed raro propter dominium melancholiae naturalis conuersae in materiā corruptam venenosam. Signa eius, quae est de calida causa, sunt pulsus velox spissus, velocitas ad iram, caliditas pectoris, siccitas linguae & palati cum siti plurima, quā magis extinguit aër frigidus q̄ aqua. Signa eius, quę est, de melancholia, sunt corruptio imaginationis, timor pusillanimitas, syluestritas moꝝ, & habitudo corporis macra cum gracilitate ossium, & mollitie cutis quodammodo sicut & cum frigiditate.

Methodus. Cura saltus cordis a causa calida, est vt primo fiat flebotomia cephalicae manus sinistrae vel medianae, vel ventosatio in cruribus & anchis, vel purgetur cum decoctiōe purgante melancholiā adustam, dicta cap. de melancholia, vel cū diasenae. Vtatur saepe lacte acetoso, vel trochiscis de camphora dictis ca. de phthisi. Comedat zuccarum ros. vetus, in quo sit pul. iste. ℞. terrae sigillatae, coralli rubei, margaritarum nō perforataꝝ, ossis de corde ceruí. añ. ʒ. iij. ℈. 2. croci, macis. añ. ℈. 1. terātur, & misceātur cum lib. 1. zuccari ros. Nutriatur carnibus pulloꝝ vel hoedoꝝ cum agresta vel berberis vel vino granatoꝝ. Bibat vinum debile lymphatū, mixtū cū aqua frigida vel aqua ro. Cura eius, quae fit a melancholia, est, vt fiant omīa dicta ca. de perturbatione virtutis naturalis. parag. de melācholia naturali corrupta. Vtatur dianthos, diamuscho: fiāt suffumigationes ex ligno aloes, ros. & similibus odoriferis. Vtatur coitu sed raro, laetetur proposse: prouocentur menstrua, vel haemorroidae (si est possibile) cum flebotomia saphenae, quae est intus in talo & proprie pedis sinistri, & cum appositione sanguisugarum circa anū vel emplastri rubificatiui facti ex affodilis, sinap. melle crudo, cepis tritis & incorporatis cū fermento & vitello oui ponendo calidum super anum, & cū firmiter adhaeserit, violenter abstrahatur, & toties reiteretur, donec aperiantur in corpore consueto.

Emperica. Omīa dicta in capitulo de debilitate cordis hic proficiunt, si propria proprijs fuerint applicata causis.

Canones. Dicit Ras. in diuisionibus, q tremor cordis proueniens ex melancholia fit rarior, est tamen no-

ctus magis & timorosior quacunque specierum tremoris cordis propter duo. Primo quidem: quia cor magis læditur a frigido q̃ calido: cum calidum sit amicum naturæ. Secundo quidem: quia materia grossa difficulter eradicari potest, & sui præsentia disturbat spiritus vitales i corde generatos, similiter & animales contemperatos in cerebro: quia fiunt inepti ad operationes suas exercendas, & sequitur morum syluestritas & virtutum diminutio, & demum ablatio perfecta.

Prognosticatio. Tremor in feb. acutis vel in feb. syncopali frequens & fortis: mortale, & proprie si sit cum alijs malis signis, quæ sunt debilitas virtutis, priuatio digestionis, prostratio appetitus, et similia: maxime si supuenerit in die nõ cretica: quia symptomaticam crisim, & cordis passionẽ denotat.

¶De dolore & apostemate & vulnere cordis. Cap. IIII.

DOlor causatur in corde ex mala complexione diuersa quacunque simplici vel composita, antequã confirmetur. Nam si confirmetur & perduret: nõ dolorem, sed mortem subitam inducet: quia tunc cor inciperet debilitari in sua operatione necessaria pro toto corpore, quæ est generatio spirit⁹ vitalis assidua, & eius p arterias in singula mẽbra delegatio: sine quo membra & totũ corpus vnico momento viuere non possunt: cum iste spiritus sit vehiculum vitę a corde in corpus totum, in quo solo est anima & vita primo p se et immediate: in alijs autẽ membris intantũ, inquantum sunt adiũcta ipsi cordi, & continuũ influxũ recipiunt a corde. Propter quod dicebat Aristot. 2. de generatione animalium. Cor est quod primo viuit, vltimo moritur. Et Auer. 2. colliget ait, q calor cordis transmissus per arterias est sicut forma & actus: calor vero membrorum est sicut materia & patiens in actu conuersionis & nutritionis. Fit etiam ex solutione continui. Hæc autem solutio fit a materia humorali, vt contingit in generatione apostematis, vel a causa primitiua: vt contingit in vulnere, casu & percussione: & ex quacunque causa fuerit, est mortale.

Methodus. Cura doloris cord. ex mala cõplexione diuersa est eadem cũ cura debilitatis cordis, si propria proprijs applicentur.

Canones. Dicit Ras. in diuisionibus, q ex humiditate sola non fient fortasse ægritudines in corde. Nam si dominetur humiditas in dispositione corporis adeo, donec necesse sit, vt cordi dominetur, interficit ipsum velociter, et non expectat curationem, & fit apoplexia vl' paralys. propter accessionem dominij humiditatum super cor: quia cum cor naturaliter sit cõplexionis calidæ & siccæ ilico ab humiditatibus suffocatur, si multum dominentur. Item dicit Arist. de proprietatibus animalium. & Gale. 3. de interioribus: q omnis solutio continui facta in substantia cordis, est mortalis: siue sit ab humore, siue a sanie, siue a ferro. Sed differt: quia si penetret in ventriculos eius, & proprie sinistrum, interficit ilico propter eius nobilitatem & spiritus exhalationẽ, qui ibi generatur: cũ spiritus vitalis, similiter & calor naturalis sint sedes & vinculum animæ ad cor. Si vero non penetret: interficit infra vnũ diem ad plus: quia solutio continui inducit dolorem: dolor attrahit materias, & proprie calidas, quare fit apostema magnum cum fe. proprie acuta, & sequitur mors propter virtutem debilem necessario & propter dolorem prosternentẽ virtutem & materiam suffocantem spiritus, & necessitatem adauctam cum diminutione euentationis. Secus autem est

de cerebro, in quo solutio continui penetrans ad ventriculos est mortalis, sed nõ ilico. Solutio vero non penetrans potest qñqꝫ curari, si sit parua. Similiter & apostema, vt patet in frenesi non confirmata, vel lethargia. Epar autẽ cum sit mẽbrum carnosum, potest adhuc melius curari, ꝙ cerebrum, si eius solutio sit modica, vel apostema nõ confirmatum cum constantia virtutis. Testiculi vero cum ad speciem potius quàm ad indiuiduũ pertineãt: totaliter possunt remoueri vita remanẽte: quod plurimũ contingit

Prognosticatio. Signa mortis in dolore cordis, sunt casus, pulsus post vehementiam diuersitatis in ordine, & magnitudinis in motu ipsius, & citrinitas coloris subito post vehemẽtiam rubedinis eius, & syncopis difficilis, tardæ euasionis, & sudor frigidus circa frontem.

¶TRACTATVS QVARtus secundæ sectionis, de passionibus mamillarum.



MAMILLARVM passiones, de qbus scribemus, sunt duæ: quarꝫ prima exuberantia vel diminutio lactis: secunda vero ingrossatio vel diminutio ipsarꝫ superflua. Nam ipsarum apostemata curãtur methodo communi ad õmia apostemata, quæ est vt dicit Auicenna primo cañ. feñ. quarto cap. de cura apostematum in generali, vt in principio, & cum materia adhuc est in fluxu: ponantur vnguenta & emplastra repercussiua: & in augmento aliquid addatur de resolutiuis, & proprie in processu augmenti, cum medicus certus est, ꝙ tota materia fluxit ad locum. Sed in statu ponatur plus de resolutiuis quàm repercussiuis. In declinatione vero sola resolutiua ministrentur. Quòd si hæc apostemata tumorẽ fecerint, & ꝑ saniationem terminentur & rupturam, primo quidẽ mundificentur, postea consolidenť: vt diximꝰ ca. de vlcere in aure. Scias præterea, ꝙ repercussiua & resolutiua quãdo simul applicãtur circa locũ, vtpote in augmẽto, vel statu apostematis cuiuscũqꝫ, possunt duobus modis applicari: primo vt misceãt & incorporenť simul per decoctionẽ & contusionẽ ꝑfectam: & sic ponãtur super & circa apostema. Natura enim sagax est, & vtetur eis distinctim vtroqꝫ pro sua operatione licet eorum substantiæ sint confusæ: vt docet Auiceñ. 4. canoñ. feñ. primo. ca. de cura fe. quartanæ, vbi præcipit administrare ptisanã cum pipere. Secundus est vt repercussiua ponantur circa apostema, scilicet circa pedẽ & rad. apostematis, vnde materia fluit: sed resolutiua super ipsum apostema, vt faciunt communiter operantes.

¶De exuberantia & diminutione lactis. Cap. I.

COnqueruntur mulieres delicatæ de lactis exuberãtia in mamillis, cum pro fœtus nutritione non solicitenť, sed nutrices: econuerso vero pauperculæ & indigẽtes de mamillarꝫ siccitate conquerũtur. Exuberat lac propter quinqꝫ causas. Prima est naturalis complexio humida mamillarum: secũda est multitudo sanguinis ĩ corpore: tertia est raptus mẽstrui ad supiora: quarta vsus ciborum lac multiplicãtium: quinta frequens fricatio, & suctio mamillarum: quare materiæ attrahuntur. Ex quinque vero causis contrarĳs prouenit sterilitas mamillarum. Et scias, ꝙ lac quandoqꝫ generatur in mamillis virorꝫ calidorum carnosorꝫ, sed illud est raro, et in modica quãtitate, quia solum accidit hoc ex necessitate causæ efficientis super quã fun-

dat causa prima. Caret aūt fine, qa mulier non vir præbet embrioni materiam generationis ac alimentum nutritionis: vt dicit Auerrois 2. colliget.

Methodus. Exuberātia lactis quatuor modis restringitur. Primo per diuersionem: quare flebotometur saphena pedis, quæ est in talo: & prouocentur menstrua, & ponantur ventosæ sine scarificatione super sumen ventris, vbi situatur matrix. Secūdo p repercussiua: quare ponant epithymata & emplastra frigida sicca super mamillas & radices earū, quæ sunt. ℞. fuliginem furni, & incorpora perfecte cum oleo ros. vel succo semperuiuæ vel plantaginis & solatri. Ad idē valet farina lentiū excorticatarū & fabarū & gallarū & cupullarum glandiū & balaust. & boli arme. oībus simul mixtis & incorporatis cū agresta & aceto & cū eisdem succis. Tertio per exiccatiua: quare post prædicta ponantur miliū, sal & flores camomillæ, & in sacculo calefiant super lapide ignito, & mēbro applicentur frequēter in ieiunio. Ad idē cōfert emplastrū ex ruta, saluia, menta, absynthio, furfure. an̄. coctis, & incorporatis cū oleo nardino, vel camomillino, vel de euforbio. Et potest addi aliqd salis nitri vel aluminis, balaustiæ, cupul. gland. ros. donec locus stypticetur perfecte. Quarto per diætā siccā. Abstineat igitur a lacte, caseo recen̄. carnibus bouinis, vino dulci, & oībus multiplicātibus sanguinem. Vtatur lētibus, farre, riso, milio, sinap. cibis salitis multū agresta, aceto, berberis, granatis, acetosis, laboret propossе, & sudet in ieiuno. Sitim & famem toleret: mamillas premat cōtinue, vestes strictas deferēdo, sed nunq̄ ipsas manibus tractet vel fricet. Ex his prohibetur generatio lactis, & inducit eius in mamillis coagulatio & condensatio: quæ si superfluant, & doloris excessum inducant; fiant primo emplastra mollificatiua ex fenogræco, psillio, malua, bismalua, butyro recen̄. adipe gallinæ, bdellio, oppoponaco, galbano, armoniaco, & similibus. Deinde vicissim fiant emplastra resolutiua ex semine lini, fenogræco, florum camomillæ, meliloti, furfure oleo camomillę & similib⁹: ponēdo modo, resolutiuū mō mollificatiuū vl̄ mixta simul: donec tota caseatio fuerit resoluta. Multiplicatur autē ac in mamillis per quatuor modos cōtrarios. Primo, vt fiat attractio sanguinis menstrui ex matrice, ponendo ventosas siccas super radicem mamillarum frequenter. Secundo per emplastra rubificatiua debilia, quæ sufficiant ad attrahendum sine resolutione, sicut est emplastrum ex pice & gummis calidis, vt est thus, mastix: & ad hoc valet fricatio, & suctio cū lenimento & proprie in balneo aquæ dulcis post cibum. Tertio per fomentationes calidas humidas factas ex lana, vel pāno molli laneo, infuso ī oleo nardino, vl̄ de lilio, vel viol. vel in q̊ dissoluta sint muschus, thus, landanū, et silia: vel in vino aromatico decoctionis mentæ, ros. viol. ligni aloes, & similium. Quarto per diætam sanguificam, vt est vsus carnium bonarum, & brodiorum pinguium aromaticorum cum cynamomo, maci, cardamomo inspissatorum cum ouorum vitell. & vsu lactis recen̄. & casei noui. Gaudeat otio & quiete, & impinguet corp⁹ propossе. Scias, ꝙ sicut in anatomia vidētur a matrice procedere duæ venæ ad radicem mamillarum, vna ex latere dextro, alia a sinistro transeuntes per medium vētris siue mirach: & quāto magis recedunt a matrice, sunt grossiores & albiores & eminentiores versus superficiem cutis: sed quanto sunt propinquiores conuexo matricis sunt graciliores & profundiores: cum & matrix profunde situetur in corpore, scilicet inter longaonē (quā equitat) &

vesicam, quæ ipsam equitat. Per has igitur venas rapit sanguis mẽstruus a matrice ad mamillas, & ecõuerso, & cũ penetrat in substantia mamillarũ, q̃ est caro alba, glandulosa, frigida naturaliter, diuiditur in ramos plurimos minimos, vt singulum sanguinis contingatur a singulo carnis albæ, vt melius ibi dealbetur, et elaboretur: sicut etiam accidit in distributione chyli per substãtiam epatis. Ex quibus scire potes tria. Primo, quare mulier habẽs mẽstrua plurima, caret lacte ĩ mamillis, & ecõuerso: nisi sit robusta & carnosa valde. Secũdo, quare mẽstrua restringantur per siccam. i. ventosam in radice mamillarum positam, & lac diminuatur per ventosam in sinu ventris applicatam. Tertio, quare generatur lac in mamillis post septem vel octo menses impregnationis: quia tũc fœtus completus est, & nutrimento menstruo plurimo amplius non indiget: quare regimine naturæ sursum mittitur, vt in lac conuertatur pro fœtus educatione post partũ. Et sic lac generatur in mamillis virginum, hoc est ex necessitate materiæ, non ratione finis. Et si hoc etiam generetur in mamillis virorum, non fit propter delegationem sanguinis per venas nutriẽtes mamillas, & partes pectorales, & spongiositates siue carnositates carnis glandulosæ mamillarum.

Prognosticatio. Si lac valde superfluat in mamillis, retentionem mẽstruorum inducit, nisi mulier fuerit sanguinea valde, & venæ matricis largæ. Retentio menstruorum periculosior est in muliere nõ lactante, q̃ lac habente. Rusticę & laboratrices modicum lac generant, & propriè cholericæ & melancholicæ propter siccitatem complexionis & euacuationum multitudinem. Item dicit Hippo 5. parti. apho. Mulieri in vtero habẽti si subito, id est infra vnũ diem vel duos mamillæ graciles fiãt, & lacte priuentur & extenuentur, abortit: quia significat defectum nutrimenti fœtus. Item ibidem: Mulieri in vtero habẽti si altera mamillarũ gracilis fiat, gemi nos habenti, alterum abortiet: & si quidem dextra gracilis fiat, masculum. Si vero sinistra, fœmina abortiet: Et hoc intellige vt plurimum: quia etiã fœmella quandoq; generatur in dextris, & masculus in sinistris: si epar matris sit naturaliter frigidum, & splen calidus. Item ibidem. Si mulier, quæ neq; pgnans est, neq; generauit, lac habet in mamillis: huius menstrua defecerũt. Item ibidẽ dicitur. Mulieri habenti in vtero, lac ex mamillis multũ fluens, fœtũ significat debilem. Si vero vbera dura fuerint, sanum significant fætum.

De ingrossatione & extenuatione mamillarũ. Cap. II.

Accidit fœmellis quibusdã humidis flegmaticis, vt ipsarũ mamillæ vltra decentiam excrescant: econuerso accidit macris siccis, vt mamillas habeant diminutas.

Methodus. AD prohibendum ingrossationem mamillarum cõfert ponere super eas emplastrum factũ ex cymino contuso & asperso aqua: deinde firmetur cum fascia infusa in aqua & aceto absq; dolore, & sic per tres dies dimittatur, & post remoueatur, & loco eius ponatur emplastrum factum ex cepa, lilio albo contuso & incorporato cũ aceto & aqua, & firmetur per tres dies cum fascia: Deinde iterũ ponatur primũ emplastrũ per tres dies, postea vicissim sed tempore longo: quia resoluit humiditates mamillarum, & carnem glandulosam stypticat, & dolorem contẽperat. Itẽ teratur albumen oui, & misceatur cum oleo ros. vel aqua ros. & sæpe inungantur cum eo mamillæ sine fricatione, & epithymẽtur cum aqua ros. &

aceto, in quo sit aliquid camphoræ vel tutiæ, imbibẽdo in istis petiam lineam, & mamillis applicãdo frequenter. Vel bolũ arme. vel terra sigillata, sang. dra. galli cypressi, cupulæ glandium, balaustiæ puluerisentur, & cum aqua ros. & aceto vel succo plantaginis semperuiuę & solatri, distemperetur, & fiat emplastrum super eas. Et cum remouere volue ris: laua cum aqua frigida. Ad idem confert puluis muscillaginis, quæ colligitur de lapidibus, in quibus acuuntur cultelli. Item ad hoc conferũt omnia dicta de restrictiõe lactis in mamillis. Valet etiã ad hoc frequens & assidua tractatio mamillarum cum manibus, & earum fricatio lenis attractiua, nõ dura aspera re solutiua. Similiter & emplastrum de pice: quod dicemus cap. de ablatione coitus, & paruitate virgæ.

Canones. Istæ curæ locum habent tempore pueritiæ vel principij iuuentutis: quia postq̃ mamillæ excreuerint, & ad statum peruenerint: non possunt minorari & extenuari, quod est: q̃a membra carniformia fluũt & refluunt, spermatica vero fixa sunt: vt patet in neruis, ossibus, cute, & similibus. Ista igitur doctrina est magis præseruatiua q̃ curatiua. Item augmẽtatiua vel diminutiua in fœmellis mamillarum, sunt augmentatiua & diminutiua testiculorum in masculis: cum sint etiam partes glandulosæ. Item facilius est mamillas naturaliter grossas humidas prohibere a sui magnificatiõe, q̃ siccas graciles augmẽtare, quod est: quia facilius est humidum exiccare, q̃ siccum humectare: vt patet 7. de ingenio sanitatis. Et ex hoc sequit̃ manifeste, q̃ omne corpus pingue macerari potest, sed non om̃e macrum potest impinguari: vtputa si cõplexio naturalis fuerit valde sicca. Et est finis secũdæ sectionis.

IN PRIMI LIBRI SECTIONEM TERTIAM, Præfatiuncula.



ONSEQVENS est nunc sectionẽ tertiã laborẽ oposum aggredi, quæ est de cura passionum mẽbrorum constituentium vẽtrem naturalem: q̃ est a furcula inferiori, vbi est os stomachi vsq; ad principium coxarũ. Est autem dictus naturalis: quia in ipso continentur membra opera naturæ exercentia pro toto corpore, quæ sunt digerere, attrahere, discernere, retinere, expellere, nutrire & generare, quemadmodum & venter animalis sic dictus est: quia in ipso perficiuntur opera animalia pro toto corpore, quæ sunt sentire tam sensu interiori q̃ exteriori, & moueri motu voluntario. Et venter spiritualis a spiritu, qui primitus ibi generatur, licet in cerebro & epate aliter contemperetur. Vt igitur hunc laborem perficere valeam, gratiam diuinã quemadmodũ in prioribus humiliter imploro dicẽs, cũ Io. Hebem. in lib. de medicinarũ cõsolatione tractatu 2. cap. 1. Auxiliatorem deum igitur postulo, ad quem cuncta respirãt, & a quo gratiæ prodeunt, &c.

¶ TRACTATVS PRImus tertiæ sectionis.

De passionibus stomachi.



Assiones stomachi sunt 12. Prima quidẽ debilitas digestionis, vel corruptio eius: secunda vero debilitas appetitus, & nausea, & fastidiũ: tertia appetitus caninꝰ: quarta bolismꝰ: quinta corruptꝰ appetitus, vł malitia hystimbræ: sexta sitis: septima eructuatio: octaua singultus: nona vomitus vel animi subuersio: decima colica passio: vn-

decima dolor & inflatio: duodecima apostema & vlcus. Cũ aũt dico stomachũ, intelligo & mery & os & pilyron & fundum ipsius.

De actione læsa digestionnis stomachi. Cap. I.

Diminutio siue debilitas digestionis appellatur: cũ stomachꝰ in digestione cibi lõgo tẽpore occupatur, & tarde redit fames, imo plus debito perdurat grauitas vẽtris post cibum assumptũ, & satietas: & talis stomachus bene digerit cibũ paruũ in quantitate, & delicatũ in qualitate, sed multũ cibũ simulsumptũ, vel grossum, vel viscosum, elaborare nõ potest. Corruptio vero digestionis dicitur: cũ stomachus nõ conuertit cibum in chylũ perfectũ, scilicet albũ æqualẽ, temperatũ inter liquidũ & spissum, sed cõuertit ipsum in chylũ fluidũ natãtẽ sua frigiditate et humiditate, vel siccũ adustũ sua caliditate & siccitate. Fiunt aũt diminutio & corruptio digestionis ab eisdem causis, & eadẽ habent signa: quare de ipsis vno ca. dicemꝰ. Fiunt aũt istæ passiones propter aliq̃ octo specierũ malæ complexõis in stomacho, vel propter malã cõpositionem, q̃ raritas texturæ, vel naturalis debilitas corporis & stomachi nuncupatur, vel propter solutionẽ cõtinui factam in concauo stomachi, vel propter apostema: Sed de cura illius dicetur ca. de vlcere, & apostemate in ipso: Verũ qm̃ rectum est iudex sui & obliqui, vt dicit philosophꝰ primo de anima: ideo primo describamus stomachum bonũ, scilicet qui temperatus dici potest vel prope tẽperatũ, cũ vnũquodque corpus, & vnaquæq; particula corporis capiat ex prima sui generatiõe cõplexionẽ naturalẽ sibi cõuenientẽ et propriam, qua degit sanitate sibi optima: vt dicit Aui. primo cañ. fen. primo. cap. de cõplexionibus. Signa stomachi boni sunt: q̃a post cibũ assuetũ & hora & quantitate debita assumptũ nõ grauatur, neq; sentit angustias, neq; fit os eius amarũ, nec insipidũ, nec acetosum, sed dulce, sapidũ, & cũ siccitate labiorũ aliquali: & post vnã horã nõ sentit amplius ab ore sapor, vel odor cibi, neq; venit eructuatio, neq; singultꝰ nisi forte paruꝰ & paucus, si cõsuetudo ei in hoc fuerit, & agilitas & leuitas ad operationes, sine somnolentia & pigritia præter debitũ & cõsuetũ: & cũ vadit ad lectũ, dormit quiete, & cõtinue sup latere dextro, vel cõsueto sine plurima reuolutione: Neq; occurrũt ei fantasmata falsa terribilia, & mane cũ surgit, non sentit dolorẽ capitis, neq; rugitus, neq; inflationes vẽtris, & veniunt egestio & vrina bene digesta & hora cõsueta vel debita exeuntia. Est aũt egestio tẽperata, q̃ est citrina vel subcitrina spissa in substãtia mellis vel pastæ mollis exiẽs tota simul & sine multis trullis, mediocris quãtitatis respectu assumptorum. Vrina vero digesta dicit: q̃ est mediocris substantiæ & quantitatis, coloris subcitrini vel pallearis, nisi epar sit naturaliter frigidũ, vel calidũ plus tẽperato. In cuius profundo est hypostasis alba lenis, æq̃lis, cõtinua, pyramidalis, vel saltem nebula natans in medio: licet in corpore vere tẽperato nõ sit hypostasis, neq; nebula omino: quia nõ est in eo aliqualis superfluitas humoralis: cum optima natura tantũ appetat, quantũ potest digerere: frigida vero sit appetere bona, digerere nõ bona. Calida aũt, digerere bona: appetere non bona: vt dicit Gale. in tegni. tracta. de signis. capi. de signis stomachi. In quo igitur oĩa dicta sunt: aut plurima ipsorũ, illius stomachũ bonũ dicimus, siue temperatũ. Signa malæ cõplexionis frigidæ stomachi, sunt sensibilis frigiditas circa os stomachi, sitis paucitas, appetitus intensus vt plurimũ nisi frigiditas fortassis vltimetur. Quoniã

omnis mala complexio, cum fuerit vltimata: tollit actum propriæ virtutis, vt dicit Galenus in cõmento illius aphorismi secundæ partis. Quibuscũq; iuuenibus existentibus ventres sicci &c. Et qa non bene digerit res difficilis digestiõis, & læditur a frigidis, iuuatur autem a calidis: & eructuat acetose: & inest ei leuitas ventris, & eius inflatio, & multitudo ventositatis, & longitudo moræ cibi in stomacho: Et est ei⁹ vrina alba vel glauca: pulsus hora digestionis paruus, debilis, spissus: & inquietudo cum continua reuolutione de latere super latus tempore, quo cibus digeri debet. Signa malæ complexionis humidæ stomachi, sunt multitudo sputi insipidi, & nausea, & paucitas sitis, & velocitas descensionis cibi absque plurima alteratiõe facta in eo: & est vrina vt plurimum karopos, et pulsus debilis, mollis, Signa malæ complexionis frigidæ & humidæ stomachi, sunt complexio signorum prædictorum. Quod si sit cum humorum vitio: sequitur quãdoq; vomit⁹ flegmatis acetosi, vel aquosi insipidi, vel salsi, vel vitrei, secundum quód sunt plures species flegmatis: vt patet primo canoñ. fen. prima. capi. de humoribus: Et pondus & aggrauatio cũ nausea & fastidio: & dolor capitis post cibum magis quam ante: Et quandoq; somnia de pluuia vel de piscibus vel de submersione in aqua non præcedente manifesta causa. Signa malæ complexionis calidæ stomachi, sunt sitis immensa cum prostratiõe appetitus: amaritudo oris cum ariditate labiorum: eructuatio fumosa copiosa: habitudo corporis extenuata, quasi corporis hectici: & asperitas cutis cũ ariditate. Et quód sentit calor in stomacho: & male digerit cibos subtiles: & iuuatur a frigidis, nocetur a calidis. Signa malæ cõplexionis siccæ stomachi, sunt extenuatio mirach: & macilentia corporis totius cum stomachus sit primus minister siue coquus nutrimenti communis pro toto corpore: Et quia sæpe sitit, sed potus (licet paruus) fluctuat in ipso, & nocetur ab ipso: & paruus ei potus pro vice sufficit: gaudet cibis siccis, si ista complexio sibi insit per naturam. Signa malæ complexionis calidæ & siccæ stomachi, sunt composito dictorum signorum: & si fuerit cũ humoris vitio, adest dolor & adustio in ventre, & sequitur quandoq; vomitus rei viridis vel citrinæ amaræ subtilis, si sit cholera pura, vel grossæ viscosæ, si sit cholera vitellina & aduenit dolor capitis ante cibum magis quã post: & quandoque somniat de ira. & igne, atque similibus. Et scias, quod non oĩs vomit⁹ viridis significat choleram, sed subtilis, viridis, amarus proprie. Nam si sit viridis, grossus, viscosus, insipidus, seu ponticus: flegma crudum significat generatum post esum fructuum & herbarum frigidarum, vt accidit pueris & gulosis. Signa malæ complexionis calidæ & humidæ stomachi, sunt paucitas appetitus, multitudo saliuæ, & nauseæ: priuatio sitis & eructuatio fœtida acetosa: & quoniam in ipso plurima ventositas generatur. Et si sit cum humoris vitio, fit quandoque vomitus sanguinis puri vel mixti cum albedine & febres putridæ eueniunt de facili: & pondus & grauitas ventris: & quandoque somniat de sanguine vel aqua rubea, & est dulcedo oris sine causa manifesta. Signa malæ complexionis siccæ & frigidæ stomachi, sunt incendium & ardor in ventre ante comestionem, quod sedat comestio aut minuit: & eructuatio pontica vel styptica, q̃ in dentibus facit frig⁹ vl' cõgelationẽ, q̃si sint pira ĩmatura assumpta: & dolor stomachi ante comestionẽ proprie. Et si sit cũ humoris vitio:

adest oris amaritudo, & splenis durities: & quando occurrunt eis apud somnum fantasmata terribilia de re nigra, vtpote de fuligine, de tenebris: & forte aduenit vomitus acetosus vel ponticus. Dico aũt forte, qa materia cholerica vel sanguinea in stomacho cõtenta expellit̃ vt plurimum per superius, sed melãcholica per inferius, flegmatica vero vtroq; modo: cũ sit media inter graue & leue: subtile & grossum: si viscositas non prohibeat. Vnde Hippo. 4. particula aphorismoꝝ. Graciles & facile vomentes purgare superius cõuenit, timẽtes hyemem, non tamen hoc fiat hyeme, sed æstate: quando cholera dominat̃. Et subdit. Melancholicos vero inferius vehementius eadem ratione contraria apponentes. Signa debilitatis stomachi propter ei9 malam compositionem siue raritatẽ & teneritatẽ corporis, oris stomachi, sunt vehemẽs sensatio stomachi: propter quod de facili lęditur a re quacũq;: & quia sentit angustiam post cibum, & appetitus modicus in eo est ante cibum: & quia digerit perfecte cibum paruum subtilem vergentem ad calidum & siccum, cibũ vero grossum, plurimum, frigidum digerere nõ potest. Si igitur omnia ista aut plurima apparuerint, præter ꝙ stomachus discrasiatus sit aliquo prędictorum modorum, vel læsus alia causa manifesta, vt proprie cum ipsorum adhærentia assidua: tunc vere dicetur corpulẽtia stomachi naturaliter defecta. Si vero præcesserit vomitus freques superfluus, aut solutio ventris spontanea, vel cum forti medicina, vel satietas nauseatiua chronica: tunc substantia stomachi per accidens est debilitata, non ex generatione. Veruntamen sciendum est, ꝙ debilitas quãdoq; fit propter compassionem eius ad epar vel ad splenem vel cerebrum: vel propter læsionẽ eius a causa extrinseca, scilicet aëre frigido, vel æstuoso, vel ab aliqua animi passione, vel casu vel percussione, vel ex antecessione morbi chronici: quæ quidẽ singula medicus habet diligenter perpendere: & si non aliter tamen infirmi relatione. Similiter & cõplexionem corporis, consuetudinem ciborum & potuum, animi conditionem, regionem, ætatem & qualitatem habitationis consideret, ne decipiatur. Signa debilitatis stomachi propter vlcus ĩ ipo, sunt antecessio signoꝝ apostematis in eodẽ, post quæ sequitur vomitus aut egestio saniosa, cum apostema maturatum fuerit & eruptum: vt dicemus ibidem. Quod si fuerit vlc9 sine apostemate, vtpote ex humoribus acutis: sentitur punctura assidua, neq; cib9 retinetur, donec digeratur perfecte: quapropter egredit̃ per vomitum vel secessum. Et scias, ꝙ quando materia superflua natat in concauitate stomachi: fit vomitus, sed cum intrincatur in villis eius: fit animi subuersio vel fastidium.

Methodus. Cura debilitatis siue diminutionis digestiõis vel corruptionis eius propter malam complexionem stomachi frigidam, est vt vngatur stomachus omĩ die bis ante prandiũ & ante cœnam cum oleo masticino, vel nardino, vel de lilio, vel de costo mixtis calefactis perfecte in aqua feruente vel cum vnguento tali. ℞. rutæ, rorismarini. aã. ℥. ij. baccaꝝ lauri. ℥. iij. tere omnia, & coque in lib. ij. olei communis vsque ad spissitudinem, vel cum vnguẽto marciaton ad solem calidum aut ad ignem. Vtatur diagallanga, diatrion pipereon, diacymino, diacameron, diamargariton, electuario ducis in ieiuno: & bibat desuper aliquid boni vini. Exerciretur semper in ieiuno parum, & raro comedat: qa modicus cibus ei sufficit. Sit eius cibus delicatus: vt carnes hœdorum, aut pullorum cõditæ cum speciebus calidis aromaticis, & oua sorbilia, & pulmẽta

subtilia, et iura pinguia, moderate tamē vtatur in saporibus suis allijs, sinapi, pipere. Fructus nō comedat. nisi ficus siccas pingues. Balneetur in aquis tinnaꝝ frequēter in ieiuno: super stomachū portet continue tale cerotum. ℞. terebentinæ, resinæ. añ. ℥. 1. picis naual. ℥. 4. serapini, oppoponaci, bdellij. añ. ℥. ß. ceræ. ℥. 4. nucis muscatæ, spodij, gariof. squinanti rof. rub. fol. spicæ, croci. añ. ʒ. 2. piperis ℥. 1. masticis, thuris, vernicis. añ. ℥. ß. ponantur gummi in vino bono, & dissoluantur, & terenda terantur, & cribellentur subtiliter, terebentina vero & pix naualis & resina & cera liquefiāt ad ignē: Deinde addantur gummæ dissolutæ in vino: Et cum omnia liquefacta fuerint: colentur, & colaturæ incorporentur species prædictæ: & totum extendatur super corium albū, & tegatᷣ cū petia subtili alba linea, & stomacho superponatur. Ad idem. ℞. calami aromatici, gallangæ, spicæ, masticis, coralli ru. cardamomi, thuris, vernicis. añ. ℥. ß. ceræ. ℥. 2. resinæ, lib. ß. picis græcæ. ℥. 2. olei de spicanardi, olei masticis. añ. ℥. 2. bdellij, serapini, oppoponaci, armoniaci. añ. ℥. ß. terebentinæ. ℥. 4. confice sic, dissoluantur gūmæ in vino optimo, & dissoluantur primo omnia dissoluenda in casola ad ignē, & colentur & colaturæ addatur puluis specierum prædictarum, & extendatur sup corium vt prius. Ista cerota confortant omnem stomachum debilem, præter eū qui est a causa calida sicca: qa calorē naturalem stomachi augmentant, & eius corpulentiam inspissant, & corroborāt vehemēter. Cura debilitatis digestionis propter malam complexionem humidam stomachi, est vt sæpe fiat vomitus, si sit possibile cum oxymelle & aqua tepida, vel aqua decoctiō:s raphani, sinapis, semi. atriplicis, anethi præmissa satietate stomachi ex piscibus, oleribus & cepis. Purgetur cum hierapicra. Galeñ. præmissa digestione materiæ cum oxymelle composito, vel syrupo acetoso cōposito. Vtatur sæpe in ieiuno trochiscis de mastice dictis capitulo de sputo sanguinis, cum vino decoctionis ciperi vel mirtill. Bibat vinum rubeum aromaticum stypticum, parum tamen bibat: in alijs fiat, sicut in stomacho frigido. Cura malæ complexionis frigidæ & humidæ stomachi, est compositio medicinarum prædictarum, non dormiat in die neq̄ super cibum, famem & sitim toleret, exercitetur in ieiuno, sudet & laboret: coitum omnino vitet. Et si sit cū ventositatibus & singultu: coquantur carui, cimini, anisi, apij, rutæ, absinthij, mētæ, spicæ, costi, ana. partes æquales, in vino forti, vel aqua, vel oleo cōmuni & spongia infusa ponatur super stomachum in ieiuno actu calida, & expressa, cum reiteratione frequēti. Si vero sit cum humoris vitio, quod vt plurimum fit, flegma digeratur cum oxymellæ squillitico, & aqua decoctionis ciperi, piperis longi, et mellis: Purgetur cum pillulis cochijs, vl cum decoctione mirobalanorum, kebullorum, vel emblicorum. Et si purgetur cum pillulis & apozimate, fiat primo digestio prædicta cum decoctione. Post euacuationem, vtatur trochiscis prædictis, vel electuario de scoria ferri, quod dicemus cap. de debilitate splenis. Et si nō sit aliud, vtatur electuarijs prædictis. Comedat carnes assas hœdorum, vl pullorum, vel perdicum, phasianorum, & deligat carnes ferinas propośse. Bibat vinum potētissimum album vel rubeum sed in parua quātitate: famem & sitim toleret cum sudore. In vnguentis & emplastris fiat sicut prius. Et in hoc casu cōfert plurimum diacitonitem cum melle & speciebus: vt in empericis scribemus. Et dicit Galeñ. 4. de regimine sanitatis: q̄ pro stomacho frigido vel frigido & humido inter medicinas calidas piper

est sublimius, & primo quidē album, secundo vero longum, tertio nigrum: quia piper est potentissimū in confortatione membrorum, neruosorum & inter radices gallāga, zedoaria: quemadmodum inter gummas mastix. Cura malæ complexionis calidæ stomachi, est vt vngatur cum oleo rosato mixto cum pauco aceti, propter penetrationem. Vtatur zuccaro ros. si venter sit laxus: vel zuccaro viol. si sit constypatus. Et cibos frigidos comedat acetosos vel solidos, cōpactos: vt est caro porcina, & bouina, & multum cibum pro vice capiat, si stomachus sit largus, spaciosus: quoniam de hoc stomacho loquens Galen. primo alimentorum. capitulo primo. dicebat, ꝙ melius digerit carnem bouinam q̄ pisces petrinos: ex eo ꝙ subtilia ī ipso aduruntur, solida vero mederate digerūtur. Vtatur pro condimentis vino granatorum, vel agresta, vel berberis, vel aceto, vel trifol. succo vel acetoso. Bibat aquam frigidam, vel aquam cum vino granatorum, vel aquam decoctionis berberis. Vtatur coitu super cibum, vsu tamen moderato, ne superfluo infrigidetur: & forte lienteriam, vel hydropisim incurrat. Bibat quandoq; in ieiuno oxyzacarum, vel diaprunis, vel syrupum acetosum, vel syropum rosaceum, vel violaceum cum aqua frigida. Exercitetur parum & raro, & dormiat super cibum quandoq; si caput contra non cooperetur. Cura malæ complexionis siccæ stomachi, est vt impinguetur corpus pro posse cum balneis aquæ dulcis tepidæ, & cibis sorbilibus: vt sunt oua mollia, & iura condita cum speciebus aromaticis non acutis: vt est cynamomum, macis, crocus, & similia. Bibat quandoque lac capræ vel vaccæ recens & calidum per se, vel cum mica panis de simila, vt melius nutriat, vel cum pauco mellis vel zuccari, ne caseetur in stomacho: & non comedat cum eo, neq; ilico super cibum illum aliquem alium: quia corrumperetur omnino, cum de facilime corruptibilibus sit lac, sperma, sanguis: vt ait Galenus septimo de ingenio sanitatis. Vngatur stomachus cum oleo viol. vel de papauere, similiter & pectus, & spina tota. Vtatur sæpe diadraganto, diapenid. diapapauere. Dormiat super cibum, si caput non prohibeat: nullo modo coeat, sed gaudeat otio & solatijs: & pro posse continue super stomachum deferat plumaceolum molle, vel pellem ouis nigræ vel lupi, vel lanam succidam: vt stomachus defendatur a qualitatibus aëris continentis. Cura malæ complexionis calidæ & siccæ stomachi est compositio medicinarum prædictarum: Et si sit cū febre occulta, lenta: fiant omnia quæ dicentur libro secundo de febre hectica. Et ad hoc conferunt multum dicta in capitulo de phthisi. Et si sit cum humoris vitio, digeratur cholera cum oxyzacaro vel syrupo acetoso vel violato, vel rosato. Et mundificetur cum pillulis de reubarbaro dictis capitulo de catarrho, vel cum decoctione myrobalanorum citrinorum, quæ dicetur in canon. vel cum apozimate de reubabaro: quod sic fit. ℞. aquæ decoctionis prunorum feruentis, ponantur in ea. ℥. ɪ. reubarba. pulueri sati, & dimittātur per duodecim horas. Postea coletur, & in colatura ponantur dragmæ duæ syrupi ros. vel violati: & detur totum in matutino: vel cum apozimate purgante humores acutos adustos, quod sic fit. ℞. mānæ ℥. ij. tamarind. ℥. ɪ. & ß. dissoluantur in ℥. quinque aquæ decoctionis prunorum: & detur totum ante diem. Et si vis: potes addere medullæ cassiæfistulæ. ℥. vnam coletur, & detur sicut prius. Vel purgetur cū electuarijs de succo rosato laxatiuo vel cū diaprunis laxati. ℥. ß. Et post purgationes vtatur diaprunis simplici, zuccaro

rof. & violato, diarrodon abbatis. Et si epar sit inflammatum propter compassionem, vtatur triasandali. Et si assint vigiliæ, vel dolor capitis pulsatiuus: vtatur diapapauere recẽti, vel filonio recẽti. Et fiant omnia quæ diximus ca. de vigilijs superfluis. Vtatur lactucis, portulacis & cucurbitis, vino granatorum, berberis, agresta & aceto cum suis cibis. Bibat vinum debile lymphatum ad medietatem. ¶Cura malæ complexionis calidæ & humidæ stomachi, est vt vngatur stomachus cum oleo masticino mixto cũ oleo rosaceo, addito modico aceti actu calidi perfecte. Vtat̃ sæpe in ieiuno zuccaro rosato nouo, si venter sit stypticus: vel veteri, si fuerit obediens, omni die ad sellam. Nam in rosis recentibus sunt quædam partes acutæ secessiuæ, quæ post exiccationem resoluuntur, Et eodẽ modo dico de zuccaro: quia rubeum est secessiuũ aliqualiter: sed tabarzeth idem albũ est stypticum & tẽperatũ. Et bibat post illud aquã decoctionis myrtorum, vel berberis, vel vinum granatorũ cũ aqua frigida. Cibetur carnibus assis, & elixis cum feniculo petrosilino conditis cum speciebus aromaticis non acutis, & ex puluere earundẽ specierum, & vino granatorum, fiat ei sapor pro cibis in hyeme, vel cũ aqua rof. in æstate. Bibat vinũ rubeũ, stypticum vel ponticũ: vel vinũ debile lymphatum cũ aqua decoctionis myrtill. Vtatur sæpe trochiscis de bolo dictis capitulo de sputo sanguinis, per se cum aqua frigida, vel mixtis cũ zuccaro rosato: Et si corpus fuerit carnosum multum sanguineum, & antecessio ciborum & potuum multiplicantium sanguinem: fiat flebotomia basilicę, vel medianæ in brachio dextro vel manu dextra. Hmõi nanq̃ flebotomia materias diuertit primo & euacuat ab epate: post illud vero a meseraicis et stomacho quodãmodo, & proprie post euacuationem ventris a fecibus omnino. Si aũt sit cũ humoris vitio, alterius a sanguine, q neq̃ digestione, ne q̃ euacuatione indiget aliq̃ cũ medicina, sed cũ flebotomia sola subito facta: vt di. Gal. 10. de inge. sani. Oportet, vt digerat̃ simul flegma & cholera cũ oxymelle cõposito, vel mel le rof. vel syrupo acetoso, vel mixtis ex ipsis exhibitis cũ aq̃ calida. vel aqua decoctionis rof. rub. & calamenti. Et purgetur cum pillulis cochijs vel benedicta laxatiua, vel medicina de turbith vsitata, vel cum decoctione myrobalanorum kebullorum. ℞ myrobalanorum kebullorum, citrinorum, emblicorum añ. ℥. ß. terantur & infundantur in ℥. 6. aquæ feruentis per duodecim horas: colentur, & dulcoretur colatura cum zuccaro rosato vel melle rof. vel syrupo rof: et detur ante diem totũ actu calidũ, si fortis sit virtus, vel medietas, si sit debilis. Et fiat vomitus cũ aliquo vomitiuo dicto supius post saturitatẽ. Et non negligatur cura istius stomachi: quia frequenter perducit ad febrẽ putridam: quare fiant digestiones & euacuationes prædictæ frequẽter. Et dicit Auerrois septimo colliget. quòd vsus vini granatorum vel agrestæ plurimum præseruat stomachũ a putredine humorum sua frigiditate & stypticitate: quoniam caliditas extranea ebullitionem faciens a centro ad circumferentiam est causa efficiens putredinis: humiditas vero non bene regulabilis a calore naturali, sed effumabilis & euaporabilis est causa putredinis materialis, vt dicit philosophus quarto meteororum. Cura malæ complexionis frigidæ, & siccæ stomachi, est vt inungatur frequenter cum oleo masticino nardino, & de lilio & de costo, vel cum aliquo eorum calefacto perfecte in aqua feruenti addito modico puluere subtili gariofil. propter penetrationem: & continue deferat super stomachum cerotum

supradictum, vel lanam succidam, vel filtrũ recens molle infusum in oleis prædictis actu calidis. Comedat cibos subtiles, calidos, cõditos cum speciebus aromaticis, sed pro vice parũ, & sæpe, verbi grã, carnes laudabiles, & iura ipsarũ inspissata cum vitellis ouorum, & oua sorbilia, & pisces petrinos conditos cum eisdem speciebus: Bibat vinum dulce et clarum vel medonem. Et non negligat cura istius stomachi: quia frequenter ducit ad hecticam & marasmum propter indigestionem & arefactionem: quę duo nutritionem prohibẽt membrorum: Et quia difficilius est resistere frigiditati, q̃ siccitati: cum sit qualitas passiua: vt dicitur in septimo de ingenio sanitatis: idcirco in cura ipsius multiplicentur humida, non tamen negligãtur calida. Bibat ergo lac recens cepræ in ieiunio, vel vaccæ, vel ouium per se vel cũ modico mellis clari: & quandoq; mica panis de simila potest addi propter nutrimentũ. Vtatur electuarijs, zinzibere condito, diaplirís, electuario ducis, diapenid. & similibus. Non laboret superflue, neq; sudet, sed balneetur in aqua calida dulci. Gaudeat ocio & quiete, somno & solatio pro posse. Si aũt sit cum humoris vitio, digeratur melancholia cum oxymelle composito vel squillitico, & aqua dococtionis ireos, vel hysopi, vel calamẽti, vel ciperi vel capparis: Et cõfortetur splen, vt bene attrahat melancholiam: Et purgetur cum pillulis fœtidis & diasenę: vel cum puluere senæ, thymi, epithymi, & aqua calida, vel cũ hieralogodion, vel cum decoctione mirobalanorum indorũ colata, & dulcorata cum syrupo rosato vel cum melle rosato: Et caueat a coitu omnino, & proprie super cibum. Vtaẽ dianthos frequenter, & diamargariton in ieiunio. ¶ Cura diminutæ seu corruptæ digestionis propter debilitatem cõpositionis stomachi est eadem cum cura stomachi frigidi sicci, præter quã q̃ non est opus euacuantibus, sed solis alterantibus, & proprie quorum virtus declinet ad stypticitatem cum caliditate, nõ ad humiditatem. Vtatur ergo cibis subtilibus temporate vergẽtibus ad calidũ & siccum. Bibat vinum vetus purũ parum, & sæpe comedat: euitet cibos grossos & fluidos: vt sunt iura immoderato vsu sumpta: quia fluctuant, & corrugationem stomachi super cibum impediunt tempore digestiõis. Neq; bibat multum, quando sumit cibum, imo post cõpletam digestionem primam bibat bonũ haustum vini puri vel clareti. Nutriatur carnibus hœdorum & pullorum & auium paruarum degentium in nemoribus non in aquis. Vtatur ouis sorbilibus & pulmentis auenæ, vel similæ, vel farris conditis cum lacte dulci & vitellis ouorum. Vtatur electuarijs calidis supradictis, & specialiter diadraganto, diagalanga, diapliris, diacitoniceon, & electuario ducis cum melle & speciebus in ieiunio. Abstineat omino a coitu, & proprie super cibũ, & somno diurno, & quiete superflua. Nunquam sumat cibũ nisi prius egestis superfluitatibus primę et secundæ digestionis. Et post hoc habito exercitio incipiente a debili, & tendente ad fortius redeunte ad debile: post hoc quiescat, donec calor naturalis redierit ad interiora corporis, & sputum cœperit subtiliari, quasi sit aquosum, & appetitus excitari: tunc comedat satisfaciendo naturæ, non appetitui quoquo modo.

Emperica. ELectuarium confortans stomachum digestionem promouens, cor lętificans, putrefactionem p ohibens, membra calefaciens, renes & vesicam purgans, sanitatis regimini conferens, sic fit. ℞. castorei abluti in aqua rof. & postea exiccati. ℥. ß. gariofil. ℥. 1. masticis, thuris. aã. ℥. 2. macis, ℥. iij. mentæ hortulanæ. ℥. 5. gallangæ. ℥. 7.

anisi.ʒ.8.feniculi.ʒ.9.cynamomi electi et mundati ad pondus omnium, vini odoriferi lib.1.succi marubij albi lib.2. mellis despumati, quod sufficit: coquatur mel cum vino & succo prædicto, donec condēsetur, & puluerisentur subtiliter, & cribellētur spēs dictæ, & cum melle conficiantur: Detur ad modū nucis post cibū per vnam horam, & bibat post illud parum vini boni. Pillulæ vtiles pro stomacho & laxatiuę conferentes omni stomachó debili cum materia. ℞. masti. aā. reubarba. ℈.5. aloes boni ad pondus oīm puluerisentur, & distemperētur cum succo fen. Detur .5. ad modū pisarum, ante cibum vel post: quia mundificāt stomachum, & epar excellenter a flegmate & cholera. Nam de reubarbaro dicit Auerro.5. colliget, quod est medicina benedicta respectu aliorum farmacorum: Sed de aloe dicit Galen.7. de ingenio sanitatis, quod est magis conferens stomacho omni alio laxatiuo: quare sicut est amarum ori, ita est delectabile stomacho: idcirco debet lingua extrahi, & medicina inglutiri. Item masticis aut olibani, ʒ1. infusa per noctem in vino, donec liquefacta fuerit, & bibita in ieiunio calefacit & exiccat stomachum potēter, & catarrhum descendentem a cerebro restringit, si mane & sero potetur ex eo pluribus diebus. Item cerotum nobile pro stomacho frigido & humido vel debili in in substantia. ℞. bdellij, oppoponaci, serapini, euforbij. aā.ʒ.2. trium pip. cynamomi. zz. aā.ʒ. vnam, anisi.ʒ.1. gallangæ, nucis muscatę, granorum paradisi, gariofil. aā.ʒ.ß. cardamoni, macis, croci quartam partem.ʒ. vnius: Confice sic, liquefiant gummi in aqua rosa. vel vino odorifero, & ex eis & puluere specierum & cera & pice sufficiēter conficiatur emplastrum, & extendatur super corium album molle, & tegatur cum panno lineo albo subtili, & teneatur super stomachū duabus horis ante cibum, & post remoueatur. Item cerotum aliud, quod valet in vomentibus cibum. ℞. laudani.ʒ.iij. masticis, cynamomi, gariofil. nucis musca, gallangæ. spicę. aā.ʒ.2. olei masticini & nardi.ʒ.1. ceræ.ʒ.ß. Item illud. ℞. cerę alb. abrasæ a sorditie superiori, olei nardi. ana. lib.ß. masticis.ʒ.2. aloes, calami aromatici. aā.ʒ.2. gariofi. cynamomi aā.ʒ.iij. fiat cerotum. Item saccellatio ad idem. ℞. myrtillorum, ros. rub. absinthij, mentæ, gariofi. thuris, cynamomi, masticis: fiat puluis subtilissimus ex eis, qui positus in sacculo sericeo vel lineo subtili calefacto sup lapide ignito asperso cum vino, stomacho continue applicetur: Et cum fuerit infrigidatū reiteretur, & potest addi calamus aromaticus propter penetrationem. Item epithyma ad idem. ℞. thuris, masticis. aā.ʒ.2. boli armenici.ʒ.5. dragaganti, gummi arab. aā.ʒ.2. succi mentæ.ʒ.4. terantur gummę & conficiantur cum succis, & pann⁹ imbibit⁹ in eis ponatur super os stomachi, valet etiam vomentibus. Aliud. ℞. succi mentæ, succi absinthij, vini citoniorum aā. partes æq̄les. pulueris gariofi. quātū volueris: calefiat totum hoc perfecte ad ignē, & in ipso infundatᵃ filtrū, & stomacho applicetur, reiterando sæpe, cū infrigidatū fuerit: valet vomentibus & eructuātibus acetose vel fumose: sed in stomacho calido potest addi vinū granatorum, vel berberis, vel aqua decoctionis myrtillorum. Tragea ad idē. ℞. cynamomi, gallangæ, zinziberis. aā.ʒ.1. nucis muscatæ, zedoarij. cubebæ. aā.ʒ.ß. gariofi. macis. aā.ʒ.2. anisi.ʒ1. passularum quātum volueris. zuccari, quantū sufficit: terantur oīa grosso modo p̄ter ani. & gariofi. & passu misceātur, vel terantur subtilit r & dimissis passulis, fiat electuarium cum zuccaro. Et si vis facere laxatiuum flegmatis aquosi: pone in qualibet dosi dragmam vnam reubarbari:

Si melancholiæ, pul. sene. drag. duas & detur ante cibum. Item ad idem electuarium Galen. sexto de ingenio sanitatis circa finem: quod valet male digerentibus, vomentibus, lientericis, diarrhicis: & est mirabile. ℞. succi citoniorum maturorum perfecte mellis optimi. añ. ℥. duas aceti. ℥. 1. coquantur super carbones non super flammam ignis, ne virtus resoluatur: & ponatur zinziberis. ʒ. vna. piperis albi vel longi. ʒ. ß. puluerisentur & coquantur vsque ad spissitudinē mellis. Et si venter sit cholericus, detur ad modū nucis ante cibum per duas vel tres horas. Item syrupus de menta Ioan. hebemes. in suo antidotario. cōfortās stomachū, conferēs vomitui, indigestiōi, lienteriæ, & omi fluxui vētris, sic fit. ℞. succi citonioꝝ, aceti. ana. lib. 1. a. ß. foliorum ros. siccatum. ℥. 2. & dimittātur sic per diem & noctem & deinde coquantur cum facilitate vsque ad medium, & cum lib. 2. zuccari in æstate, & mellis in hyeme: fiat syrupus, & aromatizetur cum gallia musch. Item pillulæ stomaticæ secundum eundem, stomachum & caput mūdificantes a flegmate & humoribus acutis & mūdificātes massam sanguinis in corpore toto. ℞. turbith electi & mundati. ℥. 10. ℥ʒ masticis ana. drag. quatuor ro. ʒ. iij. aloes bonæ ad pōdus oīm: cōfice pillulas cū succo absynthij. Et dosis earū est a. ʒ1. vsque ad ʒ1. & ß. Dētur sero sine cœna. Item pillulæ aureæ secundum eundum, quæ dicūtur pillulæ de turbith, aut pillulæ aureæ quæ & choleram & flegma sine molestia purgant, stomachum & epar confortant, & digestionem procurant. ℞. turbith boni & mundati. ʒ. 1. aloes. ℥. 1. & ß. masticis, ros. ana. ʒ. 7. mirobalanorum citrinorum. ʒ. decem, croci. ʒ. iij, confice cum succo absynthij vel cum vino albo odorifero, addendo zinz. ʒ. quatuor. Item pillulæ cochię euacuantes humores grosses flegmaticos a toto corpe. ℞ pul. hierapicra. ʒ. 10. colloquintidæ. ʒ. quatuor, dyagredij. ʒ. iij. turbith, sticados. añ. ʒ. 5. confice cum succo ruthæ vel apij & da. ʒ. 1. vel ß. Itē pillulæ fœtidæ ad idem. ℞. pulueris hiera pic a. ʒ. 10. colloquintidę, centaureæ, plātaginis. añ. ʒ. 5. euforbij ʒ. 2 & ß. castorei, zinziberis, assæ fœtidæ, serapini, opoponaci, cassiæ, sinapis, piperis. añ. ʒ. 1. dissoluātur serap nū & oppoponacum & assa in succo rutæ vel in aqua ipsius: & cum ipsis fiant pillulæ, ex quibus detur sicut prius.

Canones. Stomachus præter se. vt plurimū nocetur a mala complexione frigida vel humida cum materia, quod est propter hominum gulositatē: Post hanc vero a mala complexione frigida & humida sine materia: post illam a frigida: post q̄ ab humida: post illam a calida & sicca cū materia: post hanc vero a frigida sine materia, & post a frigida & sicca. Sed in se. nocetur maxime a calida vel calida & sicca cū materia. Item stomachus nō minus læditur a mala cōplexione quā a mala compositione, quæ dicitur debilitas contexturæ. Verum in hoc refert: quia mala compositio vt plurimum est a generatione, & raro post ægritudines vel inordinatā dietā: cuiꝰ cōtrarium est in mala cōplexiōe: Pręterea oīs mala cōplexio stomachi si sit ex mala generatione: iuuat a cibo & potu sibi simili in forma & gradu: vt calidus a calido, frigidus a frigido, et sic de alijs. Nocetur aūt a contrario in forma vel in gradu, pręter stomachum calidū: qui gaudet cibis & potibus calidis: & nil nocetur a frigidis secundum vsum moderatum: vt dicit Galenus in tegn. capitulo de signis stomachi. Si vero sit mala complexio aduentitia & accidentalis: nocetur a sibi simili, iuuatur aūt a contrario vsu moderato. Ratio autē canonis est: quia omnis conseruatio fit

per simile: cura vero per contrarium. Nunc autem omnis complexio stomachi naturalis appetit sui conseruationem, accidẽtalis vero curationem: cum vnumquodq; ens naturale appetat bene viuere, & illius gratia facit quicquid facit: vt dicitur primo metaphysicæ. Ex hoc cañ. sequitur alius, q mala complexio stomachi naturalis nullatenus debet subito rectificari, sed gradatim & tempore sanitatis. Nequaq̃ vero debet alterari tempore alicuius ægritudinis, sed sic tolerari, donec cõualescat: vt dicit Galenus septimo de ingenio sanitatis: ne forte affictio afflictioni apponatur. Et subdit illud ibidem, quód si stomachus sit naturaliter calidus, & ægrotauerit ægritudine frigida: oportet in eius cura calidiora administrare, quàm in stomacho naturaliter frigido. Similiter & si stomachus sit naturaliter frigidus, & ægrotauerit ægritudine calida: oportet in eius cura frigidiora ministrare, quàm in stomacho naturaliter calido: quod stomacho conuenit propter conseruationem cõplexionis innatæ & propter causam ægritudinis esse fortiorem, si stomachus calidus infrigidetur, q̃ si frigidus infrigidetur. Et iste canon eodem modo intelligẽdus est de epate, corde, cerebro, & splene. Item ad passionem stomachi, & proprie si sit cum materia frigida, sequitur plerunq; disnia, & malitia anhelitus propter pulmonis compassionem & diafragmatis compressionem. Item omnis cibus difficile masticabilis est difficile digestibilis, sed non econuerso. Possunt enim duo prohibere digestionem, scilicet viscositas: vt patet in cerebro, vel fluxibilitas: vt in iuribus, quæ non impediunt masticationem. Item omnis stomachus debilis confortatur a proprietate per esum stomachorum: vt dicit Auerrois 7. collige. cum similitudo sit fundamẽtum proprietatis, & cerebrum per esum cerebrorum, & epar epatum, & similia, & proprie si sint ex animalibus laudabilibus & sanis: vt sunt pulli, perdices, fasiani, & vniuersaliter oĩa degẽtia in nemoribus & pratis & se exercitãtia. Caue tamẽ, ne volẽdo proficere vni mẽbro, obsis alteri: propter q̃d ait Gale. 11. de ingenio sanitatis. Est autẽ difficil'mũ in quacũq; ægritudinũ medicinã adinuenire simplicẽ taliter iuuatiuã: vt nihil in ea reperiatur nocumenti: q̃d quidẽ accidit propter complicationem dispositionum diuersarum in membris, similiter & morbis, cum eorum accidẽtibus atq; causis. Oportet autem ob hoc medicinas non postponere, sed ad illas maxime se transferre, quæ plus apud nostram necessitatem contineãt iuuamenti, q̃ nocumenti: quare & sic dicamus de stomacho. Fiat igitur cũ electione & vsu moderato: vt elaborari & digeri valeant perfecte. Præterea sciendum, q digestiones communes sunt tres. Prima est in stomacho, cuius superfluum est stercus: Secunda in epate, cuius superfluum est vrina. Tertia in venis, cuius superfluum est sudor et hypostasis tẽpore sanitatis, apostema & scabies tẽpore ægritudinis. Est & quarta, quæ propria dicitur, & est in porositatibus membrorum & venis capillaribus, cuius superfluum insensibiliter om̃i tpe a corporibus nostris euaporat. Et istæ digestiones habent ordinẽ essentialẽ inter se: vt si prima auferatur seu vt plurimũ corrumpatur: secunda necessario auferetur & corrũpetur: similiter tertia & quarta. Est tamẽ, cum digestio stomachi diminuta vel corrupta sub modico excessu vel defectu, corrigi potest per eam, quæ est epatis & venarum, & proprie, si virt⁹ naturalis sit in eis fortis. Itẽ quando approximas medicinas stomacho per exterius, approxima eas actu calidas. Tepidas vero vel frigidas nequaquam: quoniam tepida resoluunt robur

ventris: vt dicitur 7. de ingenio sanitatis: sed frigida inimica sunt stomacho, intestinis, ano, neruis, & omnibus membris neruosis, vt dicitur 6. parti. apho. Et siue approximes p exterius, siue per interius superadde semper styptica: vt virtutem naturalem & substãtiam stomachi confortent. Quæ cum hoc si fuerint aromatica, melius naturæ placent: vt est absynth. gallãga, zedoaria, piper, mastix, thus in causa frigida: Dragagantũ, myrrha, rosæ, plantago, granata in causa calida. Menta, citonia in vtraq;. Præterea sciendum, q̃ mora cibi in stomacho debet esse regulariter sexdecim horarũ temporalium in corpore temperato & viuẽte temperate in vsu sex rerum non naturalium: ita vt in duobus diebus trina capiatur refectio. Verum quocunq; modo res se habuerit, hæc mora requirit spacium decem horarũ ad minus: quoniam secũdum diuersitatem ciborum in qualitate & quantitate, vel secundum diuersitatem complexionum stomachi & regionũ diuersificãtur & horæ: ita vt hoc calamo scribi non possit, nisi in vniuersali. Ideo dicit Auicen. 3. canõ. fen. 13. q̃ hoc tẽpus est inter horas. 12. & 22. Itẽ digestionem primam cõditiones decem impediunt. Prima est substantia cibi, vt pote grossities, vel liqditas. Secũda, quãtitas, scilicet magnitudo vel multitudo. Tertia, qualitas, scilicet frigiditas, vel viscositas, vel durities. Quarta, ordo vt si in vẽtre fluido subtilia præmittantur grossis, & in styptico grossa subtilibus: & in vtroq; digestibilia difficilia, digestibilibus facile. Quinta, hora cõestiõis: vt si sumatur cibus ante famẽ, vel post plurimam famis tolerationẽ. Sexta, malitia regiminis potus superflui inundare facientis cibum. Septima, motus & agitatio super cibum. Octaua, aer cõtinẽs. Nona, animi passiones. Decima, sumptio electuariorum calidorum fumosorum post cibum. Item scias q̃ medicinæ laxatiuæ meliores pro stomacho, sunt mirobalani: qa cum hoc q̃ soluũt, cõprimendo confortant substantiam stomachi, nisi vẽter sit naturaliter stypticus & inobediens. Pro flegmate igitur fiat talis decoctio. ℞. mirobalanorum kebullorum, vel emblicorũ, vel bellericorũ, vel omnium. añ. ℥. ß. terantur grosso modo, & bulliant in. ℥. 8. aquæ cisternæ vel simplicis vel aquæ decoctionis mirtillorum, vel acetosę, donec medium consumatur: postea coletur, & dulcoretur colatura cum melle ros. vel cum zuccaro rosaceo ℥. 2. vel. 3. & detur totum ante diẽ. Sed pro cholera: ℞. mirobalanorum citrinorum eodem modo bullitorũ. Pro melancholia mirobalanorum indorũ. Pro materia composita, compone mirobalanos. Item scias, q̃ de maxime lædentibus stomachũ, cerebrum & renes, est coitus inordinatus. Nam in coitu agitantur & inflammantur spiritus animales, qui plurimum sunt in cerebro circa organa sensuum colliquantes ipsum. Item in coitu & proprie super cibum fit caloris ad extrema distractio & cibi cõquassatio, ex quibus infrigidatur stomachus. In coitu etiã fit multa sanguinis attractio per vasa spermatica, quæ oriuntur a vena Kili prope renes: quare macerant renes, & debilitatur eius attractiua. Nullus igitur stomachic⁹ coeat super cibũ saltem superfluo vsu, nisi fortassis calidus, vel calidus & humidus, cui conuenit coitus super cibum, vsu tamẽ moderato. Item dubitat̃ vtrum amplior cibus sit sumendus in prandio, vel in cœna? Ad quod respondet Gale. 7. de ingenio sanitatis ca. de cura stomachi sicci: q̃ in cœna propter tria. Primo, quia tunc homo magis quiescit. Omnis aũt digestio quiete perficitur, vt asserit Auerro. 2. colliget, vbi reddit causam, quare venæ non pulsant sicut arteriæ. Secundo, quia propter frigi

ditatem noctis, calor naturalis fortifica tur. Tertio, quia maior ē distantia a cœna vsque ad prandium, q̄ a prandio vsque ad cœnam: ideo cibus melius digeritur apud regulariter viuentes. Scire tamen debes, quòd istud fallit in duob⁹ casibus. Primo, si corpus est catarrhosum: tunc enim oportet cibum & potum minorare versus noctem. Secūdo, si consuetudo antiq̄ta fuerit in cōtrarium: tūc em̄ non erit illi obstādum, donec gradatim corrigatur.

Prognosticatio. Si quis post cibū ad duas vel tres horas senserit inflationem ventris cum rugitu forti, vel eructuationes acetosas, vel fumosas, vel odorem et saporē cibi assum pti retinentes, significat necessario digestionē corruptam vel diminutā, vel ablatam, & fortasse lienteriam futuram. Itē licet oīs actio læsa stomachi sit mala, quæ est triplex, scilicet ablata, diminuta, & corrupta: peior tamē & sæpius cōtingens est corrupta, quia non rectificatur per medicinā, nisi fortassis in principio, & cum est modica. Item mala digestio stomachi est radix omnium morboꝝ. Nam ablatio digestionis & diminutio lienteriam, diarriam chronicā, hydropisim & hecticā īducūt: sed corruptio ad fumosum fe. acutas, & apostema calidū, & dysenteriā, & feb. tertianas generat: diminutio vero ad acetosum fe. chronicas, lepram, tympanitem, apoplexiā, & epilepsiam multiplicat. Item si quis in conualescentia cuiuscumq; fe. habuerit signa indigestiōis, quæ sunt os insipidum, fumosum vel acetosum, & proprie cum prostratione appetitus, vel corruptione eius: sicut est appetit⁹ carbonum, vel argillæ, significat in ipsa recidiuam propter stomachum non bene esse mundatum ab humoribus nociuis. Redi igitur ad euacuatiōes & digestiones illi materiæ conuenientes. Item si quis gulosus cœperit habere pustulas diuersorū colorum, .s. liuidas, nigras, & rubeas: quas ante non habuit, breuitatem vitæ significat: quia materia venenosa est, q̄ neq; purgari, neq; rectificari potest per medicinas crapula prohibente: quia materia exuberans ab interiorib⁹ regurgitat ad exteriora: & cum membra principalia occupauerit, scilicet cerebrū, cor et epar: subitam mortem inducet. Item cum sit quadruplex digestio: vt supra ostēdim⁹: ex qualibet earum cum læsa fuerit: surgunt in corpore propria nocumenta, nisi statim a principio purgationibus conuenientibus in fleboromādo, vel farmacando sagaciter succurramus. vñ Hip. 2. aphori. Vbicunq; cibus præter naturam intrat, illic ægritudinem facit. &c.

¶De nausea, fastidio, & prostratione appetitus. Cap. II.

DE his tribus passionibus dicam⁹ vno capitulo: quia ex ijsdem fiunt causis, & eadem habent signa & remedia. Dicit̄ appetit⁹ esse prostratus: cum quis nō desiderat cibū oīno, vel cū diminutione. Dicitur nausea: quādo cum hoc ad præsentiam cibi mouet nasum, & abhorret ipsum, etiam si pri⁹ fuerat appetitus. Dicitur fastidium: quādo cum hoc nullatenus vel difficile potest cibum inglutire, etiam si ad hoc ellatur: & sic non differūt ista tria, nisi secundum magis & minus: quod intelligo tripliciter. Primo quidē in essentia siue gradu, vt dictum est. Secundo in subiecto, secundū q; hæc passio est magis vel minus inserta stomacho. Tertia in causa: quia ex oībus causis fit prostratio, ex quibus nausea & fastidium, sed nō econuerso. Fit igitur prostratio siue diminutio appetitus quatuor de causis. Prima est mala complexio calida oris stomachi cum materia vel sine materia. Secūda est mala complexio frigida ipsius,

quando vltimatur, siue cum materia siue sine materia: quia tunc tollit actũ proprię virtutis secundum Gal. in 1. aphori. Quibuscunq; iuuenibus &c. ibi dicit, q; omne corpus cõplexionis nimis frigidæ actiones habet defectas ex necessitate. Nã si frigiditas esset moderata, potius augeret appetitum. Tertia est lęsio duorum neruorum magnorum venientium a cerebro anteriori ad os stomachi ad dandum ei sensum famis & sitis pro toto. Quarta est, quia epar non multum attrahit de chylo per meseraicas veniẽtes a concauo epatis ad intestinum ieiunum et duodenum. Fit autem nausea propter duas causas tantum. Prima est, materia flegmatica natans circa os stomachi & ipsum mollificãs. Secunda est, debilitas retentiuæ virtutis stomachi propter causam humoralem flegmaticam, vel primitiuam: vt est ventris fluxus spontaneus sine artificialis superfluus, vel vomitus freques. Fit autem fastidium propter vnam causam, quæ est materia grossa flegmatica inuiscata villis oris stomachi, & infiltrata. Signa prostrationis appetitus a causa calida, sunt sitis & eructuatio fœtida, fumosa, & sensibilis calor circa os stomachi, amaritudo oris, siccitas linguæ & citrinitas cum adustione: & quia iuuatur a frigidis, nocetur a calidis: & est quandoq; cum feb. Quód si sit cum humoris vitio, fit forte vomitus amarus, viridis vel citrinus. Signa eius, quæ fit a causa frigida, sunt sensibilis frigiditas circa os stomachi, & eructuatio insipida, aquosa vel viscosa acetosa, & lenitas ventris: iuuant calida, nocent frigida: & quia muscillago alba viscosa apparet super linguam: & si est cũ feb. erit feb. lenta flegmatica sine siti. Quod si cum humoris vitio: fit forte vomitus flegmatis viscosi, aquosi vel vitrei, multitudo saliuæ et sputi. Signa eius quę fit propter læsionem nerui sunt: quia post vsum ciborum acutorum, vt sinapis & piperis non sentit æger mordicationẽ circa os stomachi, vel parum sentit: & quod non accidit ei nausea, neque vomitus, nec sentit frigiditatem, neque caliditatẽ circa os stomachi. Signa eius, quæ fit propter debilitatem epatis, sunt egestio alba, liquida, chylosa, & quandoq; viridis propter choleram commixtam: & quia corpus continue extenuatur, & egestio est maior, vel æqualis cibo assumpto, & fluidæ substantiæ, & sunt cum ea signa frigiditatis epatis vel opilationis in ipso. Signa nauseæ quocunq; modo fiat, sunt abominatio cibi, & reiectio ipsius cum cacochymia, & conturbatio faciei & oculorum, cum cibus præsentatur: & si cogat̃ ad eius sumptionẽ, forte aduenit ei vomitus. Signa fastidĳ, sunt signa nauseæ: sed in nausea maior est difficultas in retinẽdo q̃ in ingluttiendo, sed in fastidio est econuerso.

Methodus. Cura prostrationis appetitus a causa calida, est vt vtatur oxyzacaro vel syrupo ro. ante cibum cum aqua frigida, vel vino granatorum, vel berberis, vel agresta vel aceto cum cibo. Bibat vinũ ponticum lymphatum: vtatur somno & quiete post cibũ & ante. Sumat sæpe zuccarum ros. vel diaprunis, si vẽter sit obediens: si stypticus, syrupum viol. vel zuccar. viol. Veruntamen supfluus vsus syrup. viol. prosternit appetitum. Si vero cum humoris vitio sit: digeratur, & euacuetur cholera, & fiat vomitus, si sit possibile: sicut diximus ca. de debilitate digestionis, scilicet de causa calida cũ materia: & fiat cerotum huiusmodi super os stomachi. ℞. masticis ℥. iĳ. ceræ. ℥. ß. olei rutacei. ℥. ĳ. dissoluantur simul, & extendantur super corio al. molli & aspergatur cũ aceto, & ponat̃ super os stomachi: & põt addi myrrha: quia valde excitat appetitum, et penetrare facit. Cura prostratio-

nis appetitus a causa frigida, est vt in omni die in ieiunio & sero cum vadit dormitū, vtatur diatrion, pipereon, diagallāga, diazz. diacitonitē cū melle & speciebus. Comedat carnes pullorū, vel auium paruarū assas proprie vel elixas cū speciebus calidis acutis: vtatur pro sapore sinapi condito cum melle vel allijs & cepis. Bibat vinū purum optimū: exercitetur semper in ieiunio, nec dormiat in die. Et si sit cum humoris vitio, digerat flegma, & euacuetur sicut diximus ca. de digestionis debilitate, parag. de causa frigida cū materia. Et post purgationes fiat cerotū super os stomachi, quod est. ℞. myrrhæ, bdellij, masticis anā. ʒ. ij. terātur subtiliter, & misceantur in casola cū ℥. ij. olei masticini vel nardi. & ℥. ß. ceræ, & extendatur super corio alb. molli, & aspergatur cum aceto acutissimo, cum infrigidatum fuerit, & ponatur super os stomachi. Et balneetur in aquis calidis stypticis, sicut sunt aquæ tinarū, vel aq decoctionis absynthij calamenti, origani, & proprie in ieiunio. Cura prostrationis appetitus propter læsionem nerui venientis a cerebro, est vt cerebrum confortetur cum electuarijs aromaticis, vt est dianthos cum muscho, diamuschum, diamargariton, diapliris, arcoticum. Et abluatur caput cum lixiuio vel aqua decoctionis absynthij, meliloti, florum camomillæ, ros. & ciperi: odoret continue pomum cōfectum ex myrrha, laudano & muscho. Comedat res assas boni chymi: vinum rubeum stypticum lymphatum bibat. Deferat super stomachū cerotum iam dictū in causa frigida: suffumiget quādoq; cū storace sicca, vel thure si est sine materia. Cura prostrationis eo, q epar non trahit rem plurimā, est vt fiant omnia aperientia epar, & cibū penetrare facientia: vt potus vini al. subtilis potentissimi de quo modicū detur in ieiunio: & balneū ante cibū cū fricatione leni, & exercitium. Similiter cōmia, quæ calefaciūt epar, & aperiūt eius opilationem: vt oxymel compositum, vel diacalamētum, vel diatriūpipereon, vel decoctio hęc. ℞. reubarb. ameos, amomi, ciperi. anā ʒ. ß. pistentur, & bulliantur in lib. ij. aquæ, donec ad vnam redeant & coletur, & colaturæ addantur. ℥. quatuor zuccari, bulliantur iterum aliquantulum, & iterū coletur. Detur de isto omni mane. ℥. i. cū vino alb. & subtili: qa aperit opilationes epatis & splenis, & confortat eorum virtutem attractiuam, vel cū cōmixtura ista, si epar sit calid. q confert ictericis & epaticis de causa calida cū opilatione. ℞. triferæ, sarranicæ, ℥. ß. reubar. pulueri sati. ʒ. i. vel ij. incorporentur simul cū syrupo viol. vel acetoso, q̄d sufficit: detur calidū ante diē: qa purgat cholerā, & deopilat epar calid. vel fiat sic. ℞. oxymellis squillitici, quantū volueris: da cū aqua decoctionis endiuiæ, lactucæ, absynthij, citonij, spodij, squinanti omni mane ante diē, & sic de syrupo. ℥. vna. & aquæ ℥. duæ. Et si volueris: acuatur de tertio in tertiū cū ʒ. i. reubarba. puluerisati. Istud enim aperit epar, et infrigidat perfecte: vel cum mixtura tali in causa frigida. ℞. triferæ magnæ, ℥. ß. distēperetur cū vino calido, vel aqua decoctiōis anisi, masticis, feniculi. Et ad hoc etiam valet diacucurma, quam dicemus ca. de hydropisi data cū oxymelle vel melle ros. In causa autem communi misceantur prædicta tā syrupi q electuaria: sicut est ista mixtura. ℞. trisandal. rosatæ nouellæ, diarrod. abbatis, ana. ℥. ß. misceantur. Super epar fiat emplastrum aperitiuum, quod sic fit. ℞. trium sandalorum rub. vnciam vnam. capparis, acori, ciperi, ros. rub. ana. ℥ ß. olei masticis, olei ro. anā. ℥. ij. aceti. ℥ ß. farinæ ordei, quod sufficit ad insp issandum puluerisata & cribellata misceāt simul. & fiat emplastrū actu calidū sup epar. Sumat sępe

in ieiunio de theriaca veteri cũ vino calido. Fiat etiã post euacuationes epithyma super epar. ℞.end.plantaginis, absynth.rubeæ tinctorum, rof.fandal. spodij, squinanti, berberis, capparis, añ.partes æquales: bulliant oĩa in aceto squillitico et aceto citoniorũ, in q̃ infundat filtrũ recens, vel pannus lineus triplicatus, et ponatur super epar actu calidũ in ieiuno: quia confortat substãtiam epatis, & resoluit eius opilationes in omni causa. Vtatur cibis subtilibus nutritiuis conditis cum speciebus calidis acutis, si caliditas epatis non prohibeat. Bibat vinum album forte, vel vinum album lymphatum cum aqua decoctionis seminum cõmunium frigidorum vel calidorum, secundum ꝙ oportet. Cura nauseæ vel fastidij propter materiam frigidam, est vt digeratur, & euacuetur flegma grossum cum medicinis dictis ca.de debilitate digestionis, parag.de causa frigida cũ materia. Et fiat vomitus proposse: & vtatur in ieiunio post euacuationes electuarijs dictis cũ vino calido, & proprie dia gallanga, diacitonitẽ cum melle & speciebus. Super stomachum ponatur cerotum, quod sic fit. ℞.masticis, thuris, vernicis, boli armenici añ.℥.i. terãtur & misceantur cum aceto acutissimo, penetratiuo & inscissiuo: bulliant, donec totum spissum fiat, & tunc extẽdatur super corium molle satis. Cura nauseæ propter debilitatem corporis stomachi & eius retẽtiuæ, est eadem cum illa, quæ dicta est in capitulo de cura malæ digestionis, parag.de debilitate substãtiæ stomachi. Parũ et sæpe comedat cibos calidos vergentes ad siccitatem aromaticos cõditos cũ speciebus calidis non acutis. Bibat vinũ rubeum dulce stypticum, sed parum pro vice. Vtatur sæpe diacitonitẽ cum melle & speciebus ante cibum, sed sine speciebus cum zuccaro rosato post cibum: Et in saporibus suis vtatur vino maloꝝ granatorum, vel berberis vel aceto: vt prouocent appetitum stimulando os stomachi sua ponticitate.

Emperica. Scias, ꝙ sicut experimentũ & ratio testãtur præter causas quatuor prostratiõis appetitus prædictas, sunt adhuc tres aliæ: prima est venarum totius corporis repletio, vt in gulosis & otiosis. Et cura eius est, flebotomia basilicæ, & minoratio cibi et potus, & motus & exercitium in ieiunio. Secunda est densitas poroꝝ cutis, propter quã parum resoluitur a corporibus eorum. Et signa eius sunt durities cutis corporis, & longitudo tolerantiæ famis sine multa læsione. Et cura eius est balneũ aquæ decoctionis florum camomillæ, furfuris baurach, cum leni diuturna fricatione, & sudore multo ante cibũ & exercitiũ & labor in ieiuno: similiter & vsus ciborum subtilium facile resolubilium: vt iura, olera, & pulmenta de farina auenæ vel ordei. Tertia est opilatio venæ procedentis a splene ad os stomachi deferentis melancholiam guttatim, fluentem, & appetitum excitantem pro toto. Et signa eius sunt: quia non sentit famem, quãtumcunq; cibum desideret. Et est in eo priuatio omnium aliarum causarum inducẽtium prostrationem appetitus: & si comedat bene digerit: licet non famescat. Et cura eius est confortatio splenis, & deopilatio eius: vt dicetur suo cap. & assiduatio ciborum acetosorum stypticorum, & melancholiam generantium: vt lẽtes, faba, agresta, acetum, sumach, pedes porcellorum cocti cum aceto & sale & speciebus actu frigidis. Et quandoq; vsus calidorum acutorum: vt sunt cepę, allia, sinapis, porri, piper. Quia melancholia non naturalis fit quãdoq; per adustionem, quãdoq; per congelationẽ: Sed melancholia naturalis solum fit per cibos grossos chymos generãtes sine excessu vel defectu caliditatis digestiuæ:

quare est sicut fex massæ sanguineæ: vt dicitur primo canon̄.fen̄.prima cap.nutriēs masticatione. Et vniuersaliter oĩa, quæ excitant appetitum cum mordificatione pauca sunt conuenientia: vt carnes assæ conditæ cum aceto & succo trifolij, vł berberis, vel vino granatorum. Et ad omnem prostrationem appetitus cum feb. vel sine feb. cōfert cibus factus ex extremitatibus porcellorum & castratorum, vel vitulorum decoctis perfecte in aqua plurima & modico aceti, addita menta & raphano & petroselino faciendo ex ipsis gallaticiū, de quo dentur duo boli vel tres actu frigidi ante cibum. Similiter & sapor factus ex succo acetosæ vel trifolij conditus cum aceto & puluere cynamomi, inspissatus cum vitello oui assi, addito succo porri, vel petrosel. si feb. vel dolor capitis, vel tussis id concedat. Similiter & succus granatorum, & proprie acetosorum cōditus cum puluere cynamomi sumptus ante cibū cū mica panis. Similiter & succus piri sapidi parumper acetosi, de quo parum comedat ante cibum oēm aut ipsum mordeat cum inglutione saliuæ. Similiter coctanum assum & infrigidatum in vino pontico vel succo berberis vł succo granatorum. Item emplastrū ad idem. ℞. thuris masticis an̄.ʒ.ij. boli armenici.ʒ.i. dragaganti ʒ.ij. succi mentæ ʒ.iiij. confice cum pane assato, & pone super os stomachi. Item in cibo addatur menta, & in potu succus mētæ. Item inungatur os stomachi cū oleo masticis & rof. & mirtillis actu calidis. Epithyma ad idē. ℞. citonia, mentam, grana myrti: coquantur in aqua rof. & aceto perfecte, & petiæ lineæ imbibantur in illo actu calido, & ponantur sæpe in ieiunio super os stomachi. Et si sit cū causa calida, adde ro. & plantaginem, pira pontica, & mala matiana. Sacculus ad idē. Ponantur mēta, absynthiū rof. saluia, & plantago in sacculo lineo subtili, & fricentur in vino & aceto vehementer, & calidum ponatur super os stomachi in ieiunio reiterando frequēter, cū infrigidatū fuerit: et si fuerit cū plurima frigiditate, possunt addi balaustiæ, cortices granatorum, cupulę, glandium: quare fit tunc conferēs in vomitu. Item spongia infusa in vino forti decoctionis anisi, carui, masticis actu calido confert ad prostrationem appetitus vomitum, & indigestionem. Et in cap. de debilitate digestionis, parag. de empericis, descripsimus syrupos, emplastra, electuaria, et cerota sublimia ad prostrationē appetitus quoquomodo. Confert præterea ponere emplastra, ventosam sine scarificatione super os stomachi sine vehemēti attractione: quia retentiuā stomachi confortat, & proprie cum aliæ medicinæ nō conferunt omnino, & præmissa euacuatione vniuersali et proprie nisi sit timor attractionis, vel apostematis in loco. Cerotū ad idem sublime. ℞. laudani ʒ.2. resinæ ʒ.1. myrrhæ, masticis, thuris an̄.ʒ.2. cynamomi, ciperi, folij, calami aromatici, foliorum myrtæ an̄. ʒ. iij. rof. rub. ʒ.2. ceræ ʒ.ß. olei masticis ʒ.1. terantur terenda, & misceantur cum laudano oleo, & gummis dissolutis in vino rubeo styptico, & incorporētur perfecte ad ignem, & extēdantur super corium, & tegantur cum panno lineo subtili, & ponātur super os stomachi. Item confert lymphare vinum cum aqua styptica: sicut est aqua pluuialis, vel aqua decoctionis mirtillorum, plantaginis & rof.

Canones. Multos can̄. scripsimus ca. de debilitate digestionis conferentes præsenti cap. quia omnis mala digestio, cū antiquatur & perdurat, perducit ad prostrationem appetitus et nauseam: vt patet in cachesia, plethoria, & discrasia, & cacochymia. Item omnis prostratio appetitus subito veniēs, & cito recedens est (vt plurimum) a causa

calida, sed morosa, perdurans a frigida. Item quæ est a causa frigida, est vt pluri mum cum materia, sed quæ a causa calida est, vt plurimũ sine materia: frequẽtius nancq; in stomacho generatur materia propter diætæ grossiciẽ, et crapulã q̃ propter caliditatẽ, nisi sit cũ febribus.

Prognosticatio. Prostratio appetitus ex læsione nerui a cerebro venientis difficile curatur: vt dicit Ras. in diuisionibus, nisi in principio, & ante confirmationẽ. Similiter & si prouenit ab opilatione venæ procedentis a splene, nisi forte in principio, & cũ adhuc est dispositio sine confirmatione. Itẽ prostratio appetitus a causa frigida, periculosa est magis q̃ a calida: qa causam fortiorẽ significat atq; magis perdurantẽ. Item si in ægritudine aliqua appetit⁹ fuerit prostratus & subito post hoc æger plurimũ cibũ sumpserit sine animi subuersione, vel nausea, oĩno non præcedente rationabili alleuiatione, quę fit per sudorẽ exuberantẽ, vel vomitũ, vel egestionẽ: mortale: quia cerebri læsionẽ & virtutis sensitiuę mortificationẽ demõstrat. Vnde Hippo. 2. part. apho. Quicũq; dolentes aliquid corporis plurimũ, dolorẽ non sentiũt, ijs mens ægrotat. Sic nancq; videmus freneticos gulosos. Itẽ prostratio appetitus remanẽs post crisim, recidiuã et conualescentiã non verã significat. Redi igitur ad digestiones & euacuationes illi materiæ conuenientes. Item prostratio appetitus in omni ægritudine & proprie chronica, mortẽ significat: quia virtus nõ põt longã pugnã tolerare sine cibo. vnde Hip. 2. par. apho. In omi ægritudine confortari mẽte, & bñ se habere ad oblationes, bonũ: contrariũ vero, malũ. Item si quis conualescẽs ab ægritudine multũ cibũ cũ appetitu sumat in principio conualescẽtiæ, & corpus p hoc nõ resumat: recidiuã significat, & indigestionẽ, et stomachũ frigidũ cũ materia acetosa. Sed si in principio conualescẽtiæ habuerit appetitũ modicũ, & in processu gradatim augmẽtũ, verã salutẽ promittit. Item Hip. ibid. plerũq; oẽs male habentes secundũ principia quidẽ, &c. Itẽ melius est ægrũ refici pauco & aliquãtulũ paruo cibo cũ appetitu & delectatione, q̃ plurimo & optimo sine appetitu. Vnde Hip. ibid. paꝝ deterior cib⁹ & potus &c. Et in 3. regi. acutoꝝ. Mala nãq; diæta cibi vel potus, q̃ ſm illẽ fit &c. qa dũ stomachus delectat in cibo, corrugatur super cibũ, & velut amicus sup amicũ. Et ibidẽ ait Gal. in cõmento: q̃ si cibũ abhorruerit distendit, & dilatat velut fugiẽs: quare surgit vomitus, fastidiũ ventris, & rugitus: quæ quidem indigestionem significant malignam:

De appetitu canino. Cap. III.

Cum quis appetit cibũ vltra modum præter q̃ saturet post comestionem, nisi forte breui tẽpore, dicitur habere appetitũ caninũ, a canibus dictum, qui nunq̃ satiantur, donec cibũ vomere cogãtur. Fit autẽ quinq; de causis: aut propter multitudinẽ melãcholiæ profluentis a splene ad os stomachi: aut a mala cõplexione stomachi frigida cũ materia, aut sine materia, proprie tamẽ sine materia, & hoc quando non fuerit vltimata: aut propter raritatẽ corporis: aut propter exercitium & laborẽ resoluẽtem: aut propter consumptionẽ humiditatũ nutrimentalium totius corporis: sicut fit post ægritudines chronicas, vel solutionem vẽtris, vel famem diuturnã. Signa eius propter melancholiam, sunt q̃ cum multitudine comestionis est multitudo egestionis: & hæc egestio (vt plurimũ) liuida est vel plumbea: & si nõ habuerit omi die egestiones copiosas, ilico grauatur: et qa fit mordicatio, vehemẽs in stomacho ante cibum, ita q̃ non toleret quin comedat. Et eius cura est diffici

lis: quia (vt plurimū) hæc causa est a generatione: curatur tamen, secundū q̄ est possibile, digerēdo melancholiā, & aperiendo vias splenis cū oxymelle cōposito, & aqua decoctiōis prunorꝝ, senæ, epithymi per dies sex. Postea purgetur cum aliqua medicina dicta capitulo de perturbatione virtutum sensitiuarum, parag. de melancholia ex melancholia naturali, & proprie cum pillulis: et fiat vomitus si sit possibile. Et si habitudo sit carnosa, flebotometur basilica lateris sinistri in brachio vel in manu: aliter vero nequaq̄. Et comedat cibos pingues vnctuosos sorbiles, & proprie carnes porcinas recentes & brodia ex eis. Similiter & maluam, attriplicem, & siclam coctas & conditas cum lardo vel butyro, similiter ex amylo. Bibat vinum dulce subtile & sæpe in principio cibi: q̄a prosternit appetitum. Vnde Hippocrates secundo partic. aphorismorum: Potus indigentiam soluit. Mensuret cibum secundum indigētiam, non secundum appetitum. Ponat nanque ventosas super splenem propter diuersionem. Euitet cibos generantes melancholiam, vt est vinū rubeum, caro salita dura bouina vel ferina, agrestis, acetum, acetosa, lentes, & similia. Signa eius propter frigiditatem stomachi sunt, q̄ egestio est maior vel æqualis cibo, liquida, flegmatica, & singultus & eructuatio, rugitus, & sitis modica, & sensibilis frigiditas oris stomachi: & q̄ iuuatur a cibis calidis, nocetur a frigidis. Et si sit cū materia, est multitudo saliuæ & sputi, & desiderat cibos assos, siccos, duros, licet eos digerere non possit: Et fit quandoq̧ nausea & vomitus flegmaticus si materia sit multa, & excreuerit: & tūc prosternitur appetitus. Et eius cura est dicta cap. de digestionis debilitate, parag. de causa frigida. Et oporret, vt cōfortetur stomachus, & velocitet̄ curatio, priusq̄ accidit bolismus. Signa eius propter raritatem corporis, sunt q̄ egestio est modica, licet comestio sit plurima, & est (vt plurimum) sicca, adusta: & mollities cutis corporis cū subtilitate, & multitudo sudoris tēpore ægritudinis: & quia cito læditur ab aëre frigido vel calido & balneo in ieiunio. Et cura eius est, vt habitet in aëre frigido, & balneetur in aqua frigida in æstate frequenter: & vnguatur corpus cum aqua rof. vel oleo rof. cum cera inspissato. Vtatur cibis grossis actu humidis, vt penetrare possint: vt sunt carnes vaccinæ, castratinæ arietinæ, assæ vel elixæ condita cum agresta vel vino granatorum vel sumach. Et quandoque vtatur cibis viscosis, si non timeatur opilatio epatis & miseraicarum, vt est caseus recens, extrema porcellorum, panis de simila vel azymus, & pulmenta de farina frumenti condita cum lacte vstulato. Bibat vinū rubeum, grossum, dulce. Signa eius propter laborem resoluentem, sunt antecessio laboris & exercitij. Et si non detur ei cibus post famem vehemētem, aduenit ei syncop. Et cura eius est otium & quies omnino, & vsus iurium carniū bonarꝝ conditarꝝ cum speciebus aromaticis nō acutis. Et oportet, vt prohibeat̄ a somno oīno ante cibum, similiter & a balneo: qm̄ hic somnus faciem citrinat, queādmodū balneū virtutē debilitat, et corpus inanit. Post hæc fiāt oīa dicta de raritate. Detur cibus sæpe et parꝝ, donec corpus resumatur. & bibat vinū rubeū, vel claretum, vel medonē. Vtatur cibis boni chymi: vt sunt carnes pullorꝝ, hœdorꝝ, & auium paruarꝝ syluestrium non aquaticarꝝ, & oua sorbilia recētia, similiter & iura aromatica, vt bona massa sanguinis regeneretur: deuitet fructus, et olera, & oīa facile putrefacientia.

Prognosticatio. Appetitus canin⁹ in cōualescētibus cōualescētia vera & cū bonitate hypostimbre,

confortationem virtutis & resumptionē corporum significat. Sed in conualescentibus conualescentia nō vera, stomachū frigidum cum materia vł sine materia, & recidiuam significat. Redi igitur ad digestiones & euacuationes flegmatis acetosi et calefactionem stomachi. Item appetitus caninus in corporibus crapulosis, ad indigestionem, lienteriam, & hydropisim, & colicam finaliter perducit. Item dicit Hip. 2. parti. apho. Si ex ægritudine cibum quis accipiens non conualescit, &c. Si vero cibum non accipienti hoc acciderit: significat quoniā corpus euacuatione indiget. Item idē: Ex ægritudine bene reficiente nihil addere corpus, malum: quoniam virtutis nutritiuæ defectum cum appetitu symptomatico stomachi demonstrat.

¶De bolismo. Cap. IIII.

Bolismus est fames siue inanitio membrorum cum fastidio & prostratione appetit⁹, propterea ꝙ stomachus & membra sunt in contraria in dispositione: quapropter manifestū est, ꝙ bolismus, & appetitus caninus passiones sunt contrariæ omino. Fit autem tribus de causis. Prima est nauseatiua satietas stomachi chronica cum indigestione: propter quod repletur stomachus superfluitatibus crudis flegmaticis, nō potentibus nutrire corpus neque rectificare ab epate: quare inaniuntur membra & venæ sicut accidit bibulis & gulosis habentibus corpus extenuatum, & ventrē inflatum cum subtilitate mirach. Secunda est frigiditas ambitus totius corporis constringens materias a venis & membris ad stomachum & intestina: siue hæc frigiditas sit a causa extrinseca, vt accidit ambulātibus in aëre frigido: siue intrinseca, vt patet in fe. flegmaticis & hydropisi: & huiusmodi quidem bolismū quādoq; antecedit appetitus caninus, si frigiditas nō fuerit vltimata. Tertia est caliditas vltimata circa ambitum corporis colliquans materias & fluere faciens ad epar, & miseraicas, & ad stomachum, & intestina: sicut accidit in fe. acutis & itinerantibus in sole calido. Signa bolismi in communi sunt inanitio venarum, & extenuatio corporis cū prostratione appetitus sine causa manifesta: & debilitas virtutis, ita ꝙ quandoq; fit syncopis tempore calido ante cibum. Si aūt sit propter crapulam, patet ex narratione infirmi. Si propter causam frigidam: præcesserunt, vel sunt feb. chronicæ, vel itineratio per niuem: & fit quandoq; vomitus viscosus, insipidus vel acetosus: et multitudo sputi & saliuæ & muscillaginis albæ in principio super linguam, & color corporis pallidus albus, vł liuidus. Et vrina alba grossa, & egestio liquida acetosa alba vel dura. Si vēter sit constipatus cum rugitu vētris & tensione, pulsus rarus, mollis, paruus debilis: nisi fuerit post longum processum sine fe. & inanitione membrorum: quoniam tunc fit spissus durus. Et sequitur plerunq; neruorum induratio propter frigiditatem infiltratam. Si vero fit propter causam calidam: antecessit iter in aëre calido, vel fe. acuta, & fit sitis & amaritudo linguæ cum siccitate labiorum, & adustione sine nigredine super lingua, & vomitus rei citrinæ vel viridis, amaræ, subtilis, liquidæ non viscosæ, & sensatio caliditatis circa os stomachi. Et quia iuuatur a frigidis, nocetur a calidis: & eructuatio fumosa, sicca, fœtida: vrina citrina, subtilis, pulsus spissus durus a principio. Egestio dura citrina vel nigra, nisi venter sit obediēs: tunc fit liquida, citrina: sicut vitellum oui.

Methodus. Cura bolismi propter gulositatē diuturnā, est abstinētia, & minoratio cibi & potus, & motus & exercitium in ieiunio, non tamen

superflue: ne membra resoluantur. Fiat igitur a principio digestio & euacuatio flegmatis & humorum crudorum cum medicinis dictis cap. de indigestione, parag. de causa frigida. Et diætetur diæta subtili in substantia & quantitate, vergēte ad calidum penetratiuum. Parum & sæpe comedat, donec stomachus confortetur. Fiant vnguēta & cerota dicta illic. Cura bolismi a causa frigida, est eadem cum ista. Quod si sit cum feb. curetur febris cum digestione et euacuatione præcedente. Et si iuncturæ cœperint sentire lassitudinem & debilitatem: vngantur leniter valde cum oleo calido ro. sine fricatione, ne materiæ attrahantur super membrum debile non potēs earum cursui resistere: & fortassis hecticā inducāt: in fine vero confortentur cum vnguento martiaton ac agrippa & adipe castorei vel canis vel vulpis ad solem calidū aut ignem frequēter liniendo. Cura bolismi a causa calida, est eadem cum cura indigestionis a causa calida materiali: quā supra diximus ca. de indigestione. Et habitet in aëre frigido: gaudeat otio & somno proposse: roretur facies & totū corpus cum aqua ros. & ex oleo ros. & fiat vnguentum super dorsum & pectus. Bibat sæpe in ieiunio oxyzacarum vel syrupum ros. vel viol. cum aqua frigida. Vtatur pro sapore vino granatorum vel berberis, vel aceto, vel agresta: quemadmodum in causa frigida conuenit vti sinapi & melle & vino acuto veteri puro. Balneetur post euacuatiōes in aqua decoctionis ro. endiuiæ, lactucæ, mitill. Et post balneum vngatur cum populeon, & cum aqua ros. & oleo ro. mixtis cum aceto. Bibat aquam frigidam vel vinū album ponticum lymphatum pro medietate. Et si sit cū feb. curet̃ vt dicemus.

Emperica. Scias, q̄ in cura omnis bolismi, nihil melius est, q̄ habere omni die vētrem laxum per se vel per artem cum suppositorio vel clysteri lenitiuo, vel medicina leni: quia purgando causam, curat bolismum, & confortare membra cum vnguentis & balneis stypticis, & electuarijs confortatiuis, & odoramentis aromaticis, & otio & gaudio proposse. Sed nihil deterius est, q̄ coitus & multitudo repletionis ciborum diuersorum et comestio lactis: quia lac cū in ventre non mundo receptum fuerit, ilico corrumpitur: in cholerico quidem ad fumosum, in flegmatico vero ad acetosum: quapropter fortificat bolismū. Ars autem retinēdi omni die ventrem lubricum cum clysteri lenitiuo in feb. est hæc. ℞. maluæ, bismaluæ, an̄. M. i. furfuris p. i. bletæ, centaureæ an̄. M. ß. bulliantur in aqua perfecte & cum lib. i. & ß. illius aquæ colatæ, & ℥. iij. olei viol. et ℥. i. mellis, vel cassiæfistulæ vel tamarind. & ℥. i. salis simul mixtis & iterum bullitis & colatis: fiat clystere, quod injciatur ante cibum, cum tepidum factum fuerit. Et si sit cum febre acuta, adde lactuc. viol. foliorum papaueris dimittendo centauream. Et si sit cum multitudine flegmatis in ventre, adde hermodactilos, coloquintid. agaricum in decoctione, vel hierapicra vel benedictæ in colatura. Et si sit cū multitudine choleræ, adde zuccarum viol. vel syrupū viol. vel diaprunis simplicis vel cōpositi laxatiui in colatura. Sed si sit cum multitudine melācholiæ, adde sene, thymi, epithymi, esulæ in decoctione, vel hieralogodion, vel diasene in colatura. Sed si sit cū multitudine ventositatis adde ruthæ, tartari, polypodij, anisi, vel carui, cymini in decoctione, vel olei rutacei in colatura: sumēdo de quolibet eorum prout conueniens fuerit. Ars tenendi ventrem solutum omi die cum suppositorio est, vt fiat suppositoriū cū sapone vel lardo inunctū ex oleo vel butyro calido, & aspersum sale modico: vel fiat suppositorium fortius ex agari-

co colloquintid.esul.an̄.par.1. salis gem me vel salis communis par.ß.mellis,q̄d sufficit ad temperādum, postq̄ bene pul uerisata fuerint: vel fiat suppositorium ex sale gēma, & imponatur ante cibū: vel ex farina siliginis vel furfuris & sale communi contemperādo cum melle, quod sufficit. Et si addideris fel bouinū per se vel cum melle, melius erit. Ars vero retinendi ventrem solutum omni die sine periculo per medicinas leuiter soluētes, similiter & per cibos laxatiuos, dicet̄ ca. de stypticitate ventris, parag. de empericis: si deus voluerit.

Canones. Sciendum, q̄ medicinæ & cibi laxatiui non debet omni die frequētari, sed cum necesse fuerit: ne natura fiat assuetudinaria, & expulsiua somnolēta. Item cibum laxatiuum semper dare conuenit a principio comestionis, cum volumus vt laxet, & stypticū post cibum: quia naturam primi cibi sapit tota diætatio: vt dicit Gale. 2. alimentorum cap. de pomis.

Prognosticatio. Bolismus si perdurauerit, necessario perducit ad hecticā vel hydropisim, & proprie tympanitem, propter stomachi debilitatem. Item bolismus in ægritudinibus chronicis: vt est feb. quartana, vel quotidiana, vel hydropisis, mortalis, propter defectum virtutis in via longa.

De corruptione appetitus. Cap. V.

Corruptio appetitus dicitur a physicis hystimbre: & est cum quis appetit res malas nullo modo cō uenientes nutritioni corporis humani, velut sunt carbones, & argilla. Fit autē propter repletionem stomachi ex malis humoribus diuersis, quorum quilibet inducit stomachum ad appetitum rei contrariæ humori in qualitate et sapore gratia curationis: vt sunt proprie humores grossi, frigidi, melancholici, vel flegmatici, fluidi, acetosi. Ista autem repletio stomachi fit propter gulositatem & indigestionem stomachi: quare fit congestio diuersarum materierum in stomacho: vt in pueris, & hominib⁹ gulosis. Fit quandoq; propter regurgitationem menstruorum vel hæmorroidarum ad stomachum. Quandoq; propter opilationem epatis & splenis: quare melancholia nō purgatur, sed redit ad stomachū: Quandoq; propter frigiditatem in ambitu corporis totius constringentem materias a venis ad stomachum, siue hæc frigiditas sit ab extra: sicut accidit infrigiditas in aere, siue ab intra: vt contingit hydropicis. Quandoq; propter caliditatem colliquantem materias, & fluere facientē ad stomachum: vt contingit balneatis, vel exercitantibus in sole calido, vel febricitantibus fe. acuta. Quandoq; propter corruptionem omnium humorꝝ corporis ad gen⁹ melancholicū vel flegma vitreum. Signa communia patēt ad sensum, scilicet quia æger desiderat terram & carbones, & alia huiusmodi. Signa aūt propria sunt: quia vel antecessit gulositas diuturna, vel retētio menstruorꝝ, vel hæmorroidarꝝ: vel sentitur grauitas & tensio in hypocondrio vtroq;, & proprie sinistro, vbi est situatus splen, vel passiones frigidæ vel calidæ, vel ægritudines chronicæ præcesserunt.

Methodus. Cura istius ægritudinis ex quacunque causa fiat, est vna & eadē: quia non respicitur causa antecedens sed coniūcta, præterq̄ in muliere prægnāte, in qua oportet habere cō siderationem ad fœtum, & dare medicinas leuiores. Si igitur sit prægnās, fiat (si est possibile) vomitus leuis cū oxymelle et aqua calida, p̄missa saturitate cibo꞉. & proprie de cepis & alliis & sinap. in modica tn̄ quantitate respectu aliorꝝ vomētium. Post vomitū vtat̄ diacitonitē

cum speciebus, vel dia gallāga. Non purgetur cū medicina laxatiua: qa leuis nō sufficit ad euacuationē humorꝝ grossorum frigidorꝝ: sed eam fortem nō debet medicus ministrare, ne fiat aborsus. Nā ille appetitus corruptus non aduenit mulieribus prægnantibus, nisi primo, secundo & tertio mense: vt dicit Gal. li. de accidēti ca. de causa famis & sitis, quia illis mēsibus fœtus indiget modico nutrimēto: & ideo multa menstrua superfluunt in vētre mulieris, cum post primum vel secundum mēsem incipiāt retineri menstrua: vt dicitur ibidem. Sic prægnantem mulierē purgare non conuenit ante principium quarti mensis: nec post sextū mēsem: & adhuc illis tribus mensibus leui conuenit vti purgatione. Vnde Hippo. 4. parti. apho. Prægnantes purgare si cōuenit, a quarto vsq; ad septimum mensem conuenit: minus vero has, minora vero & seniora vereri oportet. Comedat carnes gallinæ et cerebella hœdi, vel arietis assi. Bibat vinum odoriferum clarum: vngat os stomachi cum oleo mastičino & nardino mixtis addito modico aceti calefacto in vase duplici. Et sic regatur vsq; ad quartum mensem: quia tunc cessabit iste appetitus, ex eo ꝙ vna pars materiæ euacuata est per vomitū, alia pars transiuit ad fœtum, & tertia pars per abstinētiam (quam patiuntur) est ad beniuolum reducta: vt dicit ibidē. Et non negligatur regimen prægnantis: quia est maxima pars sanitatis & debilitatis fœtus. Cura eius in non prægnante, est vt si sit puer: cohibeatur a sua gulositate, & minoretur cibus sine tamen plurima abstinētia, quæ lędit ipsos q̄diu crescūt, & calor naturalis in eo est fortis. Si autem sit adultus, fiat primo vomitus propósse duobus diebus cōtinuis modo & ordine, quo diximus ca. de fœtore nasi. Post vomitū vtat̄ diacitonitē calido nō laxatiuo: vel isto electuario. ℞. zuccari ro. vel rosatæ nouellæ ℥. ß. limaturæ acuum ablutæ cū vino & aceto ℥. ß. misceantur, & detur ad modū nucis omni mane cum modico vini optimi: qa exiccat stomachum & confortat splenem. Si autē non potest vomere, digeratur materia cū oxymelle cōposito vel squillitico & aqua calida decoctiōis cardamomi, vl' gallangæ vel ciperi. Et purget̄ cū pillulis cochijs et fœtidis, vel cū decoctione myrobalanorum emblicorū & indorū. Nutriatur bonis carnibus & vino: mitigetur appetitus gradatim cum comusione ossium pullorum & columborum vel perdicum assatorum, vel cum carne salita sicca condita cum ameos, spodio, cardamomo, & nuce muscata: quia a proprietate remouent talem appetitum.

Prognosticatio. Appetitus stomachi est via ad cibationē, cibatio vero ad digestionē, digestio vero ad nutritionē: quare non tardetur eius rectificatio: ne forte mēbra nutrita nutrimento corrupto et pessimo leprā vel fe. quartanas, vel apostemata cancrosa, vl' passiones spleneticas, vel epaticas incurrāt: qualitas nanq; ibi remanet in membro, & proprie symbola: vt dicit Gal. 7. de accidēti. Et Arist. lib. de generatione. quod patet exemplo, quia vermes remanent virides per æstatem quando nutriuntur gramine & frondibus, & flauescunt autumno & hyeme. Similiter & fructus alterātur in sapore propter plantarum vel arborum translationem.

¶ De siti. Ca. VI.

Sitis est dispositio calida oris stomachi faciens appetere frigidum cum humiditate, quēadmodum fames est dispositio frigida sicca partis eiusdē faciens appetere humidum cum caliditate: vt ait philosophus secundo de anima. Quapropter Galenus quarto de

accidenti cap. de causa famis & sitis, dicit quod fames fit: cũ os stomachi sentit pro toto cõsumptionẽ suæ humiditatis substantificæ propter cõtinuam suctionem epatis & membrorum. Sitis vero fit, cũ os stomachi sentit pro se, vel pro toto cõsumptionem suæ humiditatis madefactiuæ & circunfluidæ propter adustionẽ vel arefactionem. Fit igitur aut a causa primitiua, aut a causa cõiuncta. Si a causa primitiua, fit quinque modis. Primo quidem a comestione cibi saliti plurimi, vel calidi vehementer sicci. Secundo a potu vini acuti vetustissimi, vel aquæ salsæ vel nitrosæ, vel sulphureæ. Post cuius sumptionem aliqui non cessant bibere, donec solutione ventris & mordicatione moriantur: vt dicit Galeñ. ibidem exemplificãs de nautis maris, & de febricitantibus aquam frigidam potantibus aliter q̃ oportet. verbi gratia: In febre acutissima, qualis est synocha, vel causon, si bibant ex ipsa parum post cibum: tunc enim magis & magis inflammantur: quia haustus vnus & maximus, & totus simul competeret eis, qui ipsos refocillaret, & proprie post signa digestionis, & cum est sine apostemate, & cum desiderio vehemẽti aquæ frigidę: de quo tamen latius lib. 2. & cap. de apostemate stomachi & intestinorum et splenis. Tertio vero propter moram plurimam sub sole calido, vel balneo æstuoso. Quarto propter solutionem ventris superfluam per se vel per artem, vel propter fluxum superfluũ mẽstruorum vel hæmorroidarum. Quinto propter sumptionẽ medicinę calidæ siccæ laxatiuę vel nõ laxatiuę. ¶ Si vero fiat a causa coniuncta: fit sex modis. Primo quidẽ propter indigestionẽ et crapulam: quia cum natura tentat digerere & dissoluere cibum indigestibilem vel potum superfluentẽ (vt accidit ebriosis) tunc calefit resistẽdo, & ignitur, & suos fumos transmittit ad os stomachi. Secũdo modo propter vapores flegmatis vel salsi vel viscosi, vel comestionẽ piscium, quos natura desiderat abluere, ne corrodant. Tertio modo propter superfluitatem vrinæ, vt contingit in diabete. Quarto modo fit propter opilationes epatis & viarum, quare ebullitio fit & calor, vt patet in hydropicis. Hydropici enim sitiunt etiam propter secundã causam iam dictam, scilicet propter flegma aquosum salsum contentum in vẽtre: qa male cibos digerũt, & in flegma salsum conuertũt, & proprie scabiosi & pruriginosi. Quinto propter caliditatem & siccitatem intestinorum: quare continue sugũt a stomacho. Sexto propter caliditatem & siccitatem stomachi cũ materia vel sine materia, sicut contingit in feb. & proprie de cholera: vt est tertiana continua, vel interpolata: similiter & de sanguine, vt est synochus & synocha. ¶ Signa sitis vehemẽtis propter causam primitiuam, patent ex relatione patientis. Signa sitis propter crapulam & indigestionem, sunt nauseatiua satietas cum eructuatione fumosa fœtida: quoniam si foret acetosa, sitim toleret omnino: similiter et dolor capitis, obumbratio oculorũ, & somnus stupidus cũ prauis imaginationibus, vrina alba subtilis cruda, nisi fortassis epar inflammetur: quoniã fit citrina subtilis sine hypostasi: & hora digestionis inspissatur anhelitus & commouetur inflatio & rugitus in ventre, et fortassis subsequitur feb. ephimera maligna. Signa eius propter humores salsos & viscosos, vel esum piscium, sunt grauitas post comestionem & angustia cũ reuolutione de latere in latus, & eructuatio salsa & fumosa, & fortificatio sitis hora digestionis: & si bibat aliqd, sedatᷓ sitis longo tempore: & post hoc iterum redit, & sputum salsum plurimum viscosum ampullosum: & potus dulcis ipsam augmentat: sed potus aquæ frigi

dę mixtæ cum aceto manifeste alleuiat, & odor vehemens cum pūctura sentitur in ore stomachi. Signa sitis propter diabeten, sunt maxima exhuberantia vrinæ albæ, subtilis, aquosæ sine hypostasi: quia sicut potus assumitur, ita ilico p meseraicas & epar & venam Kilim ad renes attrahit propter caliditatem ipsorum & siccitatem, antequam digeratur, & debilitas circa locum renum, & extenuatio corporis de die in diem. Signa sitis propter opilationem epatis & splenis sunt dēsio & durities in hypocondrio altero vel in vtroq;, & egestio alba, sicut egestio canis, proprie si epar sit opilatū & læsio ex tactu hypocōdrij opilati. vrina ignita subtilis, cum perseuerat opilatio: vel grossa, cum incipit vel deficit opilatio: facies citrina, & eructuatio amara fœtida, & inflatio stomachi post comestionem. Signa sitis propter caliditatem & siccitatem intestinorum, sunt ventris stipticitas, & egestio sicca, adusta. nigra: sicut fabæ caprarum: dolor circa vmbilicum, alleuiatio post potum plurimū & egestio vrit lacertos ani. Signa sitis propter caliditatem & siccitatem stomachi sine materia, sunt amaritudo oris cū siccitate labiorum & adustione & nigredine linguę statim a principio, & eructuatio fumosa, & prostratio appetitus omnino, proprie si sit in feb. hectica vel feb. ephimera apparet vera præter eā, quæ fit ex nauseatiua saciete. Si autem sit cū materia, cū prædictis signis quandoque vomitus rei subtilis amaræ citrinæ, vel viridis sine omni viscositate vel pauca valde: & fit proprie in feb. putrida de cholera, vel sanguine, vel flegmate salso, vel feb. ephimera de nauseatiua satietate: quoniam cibus corrumpitur in fumosum.

Methodus. Cura sitis vehementis propter causam primitiuam, est eadem & vna in omnibus prædictis secundum abstinentiam a talibus, & alteratio stomachi cū contrarijs, vt est potus aquæ dulcis frigidæ, vel cū aceto modicum permixtæ. Et vsus oleorum frigidorum vt lactu. cucur. peponum & similium et saporum frigidorum, vt vini granatorum, berberis, vel agrestæ, vel fructuum frigidorum, vt prunorum recentium vel siccorum infusorum in aqua frigida, vel cerasorum & persicorum: similiter & syruporum frigidorum, vt est syrupus ros. vel viol. vel oxyzacarū bibitū cū aqua frigida vel aqua decoctionis lactucarum endiuiæ, vel seminum frigidorum, vt est diaprunis, zuccari ros. viol. rosatæ nouellæ, diarrodō abbatis, tria sandal. Cura sitis propter solutionem ventris superfluam, vel fluxum mēstruorum chronicum, vel cursum hæmorroidarum perdurantem, est cura fluxuum eorundem: quoniam accidens curatur cura sui morbi: vt dicit Galenus 12. de ingenio sanitatis. cum accidens sequatur morbum, sicut morbus suam causam coniunctam, & sicut vmbra corpus: vt dicitur in 3. de accidenti. Quod si fluxus ventris fuerit propter sumptionem medicinæ effreniter laxantis, restringatur venter, & frangatur virtus medicinæ pro posse modo & ordine quem dicemus ca. de fluxu ventris. ¶ Cura sitis propter indigestionē & crapulam, est vt toleret sitim pro posse, nisi fortasse vinum vetus sumpserit post indigestiōem: Et vtatur electuarijs calidis: vt est diagallāga, diacyminum, & similia. Quod si cib9 sit in stomacho, neq; corruptus sit: quod scies, qa eructuatio non est fœtida vel non valde: tunc inducatur somnus pro posse, vt cibū digerat. Quod si dormire non potest: ambulet assidue per diem integrā, vel quantum potest: Postea dormiat, & tegat stomachum cū calido plumaceolo molli: donec cibi digestio compleatur. Si vero cibus sit corruptus in stomacho, fiat vo-

mitus pro posse: vt diximus capi. de fœtore nasi. Si vero cibus descenderit ad intestina, quod scies: quia superiora ventris sunt alleuiata, & grauitas remanet circa vmbilicum: tunc euacuetur cũ medicina benedicta laxatiua vel electuario de succo ros. laxatiuo, dãdo ex eis. ℥. ß. cum aqua calida in aurora: vel bibat plurimum aquæ calidæ salitæ: quia ventrem stimulat, & secessum procurat: & vngatur stomachus cum oleo masticino addito modico aceti actu calido: Et vtatur oleis calidis prædictis, & intendatur causæ, & negligatur accidens: quoniam ilico sedabitur post euacuationes sufficiẽtes. ¶ Cura sitis propter humores viscosos, vel salsos, vel esum pisciũ corruptorum, est vt sumat syrupum acetosum, vel oxymel compositum, vel squilliticum cum aqua calida, vel aqua decoctiõis berberis, cicoreæ, lactucæ vel acetosæ ante cibum: Postea purgetur cũ pillulis cochijs, vel bened. Comedat cibos digestibiles conditos cum aceto vel agresta vel sinapi. Bibat vinum album calidum subtile, præterquam in materia salsa: quoniã in illa competit vinum aquosum, vel lymphatum ad medietatem, & abstinentia ab acutis: vt sunt allia, sinapis, sal, piper, & prædicta electuaria. Cura sitis propter diabetem, est cura diabetis, & non negligatur: quia perducit ad hecticam. Bibat ergo syrupum ros. vel violarum cum aqua frigida: vtatur prunis, ficubus, oleribus frigidis, vt lubrificent ventrem, & stringant vrinam: vngat renes cum populeon & oleo ros. & cera vel oleo viol. & aliquãtulo aceti, vel syrupo solatri, vel semperuiuæ, vel plantaginis & aceti. Bibat vinum rubeũ põticum permixtum cum aqua plurima, vel aqua decoctionis myrtil. vel plantaginis vel ros. Vtatur cibis nutritiuis facile digestibilibus, vt sunt carnes auiũ paruarum syluestrium, vel pullorum, & iuribus eorum. Cura sitis propter opilationẽ epatis & splenis, est vt vtatur cibis potibus & medicinis deopilatiuis & aperientibus venas: vt sunt diuretica calida famosa. verbi gratia, syrupus acetosus cõpositus, & oxymel cõpositum vel squilliticum: & vinum album purum potẽs, & aqua se. cõmunium & calidorum in aqua decoctionis reub. end. ciperi, capparis, & electuaria calida prædicta. Et purgetur cum pillulis cochijs, nisi forte epar sit inflammatum: tunc enim cum diureticis calidis oportet addere diuretica frigida: sicut se. communia frigida, et cum electuarijs prædictis triasandalum misceatur. Sed emplastra & epithymata deopilatiua epatis & splenis scripsimus ca. de syncopi. parag. de empericis: & emplastrum bonũ ad splenem scripsimus. parag. de turbatione virtutũ sensitiuarum de empericis: Et plura scribemus ca. de opilatione epatis & splenis: et uspendatur æger cũ blãditijs, donec causa sitis fuerit remota: quia tũc desinet sitire. Quod si sit cum fe. vel hydropisi, curetur vt dicetur. Cura sitis propter caliditatem & siccitatem intestinorum, est vt sæpe clysterizetur cum clysteri leni frigido humido lubrificatiuo: vt hic. ℞. maluę, viol. bismaluæ, lactu. bletæ. añ. coquantũ perfecte in aqua, coletur, & de lib. 2. colaturæ, & olei viol. ℥. 4. & syrupi viol. ℥. 6. fiat clystere cum sola aqua tepida decoctione ordei prunorum, vel cucurbitæ. corticis papaueris, psillij, nenupha. vel dissoluatur in eo aliquid camphorę, vel addat aliquid syru. viol. vel olei viol. & frequenter injciatur in ieiuno. Et plura dicemus ca. de stypti. ventris: semper in principio cibi vtatur aliquibus lubrificatiuis, vt sunt pruna recentia, ius caulium, vel lentium, cerasa, olus confectum ex sicla & malua conditum cum oleo vel butyro: & panis furfuraceus conditus cum butyro recenti: Sed in fine cibi sumat sty

ptica: vt sunt caseus antiquus, assa pira, & cotonea: panis de simila vel azymus. Cura sitis propter malam complexionē calidam & siccam stomachi cum materia vel sine materia, est illa quam diximus in ca. de indigestione. Parag. de causa calida. Et si sit cum fe. curetur feb. vt dicetur.

Emperica. Medici distinxerunt sitim veram & non veram, appellantes veram, quæ est passio oris stomachi: & de hac locuti sumus hucusq;: & ista magis extinguitur aqua frigida vel aceto. Sitim autem non verā appellantes caliditatem & siccitatē pulmonis & gutturis propter cauma & adustiōem spiritualium membrorum: sicut accidit in fe. & hæc magis tollitur aere frigido qui est in superficie aquæ currentis, vel gargarismate facto ex aqua & aceto, vel epithymate pectoris ex aqua rof. & succo end. in quibus dissoluta sint camphora & pul. sandal. quam cum potu liquoris cuiuscumq;. Quapropter si quis bibat in hac siti, donec extinguatur: sentiet potum fluctuare in stomacho prius quam sedetur sitis: quapropter grauabitur stomachus & infrigidabitur propter errorem. Item ad quancunq; sitim confert ponere super linguā frusta lata subtilia pomi acetosi, vel citri infrigidata in aqua frigida, frequenter reiterando, quādo calefacta fuerint, cum inglutione saliuæ: similiter & pruna sicca imbibita in aqua frigida, donec ingrossescāt: vel tā diu retenta super linguam, donec liquefiant. Similiter penid. & zuccarū rof. vel viol. atq; diaprunis. Itē grana psillij vel se. citoniorum excorticata ligētur in sacculo lineo albo molli ad figuram digiti auricularis, & infundantur in aqua frigida. donec muscillagines per poros emiserint, & ponātur super linguam, donec sacculus exiccetur: tunc reiterentur. Item confert ad illud non modicum inspiratio aeris infrigidati cum roratione aquæ frigidæ per cameram infirmi, vel cum aq rof. Similiter & euētatio faciei cum flabello. Item pillulæ bikikiæ descriptionū diuersarum ad hoc conferunt, dictæ cap. de phthisi. Similiter pillulæ de camphora, & de spodio positæ ibidem. Itē trochisci sic fiūt. ℞. se. portulacæ, dragagāti. añ. ʒ 3. se. 4. frigidorum excorticatorū se. lactucæ. añ. ʒ. 2. sandalorum, camphoræ, gummi arabici. añ. ʒ. 1. terantur & cribellentur & distēperentur cum aqua rof. muscillaginis psillij: & formētur trochisci parui, sicut cicera figuræ latæ subtilis, & teneantur continue sub lingua, donec paulatim inglutiantur: valent enim maxime in fe. arsiuis & siticulosis. Item portul. recens, vel semen eius infrigidatū in aqua frigida teneatur in ore.

Canones. Scias, quod post exhibitionem medicinæ laxatiuę cuiuscunq;, quæ soluit attrahēdo, plura bona considerari possunt ex siti. Nam secūdum Mes. in lib. suo de consolatione medicinarum solutiuarum capi. de siti, triplex est sitis: quarum quidem prima dicitur superoccupans. i. cito festinans: sicut fit cū exhibetur farmacia stomacho cholerico per naturam & siticuloso. In illo enim fit sitis, antequam medicina sufficienter operetur quapropter tali siti nō est credēdū. Secūda vero suboccupās. i. valde tardans: sicut fit cum exhibetur medicina stomacho naturaliter humido flegmatico. Talis enim non sitit post perfectam purgationem, sed tunc solum, quādo superfluit purgatio: & isti siti etiā non est credendum: imo virtus medicinæ frāgenda est & venter restrigendus ne deijciatur per resolutionē. Tertia est succedens i. rationabiliter & proprie eueniens: scilicet quando post purgationes aduenit sitis propter mundificationem bonam stomachi, & consumptionem humidi roridi quod est circa os ipsius beneficio bonæ

purgationis: & huic siti tamen est creden dum. Sunt quædam corpora, quæ sitim plerunque patiuntur ante purgationē, sed non post, & si debite purgentur: velut accidit cum purgatur cholera, vel flegma falsum. Signa igitur distinctiua specierum sitis prædictæ sunt: quia si post paruam purgationem medicinæ non proportionatam sitis superuenit: est superoccupās & mendosa: quare nō stringatur venter: sed præcipiatur ægro vt vigilet & moueatur gradatim, & ieiunet gratia vlterioris laxatiōis. Vnde Hippo.4.parti apho. Quicunque in farmacijs non sitiunt, & cū purgantur, non quiescant, donec sitiant. Ibidem: Cum volueris magis ducere elleborum, moue corpus: cum vero stare, somnū fac, & noli mouere. Sed si post plurimam euacuationem & dosim excedentem sitis superuenerit, ipsam non expecta, sed ægrum prius restringe (vt dicemus cap. de fluxu ventris omnium modorum) & somnum & quietem præcipe: & cibum & potum tribue, ne virtus prosternatur. Sed si post euacuatiōem mediocrem, & dosim proportionatam superuenerit ilico sitis, ventrem cohibe, si ipse non restringatur. Signa autem euacuationis superfluetis ceritissima sunt duo. Primum quidem est ægri debilitas plurima præter rationem cū multitudine vel magnitudine ascellationum. Vnde Hippo. primo aphoris. In perturbationibus ventris, & c. Secundum mutatio humoris purgandi in alium diuersum: vt si intendisti purgare choleram, & post eius eductionem exierit flegma vel melācholia: vel plus adhuc sanguinis, iā excessit purgatio: similiter de alijs humoribus: quapropter dicit Mes. in suo lib. de consolatiōe medicinarum solutiuarū: quod medicina solutiua quælibet cum effrenatur: educit primo humorem sibi proprium, quē respicit: vt puta choleram: post si virtus eius superfluit, educit humorem facilem & facillime mobilem post illum, vt puta flegma. Deinde si magis superfluxerit: educit humores grossos vt melancholiam: Demum si maxime superfluxerit, educit sanguinem. Et licet sanguis sit facilius mobilis quam flegma vel melancholia: veruntamen natura retinet in se pro thesauro. Et ex hoc patet, quam periculosa sit solutio cum medicina taliter effrenata, vt per ipsam sanguinis educatur: quia significat maximā humorum inanitionem, & virtutis retentiuæ defectionem. Et ideo dicit Gale.5. de simplicibus, quod licet habeamus medicinas educentes choleram, flegma, vel melancholiam, purum tamen sanguinem nequaquā: quia ad hoc sufficit flebotomia cum sit minus periculosa quam pharmacia: quia cohiberi potest ilico, cum quis vult: & quidam qui reperit eam scilicet medicinam euacuantem sanguinem, ilico fuit a rege morti condemnatus.

Dubitatur. De siti, vtrum potus debeat dari solum cū cibo, vel ante cibum, vel post? Et iterum an aliter tempore ægritudinis quā sanitatis? Videtur quod post per Auicē.1.canonis fen. 3. capitulo de regimine eius, quod comeditur & bibitur per totum, & tertio canonis fen.14. capi. de cura hydropisis aschiti, vbi docet nos prohibere ægrū a potu per duas vel 3. horas post cibum ratione forti: quia potus propter suam subtilitatem facit cibum crudum exire stomachum: quapropter veniens ad epar non conuertitur in sanguinē, nisi forte aquosum augmentantem morbum. Quod si venas opilauerit & putruerit, fe. efficiet cum hydropisi mortalem. Item Galen.7. de ingenio docet nos, in cura malæ complexionis siccæ stomachi, potum omnem pro posse denegare, vsque ad perfectam digestionē cibi in stomacho. Tunc nanque dabitur, vt chylum transire faciat per miseraicas angustas ad epar. Nam propriè

officium potus est, chylum traducere per vias angustas. In oppositum arguit, quia quod facit bonam mixtionem in stomacho, debet dari simul cum cibo: sed pot9 est huiusmodi. Item communiter omnes homines quando comedunt & bibunt: sed fama quā omnes famant, non omnino deperditur: vt dicitur 7. ethicorū. Respondendum quoniam potus est triplex: quidam permixtiuus, alius extinctiuus, alius delatiuus, qui differunt in quatuor in substantia, quantitate, numero, & hora sumendi. Nā potus permixtiuus oportet vt sit vinum purum vetus confortās digestiuam, sed paruus quantitate: vt cibum non vndare faciat, & frequens numero: vt fiat bona commixtio per totū. Quapropter conuenit, vt apud comestionem assidue per vices plurimas inijciatur. Sed potus delatiuus oportet, vt sit vinum lymphatum: quia melius penetrabit: aqua nanq; subtiliat substantiam vini, sed vinum calefacit qualitatem aquę hæc duo penetrationi conueniunt: Oportet etiam, vt sit plurimus sumptus vna vice: quoniam chylum liquidum perducet: oportet etiam vt ministretur, non nisi completa digestione prima: cuius non est vnum certum tempus in omnibus hominibus, sed in quibusdam duab9 horis vt in calidis & exercitātibus: in alijs quatuor vel sex secundum complexionem stomachi & ciborum in quali & quāto. Potus extinctiu9 oportet, vt sit aqua pura frigida, vel cum aceto modico permixta, quia fiet sic magis extinctiua: oportet etiam vt sit modicus quantitate, ne post ipsum stomachus lædatur: quapropter conuenit vt potius trajiciatur sugendo quam ingurgitando: ne forte cibi digestio interrumpatur. Et potus quidē huiusmodi non habet certū tempus sumptionis, imo cum necesse fuerit, potetur & apud digestionem & in ieiuno: vt acidit in feb. Sed quęritur an potus delatiuus sumi debeat, cum adhuc cibus est in stomacho: vel postq̄ descendit ad intestina: videtur quod quando est in stomacho: quia alias non potest exire piloron propter eius spissitudinem, & viæ structuram. Sed econtra videtur q̄ postquā descenderit ad intestina: quia tunc primo cibus attrahitur per miseraicas ad epar. Dicendum q̄ debet dari, quādo chylus est adhuc in stomacho: quia reddit totum chylum liquidum, & toti commiscebit perfecte. Quod si quis obiecerit: quōiam talis potus transit indigestus ad epar cum chylo perfecte digesto. Dicendum q̄ vinū modica indiget digestione: quia calidum est & subtile: & ideo sufficit sibi pro digestione hora illa pro qua commiscetur chylo in stomacho, & hora qua ad intestina descendit, & hora qua transit per miseraicas. Sic enim venit digestum ad epar. Et ex his soluuntur rationes vtriusq; partis præter hoc quod oportet adijci, q̄ substātia potus cuiuscumq; non semper est vinum, vel aqua sed solum tempore sanitatis. Nam tempore ægritudinis requiritur alia & alia substātia pot9, prout ostēditur ex capitulo ęgritudinis, cuius est potus: siue sit permixtiuus, siue delatiuus, siue extinctiuus.

Prognosticatio. Sitis supueniēs post euacuationem congruentem farmaciæ cum constantia virtutis & lenitate corporis, perfectam digestionem significat, & proprie si color egestionis mutatur ab humore purgādo ad alium vicinum: vt dicit Mes. in i lib. suo de medicinarum consolatione. Item superfluam sitim tollerare in se. quibuscū que, & proprie acutis arsiuis, est producere ægrum ad arefactionem & marasmū: quod & verum credimus in hydropisi ascite, de q̄ minime videt: vt patet p Auicen. loco præallegato. Detur ergo potus in substantia, qui conueniat ægritudini, similiter & modo & qualitate conueniēte

sub canone iam praescripto. Vnde Gale. 8. de ingenio sanitatis cap. de fe. ephimera ex nauseatiua satietate dicit. Sitim tolerare in feb. est martyrium sine iuuamẽto: licet in hoc saepius errent communiter operantes. Item sitis intensa superueniẽs post potum superfluum, vel comestionẽ sine causa manifesta certificat indigestionem vel digestionis corruptiõem. Item sitis nocte superueniens post crapulam vel ebrietatem meli9 rectificatur somno quam potu extinctiuo. vnde Hippo. 5. aphoris. Quibuscumq; bibere desideriũ nocte, &c.

De eructuatione Ca. VII.

ERuctuatio siue ructus est expulsio ventositatis superi9 a stomcho inflantis & extendentis ipsum: quẽadmodum & trulla dicitur expulsio ventositatis per inferius ab intestinis. Sed cũ ventositatis causa non sit alia, q̃ caliditas diminuta, quae frigiditas potest appellari: vt ait Gale. 6. de accidenti: oportet vt eructuatio complexionem frigidã stomachi testetur. Haec igitur ventositas aut multiplicatur in ieiunio: quare fit a mala complexiõe diuersa frigidi stomachi cum flegmatica materia viscosa, vl' aquosa, in quã agit calor naturalis: Et signa eius, sunt multitudo sputi & saliuae insipidae & viscosae, & inflatio vẽtris cũ rugitu ante cibum, & q͛ hora digestionis accidit commotio fortis in ventre, & vrina videtur al. grossa: & patiens iuuatur a calidis, nocetur a frigidis. Aut multiplicatur post comestionem, & proprie super fluam quantitate, vel frigidam qualitate: quare fit a mala complexione frigida sine materia, quod tunc accidit propter caloris naturalis diminutiõem agẽtis in cibum potentis quidem eleuare vẽtositates ab ipso, sed non carminare. Et signa eius sunt: quia nulla sentitur grauitas, aut modica in stomacho ante cibum sed post ipsum: & tunc fit rugitus & inflatio, cui succedunt omnia signa stomachi frigidi sine materia: quae diximus capit. de indigestione. Fit & quandoq; propter sumptionem cibi ventosi naturaliter: vt fabae, rapae, fructus crudi: sed tunc nõ significat super dispositionem continentis, sed contenti.

Methodus. Cura eructuatiõis frequẽtatę ante cibum, est cura malae complexionis frigidae cum materia flegmatica, dicta capitulo eodem cũ digestionibus, euacuationibus, vnguentis, electuarijs, & cerotis. Praeter illa autẽ fiat tragea ex mastice, thure, cymino, passulis, añ. ʒ. I. quã masticet in ieiunio cum inglutione. Fiat etiam tragea ex semine carui, anisi, feniculi, petro, cardamomi añ. partes aequales, quam masticet omni die post euacuationes. Vtatur post euacuationes diatrionpiper. diacyminum, diazz. dianiso, & om̃ibus electuarijs calidis in ieiunio, bibendo post ipsa aliqnid vini veteris puri potentissimi. Balneetur in aquis frigidis stypticis: vt sunt aquae tinnarum. & aquae decoctionis absynthij, mentae, rutae, pullegij aluminis & furfuris, & proprie post euacuatiões. Cura eius, quę fit post cibum, est eadem cum ista, praeter quod non est opus euacuationibus, sed alterationibus in ieiunio: nec multiplicet cibum in quanto continuo vel discreto: & vitet legumina omnia, proprie fabas, cicera & pisa. Nõ vtatur fructibus, nisi forte caricis ante cibum, & piris assis vel cotoneis post cibũ cum tragea praedicta, addendo zuccar℞ propter delectationem: exercitetur semꝑ in ieiunio, nec sumat cibum, nisi pri9 verus accesserit appetitus: tunc satisfaciat naturae non appetitui quoquo modo: q͞a stomachus frigidus est in appetẽdo bon9 in digerẽdo nõ bon9: vt di. Gal. in tegni.

Canones. Scias, q͛ multitudo ventositatum in stomacho impe-

dit corrugationem ipsius super cibũ, sed cum digestio sit alteratio naturalis, & alteratio naturalis nõ proficitur, nisi agẽs & patiens secundum extrema se contingant: ideo necessario impeditur digestio prima: vt colligitur ex.7.physicor. circa principiũ, &.6. de accidenti. Item sicut dicit Gale. ibidem: ventositas non multiplicatur in stomacho calido neq; in frigido vehementer: quia calidum excellens dissipat & carminat eas, postq̃ eleuatæ sunt: Sed frigidum excellens non sufficit ad eleuationem earum: sicut ibidem exponit de ventis, qui nec multiplicantur in canicularibus, nec in medio hyemis, sed magis in vere & autumno.

Prognosticatio. Dicit Rasis in diuisionib⁹ q̃ eructuatio multiplicata superflue corrumpit digestionem: sed diminuta in corpore consueto inducit inflationem. Item eructuatio per se significat indigestionem: sed si sit fœtida, significat cibi & humoris corruptionem ad calidum, si sit fumosa, capniosa, adusta: sed ad frigidum, si sit acetosa, insipida, vel saporem cibi sumpti retinẽs, & proprie post 2. vl' 3 horas, a cibi sumptione. Itẽ excessiue ructuantes ante cibum, dispositi sunt ad colicam: sed eructuantes post cibum, ad hydropisim proprie tympaniten. Item dicit Hippo.7. aphoris. In diuturna lienteria oxyremia id est, eructuatio acetosa supueniẽs, est signum salutis: quia principium primæ digestionis, & retentiuæ confortationem, & fluxus diuersionem significat. Sapor nanq; acetosus semper fit a calido diminuto, nequaq̃ autem a frigido per se. Stypticus autem & ponticus licet dicantur ab Aristo. fieri a calido, hoc intelligit̃ initialiter: verum in hoc refert dicere: quia quandoq; fit sapor a calido initiato, vt in fructibus nõdum maturis. Quandoq; a calido exhalante & terminato: vt in aceto vini secundum Galen.4. de simplicibus. & Auicen.2. cañ. ca. de cognitione medicinar; p ratiocinationẽ. Et intellige q̃ si a principio fuisset, nihil aliud ista oxyremia supueniẽs significaret q̃ aduẽtũ lienteriæ futuræ, vel fortificationẽ p̃sentis propter indigestionem cibi & chyli liquiditatem. Item ex hoc sequitur, q̃ eructuantes frequenter super cibum, proni sunt ad lienteriam & diarriam prolixã. Itẽ eructuatio in corpore sano semel vel bis facta ante cibum vel post, & proprie in corpore consueto, vel super repletionẽ bonitatem significat virtutis expulsiuę: quia non creditur fore possibile, vt natura aliquem cibum digerat taliter, vt ex ipso nullę penitus superfluitates generẽtur: cum omne patiens naturale resistat aliqualiter agenti.

De singultu. Ca. VIII.

SINgultus est dispositio stomachi similis spasmo: adeo, q̃ si stomachus esset membrum musculosum, singultus esset spasmus: vt dicit Galenus 5. de accidenti. Fit autem quatuor de causis: Aut propter rem mordicãtem os stomachi sua caliditate acuta, sicut fit post comestionem piperis vel sinapis sumpto vino, vt in villos penetret. Similiter & post vomitum cholericum, velut in feb. quartana. Aut propter repletionem stomachi a cibis vel humoribus, a quibus eleuatur vẽtositas grossa extẽdẽs ipsum velut post nauseatiuam satietatem cibi vel potus, & proprie in infãtibus & flegmaticis natura. Aut propter inanitionem, quam stomachus cupit propellere: vt post fluxum ventris plurimũ, vel fluxum menstruorum vel hæmorroidarũ, vel vomitum, vel ęgritudines chronicas cum quibus fuit multitudo sudoris vel fluxus sanguinis narium, vel euacuatio insensibilis cum habitudine extenuatã: aut propter apostema epatis, cui compa

citur stomachus. Nam si apostemaret stomachus in feb. forte debilitaretur virtus, vt talem motum facere non posset: & huiusmodi singultus est cũ fe. acuta & nausea & dolore plurimo in hypocõdrio dextro, vbi situm est epar.

Methodus. Cura singultus propter rẽ mordicantem, est vt si sit cibus bibat aquam calidã, vel lac amigdalarum dulcium: & comedat butyrũ recens cum buccella panis, & non bibat aquam tepidã: quia vomitiua ẽ: sicut calida est abstersiua & secessiua: & frigida styptica, opilatiua. Quod si sit humor cholericus, vel melancholicus, fiat vomitus pro posse cum syrupo acetoso oxymelle & aqua tepida vel cum aqua decoctionis anethi, raphani, & attriplicis, pręmissa repletione ciborum: Et post vomitum confortetur stomachus cum oxyzaccaro, vel syrupo rosaceo: & comedat pulmentum factum ex farina ord. vł similæ cõditum cum butyro vel ex amylo condito cum lacte amigdalarum & zuccaro, vel ex penid. eodem modo. Bibat aquam ordeaceã vel iulep: Et si videatur necesse, digeratur cholera, vel melancholia, & euacuetur cũ medicinis notis. ¶ Cura eius, qui est propter repletionem & grossam ventositatem, est vt sæpe fiat vomitus iam dictus. Quod si sit difficile: digeratur flegma cum oxymelle composito, vel squillitico, & euacuetur cũ pillulis cochijs vel hierapicra. Post euacuationes vtatur masticationibus & trageis dictis capitulo de eructuatiõe: Similiter & puluere, qui sic fit cum vino calido potẽti. ℞. fol. sisimabrij. sicci, rutæ siccæ, calamenti. añ. m. ß. ameos zinz. carui, anisi, cymini. añ. ʒ. duas. mastiçis, olibani. añ. ʒ. ß. terantur omia, vel quædam ipsorum subtiliter, & cribellentur, & fiat ex eis tragea si grosso modo terantur, addendo zuccarum vel passulas: vel fiat electuarium cum melle. Vtatur diacimino, diatrion pipereon, diagallangæ. Comedat cibos calidos siccos cõditos cum speciebus acutis: bibat vinum vetus purum amarum. Exercitetur, & sudet ieiuno stomacho. In fine vero conuenit vt balneetur in aquis tinaꝝ, vel aqua decoctionis rutæ, absynthij, carui, cymini, in qua etiam mẽtastrum & saluia fuerint bullita. Saccelletur postea cum furfure milio & sale, aut cum lateribus ignitis, & post hoc aceto acutissimo conspersis. ¶ Cura eius, qui est propter inanitionem, est restrictio euacuationũ, & impinguatio corporis pro posse, & confortatio virtutis cum lacte recenti dulci, & sorbitione pulmẽtorum dictorum, & iurium carnium bonarum, & vino rubeo dulci, si feb. vinum nõ prohibeat, aut fluxus vẽtris lac: quare lymphetur vinum tunc, & lac vstuletur: similiter cum ouis sorbilibus, & carnibus recentibus & proprie ex auibus paruis syluestribus: quoniam facile digeruntur: Et ad illud confert balneum decoctiõis aquæ psillij, maluæ bismaluæ, foliorum populi & salicis sine mora longa. ¶ Cura eius, q est propter apostema epatis, videbitur in apostemate epatis.

Emperica. Ad singultum ex re calida mordicãte nihil melius est, quam potus aquæ calidæ, in qua dissolutum sit butyrũ, vel oleum, aut lac amigdalaꝝ. Si sit ex ventositate grossa, confert potus vini veteris, in quo bullitus sit puluis olibani, carui, cymini & baccarũ lauri: Similiter fomentatio cum spõgia, vel panno lineo molli infuso in eodem actu calido, post parum expresso, & sæpe super stomachum refricato, cum infrigidatur: Similiter & suctio vehemẽs cũ ventosa magna ignita, & proprie post vomitum vel purgationem: Similiter aliud. ℞. thuthiæ recentis, thuris, masticis, cymini. añ. partes ęquales: coquantur in aqua perfecte: & detur. ʒ. I. ieiuno stoma

cho: quia carminat ventositates.

Canones. Singultus aut fit ex sola qualitate, & sic est primus modus: aut ex materia, & hoc dupliciter: qa illud vel accidit propter ei⁹ præsentiam: & hoc dupliciter: quia vel vitio stomachi: & sic est secundus modus, vel vitio epatis, vel alterius membri circũiacentis, & sic est tertius modus: vel accidit propter eius absentiam, & sic est quartus modus, & similes modos diximus ca. de spasmo.

Prognosticatio. Singultus de inanitione, vt plurimum est mortalis, neq; curam recipit, nisi forte a principio cum euacuatio nondum vltimatur, & magis in pueris quam in senibus vel adultis. Vnde Hip. 5. par. apho. Spasmus aut singultus post multam inanitionem, malum. Item singultus de repletione, aduenit subito cum forti motu, & assiduo conamine vomendi: Sed singultus de inanitione, aduenit gradatim, & post plurimam humorum & corporis consumptionem, & virtutis defectiõem: quapropter est cum debili motu sine conamine vomendi. Hoc autem pro tanto scire conuenit, vt in quibuscumq; fe. singultum cũ acciderit, discernamus an sit de repletione vel inanitiõe, & ex hoc futura prædicamus. Item si in fe. continua aduenerit singultus in die cretica, & proprie signis digestionis perfecte apparentibus, & virtute constante & quam præcessit indicatio in die indicatiua sibi propria cum singultu & vomitu diminuto, significat crisimcompletam per vomitũ bonam & fidam. Si vero non præcesserit digestio, sed euacuatio plurima per sudorem, vel fluxus qualescumq;, & virtus sit debilis: significat crisim synthomaticam & mortalem propter spasmum de inanitione venientem super corpus, quẽ primo sentit os stomachi pro toto. Item si post vomitum singultus non desinat, aut minoretur: est malum. Significat enim fe. fieri propter apostemationem epatis, vel inanitionẽ. Item dicit Hippo. 7. part. aphoris. In ileos singultus, malum. Item in vulnere ex casu vel percussione singultus, malum: quia significat interiorẽ tunicam stomachi fore læsam, quæ consolidari non potest propter humiditatẽ fluidam & chylosam: & iterum propterea, quod membrum est neruosum, cui compatitur cerebrum: quare fortassis sequitur spasmus vniuersalis, sicut in punctura nerui. Item si post singultum superuenerit spasmus, aut alternatio, mortale. Item si seniori purgato superuenerit singultus, malum: quia inanitionem significat superfluam cum debilitate virtutis. Item singultus de repletione, curaẽ multoties per sternutationem fortiter inductam: quia materiam deorsum pellit. Vnde Hippo. 5. particula aphoris. A singultu habito sternutatio superueniẽs soluit ægritudinem. Item 5. parti. Sanguine multo fluẽte siue per superius siue per inferius, siue per vulnus, spasmus innatus, aut singultus: malum.

¶ De vomitu & animi subuersione. Cap. IX.

VOMitus est motus fortis stomachi, quo materia expellitur per superius, quemadmodum egestio ꝑ inferius. Sed animi subuersio est, quando mouens mouet, & mobile non mouetur cum effectu: vt ait Auicẽ. signans quod animi subuersio est conatus vomendi cõtinuus sine complemento: & sic patet, ꝙ non differunt in cã neq; in cura, sed solo gradu. ¶ Fiũt istæ passiones quatuor de causis. Prima earum est aggregatio rei calidæ, acutæ, subtilis in stomacho mordicãtis os eius, siue sit cibus, vt allia, sinap. & piper: siue sit humor, vtpote cholera rubea, vel flegma salsum, quẽadmodũ apparet in fe. tertiana. ¶ Se-

da vero repletio stomachi a cibo peccante in quãto grauãte, vel ĩ quali fluctuãte hora digestiõis. ¶ Tertia est collectio crudorũ humorũ in stomacho propter indigestionẽ & crapulã diuturnã debilitantẽ ei9 virtutẽ. ¶ Quarta vero mãdatio, siue decursus materierũ ab epate & venis toti9 corpis ad intestina et stomachũ. Sicut ẽm bono motu epar & venæ trahũt materias a stomacho: ita malo motu regurgitare faciũt ad ipsũ: vt dicit Gal. 2. prognosti. ca. de egestiõe. ¶ Signa primæ causæ sunt antecessio ciborum acutorũ: vel si sit ab humoris vitio: tũc illud quod eijcitur, apparet citrinum, vel viride, subtile, liquidum, amarum: vel album, fluidũ, salsum sine plurima viscositate, vel croceum, spissum: sicut vitellum oui: & forte est cum fe. & hora paroxysmi: & est vrina citrina subtilis vehementer, & sitis intensa cum prostratione appetitus.

¶ Signa secundæ causæ sunt antecessio nauseatiuæ satietatis in stomacho ex cibo vel potu vel vtroq;, & post ipsam patiens sentit inundationem & agitationẽ in ipso. ¶ Signa tertiæ causæ, sunt antecessio signorum indigestionis, & debilitatis stomachi tempore longo, post quod superuenit vomitus humoralis, vel commixtus ex humore & cibo assumpto: immo si fortificetur hæc passio, non retinetur cibus omnino, vel paucus, & tẽpore non longo: Et licet humor cõgestus in stomacho sit proprie nec flegma, nec cholera, nec melancholia: quia illa solummodo habent generari in epate, vbi generatur & sanguis: cum idem sit locus generationis rei, & superfluitatũ eiusdem: vt dicit Auer. 3. sui colliget. ca. de passionibus stomachi: veruntamen est aliquid simile valde flegmati, vel choleræ, vel melancholiæ, secundũ q̃ ĩ stomacho materia remanet cruda, vl' inflãmat̃ q̃ ad eius subtile, & adurit̃, vel cõgelat̃ q̃ ad ei9 grossũ: sicut et ĩ epate cõtingit. Si igit̃ sit flegma, fit eius substãtia alba viscosa sine multa siti, & aliquãdo fit viridis vl' viscosa: cũ antecesserit sumptio fructuũ & olerũ crudorũ: quare fit eius sapor nõ amarus, sed insipidus, vel acetosus: et vrina grossa al. & pulsus paruus mollis. Si vero sit cholera, fit eius substantia citrina, vel viridis amara valde, liquida sine viscositate, & quandoq; grossa, sicut vitellum oui: & sitis vehemens cum prostratione appetitus et vrina ignita, subtilis, et pulsus spissus, durus. Si vero sit melãcholia: fit eius substantia nigra vel plũbea, liuida, diuersa, in qua videtur residentia grossa ad modum fecis vini rub. cuius sapor est põticus, permixtus cum acetoso, vel amaro, vel salso, secundum q̃ est ex congelatione vel adustione: & vrina subtilis, radiosa, glauca, vel subruffa. Si autem sit sanguis: tunc non potest fieri nisi per rupturam venæ: quare consentitur dolor in stomacho, epate, vel splene: et illud quod egreditur, fit sanguis niger fluidus subtilis, si sit vlcus recens. Quod si sit fistulosum: fit grossus filtrosus velut frustũ carnis simul cum sanguine fluido permixtũ: quemadmodum in dysenteria sanguis exit per inferius cum mixtura carnis albæ viscosæ vl' rasura pergameni propter vlcus intestinorum. ¶ Signa quartę causæ, sunt dolor in hypocundrio dextro sursum vsq; ad spatulas, si sit ab epate, vel in sinistro, si sit a splene, vel inanitio venarum totius corporis & membrorum: si materia propellatur ab ambitu corporis totius: & forte senserit æger rugitum in membro, a quo materia fluit, & fortassis antecessit retentio menstruorum vel hæmorroidarum, aut forte antecessit debilitas epatis chronica: quare non generauit bonum sanguinem potentem nutrire membra, & ideo ipsum membra despiciunt & repellũt: & tunc fit color corporis pallidus, fœdus, citrinus habitudo extenuata propter inanitionem. Nam si

sanguis ille staret fixus in membris & venis, induceret cachecciam & hyposarchā: si vero descenderet ex m ēbris ad intestina, induceret fluxum ventris sicut loturā carnis. Et certissimum signū huius quarti est, vt vomitus sit maior re q̄ sumpta est in cibo & potu, cū debilitate virtutis & inanitione corpis gradatiua. ¶ Vtrū autem materia delegata sit flegma, vel cholera, vel melancholia, vel sanguis: cognoscitur ex sensatione, & signis p̄dictis.

Methodus. Cura vomitus propter primā causam, est vt patiens abstineat a rebus acutis oībus, & vtatur frigidis: vt est lactuca, portulaca, cucurbita, vinum granatorꝝ, vel berberis, zuccarꝝ rof. vel viol. rosata nouella. Quod si sit ab humore: prouocetur vomitus cū syrupo acetoso cōposito, et aqua tepida vel aqua decoctionis seminis atriplicis vel anethi, pręmissa saturitate stomachi ex oleribus humidis, vtpote lactucis, bletis, malua, & similibus conditis cū butyro & cepis: vel mundificetur cholera cū decoctione reubarbari, & myrob. citrinorum: sicut dictum est ca. de indigestione: Vngatur stomachus cū oleo rof. & myrto: emplastretur cū emplastro, quod. ℞. mirtillorꝝ corticis granatorꝝ, acatiæ. añ. ℥.2. terantur, & cum albuminibus ouorꝝ misceantur. cum ℥.4. farinæ ordei, & ℥.2. olei rof, & aceti, quod sufficit ad emplastrū faciendū, & firmetur super os stomachi cum fascia. Quod si volueris fortificare: adde gumi arabici, dragaganti, boli armenici, & iterꝝ si magis terræ sigillatæ, balaustiæ, cupularꝝ glandium, corticum quercus & rub. & si sentit puncturā in stomacho, bibat oxyzaccarꝝ, vel syrupum rof. vel viol. cū aqua frigida. ¶ Cura vomitus propter causam secundā, est minoratio cibi & potus, & exercitiū in ieiuno, & vti cibis calidis siccis aromaticis: vt est caro pullorū, & auiū paruarū sylurestriū, vel hœdorū assa super prunas condita cum sinap. similiter et iura ipsorum condita cum pipere & gallanga. Bibat vinum vetus purum: famē & sitim toleret propossse. Et fiāt omnia dicta ca. de indigestione, de stomacho frigido vel humido per naturam. ¶ Cura vomitus propter tertiam causam, est vt exiccet stomachus cū vomitu facto ex oxymelle composito vel squillitico, & aqua tepida, vel aqua decoctionis raphani & seminis atriplicis & anethi, præmissa saturitate ex cibis factis ex leguminibus coctis & conditis cum butyro & sale & alliis & cepis: sicut diximus cap. de fœtore nasi. Purgetur cum benedicta laxatiua, vel decoctione myrobalanorum, quam diximus cap. de indigestione, Parag. de canone. Post euacuationes vtatur diagallanga, vel diacitonitem, vel zuccaro rof. vel rosata nouella: prout materia calida vel frigida requirit. Et si materia sit sanguis: fiant omnia quæ dicentur ca. de vlcere in stomacho: & proprie confortetur stomachus, & consolidetur vlcus propossse cū trochiscis de bolo dictis cap. de sputo sanguinis. Parag. de methodo, dando ex ipsis sæpius aliquid omni die cum aqua decoctionis mirtillorum, vel berberis, vel citoniorum: Et diuertatur sang. cum flebotomia basilicę vel saphenæ in manu dextra, & ligatione extremorum dolorosa & caueat omnino a cibis sanguinem acutum generantibus, vt sunt piper, allia & sinap. Vtatur pulmento facto ex farina similæ vel auenæ vel milio vel riso vel amylo vel farre condito cum butyro modico vel lacte amigdalarum. Bibat vinū rubeum dulce vel stypticum lymphatum cum aqua decoctionis mirtillorum & plantaginis: Vtatur carnibus pullorum assis vel frixis cum butyro. ¶ Cura vomitus propter quartam causam, quæ omniū est periculosissima, est vt si materia sit sang. et euacuatio non sit vltimata: fiat flebo

mia iā dicta. Et si sit alius humor a sanguine, purgetur cum medicina propria sæpius iam dicta. Si vero debilitas et inanitio corporis vehementer præcesserint & vltimata sint, anteq̄ sis vocatus, non quidem euacua: quia vt dicit Hippocr. 2. part. aphoris. Vbi indigentia, nō oportet laborare, sed intende solis alterantibus, & confortatiuis, restrictiuis, diuersiuis. Fiat igitur emplastrum super epar quod sit tale. ℞. sandalorum, ro. rub. ciperi, mirtillorum, calami aromatici. añ. ℥. ß. spicæ ʒ. 1. ceræ ℥. ß. olei masticis ℥. 1. olei rof. ℥. iiij. liquefiat cera cum oleo ad ignem: deinde remoueatur ab igne, & incorporetur puluis aliarum rerum perfecte, & extēdatur super petiā, & aspergatur forti aceto, & firmetur super epar cum fascia omni hora. Confortat enim epar sua stypticitate, sed sanguinē reprimit sua frigiditate. Et plura medicamina diximus capitulo de syncopi. Similiter & alia dicemus parag. de debilitate epatis, & eius opilatione. ¶Super splenem ponatur & illud emplastrum confortatiuum eius, & deopilatiuum eius: quod est. ℞. ciperi, capparis, acori, azari, nucis cypressi, calamēti armomatici añ. ℥. duas armoniaci 2. ceræ ℥. 2. olei nardi, in ℥. quatuor: Confice sic: dissoluatur armoniacum in aceto forti, & cum solutum fuerit, ponatur ad ignem in casola cum aceto eodem, & cum cœperit dissolui, addatur cera & oleum: & cum bene dissoluta fuerint omnia, addantur succi, & incorporentur res prædictæ puluerisatæ cū eis in vase mūdo vitreato. Quod si non suffecerint prædicti liquores, addatur ex oleo, donec sufficere videatur. Et si non habeantur succi, sumatur pro eis vinum decoctionis herbarum earundem, & extendatur super corium album molle vel petiam, & firmetur cū fascia super splenem omni hora, & proprie ante cibum. Et alia emplastra diximus capitulo de melancholia, capit. de empericis, & capit. de syncopi. parag. de empericis. Et plura dicemus de debilitate splenis & eius opilatione. ¶Super stomachum ponatur tale emplastrum, quod confortat ipsum, ne superfluitates recipiat: quod est. ℞. masticis, thuris, boli armenici, terræ sigillatæ. añ. ℥. ß. sandal. al. & ru. calami aromatici, ciperi, mirtill. añ. ℥. 1. piperis longi, gallangę, sanguinis draconis, croci, añ. ʒ. 2. terantur, & cribellentur, & incorporētur cum ℥. 6. olei masticis, & 1. ℥. 1. ceræ, dissolutis ad ignem: & non incorporentur, dum sunt supra ignem: quia virtus eorum resolueretur: sed postquam remota sunt ab igne, post dissolutionem perfectam in casola. Nutriatur carnibus assis bonis: Bibat vinū rubeum stypticum mixtum cum aqua pluuiali, vel aqua decoctionis mirtillorum. Ligentur quādoq; extrema & proprie adiutoria dolorose, & aspergantur manus & pedes sæpius ex aqua calida proiecta super ipsa: quoniam est res conferens in diuertendo, & fricetur circunferentia corporis in balneo aquæ dulcis, in qua non moretur, vel in aqua dulci, vel in aqua decoctionis rof. calamenti, absynthij, mirtillorum florum chamomillæ, furfuris, vt aperiantur pori ad attrahendum nutrimētum; & stypticentur ad retinendum. Vtatur sæpius ante cibum, similiter & post diacitonitē cum melle & speciebus conditis & piris assis, vel coconeis, si inflatio non sit in ventre plurima. Et fiant omnia dicta capitu. de indigestione. parag. de stomacho debili in substantia. Et vngatur cum oleo rof. masticino & nardino simul mixtis, addito puluere gariofill. & modico aceti calefactis perfecte in aqua feruente mediante vase duplici, & proprie ante cibū. Et ponatur emplastrum prædictū super illud vnguentū, et confert. Et dent trochisci de carabe tribus vicibus qualibet die.

verbi gratia: semel in aurora, & semel ante prandium, & semel ante cœnam, cũ aqua decoctionis mirtill. vel vino rubeo styptico cũ aqua ferrata, quos dicemus ca. de fluxu ventris. & ca. de mictu sanguinis sub descriptionibus diuersis. Si vero patiens eius gustum abhorruerit: misceatur cum ipso plurimum ex zuccaro rof. propter delectationem. Exiccat em̃, & confortat stomachum excellenter. Vitet omnino coitum, & cibos acutos. Nõ habitet in aere calido dissoluente virtutem, neq; frigido constringente materias ad interiora, & vomitum augmentante: sed in aere temperato vergente ad calidum. Ordinet tamen, vt aer inspiratus sit temperatus vergens ad frigidum propter euentatiõem pulmonis & cordis defensionem a fe. hectica, quæ consueuit superuenire post talem vomitũ, & proprie chronicum, antiquatum. Ponantur ventosæ multotiens sine scarificatione super epar & splenem in ieiuno.

Emperica. Emplastrum contra vomitũ. ℞. thuris, masticis, añ. ℥. ß. confice cum albumine oui, & pone super os stomachi, vel panem assum incorporatum cum succo mẽtę viridis, vel aq̃ decoctionis eius & absynthij, & calidũ firma super locum. Item ad vomitũ prægnantium confert lac vaccinum vstulatum sumptum in potu. Similiter & pulmentum ex riso, vel milio, vel farina similæ conditum cum eodem. Et aliud ad idem optimũ. ℞. vitellum oui assi, mellis coclear vnũ, masticis puluerisati subtiliter. ℥. 1. misceãtur insimul in testa oui, & coquantur sub cinere calido continue agitando cum spatula, & sumatur pro cibo in ieiuno per triduum: valet proprie cibum vomentibus præmissa euacuatione cum vomitu vel solutione ventris. Item ad idem trochis. ℞. se. apij, anisi, absynthij. añ. ʒ. 2. myrrhæ, ameos, añ. ʒ. 2 terantur perfecte, & cum aqua pluuiali frigida, vel aqua decoct. mentæ & plantaginis, vel cum vino rubeo styptico cõficiãtur: detur vnus in ieiunio cum aqua frigida. Item electuarium ad idem, q̃d appellatur diamenta. ℞. succi mentæ lib. 1. vini granatorum quartã partẽ lib. 1. zuccari. lib. 2. vel aliter. ℞. mentæ, succi granatorum. añ. ℥. 2. masticis rof. rub. gall. añ. ℥. 2. zuccari lib. 2. fiat electuarium. Item fomentum ad idem. ℞. thuris ℥. 1. cymini. ℥. 1. & ß. baccarum lauri quãtum de omnibus: terantur, & cum succo mentæ incorporentur, & stomacho superponatur. Item emplastrum ad idem. ℞. rosarum, cymini, mentæ, absynthij, saliuæ, rutæ, sanguinis drac. boli armenici, bdellij, galbani, masticis, thuris, corticis granatorum, plantaginis balaustiæ, añ. terantur, & bulliantur in aceto forti vel vino rubeo, & cum eodẽ conficiantur & actu calida sæpius firmẽtur super stomachum cum fascia in ieiunio & cum infrigidatur, statim reiteretur. Itẽ puluis de cornu cerui potatus cum liquore quocumq; confert in omni fluxu, siue per superi9, siue per inferi9 procedat. Itẽ si vomitus fiat propter congestionem diuersorum humorum in stomacho, purgetur cum hoc puluere: quoniam est educẽs omne genus humorum cũ facilitate. ℞ turbith albi & electi. agarici. añ. ʒ. 2. reubarbari optimi, zinz. añ. ʒ. 1. senæ quantum de oĩbus. Dosis ei9 a. ʒ 2. vsq; ad 4. Item epithyma expertissimũ est istud ℞. succi absynthij. ℥. 4. cynamomi, gariofil. macis, cubebæ, masticis, sumach, acatiæ, mirtill. corallorũ. ligni aloes. añ. ʒ. 2. puluerisentur subtilissime, & cum succis misceantur. addendo aliquid aceti citoniorũ & calefiãt perfecte sup carbones ignitos: deinde spongia vel filtrum infũdatur in ipsa: & post hoc modicum exprimatur, donec fiat roridum: & ilico super stomachum firmetur, quãto calidius sufferre possit sæpius in ieiunio: & reiteretur

illud subito, cum tepitum factum fuerit: Et si non habeātur succi prædicti: fiat cū aqua distillationis rerū in alenbico, vel cum aqua decoctionis earūdem, vel cū vino rubeo potenti. Item. Recipe micā panis de simila, vel de siligine, cū extrahitur a fornace & actu calidam in succo mentæ, & aceto extingue: Deinde similiter incorpora, & ex ipsis fac emplastrum vel accipe de succo mentæ tanto magis vt post dissolutionē panis fiat ex eis epithyma, in quo filtrum, vel lana succida, vel pannus laneus mollis duplicatus imbibatur, & actu calidus aliquantulū expressus firmetur sup os stomachi frequēter reiterando. Item capi. de indigestiōe. parag. de empericis, plura scripsimus cōferentia vomitui & indigestioni.

Canones. Omis medicina administrata stomacho per exterius vł interius, oportet vt sit actu calida: quia sicut authoritate Galen. declarauimus cap. de diminutione digestiōis stomachi tepida exteriora resoluunt virtutē ipsius sed tepida interiora sunt nauseatiua, frigida vero exteriora sunt mortificatiua caloris, sed interiora sunt opilatiua: verū tamen in vomitu magis competerēt frigida quam tepida: quia omne actu frigidum est difficile vomitiuum, & proprie si sit grossum stypticum: vt pira, citonia mespila, sorbæ, risum & similia. ¶ Sciendum præterea, quod isti duo colores in vomitu qui sunt citrinus & viridis, choleram & flegma consequuntur. ¶ Distinctiua autem certa sunt ista: quia si sit a cholera, fiet humor exiens subtilis substantiæ, & amarissimi saporis cū siti plurima & prostratione appetitus & calore corporis & vrina citrina & antecessiōe exercitīj & cibi acuti & potus vini puri veteris: q̄d si complexio corporis sit calida, minus dubitabis. Si vero sit a flegmate: fit grossæ substantiæ viscosæ quoquo modo: similiter & saporis insipidi aquosi vel acetosi, sine siti plurima, vel calore: nisi fuerit huiusmodi vomitus chronicus malignus, nec non antecessio cibortū crudorum, vel ex oleribus vel fructibus indigestis. ¶ Sciēdum præterea, quod vomitus quādoq; vomitu curatur, scilicet propter eradicationem materiæ, & proprie si fiat faciliter, & sine nocumento capitis & pectoris omnino: verūtamen nō est in ipso fides plurima, neq; frequentetur: quia faceret stomachum lacunā. Fiat ergo tantum semel in principio mensis, & proprie duobus diebus super se: ita vt reliquiæ prioris diei euacuentur in secunda die. Postea fiant euacuationes p̄ inferius: Deinde vero diuersiones cum ligationibus & fricationibus: Et vltimo confortationes stomachi cum stypticis p̄ interius & exterius prædictis. Vt autem completius ad cognitionē vomitus perducamur, conueniens videtur saporum differentias discutere, & ipsorum causas proprias pertractare. ¶ Dicamus igit̄ quod teste Galen. 4. de medicinis simplicibus: similiter & Auic. 2. canon̄. tractatu primo capi. de cognitione medicinaꝝ per ratiocinationē: Sapores in rebus omnibus siue fuerint naturales, siue non naturales, sunt trium generum: quidam sunt calidi, quidam sunt frigidi, quidam sunt temperati. Sapores autem frigidi, quatuor sunt modorum: quorum quidem primus est ponticus, propter naturam terream grossam indigestam: velut sapor fructuum postquam nuper floruerint. Secundus vero stypticus siue austerus, propter materiam terream commixtā cū aq̄a secundum principium digestionis: vt est sapor fructuum semifactorum. Tertius acetosus: & iste est duplex, vnus qui præcedit digestionem: vt sapor fructuū nōdum perfecte maturorum: Alius, qui sequit̄: vt sapor aceti ex vino benefacti: q̄a fit propter exhalationē calidi naturalis. Quart9 est insipidus, siue aq̄sus: vt sa

por prunorum, & persicorum, & cerasorum. Et sicut ordinamus ipsos sapores in loco, ita differũt in gradu. Sapores aut calidi sunt tres: Primus est acutus siue acris propter materiam igneam, & est omium calidissimus: vt est sapor piperis, & sinapis. Secũdus est amarus, propter partes terreas subtiles adustas: vt sapor myrrhæ: & iste non est nutritiuus neq; purus neq; commixtus. Tertius est salsus propter partes terreas grossas adustas: vt sapor salis. ¶ Sapores aũt temperati vel quasi temperati cum modica vergentia ad calidũ sunt duo. Primus vnctuosus siue oleagineus, propter partes aereas perfecte digestas: vt sapor adipis, olei, vel butyri. Secundus dulcis, propter partes aqueas perfecte digestas & cum igneis cõmixtas: quapropter est vere temperatus vt plurimum aut propinquus temperato: vt sapor zuccari, vel lactis. Et ideo fit omniũ maxime nutritiuus. Et sicut dictũ est de saporibus: ita intelligendum est de odoribus, cũ odores non habeant nomina propria, sed accõmodata a saporibus nobis magis notis. Sunt præterea species saporum mixtorũ plurimæ: nec calamo narrabiles: quemadmodum & medij colores: nequaq̃ tamẽ esse possunt infiniti: vt ait Arist. in lib. de sensu & sensato. ¶ In vomitu præterea purgatio videtur fieri conuenientissima cum mirobal. quia soluunt cõprimendo: quapropter confortãt stomachum & intestina: ne post euacuationem iterum superfluitates recipiant ab epate vel venis. Cauendum est aũt a medicinis acutis in corpore facile vomenti: velut sunt diagridium, scamonea: quia vomitũ augmẽtãt, sed intẽdatur leuib⁹, velut sunt turbith, mãna, tamarindi.

Prognosticatio. VOmitus semel vel bis omni mense fact⁹ cũ alleuiatione infrimi, & proprie in corpore consueto vel guloso, fortitudinem expulsiuæ stomachi significat, & eius sanitatẽ: Et idcirco dicit Auic. primo canõ. fen. 4. ca. de vomitu: quod conuenit in regimine sanitatis omni corpori faciliter vomenti prouocare vomitũ semel omni mense duobus diebus cõtinue sese sequẽtibus cũ medicina vomitiua cõueniente humori, qui peccat, saluis duabus cõditionibus. Prima quidẽ, ne ordo seruet̃ sed secundũ periodũ: quoniã naturã faceret cõsuetudinariã super illã horã expectandam: quapropter cõuenit, vt qñq; fiat in principio mensis, qñq; vero in medio, vel fine. ¶ Secũda, ne se violẽtet patiẽs ad vomitũ cõplendũ: qa faceret stomachũ lacunã, & receptaculũ oĩm superfluitatum corporis: & demũ forte rũperet venam in pulmone, & induceret phthisim, & forte faceret materias fumare ad caput & oculos, & induceret sodã chronicam aut cæcitatẽ. Artẽ aũt & modũ vomendi, similiter & medicinas vomicas vnicuiq; materię cõgruentes, scripsimus ca. de fœtore nasi. Itẽ in vomitu singultus superueniẽs fortis cũ rubore oculorũ, mortale: qm̃ apostema stomachi, vel cerebri significat. Vnde Hip. 7. par. aphor. In vomitu singult⁹ & oculi rubei, malũ. Itẽ vomit⁹ san. cũ fe. acuta, mortale: qa apostema magnũ significat aptũ ante maturationẽ. Vnde Hip. 7. part. aphor. Quicũq; san. vomũt sine fe. salutare est: curare vero oportet cũ stypticis & infrigidãtib⁹: si vero cũ fe. pniciosum. Itẽ vomit⁹ pdurãs inducit indigestionẽ: Indigestio vero defectã nutritionẽ, & per cõsequẽs marasmũ, & fe. hecticã, & proprie si sit a causa quarta: q̃re mors sequit̃ gradatiue, velut apparet in feb. hectica vel phthisi. Et plures horum sentiũt alleuiatioẽm, cũ stringit̃ vomit⁹. Deĩde recidiuãt q̃propter cauẽdũ est in ipsorum prognosticatione. Itẽ vt dicit Hip. 5. par. aphoris. Spasmus & singult⁹ post multã inanitionem, malũ: siue sit inanitio p vomitum vel per secessum: per vomitum vel fluxũ menstruorum, vel hæmorr oidarum, vel vulnerationẽ cũ ense. Itẽ ibidem. mulieri

sen. vomenti menstruis superuenietibus solutio fit, supple vel hæmorrhoidibus, si corpus sit cōsuetum. Item vomitus flegmaticus in principio paroxysmi fe. inter polatę de flegmate, vel hora crisis in fe. continua præmissis signis digestionis, & stante virtute tollit ægritudinem. Eodē autem modo dicēdum de vomitu chol. in feb. tertiana continua vel interpolata & de vomitu melancholico in feb. quartana. In feb. autem san. non concomitatur vomit9 sanguinis: quia vt dicit Hip. 4. part. aphoris. Sanguis sursum quidem qualiscumq; fuerit, malum: deorsum vero si niger extiterit, bonum. i. minus malum. In feb. compositis cōpositus debet esse vomitus. Item dicit Hipp. 2. prognosticorum: quod in omni cura feb. laudabilis est vomitus, in quo flegma & chol. perfecte sint insil. cōmixta, & non est viscosus. Sed quanto humores sunt minus commixti, & solummodo iuxta positi, tanto est suspectior, & proprie cum alijs malis signis: quæ sunt virtus debilis, signum indigestionis, dies non cretrca velut est octaua, vel mala in creticando, velut est dies sexta. Item in eodem si in feb. acuta fiat vomit9 sicut succus porri, aut viridis, aut plūbeus, aut niger: malus est. Si autē omnibus his infectus sit, est morti vicinus: & ibidem. Fœtor horribilis si fuerit in ipso, vehementer est malū: quoniam putredinem significat & corruptionem maximam humorum.

De cholerica passione. Caput X.

Cholerica passio dicitur: cum quis eadem hora cogitur ejicere superfluitates cibales, vel humores superius per vomitum, & inferius per secessum cum dolore & torsione stomachi & intestinorum. Fit autē propter duas causas: Prima est antiqua & perseuerās corruptio cibi in stomacho & intestinis, & proprie fructuum, olerum & piscium & aliorum frigidorum viscosorum. Et signa eius, sunt antecessio satietatis nauseatiuæ per dies plurimos, & multitudo vētositatis in ventre cum rugitu & inflatione: Et q incipit dolor circa vmbilicū primo cum punctura eius: deinde aduenit solutio ventris plurima aut sine vomitu & hoc est minus malum: aut cum vomitu, & hoc est magis malū: & quod emittitur est cibus nondum digestus vel semidigestus, vel flegma viscosum, & forte est, sicut lotura carnis: si concauum epatis compatiatur. Secunda vero causa est effusio choleræ rubeæ plurimę ad stomachum & intestina simul mordicantis ea: & est deterior earum, & magis cōtingēs propter quod est passio cholerica nuncupata. Et signa eius sunt nausea vehemēs valde, & sitis assidua cum adustiōe corporis & anxietate plurima: Et si bibit aquam frigidā, sedatur nausea, donec calefiat in stomacho, deīde euomit ipsam: & quandoq; est solutio ventris cum ea, & tūc est periculosior: & quandoq; superfluit adeo, donec faciat ægro superuenire syncopim et cadat puls9: et quod emittitur, est subtile citrinum, amarū, & quandoq; grossum, sicut vitellum oui: & fortassis antecessit vsus piperis, allij, sinapis & aliorum acutorum: & fortassis est vrina subtilis ignita propter choleram, & forte subalbida, propter raptum choleræ ad stomachum & intestina.

Methodus. Cura eius quæ fit a causa frigida, est vt hora paroxysmi, & quādo sentit puncturas & torsionem in ventre, bibat sæpius sub multa quantitate aquam valde calidam, in qua bullita sint cyminum, gallanga, piper long. & similia carminatiua ventositatū: Et inducatur post hoc somnus pro posse, sicut diximus cap. de vigilijs. quia sistit vomitum & ascellationem & oēm motum, quod est principium in cura hu-

ius passionis. Comedat micam panis de simila assam super prunas, & post hoc imbibitam in vino veteri potenti, & bibat ex eodem super allia, sinapi & gallanga. Fiat præterea calefactorium sup ventrem ex lapide ignito asperso aceto acutissimo & pannis calidis lineis inuoluto, vel ex sale & milio torrefactis in sacculo. Quod si post hæc omnia senserit dolorem in capite propter vaporem vł vomitũ: dormiat iterũ pro posse, & liniatur frons & tempora cũ aqua ros. & aceto: & cum euigelauerit ingrediatur balneum resolutiuum aquæ decoctionis florum camomillę, anethi, absynthij ros. melitoti, rutæ, calamenti, & similium, in quo prolonget famẽ. Ante horam vero paroxysmi similiter & post, vtatur diacimino, vel theriaca veteri cum vino calido decoctionis piperis lõgi, gallangę, cynamomi: Et deuitet cibos frigidos viscosos: sitim & famem toleret pro posse, & confortet stomachum emplastris & vnguentis, sicut diximus cap. de indigestione. parag. de stomacho frigido cum materia, Et si euacuatio supfluxerit, nequaquam purgetur cum medicina, sed solũ confortetur cum calidis stypticis intus et extra. Si vero non superfluxerit: purgetur cum benedicta laxatiua, vel cum decoctione mirobalanorum kebullorum dicta ibidem: quia euacuant confortando stomachum & intestina: & post euacuationem sumat omni die in aurora vnũ ex trochiscis de bdellio, q̊s in cap. de apostematibus epatis dicemus cũ vino rub. vel aqua decoctionis myrtillorum, piperis, cymini, gallangę, masticis, & thuris: quia stomachum potenter exiccant. Similiter & diacitoniten cum melle & speciebus cõfectum. Bibat vinum vetus purum. Comedat carnes pullorum vel auium syluestirium paruarum assas vel elixas cum feniculo & petro. parum, & sæpe comedat & exercitetur sæpius in ieiunio, & sic paulatim redeat ad consueta.

¶ Cura ei9 q̃ fit a causa calida, est vt hora paroxysmi & in principio cum incipit vomitus cũ ascellatione vel sine, bibat aquã calidã in plurima q̃ntitãte, & vomat cũ ea plurimũ illi9 choleræ cũ facilitate. Si aũt superfluat vomitus vel ascellatio adeo vt virt9 cadat: tũc liga vehementer vtraq; crura ad interiora, & coxas, & pone super stomachũ & totũ ventrẽ lapides frigidos, vel glaciẽ vel niuẽ, vel pannos infusos in aqua frigida vel aqua ros. & aceto, aut in succo solatri, nenupharis atq; semperuiuę: donec perfecte infrigidetur, & stupefiat, & effundatur sup manus & pedes & faciẽ totã aq̃ ros. vel aqua frigida, & fricẽtur volę manuũ & plantę pedũ cũ aceto & sale vehemẽter, & da ei in potũ vna vice post aliam succũ granatorꝫ acetosorꝫ propie vł agrestã vel acetũ p se vel mixtũ cũ aqua frigida, si ipsum per se sumere non potest: Quod si ipsa euomat: reitera frequẽter. Et si nõ sufficit: fortifica cũ spodio et bolo armenico, & ros. siccis, puluerizando omnia subtiliter & cũ p̃dictorꝫ liquorum aliq̃ miscendo, vel cũ aqua decoctiõis malorꝫ acetosorꝫ & citoniorꝫ, vel in potu dãdo vice post vicẽ q̊tiẽs euomat ea, vel puluerẽ mirtil. terrę sigillatę. san. dracon. corticũ granatorꝫ in potu tribue cũ succo berberis & aqua frigida, q̃ sunt extrema in stypticãdo & reprimẽdo choleram: Et da ei q̃nq;, si virtus cõstet, aut p̃dictos potus abhorreat: aquã purã frigidã, vel lac acetosum plurimũ: Et cum ipsam euomit: reitera multotiens, donec videas vomitũ alienari parũper. Tunc nanq; cõforta virtutem dãdo in cibo ius pullorꝫ tritorꝫ subtiliter cõditũ cũ succo citoniorꝫ aut vino pontico inspissatũ cũ mica panis assi super prunas. Et si euomat illud reitera donec retineat oĩno: & tũc da in cibo pullos vel p̃dices vel aues paruas assas & cõtritas ĩ vino citoniorꝫ

vel granatorũ vel agresta vel berberis vel vino rubeo pōtico mixto cũ aqua de coctionis mirtil. & plantaginis. Et quã do prædicti pulli assantur: possunt poni in ventribus eorũ grana myrti vel granatorum vel sumach, vel grana berberis cōtrita: & iterũ cum cibũ sumpserit: da ei in potu vinũ vt virtus confortetur, & somnus prouocetur. Sit tamen vinum stypticũ non acutũ: & post hoc cooperiatur vndiq̃, & dormiat pro posse: qa vomitus & fluxus sedantur cũ somno: Et si post somnũ sentit se alleuiatũ, potest poni in balneo aquæ tepidæ decoctiōis rof. chamomillę. Et post balneũ vngatur stomachus, & totus venter cum oleo masticino & oleo rof. addito modico aceti, propter penetrationẽ: & sic reducatᷓ gradatim ad cōsueta. Ante horã vero paroxysmi similiter & post, præseruetur patiens cũ infrigidatione epatis, ne plurimã cholerã generet: & cũ vomitu leui facto ex aqua tepida pura, vel cũ syrupo acetoso mixta: vel purgetur cũ reubarbaro vel cum mirobalanis citrinis: sicut diximus ca. de indigestione stomachi canoñ.

¶ Vtatur cibis assis cōditis cum succis prædictis frigidis: & post cibũ sumat citonium assum, vel pirum, vel mespila, vel sorba. Bibat potus stypticos prædictos. Abstineat a potibus & cibis calidis acutis, & a coitu omnino.

Emperica. Apud cōmuniter operantes differunt passio cholerica, & venter cholericus: quia passio cholerica dicitur (vt vidimus) cum quis simul cogitur ad euacuandũ & egerendũ hora vna: sed venter cholericus est venter solubilis & laxus propter multam cholerã transmissam per naturã a cisti fellis ad duodenum intestinũ cum tinctura plurima, & liqditate fecum, velut accidit corporibus, quibus talis porus est valde largus: quare propinqua sunt ad dysenteriã vel diarriã malignã. Similiter & ecōtra, in quibus porus procedens a cisti fellis ad profundum stomachi est amplior, proni sunt ad vomitũ citrinũ amarũ: velut accidit in auibus rapacibus, in quibus plurima cholera mandatur ad stomachũ propter digestionẽ fortificandã, modica vero ad intestina: quapropter & stercus habẽt albũ. Cholera nãq̃ rubea delegatur a cisti fellis ad hæc duo loca per duos poros siue vias, ad stomachũ quidẽ propter calefactionem, ad intestina propter mordicationẽ & stimulationem: vt feces ex se expellant & secessum procurent. Et idcirco ictérici feces habẽt albas viscosas, & sunt vt plurimũ cōstypati. Similiter & oẽs, q̊rum porus ad intestina veniens est strictior eo, qui venit ad stomachum: qm̃ amplior cholera requiritur in corpore humano ad secedendũ, q̃ ad digerendũ: cũ non vescamur cibis grossis solidis crudis, velut bestiæ, & proprie viuentes de rapina: verũ si venter sit naturaliter solubilis propter flegma, vel propter humiditatẽ naturalẽ intestinorũ: tũc proprie appellatur vẽter lubricus: & isti proni sunt ad lienteriã, nisi bonitate regiminis præseruentur.

Canones. PAssio cholerica est media participatione inter vomitũ spōtaneũ, & fluxũ vẽtris spontaneũ. In vomitu nancq̃ indigemus sola stomachi confortatione. In fluxu vero ventris sola intestinorũ cōfirmatione. In præsenti vero passione vtraq̃ simul indigemus, magis tamẽ stomachi q̃ intestinorũ, propter hoc, q̧ stomachus est membrum nobile: & propter vomitũ magis esse motũ laboriosum, q̃ secessum. Dicta igitur cap. de vomitu, & dicenda ca. de fluxu vẽtris præsenti doctrinæ suffragantur. Ita vt q̃ dicẽtur de fluxu ventris flegmatico, passioni cholericæ q̃ fit a causa frigida, sed quæ dicentur de fluxu dysenterico vel epatico vel felleo, causæ calidæ copulentur.

Prognosticatio. PAssio cholerica, & proprie q̃ fit a causa calida, numeratur inter ægritudines pacutas. Et ideo infra septē dies necessario vel beneficio medici & naturæ curatur, vel interficit: qa natura debilitata est, et magnū morbū lōgo tēpore nequit tolerare, imo facit vehemētem motū cōtra ipsum, & vel vincit, vel vincitur in tali crisi: vt dicit Gal. in cōmēto illius apho. 9.par. Qui appræhendūtur a tetano. Itē si quis euomat sterc9 simul cū secessu vł sine secessu, mortale: qa apostema magnū calidū in ītestinis significat. Et licet talis passio sit similis passiōi cholericæ, nō tamē est illa sed potius est passio intestinalis, & ileos q̃ dñe miserere nūcupat. Et de ipsa dice. ca. de āpatib9 ītestinoꝝ.

De dolore & inflatione stomachi. Cap. XII.

DOLor stomachi fit propter duas causas. Prima est apostema & vlcus, de qbus dicetur sequēti capi. Secunda est ventositas inflans & extendens tunicas duas stomachi scilicet interiorē neruosam, & exteriorem carnosam. Est aūt interior neruosa, vt sentiat famē & cibi qualitatē, vt in ipso voluptuetur, & super ipsum corrugetur, atq; retineat, si sit coueniens: vel ab ipso dilatetur, & ipsum rejiciat per superius & inferius, si sit discōueniēs. Est aūt exterior carnosa, vt sua caliditate naturali cibū digerat pro toto: quia facilius est. s. quando sensibile est excellens alterare per medium, q̃ sensu tact9 sentire: vt patet in vmbraculo posito inter manū & ignem. Iste igitur dolor vētosus aut cōmouetur magis ante cibum, & tunc fit a mala cōplexione frigida stomachi cum materia flegmatica viscosa, a qua calor stomachi diminutus eleuat vētositates, vel cōmouet magis post cibum: & tunc fit a mala complexione stomachi frigida sine materia: siue calor naturalis diminutus sit in se: siue sit oppressus multitudine ciborum & proprie frigidoꝝ viscosoꝝ inflatiuoꝝ: vt sunt olera, fruct9, & legumina. Et iste dolor, q cōmouetur post cibū: quandoq; ꝑuenit ad tantā malitiā, vt nō sedetur nisi cū vomitu: idcirco est vehemētior stomachi dolor: ꝑter eos, qui fiunt ab apostemate vel vlcere in ipso.

Methodus. Signa doloris stomachi a mala complexiōe frigida cū materia sunt: quia magis infestat ante cibum, quādo flegma natat in stomacho puro: Et quia fit quandoq; vomitus cholericus vel flegmaticus, vel eructuatio acetosa, cum qua alleuiatur dolor, & prostratio appetitus: & est sine siti & caliditate, sed cum sputo & saliua plurima & nausea & fastidio & rugitu ventris plurimo, quando premitur stomachus, vel splen, vel venter cum manibus: quia ista sunt tria mēbra naturaliter frigida, ventosa. Et ille rugitus quandoq; augetur ante cibum, & post digestiōem cibi quandoq;, sed proprie in latere sinistro. Et cura eius est vomitus cum oxymelle cōposito vel squillitico, vel aqua decoctionis raphani, attriplicis & anethi ꝑmissa repletione ex cibis, alliis & leguminibus. Vel purgetur cum pillulis cochiis, vel benedicta laxatiua, vel medicina de turbith præmissa digestiōe flegmatis cum syrupis dictis capitulo de indigestiōe. parag. de cura stomachi frigidi humidi cum materia. Vtatur diagallanga, diatrion pipereon, & diacimino. Comedat allia, sed non cepas neq; porros: quia licet sint calida, sunt tamen humida: quapropter & ventosa. Nutriatur carnibus bonis & proprie assis, vel elixis cū fœniculo, carui, et petro silino cōditis cū speciebus calidis acutis: vt sunt piper triū generum, & grana paradisi. Bibat vinum vetus purum amarum: vitet legumina, & somnum super cibū, exerci-

tetur in ieiunio. Vngatur et emplastretur stomachus: vt dictũ est illic: vitet olera, & fructus crudos inflatiuos. Post euacuationes prouocet eructuationes cum masticatione thuris, cymini, masticis, carui, anisi, & similium inglutiẽdo saliuam in ieiunio: & stet hora illa erectus, & post illud ambulet gradatim. Signa doloris stomachi a mala complexione frigida sine materia sunt: quia commouetur magis post & super cibum, q̃ ante & proprie super repletionem plurimam, vel sumptionem ciborum crudorum: quare tunc corrumpitur cibus in stomacho: Et fiunt eructuationes fœtidæ fumosæ vel acetosæ cum trullis plurimis fœtidis, & angustia corporis: immo forte non cõmouetur super cibum paucum, & proprie calidum subtilem. Et cura eius est, vt comedat sæpe & parum cibos subtiles boni chymi: vt sunt oua sorbilia, & carnes hœdorũ, & pullorum cum iuribus eorum conditis ex pipere zinzi. & gallanga: prouocet eructuationes & trullas cum masticationibus et electuarijs prædictis: Et si supueniat vomitus, fiãt omnia quæ dicta sunt cap. de vomitu. Parag. de vomitu stomachi propter secũdam causam vel tertiã. & Parag. de empericis, & proprie cum vsu electuariorum & trochiscorum exiccantium & calefacientium stomachum: vt sunt trochis. de myrrha & diatrion pipereon: Et vitella ouorum assa confecta cum puluere cardamomi vel coriandri torrefacti, & melle despumato dando ea omni die ante cibum. Et potest fieri cauterium in vertice capitis propter exhalationem vaporum malorum & confortationem neruorum duorum anteriorum descedẽtium ad os stomachi, vt dicit Rasis in diuisionibus, capitulo præsenti. Sed nos id credimus alienum.

Emperica. Ad omnem dolorem ventris vel stomachi vẽtosum, confert ponere ventosam siccam magnã super locum cum suctione vehemẽti hora paroxysmi: quia vẽtositates vehemẽter dissipat. Dicitur autem ventosa sicca quæ ponitur super membrum cum igne seu stupa ignita sine scarificatione. Item lapis molaris vel lapis coctus ignitus & aceto forti aspersus positus super locum mediantibus pannis calidis confert vehementer. Item embroca ad idem. ℞. nigellæ, baccarũ lauri, rutæ, absynthij, centaureæ añ. M. vnũ, anisi, carui, cymini, añ. ℥. 1. coquantur in vino forti diligenter cooperto vase: Deinde infundatur spongia in isto liquore actu calido, et aliquantulum expressa ponatur super locum, frequenter reiterãdo, postq̃ infrigidatum fuerit. Et si vis fortificare: adde semen sinapis, nasturtij & anethi: vel pone oleũ cõmune, & fac vnguentum: & postq̃ eædẽ res bene coctæ fuerint in ipso colando & addendo ceræ quod sufficit, atq; liniendo ad ignem, vel furnum calidum diligenter. Ad idẽ confert oleum de castoreo vel lilio vel anetho, vel de ruta calefactum in aqua feruente. Item emplastrũ ad idẽ expertissimum diuidatur panis per medium quãdo extrahitur a clibano, & perfundatur mica tota oleo cõmuni & melle, simul calefactis ad ignem, & sic applicetur ventri quanto calidius fieri poterit: & cum infrigiditatum fuerit, reiteretur cum alio pane: vel infundatur idem panis in succo mentæ & rutæ, & actu calidus applicetur. Item ℞. vnum vitellum oui & oleum camomillæ vel lilij tantundem, & conquãssentur adinuicem perfecte, & incorporetur eis parum de mica similæ torrefactæ. Vltimo addatur se. apij quantum volueris, & extendatur super petia, & calefiat perfecte super lapide ignito, & stomacho & toti ventri applicetur firmãdo cũ fascia, & reiterando frequenter, quando infrigidatum fuerit. Est enim vltimo anodinum. Item tragea ad idem, qua vti cõuenit ante cibum bi

bendo desuper modicum vini potentis. ℞.carui, anisi, ameos, petro.apij, marathri, sileris montani, bethonicæ, cymini, calamenti, pullegij, hysopi, spicæ nardi, piperis.zz. salis gemmæ, rutæ, centrigalli eufras. olib. masticis, cererach, mirobalanorum omnium generum, sed plus de citrinis, an.℥.1. cynamomi squinanti, an. ʒ.1. maioranæ, folij, balsamitæ, ozymi, cardamomi, gall. liquiritiæ, an.ʒ.2. zuccari, quod sufficit: terātur omia grosso modo, & fiat tragea: vel terantur subtiliter, & fiat puluis: vel conficiantur cum melle & zuccaro, & fiat electuarium. Item vsus frequens diacimini, vel dianisi, diatrion pipe. confert & proprie in ieiunio.

Canones. Scias, q istæ quatuor passiones eructuatio, singult9, dolor inflatiuus, & colica ventosa ex eadē causa procedunt, scilicet frigiditate particulæ mediate, & ventositate grossa immediate: Sed differunt forma & substantia: quia eructuatio est: quando illa ventositas expellitur cum sono per superius, sicut cū trulla per inferius. Singultus vero dicitur, quando eadem ventositas conatur egredi per superius: licet non possit fieri propter eius inuiscationem in villis stomachi. Colica vero dicitur, quando eadē ventositas stat fixa in concauo intestinorum extendens ea vehemēter. Dolor vero dicitur: quando fit ista extensio in stomacho & intestinis simul, aut altero eorum. Et ex hoc sciri potest: q scripta in quolibet istorum capitulorum sibijnuicem suffragantur.

Prognosticatio. Dolor stomachi si perdurauerit, digestiuam & retentiuam debilitat, & per consequens colicam, vel lienteriam, vel hydropisim inducit. Quod si confirmetur: marasmū gradatim constituet, propter defectum nutritionis: Sed cum vltimatur, virtutē prosternit: cum de maxime prosternētibus virtutem sit dolor: vt dicit Auic.1.canoñ.fen.2.cap. de dolore. Item dolor inflatiuus stomachi & intestinorum diu perseuerans in fluxu ventris spōtaneo neq; artificio mitigatus hydropisim, tympaniten præmonstrat affuturā. Vnde Hip.4.parti.apho. Quibuscūq; fuerint torsiones & circa vmbilicum dolores & lumbos, & dolor non soluitur, neq; farmacijs, neq; aliter: in hydropem sicca perficitur.

De apostemate & vlcere stomachi. Cap. XII.

Quoniam vlcus est (vt plurimū) terminus apostematis in stomacho. Ideo de ipsis eodē dicemus cap. Fit igitur apostema in stomacho sicut in alio quocunq; membro, per decursum materiæ ad particulam debilem per venas & arterias. Et hæc materia vel est calida, vtpote cholera, vel san. vel est frigida, vtputa flegma, vel melancholia: vel est composita ex ijs quoquomodo. Istud autem apostema, vel est in ore stomachi, vel in spaciositate eius. Item illud apostema vel terminatur per resolutionem, vel per saniationē, vel per indurationē. Et vlcus quidem stomachi aut fit propter antecessionem apostematis terminati per saniationem & rupturam: aut propter materias acutas corrosiuas in stomacho contentas, sicut est cholera, vel flegma salsum: Et signa & curam omnium istorum per ordinē dicemus.

Methodus. Signa apostematis stomachi in communi sunt tria. Primum est fe. continua: Secundum dolor in regione ipsius: Tertium est: qa forte apparet tumor & eminentia in loco. Signa terminationis apostematis per resolutionem sunt, quia de die in diem detumescit locus cum mitigatione doloris & febris gradatiuæ: & quandoq; fit hoc sine euacuatione sensibili materierū per vrinā, secessum, vel vomitum cum addi

tione signorum salutis. Signa terminationis per saniationem, quæ collectio siue alias dubellati ab autoribus nũcupatur, sunt: quia post dies aliquot intenditur dolor & fe. et proprie in nocte: Et ab illa hora superueniunt quandoq; rigores pungitiui, neq; minoratur tumor beneficio adhibito, nec apparet euacuatio sensibilis. Cum igitur apparent huiusmodi signa apostematis communia prædicta, similiter & propria: scias, q̃ ab illa hora materia apostematis conuertitur in saniem: sed cum sedatur post hoc tota fe. remanẽtibus tumore et dolore aliquali, scias tũc saniem generatam. Vnde Hip. 2. partic. apho. Circa generationes saniei &c. Sed cũ visa fuerint sanies & sanguis per vomitum, vel secessum, scias tunc dubellati fore apertum: & tunc dicitur ruptura vel vlcus. Signa terminatiõis apostematis per indurationẽ. quæ sclerof appellat: sunt, delitescẽtia feb. falsa, & doloris mitigatio post 40. vel. 50. vel 60. dies a principio apostematis non præeunte euacuatione sensibili vel modica existente, cum remanentia tumoris & grauedinis in loco & duritie: quæ forte tactui non cedit. Et scias quòd ista terminatio (vt plurimum) sequitur apostemata stomachi calida & raro frigida: cum sclerosis habeat fieri non nisi per resolutionem subtilem & remanentiam grossi, quod solũ potest fieri a caliditate forti. Et de istis terminationibus apostematũ, & hora mensurante quamlibet ipsarum plurima scripsimus cap. de pleuresi. Signa apostematis distinctiua, an sit in ore stomachi, an in spaciositate ipsius sunt: q̃a si sit in ore, maior apparebit eminentia, siue tumor in parte exteriori & proprie circa furculam. Si vero in spaciositate ipsius, nõ apparebit eminentia propter profunditatẽ eius sub mirach, nisi valde magnum fuerit apostema: tũc forte apparebit aliqualis tumor, & proprie inter furculã & vmbilicum. Si aũt apostema fuerit in parte posteriori stomachi: sentit̃ dolor inter spatulas vtrasq;, aut sub collo. Si vero ĩ parte inferiori: tunc super vmbilicum fiet dolor magis. Et postq̃ expediti sumus de signis generalibus apostematis in stomacho, debem⁹ venire ad propria vnicuiq;. Signa apostematis calidi de cholera, cũ prædictis sunt dolor acutissimus pungitiuus cũ fe. continua acutá, appetitus prostratio, & vomitus, & sitis, & forte debilitas digestiuæ & retentiuæ adeo, vt fiat lienteria. Et cura eius est, vt fiat a principio flebotomia basilicæ dextræ in brachio, vel manu propter diuersitatem materiæ fluentis: Et post flebotomiam fiat vomitus leuis, si est possibile cum aqua tepida, vel cum syrupo acetoso & aqua decoctionis anethi, viol. se. atriplicis. Postea fiat remedium locale repercussiuum sicut est vnguẽtum cum oleo rof. & modico aceti, vel emplastrum ex sandal. rof. farina ordei incorporatis cum oleo rof. & aceto. Sumat in aurora syrupum de citoniis cũ aqua decoctionis sumach, vel mirtillorum, citoniorum, vel berberis: mollificetur quãdoq; venter leuiter, si non fuerit omni die bene obediẽs cum ℥. iij. aqua decoctionis lactucarum, viol. end. prunorum, in qua dissolutæ sint. ℥. 2. medullæ cassiæ f. colatæ: & detur ante diem. Sed non dentur medicinæ fortes, vel quæ transcendant mannam & tamarind. quia fe. inflammarent, & apostema augmentarent: Et sit contentus hora illa pro cibo aqua ordei, vel pulmento ordei & auenæ, vel farris condito cum succo granatorum, vel iure pullorum alterato cum lactucis, portulaca, end. cucurbitis, & similibus vel cũ agresta. Bibat iulep, id est aquam zuccari, vel vinum granatorum mixtũ cũ aqua decoctionis lactucarum, & end. vel prunorum, & sic regatur cum diæta & medicinis vsq; ad finẽ principii, donec locus securetur ab apo-

ftemate, vel eius additione. In augmento vero et cum materia fluxa fuerit: cibetur sicut prius: Sed in medicinis addantur resolutiua leuia, sicut est emplastrum ex farina ordei, farina fœnig. se. lini. rad. maluauisci cocta & mundana cum oleo chamomillæ (quod sufficit) & vitellis ouorum. Et fiant quandoq; clysteria lenitiua ante cibum, si venter nō obedierit. In statu procedatur eodem modo, nisi quod postponantur resolutiua pura: & sic regatur vsq; ad declinationem vniuersalem. Et cum venerit declinatio & cœperit fe. diminui, similiter & dolor: fortificetur emplastrum resolutiuum prædictū cum se. anethi, vel se. nasturcij. Et in fine confortetur stomachus cum trochiscis, qui sic fiunt. ℞. ros. ru. ʒ. ss. spicæ masticis, lig. aloes, cynamomi, cass. lig. añ. ʒ. i. ss. informentur trochisci cum vino odorifero: quorum vnusquisq; sit. ʒ. 2. & vnus detur ante diem cum vino debili: & sic regatur cum medicinis & diæta gradatim ingrossata vsq; ad sanitatem perfectā. Si autem prolongatur apostema prædictum, neq; resolui potest, immo tēdit ad collectionem, intende postq̄ hoc cognoueris, ad generationē saniei cum emplastro maturatiuo, quod sic fiat. ℞. farinæ fœnigræ. semi. lini, anethi, florū chamomillę. añ. ʒ. i. ol. chamomill. vel de semine lini ʒ. 4. adip. anseris, anathis, gallinę. añ. vnciam vnā, maluauisci cocti & mundati a ligno intrinseco & benepistati lib. vnam, incorporentur omnia simul: & si requireret inspissationem, inspissetur cū farina frumenti, vel siliginis. Addantur in fine vnciæ quatuor mellis: & ponantur actu calida super apostema, reiterando frequenter, quando infrigidatum fuerit. Et si vis ipsum magis acuere, adde se. nasturcij, dragagan. gummi arabici, amygdal. amararū: quoniam omis materia calida styptica viscosa poros opilans taliter, vt sufficiat ad aggregandū calorem naturalem particulæ, præter quod inducit prohibitionem omnimodam trāspirationis & euentationis eiusdem, & per consequēs putrefactionē, est saniei generatiua, vt ait Gale. quarto de ingenio sanitatis, & ab ipsa materia maturatiua nuncupatur. Et deuitet interea homo cibos frigid. stypticos: quia ingrossant materiam & maturationem prohibent: sed sumat cibos temperatos vergentes ad calidū, si feb. illud concedat, vt sunt carnes hœdorum vel pullorum & oua sorbilia, vel pultes ex farina frumenti vel auenæ condita cum butyro & sale, vel lacte amygdalarum: Et sic regatur vsq; ad horam rupturæ: tunc faciat medicus rupturam per artem, si nō venerit per se, & mundificetur vlcus a sanie, & post cōsolidetur pro posse, sicut dicemus infra de cura vlcerum. Si autem nihil prædictorū contulerit, immo apostema de die in diē induratur cū delitescentia fe. & remanētia tumoris, quæ significant sclerosim: tunc intende ad mollificatiua resolutiua vicissim: vt dice. infra, parag. de cura apostematis melanch. Signa apostematis calidi de sanguine sunt cum prædictis omīa signa apostematis de cholera, præter quod dolor in isto est magis grauatiuus, q̄ acutus: & pulsus est in vtroq; velox spissus, tamē in cholerico durus, & in sanguineo mollis: Et in vtroq; est vomitus & sitis, sed maior in cholerico. Et si quidem humor apostomans super epar dominetur: tunc in apostemate cholerico fit vrina subtilis, ruffa, vel citrina: sed in sanguineo rubea, grossa, clara: sed in flegmatico subalbida, grossa, viscosa: In melancholico glauca, subtilis: veruntamen si epar se bene habuerit, aut modo contrario varietur: potest apparere vrina rubea grossa, vel ruffa subtilis, vel temperata vel quōdolibet aliter se habēs: cū vrina tantū iudicet sup epar & venas, quēadmodū vomitus et secessus sup stomachū

& intestina. Et cura eius est eadem cum cura apostematis de cholera, præter q̃ magis opus est flebotomia & minus farmacia, neq; adeo frigidis cibis & medicinis insistend. cum sang. sit humor beniuolus, & naturæ amicus. Signa apostematis flegmatici in stomacho (& o q̃ parũ id accidit) sunt cum prædictis fe. cõtinua lenta, multitudo sputi cũ casu appetitus, & eminẽtia magna particulæ absq; duritie in tactu, & dolor leuis cũ grauitate, & pulsus paruus mollis. Et cura eius est vt a principio purgetur cũ infusiõe aloes dulcorata cum zuccaro vel melle: quia aloe a proprietate euacuat flegma, & confortat stomachum, licet sit amarum: vel cum medicina de turbith, vel cũ benedicta: sed nequaq̃ prouocet̃ vomitus, quia attrahit materias, & addit ad apostema. Et si habitudo sit carnosa, flebotomia fiat post hoc basilicæ dextræ, quæ licet non conferat ratione qualitatis, tamẽ ratione quãtitatis: cum flebotomia euacuet multitudinem: vt di. Auic. Fiãt etiã clysteria primo quidẽ leuia ex aqua decoctionis camomillæ, bletæ, maluæ, et melle, oleo & sale: vt dictum est ca. de bolismo. Parag. de empericis. Secundo vero acuantur de tertio in tertium cum pulpa colloquintidæ, vel hierapicra, vel benedicta: vt dictum est ibid. Et non ponãtur tũc repercussiua super apostemata: quia incrudarent, & ingrossarent materiã, & sclerosim facerẽt: sed ponãtur resolutiua super locum apostematis: quia cum materia sit frigida viscosa, non erit tantus timor de attractione, vel feb. inflammatiõe: sicut in apostemate calido prędicto: et proprie præmissa euacuatione vniuersali. Emplastrum autem bonum resolutiuum est illud. ℞. se. lini. fœnigræ. farinæ lupinorum. añ. per æquales, aloes quartã par. incorporentur cũ adipe anseris, anatis & gallinæ, & extẽsum super petram ponatur actu calidum super stomachũ frequẽter. Et non sis præceps in principio ad resolutiua fortia: quoniam resoluerẽt quod subtile est, & dimitterẽt quod grossum. Procede ergo gradatim cum isto. Deinde post dies aliquot, quando materia subtiliata est aliquãtulum, aliud fiat acutius quod est. ℞. radicum maluauisci coctarum perfecte, & mundatarum & optime contusarum lib. I. muscillaginis, maluauisci, se. lini, farinę fœnig. florũ camomil. añ. ℥. 2. aloes. ℥. ß. farinæ lupinorum. ℥. iij. terebintinæ. ℥. 4. olei masticis. ℥. 2. farinæ ordei, quod sufficit, & adde parum furfuris propter abstersionem pororum: ponatur calidum super locum: quia maturat et resoluit materias duras: quapropter confert plurimum in apostemate melancholico. Nutriatur pulmentis factis ex farina ordei vel auenæ, vel aqua cicerum & pisorum, vel carnibus pullorum & perdicum elixis vel assis conditis cum cynamomo, cardamomo & croco, & iuribus earum alteratis cum petros. Bibat hydromel, & zuccarum, vel vinũ album debile lymphatum ad medium. Diminuat cibum & potum pro posse, si virtus toleret: & subueniatur prostrationi appetitus, sicut diximus suo capitulo. Si autem tale apostema prolongetur & ad saniationẽ tendat: fiat sicut prius scripsimus cap. de cura apostematis cholerici: similiter & si tendat ad sclerosim, & hoc est vt plurimum in illo apostemate. Raro enim saniatur, & adhuc rarius resoluitur propter materiæ grossiciem & frigiditatem. Signa apostematis melancholici, sed raro fit per se incipiendo, sed vt plurimum consequendo aliquod apostematum prædictorum, & proprie calidum adustum, sunt cum prædictis, fe. cõtinua lẽta, pulsus paruus subtilis strictus, dolor grauatiuus sine acuitate, duricies loci cum eminentia, fœtor oris, & imaginationes corruptæ in somno. Et si fiat cõsequendo, antecessit apostema calidum

vel frigidum cum signis prædictis proprijs. & post dies aliquot superuenit delitescentia feb. flegmaticę falsa & doloris mitigatio non præcedente sensibili euacuatione, vel modica cũ remanentia tumoris & eminentiæ duræ, quæ tactui nõ cedit. Et cura ei⁹ est, licet raro curari possit, nisi forte in principio cum emplastris & vnguentis resolutiuis & mollificatiuis simul, vel alternatim adhibitis. Vnguẽtum bonum sic fit. ℞. olei nardini, olei masticini, butyri recent. añ. ℥. ß. misceatur & dissoluat̃ in eis aloes. ℥. vna: & vngatur cũ eo locus durus omni die bis ante cibum, postq̃ calefactum fuerit in aq̃ feruenti: & super vnguentũ ponatur emplastrum dictum in apostemate flegmatico: vel illud quod fortius est. ℞. adip. anatis, anseris & gallinæ. añ. ℥. I. storacis liquid. bdellij, myrrhæ, spicæ, masticis, ciperi, squinãti. añ. ℥. ß. amygda. amarum excorticatarum. ℥. vnam. se. cauliũ ℥. ß. dissoluantur gummæ in vino, & oĩa alia terãtur, & misceãtur simul, fiat emplastrum: & in fine addantur adipes, & incorporentur perfecte, & actu calidum stomacho applicetur vel emplastrum de alijs, quoniam est conferens ad omnem duriciem & apostemationẽ stomachi & viscerum & hydropisim, cum incipit fieri: quoniam grossas ventositates carminat, grossos humores crudos colliquat: quod sic fit. ℞. alij. mund. spi. ana. ℥. iij. & ß. terebentinę. ℥. 4. storacis, aloes, boni, bdellij, añ. ℥. iij. axungiæ porci recentis, adipis anseris añ. ℥. ς. mast. olei. añ. ℥. I. euforbij. ℥. I. ceræ citrinæ. ℥. 12. olei nardini, & vini odoriferi clari, q̃d sufficit. In potibus & cibis regatur, v t in apostemate flegmatico. Et si necesse fuerit: purgetur quandoq; cũ aqua decoctionis senæ epithymi & ellebori nigri colata & dulcorata cum zuccaro. Dico autem si necesse fuerit: quia in isto apostemate nõ potest euacuari causa coniuncta propter eius duriciem, siue fiat per se incipiendo, siue consequẽdo: sed solum causa antecedẽs, & proprie, si fiat per se incipiendo: quia tunc significatur melancholiã dominari in corpore toto. Quando vero fit consequendo, non requiritur vlterior euacuatio cum farmacijs, sed solum lenificatio ventris omni die cum clysteri lubrificatiuo, addito modico senæ vel epithymo in decoctiõe, vel hieralogodion, vel diasenæ in colatura. Signa vlceris stomachi in communi, sunt dolor acutus in stomacho, & ille dolor augetur post assumptionem ciborum acetosorum, vel acutorum mordicantium, imo forte stomachus cibum nõ retinet, nisi paucum & leuem & breui tempore: & tunc expellit ipsum per superius vel inferius: & apparet in eo quod expellit̃ sanies, & sanguis, & eructuatio egreditur fœtida: & post digestionem alleuiatur grauitas & dolor in stomacho secũdum plurimum. Si aũt sit vlcus propter antecessionem apostematis, quod terminatum est per collectionem & rupturam: tunc cum prædictis antecessit signum apostematis commune, & proprie signum talis terminatiõis & omnino sensibilis saniei per vomitum & secessum, cum diminutione doloris & feb. & doloris grauatiui: & remanentia doloris acuti mordicantis. Si aũt sit vlcus propter materias acutas de chol. vel de flegmate salso in stomacho contẽtas, præterq̃ quod faciant apostema, tunc cũ prædictis apparet dolor acutus in stomacho sine tumore omnino & fe. nisi fortassis dolor sua acuitate inflammet spiritus & humores. Et si sit vlcus in posteriori parte stomachi: sentit æger dolorem sub collo, aut inter vtrasque spatulas. Si vero in anteriori parte, sentit dolorem super vmbilicum. Et cura vlceris qũocumq; fiat, est eadẽ, scilicet mũdificando ipsum a sanie cum ripticis abstersiuis. Et postea consolidando cum stypticis cicatrizati-

Sumat igitur in aurora & ante cœnā pro munditicando in æstate & quando feb. est fortis. ʒ. 5. vel. 6. decoctionis zuccari tub. vel aqua decoctionis liquiritiæ & gūmi arabici, vel aquæ casei. Si aūt feb. non sit fortis, & tempus sit hyemis, dentur eisdem horis. ʒ. totidem aquę mellis, vel aquæ decoctionis hysopi, mellis, & squinanti, vel mellis rof. colati cum aq̄ calida. Deinde post hoc ad duas horas & ante comestionem, sumat pro consolidatiuo medicamen, quod sic fit. ℞. thuris, san. dracon. añ. ʒ. 5. balaustię, Karabe añ. ʒ. 2. boli. ar. ʒ. iij. fi. pul. cribellatus, de quo sumat bis in die hora prædicta. ʒ. ij & ß. cum syrupo de citonijs, vel succo citoniorū, vel aqua deco. myrtill. sumach, portul. & post illud ad duas horas detur cibus, & non postponatur continue post assumptionem medicaminis consolidatiui super stomachum, quod sic fit. ℞. boli armenici, myrtil. aloes, masticis, añ. terantur, & incorporentur cum. ʒ. 6. resinæ vel laudani, vel picis naualis. Si aūt sit propter dubellati: tunc præter iam dicta est solicitandum de expulsione saniei generatæ in apostemate, & ordinatione rupturæ: quia in hoc est timor non modicus. Cum ergo certificatus es saniem iā esse perfecte maturatam, quod scies: q̄a sedatur dolor, & feb. post apostema magnum sensu perceptum velociter, vtputa infra vnum vel 2. dies & remansit tumor & inflatio, pręterquam quod appa ruerit aliqua euacuatio sensibilis saniei vel san. tunc fac rupturam, dando in potu lac dulce & aquam calidam vna vice post aliam, donec tumor mollificetur: demum prematur desuper, & moueatur. Si ergo commouetur tumor, & egressio fit saniei & san. & detumescit apostema: tunc scias, q̄ iam diruptū est apostema: quod si nonsufficit: necesse videtur, vt tribuas aliquid ex sinapi conditū cum melle super micam panis: quoniam velocitat rupturā. Et post illud da ei in potu aquam mellis vna vice post aliā, vt educat saniem. Deinde cum sanies & sanguis egredi visa sunt, procede ad mundificatiua & consolidatiua ordine prædicto. Et in fine sumat sæpe dragagantū, in quo sit pul. sumach, & myrtillorū, boli ar. masticis, sang. dra. vel sumat zuccarum rof. vetus cum eisdem pulueribus vel trochiscis de Karabe: quos in cap. de mictu sang. dicemus. Cibetur bonis carnibus conditis cū succo citoniorū vel sumach vel myrtillorum, & lentes excort. comedat, vel risum, vel. fab. fractas. vel oua sorbilia. Bibat vinum clarum stypticum lymphatum parumper. Quod si fe. sit intensa, bibat aquam decoctionis citoniorum, vel pirorum, vel sumach, vel myrtillorum & similium. Et in pulmentis suis de frumento vel auena confectis ponat adipem ouium capratū loco olei & butyri. Deuitet hora illa omnes cibos acutos aut acetosos: quia mordicant & vlceris prohibent consolidationem. Vitet etiam potus actu frigidos pro posse: quia frigidum est vlceribus inimicū: vt dicit Hip. 5. part. aphor. similiter & actu calidos sub excessu. Sint ergo temperati cum declinatione aliquali ad frigidum.

Emperica. Emplastrum expertum ad omnem duriciem materias grossas mundificans in ipso stomacho, epate, splene, & in omibus visceribus est emplastrum de meliloto: quod sic fit secundum Hebemef. ℞. meliloti. ʒ. 6. florum chamomillæ, fœnigræci, granorum lauri, radic. alyeæ, absynthij añ. ʒ. iij. se. apij, cardamomi, hireos, ciperi, spicę, cassiæ, ameos, añ. ʒ. 2. & ß. sansuc. ʒ. iij. armoniaci. ʒ. 10. storacis. ʒ. 5. bdellij tantundē, terebentinæ: ʒ. 1. & ß. ficuum siccarū pinguium. 12. numero, sepi caprini, resinæ añ. ʒ. 2. & ß. ceræ. ʒ. 6. olei sansuc. olei de spica, quod sufficit ad infundendum infundenda, conterantur, & emplastrentur:

Item emplastrum magistrale atq; expertum ad omnem duriciem stomachi, & mirach ventris, siue sit cum apostemate siue sine apostemate, & proprie præmissa euacuatione vniuersali cum flebotomia, vel farmacia, prout materia requirit: sic fit. ℞. meliloti, fœnigræci, florũ chamomillæ, altheæ, absynth. baccarũ lauri, sicle maluarum. añ.℥.1. armoniaci, bdellij, galbani, oppoponaci, laudani añ.ʒ.2, masticis, thu. añ.ʒ.1. adipis anatis, anseris, gallinæ. añ.℥.ß. Cõfice sic. dissoluantur gummæ cum aqua decoctionis .20. ficuum pinguium siccarum cũ vino & melle, & decoquantur herbæ & baccæ lauri in aqua perfecte, & pistẽtur, & incorporentur cum gummis: & in fine addãtur adipes, & si necesse fuerit ad incorporationem omnium meliorem, addatur aliquid de liquore prædicto modo in quo dissolutę sint gummæ, & fiat emplastrum extẽsum super petiam lineam mundam, & applicetur particulæ in ieiunio actu calidum, frequenter reiterando, postq̃ infrigidatũ fuerit: & si haberi non possint omnia, ponantur quędam: quia resoluit & mollificat sclerosim ex proprietate suorum simplicium, prout est possibile in omni materia.

Canones. Certificatum est apud Rasim in diuisionibus cap. præsenti, quod in stomacho fieri apostema calidum est vt multum: frigidum vero perparum: quod est, quia stomachus est membrum neruosum solidũ, & proprie quantum ad eius tunicam interiorem: quare nõ videtur, quod vlla materia possit fieri, & penetrare in eius substantiam & corpulentiam, nisi acuta calida subtilis: sicut est in pleureß. Licet autẽ cholera calidior & subtilior sit sanguine: quia tamen modica est in nostro corpore respectu sanguinis: ideo hoc apostema calidũ magis fit ex cholera & sanguine simul mixtis: et post illud ex cholera pura, post illud ex sanguine: cũ sit humor benign9. Item certificatũ est apud ipsum hoc apostema calidum magis fieri & causari in ore stomachi, quam in spaciositate eius: & nisi statim a principio subuentum fuerit cum repercussiuis & resolutiuis, permutatur ad saniationem vel indurationem. Itẽ certificatũ est apud eundẽ apostema frigidum ex flegmate rarius fieri in stomacho, quam ex melancholia: qa vt plurimum est flegma congregatum in concauo stomachi, prarum vero in eius spatiositate grossicie prohibente. Licet autem melancholia grossior sit flegmate, veruntamen est terminus humorũ quorumcumq; congelatorum aut adustorum: quare potest apostema melãcholicum sæpius accidere, quam flegmaticum: Et illud apostema melancholicum dum acciderit, fit magis consequen. apostema calidum, cuius subtile resolutũ est per adustionem, quam aliud apostema frigidum condensatum. Et iterum rarius adhuc fit per se incipiendo: quia melancholia modica est in corpore nostro, similiter & grossa difficile penetrans vel putrescens. Ex quibus omnibus plurimum iuuatur medicus in cognitiõe causæ apostematis, necnon in directione suæ curæ: cũ causæ pfecta cognitio sit morbi semi curatio: vt dicit Gale. 2. de fe. ad Glauco. Itẽ in cura sclerosß cuiuscũq; oportet tres habere intẽtiones: Primã quidẽ ad mollificãdũ: & hoc pficitur cũ muscillagiñ. fœnigręci. se. lini. se. althęę & cum adipibus anatis, anseris, & gallinę, & cũ folijs & radicibus altheæ, & cũ gũmis acutis. q̃ sunt bdelliũ, armoniacũ, oppoponacũ storax, liqda, & cũ butyro receñ. & oleo cõi. Secũda vero ad resoluẽdũ illud, q̃d est pmollitũ: q̃ qdem pficit̃ cũ farina fœnig. se. lini, florib9 chamomillę, meliloti, absynthij, bacca lauri, anetho, nasturcio, & gũmis pdictis. Tertiã ad confortandum substãtiam praticulæ, ne virtus

ipsius a medicinis calidis resoluatur, & proprie cum sit mēbrum nobile necessa riū pro toto: & hæc perficitur per stypti ca calida, vt sunt mastix, thus, absynthi um & calamētum. Istæ autem tres inten tiones apud omnes communiter operan tes duobus fiunt modis: aut vicissim alte ra post alteram ordine iam dicto. Aut omnes commixtæ simul in vno & eodem emplastro: & primus quidē est ope rosior, secundus vero securior.

Prognosticatio. Omne apostema in stomacho periculosum est ex tota sua specie, propter stoma chum esse membrum nobile & necessa rium pro toto: quare eius mortificatio et suæ operationis destructio, fit necessario causa destructionis membrorum princi paliū: & per consequens corporis totius, cuius corruptio mors appellaẗ. Item apo stema stomachi si terminetur per resolu tionem, & cum constantia virtutis & bo nitate appetitus: minus periculosum est. Si vero tendat ad collectionem, vt pluri mum subito interficit propter feb. inten sionem & doloris fortitudinem, & pro prie circa diem rupturæ. Si vero tēdat ad sclerosim, nequaq̄ curatur, nisi fortassis in principio, & anteq̄ confirmetur indu ratio: quare necessario perducit ægrū ad hecticam, et sic gradatim ad mortē pro pter ablationem digestionis & nutritio nis. Item in apostematibus stomachi vo mitus perseuerans vel singultus superue niēs, mortale. Item apostema stomachi quāto profundius fuerit sub mirach, tan to suspectius: quanto vero eminētius ad corpus, tāto salubrius: quia significat mi rach esse apostematum potius, q̄ stoma chum: Vnde Hippo. 6. parti. apho. Dolo res & tumores secundum ventrem exi stentes, superiores quidem, id est exterio res leuiores &c. Item vlcus stomachi vel vulnus, si fuerit penetrans per ambas tu nicas stomachi, mortale: Si vero non pe netret, quandoq; curatur, & proprie, si nō penetret tunicam neruosam: Verum qualitercunq; res se habuerit: fiet corrosi uum, si perdurauerit: quapropter efficiet lienteriam, & corporis consumptionem gradatiuam, & demum dysenteriā perni ciosam. Vnde Hippo. ibidem: Vesicam incisam, aut cerebrum, aut cor, aut dia fragma, aut epar, aut renes, aut intestino rum aliquod gracilium, aut ventrem, id est stomachum: mortale.

¶TRACTATVS SECVNdus tertiæ sectionis.



Patis passiōes famosæ sunt sex. Prima debilitas siue ei mala complexio diuersa. Sē cunda opilatio & duricies: Tertia cachexia: Quarta hydropisis: Quinta icteritia citrina vel nigra: Sexta apostema vel vlcus atque exitura.

¶De debilitate epatis. Caput I.



Ebilitas epatis nominatur a medicis actio læsa opera tionis ipsius, quę est segrega re, id est partē succosam chy li per meseraicas attrahere, & in massam sanguinis mutare, quæ cō ponitur ex sanguine puro, flegmate, cho lera & melancholia. Et hæc massa est alimētum commune corporis totius: ita vt sanguis sit proprie alimentum, alij ve ro tres humores sint sicut eius condimen tum, aliter & aliter in alijs & in alijs mē bris nutriendis contemperatum: prout eorum vnumquodq; sibi proprium desi derat nutrimentum. Hæc autem debili tas operationis non fit nisi a debilitate proprij instrumenti, quod est complexio, compositio, & vnitas siue continuitas. Virtus nanq; neq; fortificatur, neq; de-

bilitaĩ per se. Propter quod dicebat Haly in commento tegni. fortitudo virtutis sequitur temperamẽtum complexionis: & Aristo. 1. de anima. Si senex acciperet oculum iuuenis, videret vtiq; vt iuuenis. Fit igitur aut a mala complexione, aut a mala compositione, quæ raritas textu ræ nuncupatur, aut a solutione suæ continuitatis. Et si a mala complexione, aut a calida, aut a frigida: & vtraq; earũ vel est cum materia vel sine materia. Et materiam quidem diximus malam complexionem humidam: Carentiam vero materiæ, vocamus siccitatẽ. Et signa quidẽ oĩm, similiter & curã dicemus, præterq̃ illius, quæ fit ex solutione continui: quoniam spectat ad chirurgicũ, nisi fortasse acciderit ex apostemate vel vlcere, de quibus proprio dicemus ca. Signa debilitatis epatis propter raritatem substantię eius, sunt prostratio appetitus, extenuatio corporis, & egestio similis loturæ carnis sine dolore: quoniam substantia epatis non sentit, sicut neq; pulmonis, neque splenis, neq; renum. Signa malæ complexiõis epatis calidæ, sunt citrinitas faciei, & proprie in albugine oculorum, & siccitas oris cum amaritudine & vehementia sitis & siccitate vẽtris plurima. Quod si sit cum materia, fit quãdoq; vomitus rei citrinæ subtilis amaræ: & fit vrina citrina, vel rubea subtilis si in epate fuerit opilatio: sed grossa, si in ipso nõ sit opilatio, aut declinatio opilationis. Signa malæ cõplexionis frigidæ, sunt pallor faciei squalidus cum liuiditate: similiter & grauitas totius corporis, & pigritia & somnolentia corporis, & tensio hypochondrij dextri: & vrina alba subtilis vl' glauca vel palearis. Quod si sit cum materia, fit vrina lactea grossa vel karopos, nisi opilatio prohibeat, & fortassis egestio chylosa propter diminutã attractionẽ: & forte sequitur tumor & inflatio manuum & pedũ, si perdurauerit hæc dispositio, & demum cachexia. Et scias q̃ egestio est significans cum virtute super concauum epatis, quod sima dicitur: vrina vero super gibbũ siue conuexum ipsius, & venas corporis totius.

Methodus. Cura debilitatis epatis propter raritatẽ suæ substantiæ, est vt emplastretur cũ rebus calidis stypticis: sicut sunt ciperi, mastix, spica, nux cypressi, absynthium, calamentum, gallia muscata, & similia. Vtatur electuarijs calidis stypticis: sicut dictum est, diacitoniten cum speciebus: Et sicut est hoc medicamen. ℞. masticis, ameos, se. apij, ciperi, squinanti. añ. aur. 1. thuris aur. 2. spicæ, aur. ß, terantur, & cribellentur omnia, & dentur ex eo ʒ. iij. in aurora cum vino claro odorifero, aut aqua decoctionis seminum calidorum, vel radi. 5. communium. Vngatur epar cũ oleo masticino, oleo de absynthio. añ. partem. 1. olei ro. p. ß. actu calido in ieiuno. Sumat cum cibo suo grana granatorum puluerisata subtiliter cum cynamomo. Cura debilitatis epatis propter malã complexionẽ calidã ipsius, est vt alteretur epar cum emplastro quod est. ℞. sandal. al. et rub. roß. rub. camphoræ. añ. ʒ. 1. terantur omnia subtilissime, & misceantur cum aqua roß. & modico aceti, vel cum succo solatri & semperuiuæ, et modico aceti, & in ipso actu calido infundatur filtrũ carens calce, vel pannus lineus: & ponatur super epar reiterando frequenter in ieiuno, quando tepefieri cœperit: vel cũ populeon mixtum cum oleo ro. vel viol. & proprie in fe. Sumat in aurora syrupum acetosum, vel oxyzacarum, vel syrupũ roß. vel viol. cum aqua decoctionis endiuiæ, solatri, lactucæ, cucurbitæ, cicoreæ, & vinum granatorum vel berberis cũ eisdem aquis. Cum cibo suo vtatur sapore facto ex succo acetosæ, trifolij. berberis, granatorũ, & lacte amygdalarũ dulcium. Comedat pulmẽta ex farina ordei

vel auenæ, & olera facta ex lactucis, portulacis, cucurbitis & similibus, & carnes laudabiles alteratas cum eisdem. Comedat in principio cibi pruna, cerasa, persica & similia, sed in fine pira, vel poma, vel citonia assa. Quod si sit cũ materia, purgetur cho. cũ decoc. quæ est hæc. ℞. reubarbari.ʒ.2. vel ʒ.1.& ß. terantur, & infundant̃ super ipsum.℥. 5.aquæ feruentis decoctionis prunorum vel tamarindorum, vel viol. & detur totum ante diẽ. Et hoc fiat sæpius vice post vicẽ. Et post purgationẽ sumat zuccarum ros. si venter sit obediens: vel viol. si sit stypticus: vel triasandal. vel diaprunis simplex: vel sumat de trifera saracenica cũ aqua tepida, vel trochis. de berberis, qui sic fiunt. ℞. succi berberis.ʒ.10. seminis endiuiæ, seminis cucurbitæ, seminis portulacæ, ana.ʒ.iij.ros.ʒ.2.reubarbari.ʒ.1. spicæ. ʒ. ß. informentur trochisci pondere aur.1.ex quibus detur vnus in aurora cũ syrupo acetoso, vel vino granatorum: quia infrigidat & confortat epar, ne choleram multiplicet. Cura malæ complexionis frigidę epatis est, vt alteretur epar cum emplastris. ℞. ciperi, masticis, spicæ, calami aromatici, squinanti, croci, myrrhæ, añ.ʒ. ß. dissoluantur myrrha & mastix in vino, & misceantur cum rebus aliis, & fiat emplastrum actu calidũ super epar, reiterando sæpius, quando tepidum factum fuerit: vel vngatur cum marciaton ad solem vel ignem ante cibum, & balneetur in aquis tinnarũ, vel aqua decoctionis absynthij, calamenti, & omnium calidorum cum stypticitate aromatizante. Sumat in aurora oxymel compositum vel squilliticum cum aqua calida decoctionis seminum diureticorum calidorum. Vtatur diamargariton, diagallanga, dianiso, theriaca veteri, & omnib⁹ calidis aromaticis. Comedat carnes laudabiles coctas cum petro. se. vel anethi vel feniculi conditas cũ speciebus calidis: & iura earum inspissata cum vitellis ouorum. Bibat vinum vetus clarũ per se, vel mixtum cum aqua decoctionis endiuiæ vel cicoreæ. Et si sit cum materia vel opilatione: purgetur sæpe cum pillulis cochijs vel hierapicra: et post purgationem sumat omni die mane vnum ex trochis. de reubarb. ad deopilandum, & confortandum epar frigidum, qui sic fit. ℞. reubarbarum, baccarum lauri, ana.ʒ.iij.spicæ, seminis apij, ameos, macis, squinãti, granatorum iuniperi, amygdalarum amararum, costi amari, rubeæ tinctorum, succi eupatorij, azari, aristologiæ rotundæ, gentianæ.añ.ʒ.1.& ß.fiãt trochisci ponderis aur.1. & dentur cum decoctione radicum, quæ sic fit. ℞. corticis radicis apij & feniculi.añ. ʒ. 10. ros. rub. spicæ, florum squinanti, vel herbæ eius, ameos.añ.ʒ.5.pistentur & coquantur cum lib.1.aquę decoctionis, donec ad tertiam partem redeat: coletur, & reseruetur. Vtatur pro sapore sinapi condito cum melle, & speciebus: & fiant omnia quæ dicuntur ca. de cachexia.

Emperica. Reperiũtur simplicia, quæ conferunt omni epati debili tam calido, q̃ frigido a proprietate: prout Auicen. de endiuia.2. canoñ. testatur: licet a complexione propria magis conferat epati calido. Itẽ pul. epatis adip. id est lupi dicitur conferre, si duo aur. sumãtur ex ipso cum vino dulci in aurora, vel aqua endiuiæ, vel aqua frigida pura, si sit cum fe. Et Ras. dicit ꝙ expertus est sæpius in omni debilitate. Item passulæ pingues impinguant omne epar a proprietate, si comedãtur omni die cum suis interioribus per se, vel cum granis granatorum contritis diligẽter masticando: verum cum epar sit membrum principale vehementer influens super totum, sit & membrum rarum, spongiosum, quod facile nocetur in sua substantia atq; operatione: necessarium videtur, vt medicus

diuersa simplicia tam nocentia q̃ conferentia nullatenus ignoret. Sunt autem duorum generum: quoniã aut per interius, aut per exterius exhibẽtur: & nos quidẽ ipsorum plurima nominibus proprijs exaremus: Sed lector ad reliqua similiter se conuertat. Ex conferẽtibus igit̃ interius, sunt pineæ, pistacia, auellanæ, vuæ bene maturæ, ordeum, serum caprinũ, anthera, mala granata & proprie acetosa cũ suis interioribus, myrtilli, cinamomum, spica, scariola, lactucæ: capillinum veneris, sumach, acetosa, xiloaloes, zuccarum, ambra, cassia lignea, reubarbarũ, gariofil. omnes myrobalani: Sed ex conferẽtibus per exterius, sunt absynthium, plantago, squinãtium, spodium, sandal. mastix, eupatorium, costus, cicorea, nenufar, saluia, ros. solatrum, semperuiua. Quæ vero nocẽt per interius sunt dulcia viscosa: sicut est mel, vinum turbidum, ficus tortelæ: quoniam opilant eius vias, cum propter eorum dulcedinem plurimam attrahantur, antequã digerantur: quapropter dixerunt iam plurimi, q̃ dulcia opilant epar. Sed deopilãt vias pectoris & pulmonis, licet sint posteriores. Similiter & potus plurimus post cibũ vel coitus vel exercitium vel balneum: quoniam infrigidat & opilat: similiter vsus fructuum superfluus aut olerum: quoniã sunt aquosa: vt cerasa, pruna, persica: quapropter generãt sanguinem grossum opilantem. Sed nocẽtia per exterius, sunt omnia calida resolutiua: velut sunt anethum, apium, armoniacum, oppoponacum, nisi cum stypticis regulentur: similiter coitus, balneum tinnarum, labor fortis excessiuus: similiter et frigida mortificatiua: nisi cũ calidis aromaticis refrenẽt̃.

Canones. Certificatum est apud medicos, q̃ epar magis nocetur a mala cõplexiõe frigida q̃ calida: proptérea, quia calidũ est vitæ principiũ, & digestionis principale instrumentũ: Certificatum est etiã apud medicos, q̃ magis nocetur a mala complexione sicca q̃ humida: quia ipsum est fons humiditatis super corpus totum: sicut cor est fons caliditatis, prout origo venarum & arteriarum attestatur.

Prognosticatio. Mala cõplexio epatis sicca calida, si perdurauerit, ad hecticam perducit: sed calida, humida ad fe. putridas malignas: Frigida vero sicca ad marasmum: Frigida vero humida ad cachexiam & hydropisim hyposarcam. Dicit præterea Auer. 7. colliget. q̃ in fe. de cholera, vel sanguine epar est diligenter obseruandum cum frigidis stypticis, ne fortasse euaporetur eius caliditas naturalis, aut eius substantia per adustionem ne arefiat: quemadmodum in fe. flegmaticis stomachus est diligenter confortandus cum calidis stypticis, ne mole flegmatis opprimatur. Similiter & in fe. melancholicis splen cum subtilibus acutis. Item solicitandum est in rectificatione epatis, cerebri atq; cordis omni studio proposse: quoniam hæc tria principalia tres in corpus influũt pfectiones, sine quibus omĩbus vita nullatenus existit: quę sunt calefactio, motus voluntarius atq; nutritio. Sicut nãq; cor generat oẽs spiritus, et ipsos per arterias ad singula mẽbra delegat: ita cerebrũ ipsos contẽperat, & per neruos ad motus animales adaptat: Similiter & epar oẽs humores procreat, & per venas cum ipsis vniuersum corpus irrigat.

De opilatione & duritie epatis, & recisione. Cap. II.

Opilatio siue durities epatis habet fieri a materia humorali: tẽsio vero a materia vẽtosa. Hæc est igit̃ earum differẽtia. Couenĩũt aũt: q̃a ĩ vtraq; earũ est dolor grauatiuus vel extẽsiuus in hypochõdrio dextro, q̃nq; cũ f. q̃nq; sine fe. Et putant stulti medici, q̃ sit apa. Fit

autem opilatio aut a materia humorali calida adusta ingrossata, aut a materia viscosa flegmatica. Signa propria a causa calida opilationis, sunt vrina rubea subtilis valde, stypticitas ventris, dolor acutus pungitiuus, sitis vehemēs, pruritus corporis, citrinitas coloris, & habitudo extenuata, pulsus velox spissus, & forte erit cum ardore vrinæ in virga, & est vt plurimum cum feb. Signa propria opilationis a causa frigida, sunt vrina alba aquosa subtilis valde: nisi forte opilatio omni die dissoluaī, vel materia sit plurima: tunc erit alba grossa, lenitas vētris, dolor grauatiuus, diminutio digestionis primæ & secundæ cum prostratiōe appetitus & siti modica, habitudo corporis squallida mollis & frigida, color corporis albus vel plumbeus: & forte apparebit tumor & inflatio pedū tempore noctis, & vomitus flegmatis, & multitudo sputi & saliuæ, pulsus rarus paru9 & mollis: & est vt plurimum sine fe. Si vero fe. superuenerit: diminuet materiam, & tūc signa erūt remissiora. Signa tēsionis epatis sunt extensio hypochōdrij dextri cū dolore, qui fortificatur hora digestionis cibi, & minoratur tempore famis, & sedatur per cōpressionem vehementem sup ipsum cū manib9: & est rugitus fortis circa locū epatis & vrina alba grossa ampullosa valde: Et si sit cū feb. debilitabūtur oīa ista signa: & apparebūt signa cōmunia feb. quæ sunt pulsus frequens velox spissus, similiter & anhelitus cū quadam debilitatione.

Methodus. Cura opilatiōis a causa calida adusta est, vt si sit sine feb. sumat omni mane syrupum acetosum compositum cum aqua decoctiōis endiuiæ & lactucarum. Purgetur post digestiōem cum decoctione reubarbari, senæ, epithymi, squinanti, colata & dulcorata cum zuccaro. Vel purgetur cum syrupo prædicto acuato cum. ʒ.2. reub. vel cū ʒ.ſ. diagridij electi. Vtaī in ieiunio trisandal. diaprunis, vel trifera: quandoq; purgetur acuendo cum. ʒ. ſ. aut. ʒ.2. reubarb. electi puluerizati subtilissime dulcorata cum syrupo viol. dando totū ante diem. Comedat herbā feñ. petro. borraginis, & carnes hœdorum vel pullorū coctas cum ijsdem: & iura earum condita cum speciebus calidis non acutis: sicut est cynamomum, cardamomum, gariofil. crocus, & similia. Vtatur pro sapore tali succo. ℞. foliorum petro. mētæ, acetosæ, añ. M. I. pistentur, & colentur, & colatura inspissetur cū duobus vitellis ouorum assorum, & cum mica panis furfuracei, & speciebus prædictis cum modico aceti fortissimi. Et si vis, quod iste sapor magis deopilet: pone vitellos crudos, & adde plus aceti, ita vt bulliatur aliquantulum totum simul ad ignē: ga stomachum & epar confortat, & aperit opilationes. Bibat vinum album subtile lymphatum cum aqua decoctionis ciperi, scariolę, vel cicoreæ, vel endiuiæ. Vngatur epar omni die ante cibum leniter fricando cum oleo nardino calido, in quo sit aliquid aceti, & ponatur desuper post hoc filtrum, vel pannus laneus calidus mollis. Si autem sit cum feb. fiat flebotomia basilicæ vel saluatellæ in manu dextra, & digeratur materia cum syrupo acetoso simplici, & aqua decoctionis endiuiæ, vel seminis eius, & purgetur cum medicinis prędictis: nisi quod debet poni zuccarum loco mellis. Cura opilationis a causa frigida flegmatica grossa, est vt detur omni mane ante diem & ante cœnam oxymel cōpositum vel squilliticum cum aqua decoctionis radicum quinq; communium, vel cum vino albo claro, vel cum aqua decoctionis ciperi, capparis, seminis scariolę, sizeleos, & endiuiæ. Purgetur cum benedicta laxatiua, vel cum pillulis cochijs, vel cū oxymelle prædicto acuato cum. ʒ.2. agarici

&.ʒ.ß.ziinz. Et quidā acuunt ipsum cū reubarbaro electo, quoniam confert omni debilitati epatis. Vtatur sæpius in ieiunio diatrionpipereon, filantropos, nefrecatarticon cum vino veteri calido, similiter & diacastoreo & diacurcuma, q̄d dicemus ca. de hydropisi. Nutriatur cum diæta supradicta, præter q̄ vinū sit purum, & in sapore suo ponatur allium, sinapi, raphanus & similia. Sumat quandoq̄.ʒ.ß. theriacæ veteris in aurora cum vino eodem. Vngatur epar cum oleo supradicto, vel cum vnguento marciaton ad ignem vel solem calidum in ieiunio, & proprie post purgationes aliquas. Sumat omni die in aurora vnū ex trochiscis de lacca: quoniam exopilant epar & splenem, & vrinam prouocant: neq̄ est eis simile in hoc: qui sic fiunt secundum Hebemeß. ℞ laccæ mūdatę, succi liquiritiæ, succi absynthij, succi eupatorij, succi berberis, reubar. boni, aristologię lōgę costi, azari, amygdalarū amararū rub. tinctorū anisi, se. apij, squināti, scolopēdriæ tamarisci, ana .ʒ.i. fi. troc. ʒ.i. cum succo endiuiæ & vino albo. Et vocāt etiam trochi. de eupatorio, vel trochisci absynthij. Et sunt vtiles in hoc: vt patet per eundē in suo antid. Cura tensionis epatis est, vt vtatur sæpe in ieiunio carminantibus vētositatem grossam: sicut est diaciminū, dianisum, diatrionpipereon, & similia cū vino puro veteri: Et saccelletur epar cum milio & sale torrefactis in sacculo: Emplastretur cum absynthio, fœniculo, carui, cymino, aniso, sizeleos, & similibus: Et fomentetur cum vino decoctiōis pulueris baccarum lauri, cymini & furfuris, infundendo in eo pannos lineos, & applicādo lateri dextro actu calidos expressos aliquantulum cum reiteratione frequenti ante cibum: Vel inūgatur oleo de lilio vel anetho actu calido. Comedat carnes laudabiles coctas cum petro. fœniculo, anisi, vel seminibus eorum: Bibat vinum vetus purum, nisi sit cum se. Tunc lymphetur parump̄ cum aqua decoctionis ameos, anisi, amomi, vel fenu. euitet omnem aquā in potu: & vtatur allio & sinap. pro posse. Et tegat vēter cōtinue cū pānis calidis, vel pellib⁹ pilosis.

Emperica. Ad omnē opilationē epatis & dolorem & apostema eius & ad antiquas ægritudines in ipso, & hydropisim & icteritiā conferunt trochisci de reubar. qui sic fiūt. ℞ reubar. boni. ʒ.10. succi eupatorij. ʒ.10. ros. ʒ. iij spicæ, anisi, rubeæ tinctorum, se. apij. absynthij, azari. ʒ. 1. amygdalarum amararum, ʒ, iij. fiant trochisci aurei. 1. Respiciunt nanq̄ omne epar a proprietate. In omni præterea opilatione epatis aut meseraicarum confert postponere cibos viscosos, sicut sunt pultes ex simila vel riso & proprie conditi cum lacte, & extremitates animalium, & panis azym⁹, et frixaturæ & tortellæ & caseus: Similiter & omnia dulcia grossa: sicut sunt mel, fic9, ceruisia, vinum rubeum, similiter & oīa pontica & styptica sicut pira, citonia, mala maciana. Comedat igitur res in quibus est abstersio cū incisiōe sicut sunt iura carnium cocta cum petro. & aqua pisorum vel fabarum, & panis furfureus bene fermentatus, bene salitus, & bene coctus duorum vel ʒ. dierum ad minus. In omni vero tensione epatis conuenit dimittere cibos inflatiuos & ventosos: sicut sunt omnia legumina, & olera, & rapæ, & fructus, & proprie crudi, & vti exercitio & balneo ante cibum: & vnguentum bonum ad duriciem epatis difficilē postq̄ timeē hydropiß, sic fit. ℞. armoniaci, xyloaloes, baccarū lauri, bau rach. ana, ceræ & olei quod sufficit. Item ad omnem emfraxim epatis vel splenis cōfert vinum vetus clarum bibitū actu calidū in ieiunio, postq̄ in eo fuerit bullitum apium, sizeleos, & cortex median9 sambuci: similiter & emplastrum factū

ex eisdem, & sunt qui purgant materias cum eodem vino acuato cum reub. Et fomentum ad idem. ℞. sandal. rof. spodij, squinanti, eupatorij, absynthij, rutæ, rub. tinctorum omnium. ana. bulliantur in aqua rof. & aqua endi. & aqua absynthij. & modico aceti. vel si præsto non fuerint tales aquæ, bulliantur prædicta in aqua rof. & vino al. & aceto forti. Et infundantur in eo petiæ, & calidæ firmentur super epar sæpius in ieiunio: est nanq; bonum & expertum.

Canones. In cura oīs opilationis epatis aut membrorum aliorū cōueniūt sola calida acuta incisiua: quoniam sola huiusmodi materias grossas subtiliant, & vias elargant: Est tamen, cum per accidens oportet addere frigida: vtputa si sit a causa calida, vel si patiens sit cum feb. Est etiam, cum oportet addere styptica: vtputa si membrum sit debilis texturæ. Syrupus autem nobilis aggregans intentiones prædictas sic fit ℞. radicum quinq; cōmunium, tamarisci, scolopēdriæ, camedreos, camepiteos, capill. veneris, epaticæ, endiuiæ, absynthij, rubeæ tinctorum. anā. m. f. corticis medianæ sambuci, & salicis, & fraxini, florum sambuci (si sit tempus æstatis) anisi, fœniculi, carui, sizeleos, cuscutæ, ameos, squināti, ciperi, acori, capparis, berberis. anā. ʒ. 4. spodij ʒ. ij. rof. sand. se. communium frigidorum. anā. ʒ. 1. viol. ʒ. 6. zuccari lib. 2. aceti squillitici parum per: fiat syrupus, & aromatizetur cū cynamomi, gariofil. zz. piperis long. ana. ʒ. 2. Item in opilatione zimæ epatis, vel meseraicarum conuenit euacuare materias per secessum, & hoc fit cum farmacis prædictis: Sed in opilatiōe partis gibbosæ conuenit euacuare materiam per vrinam, & hoc fit cum vino albo subtili & aqua decoctionis radicum quinq; cōmunium, vel seminum communiū frigidorum vel calidorū, prout oportet. Istū tamen canonem duo impediūt. Primū est læsio intestinorum, vt in dysenteria, vel lienteria: quare tunc omnis materia euacuanda est per vrinam. Secundū est grossicies materiæ opilantis: quare tunc omnis materia euacuanda est cum farmacis per secessum. Medicinæ præterea deopilatiuæ epatis debent dari in substātia subtilissima: & ideo si sunt liquores, colentur: Si vero pul. cribellentur, vt alcohol: qa si cito transierint ad epar, operabuntur: sin autem, in via resoluetur earum virtus. Et ars quidem deopilatiua epatis est plurimi iuuamēti in causa ictericiæ, & causa hydropisis, si debite conueniens cōuenienti copuletur: neq; sit præceps in euacuādo medicus, ne forte materias agitet neq; in vrinam prouocādo, ne fortassis subtile educatur, & grossum lapidificetur.

Prognosticatio. In omī opilatiōe duriciе, & tensione epatis vel splenis fluxus vētris, vel eructuatio ventositatum plurimarū per anū, vel exhuberantia vrinæ supueniens tollit ægritudinem. Vnde Hippo. 4. part. aphoris. Quibus hypochondria suspēsa, &c. Itē in opilatione epatis vel splenis sine apostemate feb. superueniens soluit ægritudinem. Vnde Hippo. 6. par. apho. Quibus cumq; dolor fit circa hypochōdria, &c. Purgetur ergo feb. per artem cū vsu electua. calidorum apitiuorum, & proprie cum anacardino. Item opilatio epatis cum duricie plurima in ictericis, est mortale: quia significat apostema scleroticū in ipso. Vnde Hippo. 6. part. apho. ictericis si epar fiat durum, mortale: Item opilatio epatis cum fuerit antiquata, difficile, lapidificata ne quaq; resoluitur: vt dicit Auic. q̄re fit hydropisis, & proprie ascites pernecans. Item opilatio epatis vel splenis dum adhuc percipitur ex dolore pungitiuo, faciliter curatur: quoniam cognoscitur adhuc fore recens: Dū vero nō

ſcipitur omino, vel par, eſt mala, difficilis, antiquata, confirmata: quare nõ curatur. Item ſolicitandũ eſt ſtatim a principio in cura opilationis epatis: quoniam eſt mater oim ægritudinũ in mẽbris naturalib9: ſcilicet hydropiſis, icteritiæ, fluxus vẽtris, apatis & fe. putridę malignę.

De cachexia. Ca. III.

EST aũt cachexia habitudo corporis ſquallida cum fœtidate coloris in toto, & nihil eſt aliud q̃ hydropiſis inchoata: & fit ab omni mala cõplexione diuerſa epatis cũ materie vel ſine materia, vt plurimũ tamen cũ materia vias & epar occupãte. Signa cachexię in cõi ſunt, habitudo faciei, manuũ et pedũ tumida iflata, q̃ qñq; delitescit, & poſtea iter redit: & color mixtus ex albo et citrino, & minoratio vrinæ & ſudoris, & inflatio mirach & teſticulor, & pruritus cũ ardore ſicco aduſto in cute & iuncturis, & inſtantia vigiliarum cũ debilitatione virtutis aſſidua, q̃ quãdoq; facit aduenire ſyncopim: Et in quibuſdã eſt appetitus fortis: quando natura remanet in ſuo ordine ſecundũ euacuationes & reſolutiones: In quibuſdã eſt appetitus proſtratus cũ ſiti aſſidua: quãdo retinentur ſuperfluitates oẽs intra corpus. Et ſi accidit ei vulnus vel vlcus difficile cõſolidatur. Signa vero eius propria, ſi ſit a mala cõplexione epatis calida, ſunt cũ prædictis ſitis vehemens cũ proſtratione appetitus omnino, & caliditas mẽbrorum exterior ad tactum medici, & proprie in plantis manuũ & pedũ: ſiccitas ventris plurima, oris & linguæ abſq; grauitate, rubedo vrinæ cũ ſpiſſitudine & velocitate pulſus: & eſt vt plurimũ cũ feb. Quod ſi ſit cũ materia, fiet vrina ſubtilis radioſa propter opilationem: & forte dolor aliquis in hypochondrio dextro ſub coſtis. Signa eius propria ſi ſit a mala complexione epatis frigida cum prædictis, ſunt ſolutio ventris, mollicies corporis, & corruptio coloris cum tumore faciei, & proprie palpebrarum: & paruitas appetitus & digeſtiõis: & eſt vt plurimũ ſine feb. & vrina alba vel karop. vel lactea groſſa. Et ſi ſit cum materia: fit vrina ſubtilis aquoſa fulgida propter opilationem cum dolore grauatiuo.

Methodus. Cura cachexiæ eſt cura debilitatis epatis ſupradicta ſuo capit. ſiue ſit a cauſa calida ſiue frigida, ſiue cum materia vel ſine materia prout ibi dictum eſt ſufficienter, ſi propria proprijs applicentur.

Emperica. In cachexia ex quacũq; cauſa fiat, & in omni debilitate epatis, confert a proprietate ſumere omni die in aurora. ʒ. 2. epatis lupi indomiti, ſani, ætatis perfectæ: ſi epar exiccetur ad ſolem vel ignem, & teratur & cribelletur ſubtiliſſime: & detur cum. ʒ. 3. vini clari dulcis, ſi ſit ſine fe. vel cum aqua end. vel ſe. eius vel aqua frigida ſolum, ſi ſit cum fe. Poteſt autem hic pul. longo tempore conſeruari, ſi cum ipſo modicũ ſalis aut myrrhæ: aut pul. abſynthij. miſceatur. Sic nanq; lardum & ſanguinem & carnes obſeruamus per annũ & oẽm rem putreſcentem facile. Item conferunt paſſulæ pingues bene maſticatæ cum ſuis granis interiorib9: & poſſunt addi grana granatorum acetoſorum vel muſorum in cauſa calida: vel cynamomum & ſpica in cauſa frigida: ſed zuccarum in vtraq;: ipſa nanque a proprietate confortant complexionem naturalem epatis & eius ſubſtantiam impinguant: quapropter conuenit vt maſticentur omnia ſubtiliſſime: vt cito penetrent ad ipſum.

Canones. In cura cachexiæ oportet intendere ad duo: ſcilicet epatis alteratiõe, & deopilatiõe: Alteratio aũt trahiẽ ex ca. debilitatis epatis: ſed

deopilatio ex ca. opilationis & tẽsionis: deopilatio igitur causam nociuam euacuat: sed alteratio substantiam & complexionem epatis naturalẽ rectificat & confortat.

Prognosticatio. Cachexia de causa calida si sit cum duritie epatis, prædicat icteritiam & hydropisim tympaniten: Sed cachexia de causa frigida, est vt plurimum præsaga hydropisis hyposarchæ. Item solicitandum est in cura cachexiæ: quoniã si cõfirmetur, cum in hydropen transierit, difficile vel impossibile est ipsum curare, & proprie si sit de causa calida: quemadmodum dicetur de aschite & tympanite.

De hydropisi. Cap. IIII.

HYdropisis est morbus materialis causatus ex re frigida plurima ingrediẽte & inflante mẽbra manifeste omnia, aut loca partium, in quibus regimen ciborum et humorum fit: Et fit tribus de causis, scilicet primitiua, antecedente, & coniuncta. Causa quidẽ primitiua est potus aquæ frigidæ plurimæ ilico post exercitium, aut coitũ, aut balneum, aut æstũ sol', aut in ieiunio: propter quod infrigidãtur membra naturalia, nã cito rapitur ad ipsa: & proprie ad stomachum et epar. Causa vero antecedens est mala complexio & mala compositio siue opilatio eorundem: propter quod neq; humores debite generantur in eis: neq; superfluitates eorũ debite euacuantur. Causa autem coniuncta, est aqua & ventositas occupans membra omnia aut solum nutritiua. Habet autem tres species, scilicet tympaniten, aschitẽ, & hyposarchã: vt ait Galeñ. de accidenti et morb. Tympanites quidem accidit ex generatione aquæ paucæ & ventositatis plurimæ in ventre naturali collectæ inter mirach & siphac: & quandoq; inter siphac & intestina. Est autem siphac panniculus neruosus solidus continens inter se zirbum & stomachum & epar & splenem & intestina. Mirach vero dicitur pars ventris exterior composita ex cute pinguedine & octo musculis ventris, duobus quidẽ longitudinalibus, & duobus latitudinalibus, & quatuor trãsuersalibus procedẽs a furcula inferiori vsq; ad summum vẽtris: vt patet in anatomia. Et incipit hæc species a vitio stomachi, & terminatur ad vitium epatis. Aschites vero fit ex aggregatione aquæ plurimæ & ventositatis paucæ, & incipit a vitio epatis & terminatur ad vitium stomachi. Hyposarcha fit ex multiplicatione sang. frigidi subtilis aquosi per membra corporis totius mollificantis & inflantis corpus totum, & incipit a vitio membrorum exteriorum, & terminatur ad vitium epatis. Et hanc speciem quidam modernorum, & proprie medici de salerno per duas distinxere, vnam quidem in qua aqua dominatur super ventum, & ipsam nuncupãt leucoflantiã: aliam vero, in qua ventus super aquam dominatur: & hanc hyposarcham nominauerunt: quemadmodum aschites distinguitur a tympanite. Sed nos illud cõfutamus Gal. doctrinam imitantes, qui talẽ speciem nequaq̃ subdiuisit: cum sit nominalis hæc diuisio. & nõ realis, quæ curam faciat differẽte: Verum si tibi sapuerit 4. habere species, nihil aliud facias, q̃ curam hyposarchæ attẽdas circa duas species, quam dicemus: nũc quidẽ attẽdas ad ea q̃ euacuãt aquã, nunc ad ea q̃ ventũ carminãt: quemadmodum nec refert inter aschiten & tympaniten cura quã dicemus: veruntamẽ licet tympanites fiat proprie propter vitiũ digestionis primæ, q̃ est in stomacho: & hyposarcha vitio digestionis tertiæ, quæ est in venis, & in membris totius corporis: impossibile tamẽ est aliquam speciẽ hydropisis accidere: nisi prius inducto vitio super cõplexione & cõpositione epa-

tis, quod est sedes digestionis secundæ. Ex quo patet, quod impossibile est aliquam hydropisis speciē curare sine rectificatione epatis quoquomodo: immo & conueniens est rectificare splenem, & renes, et vesicā: quia non sufficit in eius cura euacuare causam, et alterare dispositionem: sed & vias expulsionis superfluitatum oīm debilitatas aperire & confortare: vt sanitas perfecte inducatur sine timore recidiuationis. Signa hydropisis inseparabilia, sunt tumor et inflatio pedum & ventris, similiter & dolor in latere dextro & sinistro, & minoratio sudoris et vrinæ, & fœditas coloris declinans ad citrinitatē vel plumbeitatem, & inflatio oculorum, & sitis assidua cum prostratione appetitus. Hæc igitur signa omnē speciem hydropisis assequūtur: vt ait Hip. 2. prognosti.

Methodus. Tympanites fit ex mala complexione frigida epatis & stomachi prohibēte cibum trāsmutari in chylum benignum aut sanguinē: quare conuertitur in rem ventosam, quę dum non expellitur per eructuationem vel trullas opilatione viarum prohibente vel virtute expulsiua et sequestratiua superfluitatum debili existēte, colligitur inter mirach & siphac ventus: & fit hoc vt in paucioribus. Fit etiam a mala cōplexione calida epatis cum materia aut sine materia debilitante eius virtutes naturales: quoniam fortitudo virtutum sequitur temperamētum complexionis naturalis: quapropter accidit vt febricātes cibum male digerant, licet forti participent caliditate. Quod si sit cum materia, vel est opilans tantum, & prohibens delegationē cho. rubeæ per vias debitas: aut est apostemās & indurās: & hoc est, vt in pluribus. Signa propria tympanites, sunt cum signis communibus prædictis egressio vmbilici plurima, & tensio mirach in modum tympani, & arefactio membrorum cum asperitate & siccitate: & cum percutitur vēter, facit sonum fortē, velut tympanum, aut vter inflatus non velut vter aqua plenus, & cum reprimitur, est durus vehemēter, & resistit, & patiens est appetens eructuationem & trullas, & alleuiatur per exitum earum, & non inflantur pedes adeo, sicut in alijs: & est eorum pulsus longus velox propter necessitatem adauctā sine grauitate plurima, quæ fit in alijs speciebus. Et si sit a causa frigida, apparebit cum prædictis vrina non multum tincta: sed habēs ampullas, magnas, grossas. Si vero sit a causa calida, apparebit cū prædictis vrina multū tincta subtilis, & pulsus frequens cum fe. continua conclusa. Cura tympanitis, quando est cū caliditate epatis vel apostemate & fe. est composita ex cura apostematis, quæ dicetur suo ca. & cura hydropisis, quæ est vt purgetur sępe ante cibum cum clysteri quod sic fit. ℞. anisi, fenicul. carui, cymini, florum chamomillæ, meliloti, semi. endiuiæ, cicoreæ, lactucæ, seminis portulacæ, ciperi, tribulorum, ana. m. 1. pistentur, & bulliātur in aqua, & lib. 1. illius aquæ colatæ addantur vnciæ tres zuccari vel mellis, & ℥. tres, olei de chamomilla, vel de lilio, vel de ruta, vel de anetho: & ʒ. iij. salis communis, et omnia ista reducantur ad ignem, & bulliantur aliquantulum, & colentur, & tepid. iniiciatur. Hoc enim de proprietate alterat caliditatē, & resoluit ventositatē cum humiditate, & vrinam prouocat sine calefactiōe. Purgetur semel in hebdomada cū pillulis de reubar. quæ sic fiunt. ℞. reubarba. ʒ. 2. carui, ameos, amomi. aā. ʒ. 1. colloquintidę, turbith scamoneæ. aā. ʒ. ß. conficiātur cum succo eupatorij: detur ex eis sero cum itur dormitum sine cœna a. ʒ. 1. vsque ad ʒ. 2. quia de proprietate confortant epar & stomachum & carmināt ventositatem, & expellunt humiditatem. Super epar ponatur emplastrū frigidum stypticum factum ex sandalis,

rof. farina ordei, ciperi tritis, & cribellatis, & incorporatis cum succo plantaginis & aqua rof. & modico aceti. Super stomachum & intestina ponatur emplastrum factum ex milio, furfure, sale torrefact. in sacculo, & actu calidum frequẽter applicetur. Fiant masticationes sæpe ante cibum prouocantes eructuationes ex thure & cymino & mastice & carui & similibus. Inungat̃ totus venter quandoq; ad solem calidum vel ad ignem cũ aceto squillitico, præmissa fricatione leni cum panno calido aperiente poros. Supponãtur quandoq; suppositoria, quæ extrahãt vẽtositates per inferius: sicut sunt ista. ℞. foliorum rutæ, cymini, baurach, salis gemmæ. añ. partes æquales: terantur & conficiantur cum melle. Nutriantur cibis digestibilibus: vt sunt caro pullorum & hœdorum vel castratorum vel auium mõtanarum, & proprie assa vel elixa cum feñ. petro. condita cum sapore facto ex agresta, vel vino granatorum vel berberis, vel aceto vel succo acetosæ & puluere cynamomi, cardamomi & croci. Et non comedat inflatiua omnino: sicut sunt legumina, fructus arborum. olera, rapæ, & similia: nisi forte olus factum ex herba feñ. & petro. Comedat etiam iura carnium condita cum vitellis ouorum, & oua sorbilia. Vtatur cibis siccis vel assis vt plurimum, præterquã in die purgationis: Tunc vtatur humidis & calidis, vt venter celerius soluatur. Bibat vinum album, aromaticum, lymphatum cum aqua decoctionis seminis. feñ. vel ameos, vel amomi. Parum comedat & bibat: vitet somnum superfluum proposse, & proprie diurnũ. Sumat post purgationes aliqua electuaria aperitiua alteratiua & cõfortatiua: sicut est hæc mixtura. ℞. dialaccæ, diacymini, dianisi, diacardamomi, diagallang. añ. partẽ 1. diarodon abbatis. rosatæ nouellæ, triasandali. añ. partem ß. vel sic. ℞. diacucurmæ, trifferæ, sarracenicę. añ. partem vnam, triasandali, zuccari, rof. añ. part. ß. Cura tympañ. quando est sine caliditate epatis vel fe. est, vt soluatur frequẽter in ieiunio cũ clysteri, quod sic fit. ℞. ameos, amomi, cymini, sizeleos, se. feñ. end. añ. ℥. ß. chamomillæ, meliloti, eupatorij, cicoreæ, centaureæ, rutæ, maluarum, lactucarum. añ. m. 1. polypod. ℥. 1. colloquintidæ, agar̃. añ. ʒ. ß. pistentur, & bulliantur in aqua perfecte, & colentur, & ex lib. 1. illius colaturæ & ℥ iij. mellis. & ℥. 2. olei de anetho, vel de ruta, vel de chamomilla, vel de lilio: & ℥. ß. salis cõmunis: fiat clystere, quia de proprietate humiditates euacuat, & ventositates potẽter resoluit. Purget̃ semel in hebdomada cũ pillulis, quæ sic fiunt. ℞. hermodactilorum, turbith, cymini. añ. ʒ. ß. agarici, colloquintidæ, scamoneæ. añ. ʒ. ß. misceantur cum succo eupatorij, vel cicoreæ. Detur ex eis, quando itur dormitum sine cœna a. ʒ. 1. vsque ad. ʒ. 2. Et scias, ꝙ frequens vsus chamedreos, & origani, & sizeleos sanat omnẽ tympaniten a proprietate. Super epar ponatur emplastrũ confortatiuum & aperitiuum, quod sic fit. ℞. sandal. al. citrini et rub. rof. ru. añ. ʒ. seminis masticis, myrrhæ, nucis cipressi. añ. ʒ. iij. olei masticis vel nard. ℥. 2. aquæ, rof. aceti ana. ℥. semis succi absynth. succi plantaginis, succi eupatorij. añ. ℥. quatuor: terenda terantur, & incorporentur omnia cum oleis & succis, & addatur farinę lupinorũ (quod cantabrum dicitur) quod sufficit ad inspissandum. Super stomachum et intestina ponatur emplastrũ supradictũ, alias quod fit ex seminibus ameos, carui, feñ. dauci, amomi, mixtis cum milio, & in sacculo calefactum super lapide ignito. Vtatur post purgationes aliquas diacimino, diacurma, dianiso, diagallanga, diacardamomo, & electuarijs calidis carminantibus ventositates grossas cum virtute. In vnguen-

tis, suppositorijs, masticationibus & diæta, fiat vt superius, præter q vinum eius sit clarum, vetus, purum, potens sine omni permixtione aquæ: & species condientes eius cibos sint magis acutæ: adde igitur prædictis cyminum, carui, seminis feniculi, anisi, piperis longi, piperis nigri & zinz. Et in fine balneetur in aqua tinnarum calida freque͂ter ante cibum: & sic regatur a principio curæ vsque ad perfectam sanitatem gradatim. Et si per hæc nondum fuerit bene curatus, redeundum est ad principium, & per ordinem denuo procedendum, iuxta illud Hippocratis secunda partic . aphorismorum: Omnia secundum rationem facienti & non secundum rationem euenienti, non oportet transire ad aliud, manente eo quod visum est a pri͂cipio. Et iuxta illud Auic. 1. ca͂n. fe͂n. 4. ca. noli recedere a bono, licet in eo tardauerit iuuamentu͂, &c.

Methodus. Aschites quidem causatur & accidit a mala complexione epatis frigida, & hoc vt in paucioribus, debilitante virtutem digestiuam & segregatiuam: quare non generatur sang. laudabilis, sed crudus aquosus, qui non est aptus nutrire membra, nec expellitur superfluum per vrinam et secessum opilatione viarum prohibente, vel virtute expulsiua & sequestratiua superflui a non superfluo debili existente, colligitur inter siphac & intestina & forte redundat inter siphac & mirach inflans ea vehementer: aut fit a mala complexione epatis calida vehementer, & hoc vt in pluribus, resoluente & debilitante calid. epatis naturale, quod est proprium organum digestionis in eo: quia digestio non est alteratio absolute. Sic enim maior & fortior fieret a calido maiori .s. igneo febrili: sed est alteratio determinata modo gradu, atq; ordine naturali. Et siue fiat a mala complectione calida siue frigida, aut est sine materia, & hoc raro: aut cum materia, & hoc est vt plurimum. Et si sit cum materia, aut est opilans tantum, & duriciem inducens, aut est cum hoc apostemās, & siue sit opilās siue apostemās, & prohibens sequestrationem superfluitatum ab humorib9 benignis, & earum euacuationem ad extra corpus: Et fit vt plurimum ab opilatio͂e epatis chronica & indurata, quæ sclerosis appellatur: sicut & icteritia citrina: quapropter sclerotici sunt (vt plurimum) icterici propter opilationem pori fellei & totius spongiositatis epatis & venaru͂. Signa propria aschitis, sunt cum signis co͂munibus supradictis, inflatio & grauitas ve͂tris plurima, quę dum percutitur, facit sonu͂ raucu͂: sicut aqua co͂quassata, vel sicut vter semiplenus aqua: & quando voluitur æger de latere super latus, sentit sonum & motum aquæ fluctuantis. Et fiunt in quibusdam in testiculis & virga & cruribus infl atio͂es fortes & immensæ: sed superiora remanent gracilia extenuata, et est in cute me͂brorum tumidorum tensio sicut corij imbibiti per noctem in aqua, q̄ dum p̄muntur: reddunt foueam, q̄ no͂ ilico repletur, sicut in tympanite, sed gradatim: & adest vehementia sitis assidua, quasi post sumptione͂ aq̄ salsæ, cu͂ prostratio͂e appetit9: & pulsus eorum est paruus frequens, declinans qua͂doq; ad mollicie͂ ex lenitate humiditatis multiplicatæ. Et si sit a causa frigida, fit lenitas ve͂tris, & apparebit vrina no͂ valde tincta subtilis tn͂ propter opilatione͂. E si sit a causa calida vel cu͂ apostemate fit ve͂tris stypticitas plurima, & apparebit vrina valde tincta subtilis cu͂ fe. co͂fusa: veru͂tamen vt plurimum in om͂i aschite fit vrina tincta: q͂a natura no͂ facit aliqua͂ sequestrationem in superfluitatib9 cholericis & melancholicis: q͂re remanent superfluitates cu͂ vrina & tingu͂t ipsam veheme͂ter: & ideo antecedit (vt plurimu͂) oe͂m aschite͂ icteritia citrina vel nigra. Cura autem aschitis, qua͂do est a caliditate epatis aut a͂pate & feb. q͂tuor co͂plet intentionibus,

Quarum prima est cura apostematis, prout dicetur infra suo cap. Secunda vero alteratio malæ complexionis epatis, & eius cōfortatio cum frigidis stypticis. Tertia est deopilatio viarꝫ epatis cū diureticis aperitiuis. Quarta est euacuatio aquæ citrinæ, siue causæ coniunctæ aschitis per secessum & vrinam cum medicinis laxatiuis & vrinatiuis, de quibus sigillatim per ordinem dicamus. Purgetur igitur omni septimana semel vel bis secūdum tenorem virtutis cum medicina euacuante solum per secessum, vel euacuante per secessum simul vrinā vel modo cum vna modo cum alia, ne natura fiat consuetudinalia, & vt viæ epatis omnes copiosius & sufficientius expurgentur. Pillulæ de reubar. alleuiātes optime in hoc casu, quæ soluunt ventrem cū prouocatione vrinæ, sic fiūt. ℞.reubar. electi.ʒ.2. turbith, agarici, colloquintid. zz.aā.ʒ.1. se. end. lactucæ, cicoreæ, se. apij.aā.ʒ.ß.formentur pillulæ cum succo lactucæ, end. vel cicoreæ. Et si vis magis acuere: adde scamoneæ.ʒ.ß.ro.ru.℈.vnū. Dosis earum est in sero cum itur dormitū a.ʒ.1.vsqꝫ ad ʒ.2. Item pillulæ de mezereon Ioannis Mes. ℞.foliorum mezereon præparatorꝫ, vel seminis eius præparati.ʒ.5.myroball.citrinorum.ʒ.4.kebullorum.ʒ.iij. confice cū tamarind. vel manna dissolutis in aqua end. Si pillulas recipere non possit, licet melius operentur: recipiat decoctiōis seminis end. lactucæ, scariolæ, prunorum, semi. apij.℥.4: & cum feruet, fundatur super ʒ.2. reubarb. & ʒ.ß.turbith, & dimittantur sic vsqꝫ ad horas septem, tunc coletur, & detur ante diem cū ℥.2. syrupi acetosi. Et si corpus fuerit robustum: detur totum simul cum colatura, vł purgetur cum electuario de mezereon: quod ponit Mesue in suo de consolatione medicinarum solutiuarum capitulo de mezereon, et est optimū prædictorum. Educit enim vehemēter aquā hydropicorum per secessum. ℞.foliorꝫ, vel se. mezereon præparatorꝫ per x. carnis citoniorum elixorꝫ in aceto, vini & zuc. ał. aā. par. 70. tereniabin. per. 40. olei mezereon per 12. aquæ casei, in qua infusus sit agaricus per noctem. p. 30. dissoluantur zuc. & manna in aqua prædicti casei, & misceantur cum carne citoniorum, & coquātur cum facilitate ad ignē lentum vsqꝫ ad mellis spissitudinem, & inuoluatur mezereon cum oleo iam dicto, & misceatur cum eis: Cuius dosis sit a.ʒ.2. vsqꝫ ad iij. dando in media nocte. Et scias, ꝙ mezereon modicum sustinet de decoctione & cōtritione, immo per ea perdit virtutē: præparatur autem sic mezereon. Recipiantur folia eius, vel semina, terantur, & infundantur in aceto per diem, & exiccentur in vmbra. Medicamen euacuans per vrinā est syrupus diureticus, qui sic fit. ℞.radicum quinqꝫ cōmuniū.aā.M.1.linguæ ceruinæ, aut scolopend. capilli veneris, epaticæ, end. acetose.aā. M.1. sandał. ros. cuscute, berberis, capparis.aā.ʒ.iij.semi. communium frigidorum.ʒ.2.viol.℥.ß.vini citoniorum lib.ß. syrupizetur cum lib.1. zuccari: & quādo volumus ipsum fortificare in prouocando vrinā, addimus puluerem cantaridarum ablatis capitibus & alis, quæ sunt partes venenosæ: quia tunc fortius tendet ad renes & vesicam, propter proprietatem, quam habent cantarid. ad vesicam. Et quando volumus, vt idem syrupus purget simul per secessum & vrinam, addimus.ʒ.1.reubarbari.ʒ.2.mezereon: vt supra dictum est: Et tunc dicitur syrupus diureticus reubarberatus: Et si præsto non sit aliud, detur syrupus acetosus compositus cum aqua decoctionis cicoreæ, acetosę, berberis, ciperi, capparis, end. & sit aqua dupla ad syrupum. Sunt præterea quædam medicinæ debiles purgantes per secessum, quæ conueniunt virtuti debili, vel corpori delicato: sicut est

serum siue aqua casei: in qua sit pulueris reubarba. ʒ. i. dãdo in aurora, vel in quo sint infusæ. ʒ. 2. reubarbari per noctem: vel. ʒ. 5. myrobalanorum citrinorum: Et si timeres supercalefactiõem epatis propter farmacum, adde in aqua casei aliquid aquæ ros. Confert præterea clystere, quod sic fit. ℞. senæ, lib. i. & s. mezereon præpara (vt dictum est). ʒ. i. myrobalanorum citrinorum. ʒ. i. bulliantur quousq; redeant ad lib. i. injiciatur tepidum in ieiunio: & quandoq; loco mezereon ponitur euforbij. Conferunt etiam suppositoria de melle, vel de sale gẽmę, vel de lardo salito, vel de penidijs, quãdo timemus mordicationem ani. Hæc ergo sufficiant de medicinis euacuantibus per secessum vel vrinam. Post purgationes autem, & postq̃ coniuncta causa incipit manifeste diminui, fiãt emplastra super epar & stomachum: nam ante hoc tempus non faciunt iuuamentum, sed nocumentum. Epithema siue emplastra confortans & alterans, fit ex sanda. alb. rub. & citrinis, ro. rub. end. berberis, solatro, plantagine bullitis in aceto vini vel citoniorum & aqua ros. vel in succo solatri, eupatorij, absynthij & modico aceti, faciendo ex eis epithema super epar in quo petiæ infusæ actu frigidæ supponantur frequenter ante cibum, vel faciẽdo ex eis emplastrum pistando & incorporando omnia simul cum succis prædictis, postq̃ bene cocta sunt inspissando cum farina ordei sufficienti. Emplastrũ aliud, quod ponitur super ventrem & stomachum, resoluit aquam hydropicorũ insensibiliter. ℞. stercoris columbini, caprini, bouini. añ. lib. 2, bulliantur in vino albo veteri potentissimo & modico aceti. Deinde expressa in sacculo ponantur actu calida super ventrem frequẽter in ieiunio. vel sic. ℞. stercora prædicta, & parum ezulæ & calamenti, & cõgregentur cum vrina caprarum recenti, & ponantur super ventrem. Præterea sunt medici, q stercora prædicta cũ sunt calida recentia, firmãt super ventrem cum fascijs latis frequenter ante cibum: similiter & corpus totum sepeliunt præter caput in stercoribus eisdem aut in arena calefacta. Et iterum aliud sic. ℞. boli armenici. farinæ ordei, milij, furfuris, baurach, vel loco eius salis communis, cinerum quercus, fimi caprini, & vaccini. añ. & incorporentur omnia cum aceto & cũ aqua: quia resoluit, infrigid. & cõfortat. Vnguatur etiam totus venter cum vnguento agrippa per se vel mixto cũ marciaton, fricando cum ipso ventrem totũ ad ignem vel solem calidum frequẽter. Et fomentetur venter totus sæpius cum lapidibus ignitis aspersis aceto vini acutissimo: quia illud est plurimum resolutiuum partium subtilium calidarum, recipiendo hunc fumum postq̃ totum corpus fuerit bene coopertum, vt fumus totus ascendat cum caliditate. Et balneetur quandoq; in stupha calida sicca sine aspersione aquę omnino: aut sudet in stupha calida, in qua posita sint saluia, ruta, sauina, pullegium, iuniperus, ebulus, sambucus, & omnia acuta, postq̃ fuerint bullita diligenter, & posita in stupha obturata, vsu tamen moderato, ne species resoluantur, & feb. augmentetur. Item fiat talis euaporatio: fiat asser perforat9 in figura sellæ capiens totum ventrẽ, & iaceat æger super ipso ventre demisso p foramen, & recipiat vaporem calidum aquæ decoctionis radicum ebulli, sambuci, ezulę, euforbij, end. vrticę, calamẽti mezereon id est laureolæ: & tegatur corpus vndiq;, & vapor directe vẽtrem tangat. Vel possunt istæ res assari in cacabo sine aqua omnino & recipiat patiens suffumigium eodem modo, & melius erit quia magis exiccabit, Vtatur etiam post purgationes aliquas, electuarijs calidis apertiuis epatis & con

fortatiuis simul: sicut est hæc mixtura: ℞.diagallãgæ,diacimini,diarrodõ abbatis,tria sandal. ana. dentur cum vino citoniorum, vel aqua decoctionis berberis,dissoluẽdo ea in illo liquore ad modũ lohoch, vel syrupi, vt cito penetret ad epar. Vel sicut est hæc mixtura. ℞.diacurcumæ maioris vel minoris zuccari rof. veteris,añ. detur cum vino albo claro lymphato cum aqua decoctionis cicoreæ,acetosæ,endiuiæ,lactucę,berberis,cyperi, capparis vsq; ad medietatem: vel sicut est hæc mixtura. ℞. diagallangæ, tria sandal. & trochis. de berberis sic fiũt. ℞.berberis aut succi eius.ʒ.10. se. endiuiæ, cucurbitæ, se.portulacæ.añ.ʒ.iij.ro. ʒ.2.reubar.ʒ.1.spicæ.ʒ.ß.informentur croci. quorum quilibet sit aur. 1. Et potest addi spodij,camphoræ, amyli. dragagãti,xiloaloes.añ.ʒ.ß.conficiantur cum tamarindis dissolutis in aqua endiuię:quia calorem & sitim reprimunt, & aquam citrinam educunt per vrinã, & epar confortant atq; exopilãt. Diacurcumæ maior sic fit. ℞.curcumæ,croci.añ.ʒ.4.spicæ,maioranæ, valerianæ,reubarb. añ.ʒ. 6.anis.dauci,asar, se.apij, petrosil. añ.ʒ. 4.cassiæ lig. costi,squinanti, cynamomi, rubeæ tinctorũ,myrrhę,succi,absynthij, calami aromatici,eupatorij, polij,scolopendreæ.añ.ʒ.2.dragagãti ʒ.1. olei bals. ʒ.1.si haberi potest. Terantur omnia,& inuoluantur in balsamo,& conficiantur cũ melle despumato, & fiat electuariũ. Aperit enim opilationes antiquas & difficiles epatis & splenis,ictericiam vtrãq; sanat,vrinam prouocat:Et si vis, vt appropríetur vitio splenis,addatur in qualibet lib. eius ʒ.2. limaturæ acuũ lotæ cum aceto,vł scoria ferri, & sic est de gñe electu.ferratorũ.Diacurcumæ minor sic fit. ℞.curcumæ ʒ.1.& ß.spicæ,myrrhæ,costi,squinãti,cassiæligni,cynamomi,croci.añ.ʒ.1.balsami,grana 2.si haberi potest,vel loco eius carpobalsi, calami aromatici.añ.ʒ.1. mellis despumati quantũ suffic.ad cons.electuariũ. Valet ad eadẽ sicut maior, sed est minoris cõparationis & maioris delectationis in sumendo. Itẽ inungat epar qñdoq; vnguẽto q̃d sic fit. ℞ populeon, & misce cum succo endi, absinthij,& aceto squillitico añ.ʒ. iij. & vino citoniorũ,vel berberis, vel granatorũ acetosorũ:quia infrigidant & confortãt.Item abluat crura mane & sero cum vino albo veteri, in quo bullierint flores chamomillæ,saluia, mentastrũ,folia lauri,ruta et similia. Præterea sit totũ studiũ medici assidue circa rectificationẽ epatis & splenis, ne forte regenerẽt causam antecedẽtem: quia nihil prodesset abijcere causam coniunctã. Hoc aũt fit ex medicinis exopilantibus epar & splenẽ, & alterantibus eorũ malã cõplexionẽ: sicut electuaria prædicta, & sicut est syrupus diureticus positus ca.de opilatione,& duritie epatis.c.de cañ.quia potenter deopilat, alterat & confortat epar atq; splenẽ calidum induratum, si detur ex eo omni mane post euacuationes vniuersales aliquas supradictas cum aqua decoctionis endiuiæ,lactuc. Si aũt hæc ægritudo esset cum fluxu vẽtris,& solutione superflua: non detur aliqua medicina soluẽs per secessum, sed solum restringatur cum medicina, quæ sic fit. ℞.spodij,cerusæ, gallæ, balaustiarum, sumach, se.tamarisci, & acetosæ.añ.ʒ.1.ciperi,squinãti,spicæ, reubarb.laccæ,corticis capparis. añ.ʒ.ß. se.endiuiæ.ʒ.semis,agni casti,se. portulacæ,añ.ʒ.1.opij.℈.ß.camphoræ sextã partem.ʒ.1.fiãt trochis. cum succo berberis, vel citoniorum, vel sumach: aut fiant trochisci de karabe cum aqua pluuiali, vel aqua extinctionis calybis, vel lapidis igniti, vel cum aqua decoctionis endiuiæ,plantaginis, myrtillorum,quos dicemus capitulo de fluxu ventris: aut zuccarũ ros. vetus: aut diacitoniten sine speciebus. Dicamus modo de ordinatione

dilatæ secundum sex res nõ naturales. Nutriatur carnibus hœdorum, pullorum, agnorum annalium, castratorum, perdicum, phasianorum, & omnium auium syluestrium nõ aquaticarum, potius assis q̃ elixis: Et si elixẽtur, addatur petro. feniculũ, & caules: sed in die purgatiõis, q̃ est ante ipsam dentur potius elixæ q̃ assæ. Vtatur quandoq; oleo facto ex borragine, spinargijs, petro. fœn. apio, endiuia, lactu. & bletis. Vtatur quandoq; aqua decoctionis caulium & lentiũ, in qua ponatᷓ pul. ameos, amomi, cynamomi, carda. croci, se. fœn. & petro. quia laxat vẽtrem & opilationem aperit: licet substantia eorum stypticat & opilat. Vtatur brodio cicerum & pisorum cõdito cum lacte amygdalarum. Vtatur pulte ex farina auenæ vel farris & iure carnium laudabilium, vel aqua cicerum & pisorum. Vitet omnes cibos dulces vnctuosos vel viscosos & carnes salitas. Vitet brodia & cibos liquidos pro posse, nisi ante diẽ purgationis. Vtatur quandoq; lacte recenti caprino, vel asinino, vel vaccino in ieiunio, vel cum melle, vel cum zuccaro & mica panis, si sit sine feb. panis eius sit de simila speltæ, vel ordei, si tu intendis ad nutrimentum: vel furfuraceus, bene salitus, bene fermentatus, bene coctus, conditus cum se. fœn. amomi, cardamomi vnius vel duorũ dierum, si intẽdis ad deopilationẽ. Vtatur ex fructibus, passulis sine suis interioribus. Vtatur cũ suis carnibus tali sapore. ℞. cynamomi, gari. añ. partes æquales: terantur subtilissime, & aspergãtur cum succis acetosæ, berberis, vino granatorũ, agresta et similibus, et potest addi aliqd aquæ ros. Bibat vinum albũ clarũ aromaticum bene adaquatum cum aqua in qua extinctus sit calybs, vel lapis ignitus, vel cum aqua, in qua bullierint semina diuretica calida & frigida, vel cũ aqua decoctiõis end. acetosæ, berberis, cicoreæ, ciperi, cappatis: sed tamẽ hora comestionis parũ vel nihil bibat, si est possibile, vt chylus fiat siccior, sed post comestionẽ p duas vel iij. horas esset magis vtile, q̃ hora comestionis, imo sitim toleret. Nec bibat aliq̃ hora ad satietatẽ pro posse, nec cibo repleatur, nec materiẽ eius multiplicet vna vice, vt calor naturalis humiditates exiccet sine regeneratione aliarũ. Et cum sitis ipsum infestat, abluat os suũ cũ aceto mediæ fortitudinis, & modico albi vini odoriferi, & cum ipso gargarizet, quãtum sit necesse: qa potẽter sitim reprimit. Vtatᷓ exercitio in ieiunio quantũ potest, & fricatione proprie super ventrẽ: nullo modo in die dormiat, nisi propter necessitatẽ scilicet si virtus sit debilis. Aer habitatiõis suæ vergat ad calidũ, siccũ per se vel per artẽ cũ igne, nõ tamẽ sit calid. superflue, ne causam calidã augmentet, & calid. naturale resoluat, & virtutẽ deijciat. Ordinetur igitᷓ vt aer inspirationis sit minus calidus, sed aer corpus ambiẽs magis calidus: inducatᷓ gaudiũ & lætitia pro posse, p sonos musicos et fabulas & spectacula gaudiosa. Cura aschitis, qñ est sine caliditate & sine apostemate & fe. est vt purgetᷓ cũ eisdẽ medicinis, sicut & qñ est cũ caliditate: propter q̃d sint magis acutæ, siue ducãt p secessũ siue p vrinã, siue p vtrũq;. Pillulæ bonæ soluẽtes p secessum sic fiũt. ℞. foliorum vel se. mezezeon. ʒ. 2. euforb. ʒ. vnã. reubarb. electi. ʒ. 2. turbith, agarici, colloquintid. añ. ʒ. ß. masticis, ro. añ. ℈. 1. Conficiantᷓ cũ succo absynthij vel eupatorij. Et si volueris, vt cũ solutione prouocẽt vrinã, adde se. endi. cicoreæ, lactucæ, apij, fœn. petro. añ. ʒ. ß. Dosis earũ est a. ʒ. 1. vsq; ad duas sero cũ itᷓ dormitũ sine cœna: vt cũ pillulis de reubarb. vel de mezezeon, q̃s ponit Mes. in suo antido. & proprie si sit opilatio epatis & splenis magna. ℞. reubar. boni. ʒ. 7. armoniaci, serapini, bdellij. añ. ʒ. 10. lacce. ʒ. 8. oppoponaci. ʒ. 4. mezezeon, gummi arab. añ. ʒ. quatuor, turbith

electi.ʒ.10.spicæ,polij,aloes.an.ʒ.5.mastICIS.ʒ.2.myrobalanorum citrinorum.ʒ 10.dissolue gummas in vino,& fac pillulas. Dos.quarum sint.ʒ 2.cum aqua casei: sunt enim vltimæ fortitudinis in hydropisi quacunque. Si autem pill.recipere noluerit,licet fortius operentur, purgetur cum apozimate reubar. supradicto. Soluatur etiam quãdoque cum medicina solum prouocante vrinam,sicut est syrupus diureticus supradictus:& ita fiat vicissim modo cum vna,modo cum alia, ne natura fiat consuetudinaria. Neque quiescat aliqua hebdomada, quin bis vel ter purgetur secũdum virtutem post purgatiões vniuersales & nõ prius. Vtatur ante prandium & ante cœnam electuarijs calidis apertiuis,confortatiuis prædictis in causa calida sine permixtione frigidorum omnino: sicut est diacucurma,diaciminũ,theriaca vetus,dialthea, diacostum,dando ex aliquo eorum vel aliquibus simul mixtis ad modum castaneæ cum.ʒ.2.vini albi clari & veteris & potẽtis.Et illa hora ponãtur epithemata & emplastra prædicta super epar & ventrem,& non prius.Et balneetur in aquis tinnarũ & balneis aluminos.& sulphuris,& aquis calidis stypticis cum aromaticitate: quoniam talia confortant epar & stomachũ excellenter.In diæta & alijs omnibus fiat,sicut in causa calida, pter quod vinum eius sit vetus clarum purũ sine aqua. Si autem sit hæc ægritudo cũ fluxu vẽtris,vel solutione nimia,nõ vtatur aliqua medicina solutiua, sed regatur cum sola medicina styptica cõfortatiua epatis & intestinorum dicta superius in causa calida:& sic regatur per methodum prædictum a principio vsque ad finẽ. Et reiteretur tota cura sæpius, donec perfecte curetur: quia hæc ægritudo pdurãs est ex natura,quare in sex mens. difficile curatur.

Methodus. Hyposarcha fit ex mala complexione frigida venarum & mẽbrorum corporis: quapropter corrumpitur digestio tertia,& diminuitur:nec rectificantur humores, & humiditates nutrire debentes ea, neque apponuntur,neque assimilãtur, cruditate & aquositate ipsorum prohibente, sed stãt in concauitatibus & spõgiositatibus mẽbrorum inflantes & replentes ea, & demum infrigidant complexionem epatis naturalem. Et fit hæc mala complexio frigida(vt plurimum)propter alteram septem causarum: quarum prima est frigiditas epatis naturalis: Secunda est resolutio calidi naturalis,sicut fit post febres chronicas & proprie quartanas: Tertia vero propter opilatiõem splenis vel epatis conculcantem & mordicantem calidum naturale in eis,& prohibentem sequestrationem superfluitatũ secundæ & tertiæ digestionis: Quarta est potus aq̃ frigidæ in ieiunio, vel post coitum, vel balneum,vel exercitium,vel ablutio in aqua frigida post euacuationem fortem: Quinta est fluxus ventris plurimus, vel menstruorum, vel hæmorroidarum euacuans calorem naturalem: Sexta est retẽtio mẽstruorum plurima, vel hæmorroidarum:quare regurgitãt ad epar & venas,& ipsas infrigidant & opilant: Septima est ex frigiditate membrorum circũiacentium epati:sicut est stomachus,intestinum ieiunum, diafragma, & renes. Signa propria hyposarchæ sunt cum signis communibus supradictis,vniuersalis inflatio omnium membrorum totius corporis,& facies turgida, velut pugnus inflata,& est totum corpus sine arefactione,& non inflatur venter neque vmbilicus adeo, sicut in aschite & tympanite. Et quando digiti premũtur,vel brachia: reddunt figuram concauam,quæ non redit ilico:& est cum ea(vt plurimum)fluxus ventris chilosus vergens ad albedi

næ: pulſus vndoſus lat⁹ lenis, vrina eius (vt plurimū) karopos vł alb. lactea, groſſa. Cura hypoſarchæ in cōmuni eſt calefactio & cōfortatio epatis et oīm mēbrorum cum balneis, electuarijs, emplaſtris, vnguētis, ſyrupis dictis cap. de debilitate epatis. Et purgeť de tertio in tertiū cum medicinis dictis in aſchite, vel cum pillulis fœtidis vel cochijs, vel cum medicamine de turbith. poſito ca. de ſoda. Poſt purgationes aliquas ponātur emplaſtra ſuper epar prædicta in cura aſchitis: & tunc vtatur electuarijs aperitiuis dictis ibidem, & proprie diacoſto: & ſepeliatur in arena calida, vel fimo vaccino vel columbino, & liniatur totum corpus cum luto calido vel ſtercoribus calidis ſupradictis: Et ſtet in ſole calido vel ſtupha calida poſt euacuationes frequēter: Et ſi ſit a frigiditate epatis naturali, reducať ad temperamentum cum electuarijs calidis & potu vini veteris amari. Similiter & cum omnibus dictis capitulo de debilitate epatis. parag. de cauſa frigida humida. Et ſi ſit propter reſolutionem calidi naturalis, confortetur epar cum emplaſtris calidis ſtypticis dictis ibidem. Et ſi ſit propter opilationem & duriciem epatis, aperiatur epar: ſicut diximus capit. de opilatione epatis, et de opilatione ſplenis: ſicut dicemus capitulo ſuo etiam aliqua in illo capitulo. parag. de cura aſchitis a cauſa calida. Et ſi ſit propter potū aquæ frigidæ, vel lotionē in ea, tunc accidit dolor ſub coſtis poſt illa: quare vtatur cibis calidis actu & virtute, & electuarijs calidis, & vino veteri claro puro, & emplaſtris calidis dictis in aſchite: Et ſi ſit propter fluxum vētris chronicum, vel menſtruorum, vel hæmorroidaꝝ: tunc curentur iſta ſicut dicetur ſuis capitulis, & confortetur epar cum vnguentis, & emplaſtris, calidis, ſtypticis, aromaticis dictis ca. de debilitate epatis. parag. de debilitate epatis propter laxitatē ſuæ ſubſtantiæ, & ca. de fluxu ventris parag. de fluxu epatico. Inducať quies & ſomnus propoſſe, & nutriatur cibo laudabili, & vino rubeo dulci, vt redeat ſanguinis multitudo. Et balneeť corpus in balneo ſtyptico calido, ſicut eſt aqua tinnarum, & aqua decoctionis abſynthij & ro. & plantaginis, balauſtiæ, gallaꝝ, cypreſſi, cupullaꝝ glādium, calamēti, mētę, menaſtri, iunipi, maſticis, aluminis, ſulphuris, & ſimilium. Et ſi ſit propter retentionem mēſtruorum vel hæmorroidarum: prouocentur ſicut dicemus ſuis capitulis: & prouocetur vrina cum fortitudine cū ſyrupo diuretico dicto in cura aſchitis de cauſa calida. Et ſi virtus & ætas conſenſerint, & habitudo corporis ſit carnoſa: fiat flebotomia de ſaphena pedum, quæ eſt intus in talo. Iuxta illud Hippo. 6. parti. apho. Hæmorroidas antiquas ſanāti, ſi nō vna relicta fuerit, periculum eſt hydropiſim fieri. In nullo autem alio caſu competit flebotomia hydropicis: quia addit infrigidationem epatis & debilitatem. Diætetur omnis hypoſarticus, ſicut dictum eſt in cura aſchitis de cauſa frigida, & ſitim propoſſe toleret: & nutriatur cibis calidis ſiccis aromaticis: ſicut ſunt carnes laudabiles, & proprie aſſæ niſi ante diem purgationis, tūc ſint elixæ cū feniculo, petro. & bibat vinum album vetus clarum purum. Vtatur cum cibo ſuo ſapore facto ex allijs, ſina, petro. mēta contuſis & incorporatis cum aceto. Vtatur cum iuribus ſuis puluere, qui ſic fit. ℞. pip. nigri & lōgi. añ. ʒ. ſ. cardamomi. ʒ. 2. cynamomi, gallangæ, zz. añ. ʒ. 1. croci. ʒ. 1. Terantur omnia ſubtiliſſime, & cribellentur. Abluat os ſuum ſæpe hora ſitis vehementis cum aceto mixto cū modico vini alb. odoriferi, & cum ipſo gargarizet ſine inglutione.

Emperica. Dicit Auicen. 3. cano. fen. de cura aſchitis ꝙ viſio ſola aquæ, vel auditio caſus eius ab alto

nocet omni hydropico, nedum ipsius bibitio vel ablutio. Item dicitur ibidem q̃ hydropici nequaq̃ debent flebotomari, nisi sit hydropisis de opilatiõe epatis propter multitudinem sanguinis, vel retentionem menstruorum vel hæmorroidarũ consuetarum: imo neq; tunc fieri conuenit nisi ętas & virtus consueuerint aut cõsuetudo, Itẽ dicũt experti, quod serũ caprinum potatum omni die in aurora, in q̃ spica nardi sit bullita, similiter & vrina hominis aut caprę, in q̃ spica sit bullita, curat oẽm hydropisim de causa frigida: qa educit aquã citrinã leniter per secessum & vrinã, & cõfortat epar. Si aũt sit de causa calida addatur eis succus endiu. & scariolæ. Itẽ dicũt aliquando se expertos fore bonũ, succum rad. ireos crudi non cocti, si ex eo sumatur omni die in aurora, quantum media testa oui capere potest p se vel cũ ouo sorbili miscẽdo, quia sanat omnem hydropisim curabilem per artem: educit enim omni die tres vel 4. sellas aquæ citrinæ: & ideo a principio possumus eo vti sine omi alio medicamine, si causa non fuerit difficilis antiqua. Itẽ in omni hydropisi cũ fe. vel sine fe. cõfert a proprietate sumere omni die in ieiunio. ʒ.2. epatis lupi sani, postq̃ fuerit exiccatum ad solem vel ignem & subtilissime puluerizatum, vt cito penetret ad epar, si detur cum vino albo. claro dulci. Confert etiã vti passulis & granis granatorum bene masticatis cũ zuccaro: quia a forma specifica confortant omne epar debile ex quacumq; causa: Nunc in cura omnis hydropisis plurimũ necessaria est epatis confortatio. Expertum est etiam in cura omnis hydropisis & proprie ascitis, quod succus cucumeris asinini, vel eius aquositas, quæ est intra cucumer, si excicetur ad solem perfecte, donec induretur, & fiant ex eo pillulæ, sicut cicer: & detur vna ex eis in media nocte, & post ipsam bibantur. ℥. tres vini decoctionis reubar. & mellis, sanat ipsam pfecte expellẽdo totã aquã citrinã vna die vel circa illud: sed ista cura periculosa ẽ, nec debet fieri, nisi a medico perito ĩ corpore robusto. Dixerunt etiam experti, q̃ ascites, quæ est sine caliditate vel febr. curatur quandoq; cum solo trochiscis laxatiuis, qui sic fiunt. & cum cõtinuo vsu diacurcumæ vel dialaccæ omni die ante cibum, præterq̃ in die purgationis, bibẽdo desuper aliquid vini albi, boni, odoriferi. ℞. turbith. ʒ.1. ʒʒ. zuccari. añ. ℈. 2. scamoneę electæ, grana duo, terantur & incorporentur cum vino, & fiat trochiscus vnus, qui semel detur in hebdomada ante diem: quia facit quater aut quinquies ascellare aquam citrinam cum obseruatione diætę supra dictæ, & administratione emplastrorum super epar & ventrem superius dictorum. Sed si esset cum fluxu ventris: non detur medicina laxatiua, sed regatur solum cum cibis stypticis & electuariis prædictis. Dixerunt etiam alij, quod omnis hydropisis, & proprie hyposarcha frequenter curatur cum huiusmodi medicamine. ℞. reubarb. puluerizati subtilissime. ʒ. 2. detur in aurora cum. ℥. 2. oxymellis compositi, & quatu. ℥. aquæ decoctionis lactucæ, scariolæ, radi. feñ. dando de tertio in tertium, vel semel in hebdomada cũ obseruatione diætæ supradictæ: sed si virtus sit debilis, sufficit. ʒ. 1. reubarbari. Aliis vero dieb9 quibus nõ datur reubarbarũ, detur ante cœnam & prandiũ: ℥. 1. & ß. oxymellis cõpositi vel squillitici cum aqua decoctionis lactucæ, scariolæ, fœniculi. Et si sit cũ caliditate vel feb. detur syrupus acetosus cõpositus, vel mel ros. colatum cũ eadem aqua. Et si sit cum fluxu, non detur medicina laxatiua, vel parum detur & raro, nec reubarba. sit vltra. ʒ. 1. sed regatur cũ cibis stypticis, & empl. prædictis. Itẽ pillulæ expertæ ad oẽm speciem hydropisis, siue cum caliditate, siue cum

frigiditate, sic fiunt: Euacuãt nãq; aquã citrinam, carminant ventositates, opilationes aperiũt, & epar cõfortant. ℞ .aloes epatici, polypodij. an. ʒ.2. & ß. catapuciæ elaterij, colloquintid. interioris, euforbij, turbith, reub. an. ʒ.2, se. petro. & apij, se. endi. spicæ, portulacæ, salis indi, carui, an ʒ.1. & ß. myrobalanorũ indorũ & citrinorũ. an. ʒ. iij. & ß. ezulæ. ʒ.2. diagridij. ʒ.1 fiãt pill'æ cũ succo cuscutæ, vl' absynt. detur ex eis a. ℈.2. vsq; ad. 4. Itẽ aliæ ad idẽ. ℞ agarĩ ʒ. 5. eupatorij, reub. aristo. ro. an. ʒ.1 laccæ, spicæ, se. apij, & petrosi. an. ʒ.1. zuccari al. ʒ. iij. fiãt pill'æ. sicut cicer.

Canones. Scias, ꝙ aq̃ hydropicorũ duas habet partes, vnã .s. substãtialẽ, q̃ est frigida, humida, aq̃sa: Aliam additã & accidẽtalem, q̃ est cholera vel salsugo aquæ ꝑmixta sitim faciens vehementẽ. Sicut verbi grã, patet in sero lactis: Nã est ibi pars aquosa, frigida humida ꝑ naturã, & est ibi coagulũ, calidũ, siccũ: propter quod compositũ cõtrarias habet virtutes. Ex quo elici potest in opere notandũ, ꝙ materia hydropisis ꝑ se & essentialiter est frigida & humida: quare non curatur, nisi per calida & sicca, sed est accidentaliter calida. Quapropter oportet quãdoq; in curã hydropisis addere frigida, & proprie si sit cũ febri. Sciendũ p̃terea, ꝙ ascites est periculosior tympanite, quãtũ ad subiectũ læsum, quod est epar, & proprie si sit propter opilationẽ vel duritiẽ vel apostema: quoniam oportet medicũ vti medicinis cõtrarijs, scilicet calidis propter opilationẽ: frigidis propter feb. & cholerã. Sed tympanites est periculosior ascite, quantũ ad causam coniunctã, quæ est vẽtositas plurima cũ aq̃sitate pauca: quoniã si medicus vtitur calidis acutis, generabit vẽtositatẽ ex aqua: Si vero calidis debilibus, nunq̃ resoluet ventositatẽ. Et sic patet, quod in cura vtriusq; est timor & ꝑplexio, & propie si sit cum feb. Quapropter est difficile curare alterutrã ipsarum duarũ, nisi fortassis in principio & ante confirmationem & cum virtutis constantia & obedientia infirmi. Item sciendum, ꝙ in cura ascitis, si nihil physicalium remediorum rationabiliter exhibitorum per exterius & interius conferre videatur: præcipiunt authores scilicet Rasis et Auicen. fieri incisionem ventris cum ferro vel cum cauterio in loco, qui est sub vmbilico ad tres digitos, non quidem directe: quia ibidem sunt chordæ musculorum transuersalium, qui si inciderentur, retraherent̃ versus suum principium neque cõsolidari possent: sed a latere versus inguina, vbi est carnositas eorũdem musculorum. Sed antequam fiat incisio trahatur cutis sursum, vt per eius reditum obturetur vulnus: quoniam volumus, ne tota materia simul extrahatur: quia si simul extraheretur tota subito cũ nocitiuo exhalaretur plurimum iuuatiui scilicet calor naturalis & spiritus, ex quorum resolutione necessario virtus prosterneretur: & tandem interimeretur. Vnde Hippoc. 6. part. aphorism. Quicumque hydropisi aut empici incidũtur aut vrũtur, &c. Debet autem incisio profundari per totum mirach & siphac vsque ad intestina, ita quod nullum intestinorum lædatur omnino: quia inter siphac & intestina tota materia continetur. Iste namque est ordo sapientiæ, vt ad medicinas fortes non procedatur: nisi quando debiles non contulerint: vt dicit Mes. Medicina autem manualis est omniũ fortissima: & ideo est vltimo fienda: Neq; cõpetit, nisi virtute forti, & ægro de cuius vita medicus desperauit. Consiliũ tamẽ meum est nullum incidere, sed potius ipsum derelinquere prognosticis: et sic ab ipso fugere, ne medicus ingloriationem incurrat. Sed in tali casu vidi quandoque fieri causticationes super planta pedis, vel dorso eius inter digitum minimum

& secundū ab illo cum cauterio vel cantharidibus, & proprie in pede dextro bene profundando vsq; ad chordas & neruos. Vidi etiā fieri emplastra acuta corrosiua super ventrem ex allijs, cepis, sinapi, & similibus incorporatis cum stercore caprino, columbino, et lixiuio, vel vrina, quæ faciebant aliqualem aperturam super totā mollitiem vētris, donec aqua resudabat. Vidi etiā aliquos facere aperturam cutis cum scarpellationibus, cum vnguibus, donec aqua guttatim stillabat, & vēter detumescebat, & sanabantur: sed omnes isti vt plurimū post exsiccationem aquæ recidiuabant, & moriebantur, si medicus & infirmus non instabant continue cum electuarijs & syrupis aperitiuis & confortatiuis epatis & splenis dictis in methodo. Aliter nāq; regenerabatur causa antecedens. Et quia virtus fuit debilitata per priorem hydropisim: ideo defecit in secunda. In hyposarcha vero nō debet fieri incisio omnino: quia materia continetur in corpore toto. Similiter videtur, ꝙ nec in tympanite: quia non est in ea aqua pura.

Prognosticatio. Dicit Ras. ꝙ specierum hydropisis aschites est difficilioris curatiōis, & post ipsā tympanī: hyposarcha vero (vt plurimū) salubris est: & ꝙ nullus ex ea moritur, nisi per suam inobediētiam, vel medici errorem. Item dicit Hippo. 2. prognosticorum: ꝙ omnis hydropisis cum febre, & proprie acuta est mortalis: quoniam fortitudinem vtriusq; causæ significat: cum fortis sit ignis, qui in aqua non extinguitur, vt scriptum est in commēto 34. illius apho. secundæ particulæ. In morbis minus periclitantur &c. Et vniuersaliter in omi morbo pluralitas medicinarum, & earum contrarietas inducit chronicitatē vel perniciem: quoniam natura & medicina impediūtur in earum digestione, regulatione, & maturatione: vt patet in hemitritæo & feb. tertiana nota. Item dicit Hippo. 6. parti. apho. Hydropici, quibus nascuntur vulnera in corpore, non facile sanantur: quia humores impediunt consolidationē. Item fluxus ventris superueniens cum alleuiatione infirmi & virtutis constantia, salubre. Stypticitas vero vel vrinæ retentio superueniens, vel fluxus vētris sine alleuiatione infirmi, mortale. Vnde Hippo. ibidem. Ab hydrope habito secundum venas in vētrem aqua fluēte, solutio fit ægritudinis. Et in 7. parti. apho. ait. Si ab albo flegmate habito diarria superuenerit fortis, soluit ægritudinem. Item in hydropi. & proprie aschite vrina rubea pauca & cum difficultate micta, mortale est: exhuberans vero & plurima & cum facilitate micta, & colore citrino vel subcitrino salubre, et proprie virtute constante. In omni hydropisi si exhibitio medicaminum rationabiliū nihil confert, mortale. Item in omni hydropisi cura & alleuiatio facta die vna cum recidiuatione vicissim die alia, mortale: Si vero curatur & alleuiatio perseuerauerit, salubre. In omni hydropisi egestio sicut lotura sanguinis, vel sanguis coagulatus, mortē propinquam signat. Itē vrina bicolor, vtputa rubea inferius & liuida superius, aut econuerso mortale. Item fœtor anhelitus, et sudoris, et sputi & omnium exeuntium, plus debito, similiter & cutis totius fœtor, mortale. Itē Hippo. sexta particula aphorismorum: Hydropisi tussis superueniens, malum: præcedens vero, minus malum. Et hoc intellige si tussis nō sit propter catarrhū, sed propter multitudinem aquæ & ventositatis in ventre comprimentis diafragma: tunc nāq; infra quintum diem vel circa illud suffocantur, & proprie aschitici: propter quod Hip. 7. parti. apho. hoc resumens ait: Hydropicus si tussim habeat, desperatus fit. Itē hydropis & proprie aschites, si sequatur apostema du-

epatis vel splenis, difficile & raro curatur: qniam lapidificatū est & mollificari vix potest. Item Hydropisis facta vitio epatis piculosior est ea, quæ fit vitio stomachi vel aliorum mēbrorū: & ideo ascites periculosior est omnium. Hidropisis in cōplexione cholerica magis periculosa est, quā in flegmatica: quoniā maximā discrasiam signat & causam fortē. Item Hippo. secunda particula aphorismorum. In morbis minus periclitantur ægrotantes.

¶De Icteritia. Ca. V.

Icteritia est defœdatio coloris corporis totius ad citrinum vel nigrum vergens, cum permistione colorum vrinæ vel egistionis & exeuntium aliorum. Citrina fit vitio epatis propter sex causas in genere. Prima est mala complexio epatis calida sine materia, naturalis vel accidentalis. Secunda mala complexio epatis calida cum materia plurima, scilicet cho. rub. Tertia est apostema calidum epatis. Quarta ex pulsio cretica cholerae rub. ad circumferentiam totius corporis. Quinta est debilitas cistis fellis. Sexta opilatio. Et ista opilatio fit quatuor modis: aut in substantia & venis epatis, aut in poro, quo cistis attrahit choleram rubeam: aut in poro, quo cistis mandat choleram ad pilerō. i. fundum stomachi gratia fortificationis digestionis primæ: aut in poro, quo cistis mandat choleram rubeam ad intestinum ieiunum gratia excitationis virtutis expulsiuæ. Has namq; tres vias habet cistis: vt patet in anatomia. Nigra vero fit a vitio epatis debilis in virtute discretiua superfluitatum digestionis secundæ, & hoc vt raro: aut vitio splenis debilis in virtute attractiua melancholiæ ab epate propter opilationem factam in vijs eius, vel debilitatem suę substantię, & hoc vt plurimū. ¶Signa icteritiæ citrinæ propter caliditatem epatis sine materia, sunt citrinitas faciei, & proprie albuginis oculorum, & vrina rubea intense. Et si talis caliditas insit per naturam, non separantur a corpore talia accidentia: nec nocetur patiēs ex ipsis, nisi cum superfluxerit: quoniā est eius complexio propria qua degit sibi sanus. Si vero sit aduētitia, separatur ab ipso: & fortassis antecessit comestio ciborum calidorum plurimorum, & potus vini fortis plurimi, aut assiduitas famis & tristitiæ cum vigilijs & labore. ¶Signa icteritiæ propter caliditatem epatis cum materia sunt, quod cholera rubea egreditur cum vomitu & secessu & cum vrina: quare quodlibet eorum est rubeū aut citrinum vehementer: neq; minoratē icteritia, & proprie cum materia sit multa. ¶Signa icteritię propter apostema calidum epatis, sunt febris cōtinua acuta cum dolore hypochōdrij dextri pūgitiuo: & omnia signa apostematis epatis, quæ dicemus. ¶Signa icteritiæ propter expulsionem creticam sunt: quoniam accidit in feb. cōtinua acuta & in aliqua dierum creticarum vel indicatiuarum: & quia fit subito infra vnum diem propter fortem expulsionem choleræ rubeæ ad ambitum corporis totius virtute synthomatis aut naturæ. ¶Signa icteritiæ propter debilitatem cistis in attrahendo chol. rub. sunt, quod cum icteritia fit neusea & vomitus cholerę sine dolore hypochondrij dextri cum non sit in ipso opilatio: similiter & sitis, & amaritudo oris cum prostratione appetitus, & vrina rubea intensa: & difficile est discernere inter ipsam & illam, quæ fit ex multitudine choleræ rubeæ pdicta. ¶Signa icteritiæ propter opilationem in substantia & venis epatis, vel in poro, quo cistis attrahit chol. ab epate sunt, quod sentit æger dolorem grauatiuum in hypochondrio dextro: & egestio a principio est tincta, sed post hoc gradatim dealbatur, se

cundum quod cistis euacuatur a cholera: & vrina est tincta valde turbida grossa spumosa propter eius regurgitationem cum sanguine: nisi forte virtus discretiua & expulsiua epatis esset debilis plurimum: tunc apparet vrina gradatim alba aquosa, sicut est stercus: & fortificatur icteritia: & est cum ipsa patiens sine vomitu & sine amaritudine oris, vel siti, & appetitus est fortis. ¶ Si autem opilatio sit in poro, quo cistis mandat chol. ad pilerum, signa eius sunt: quia egestio & vrina sunt tincta valde grossa & spumosa, sicut bolus armenicus sine vomitu vel amaritudine oris vel siti: & appetitus est fortior virtute digestiua stomachi: & est vt plurimum cum fluxu ventris propter multitudinem cholerae transmissae ad intestina. Si autem opilatio sit in poro, quo cistis mandat choleram ad intestina tunc signa eius sunt stypticitas ventris cum egestione alba dura, sicut stercus canis, & fortificatio icteritiae subito, & vrina rubea, grossa ampullosa valde: nisi forte virtus sequestratiua epatis sit debilis, quod raro contingit: tunc vrina foret alba, subtilis: & non est aeger omnino sine vomitu cholerae vel siti, vel oris amaritudine, & appetitus prostratione: sed nō sunt haec adeo intensa: sicut in debilitate cistis in attrahendo choleram. Si aūt opilationes sint plures simul: tunc & signa apparebūt plura simul: et hoc est vt plurimū. ¶ Signa icteritiae nigrae propter debilitatē virtutis discretiuae & expulsiuae epatis, vel eius opilationem, sunt grauitas hypochondrij dextri. Et quia icteritia citrina praecessit nigram, cum cholera sit subtilior quam melancholia: similiter & vrina citrina intensa vel viridis antecessit vrinā nigrā grossam. ¶ Signa icteritiae nigrae propter debilitatem virtutis attractiuae splenis, vel eius opilationē, est niger color cutis & dolor grauatiuus siue extensiuus hypochondrij sinistri, cū duritie inflatione & tumore splenis, ita vt putent stulti quod sit apostema: licet sit sine febr. acuta: & est vrina nigra, grossa. Et fit haec icteritia vt plurimum per se incipiendo sine antecessiōe icteritiae citrinae.

Methodus. Cura icteritiae citrinae propter caliditatem epatis sine materia est, vt vtatur vino granatorum & succo berberis, vel aqua decoctionis ei9 & aqua ordei actu calida & aceto: sumat omni mane vncias duas oxyzacari vel syrupi ros. vel viol. Vtatur triasand. & rosata nouella. Epithymetur epar cum sandal. ros. puluerizatis & infusis in aqua ros. & modico aceti. Vitet carnes & vina, nisi sint alterata cum herbis et seminib9 frigidis, & aqua frigida. ¶ Cura icteritiae propter caliditatē epatis cum materia est, vt omni die in aurora sumat de oxyzacaro, vel de syrupo acetoso simplici cum aqua decoctionis lactucarum, endiuiae, cicoreae, vel seminum communium frigidorum. ¶ Postea soluatur cum aqua casei, vel lacte acetoso acuto cum. ℈. 1. vel. 2. scamoneę: Vel purgetur cum electuario de succo laxatiuo vel stomatico laxatiuo: vel cū decoctione, quae sic fit. ℞. myrobalanorum citrinorum. ℥. 1. & ß. pistentur, & bulliantur cum prunis siccis in sex vncias aquae, donec medietas consumatur, coletur, & acuatur colatura cum. ʒ. 2. reubarbari boni puluerizati, vel granis quatuor vel quinq; scamoneae: & addantur syrup. ro. ℥. 2. & detur hoc totum ante diem: quia euacuat choleram, & sistit vomitum confortando stomachum & intestina. Deinde fiant localia remedia praedicta: diaeta sit eadem cum pręedicta. Cura icteritiae propter apostema calidum in epate, est cura apostematis, quam proprio capitulo dicemus. ¶ Cura icteritiae propter expulsionem creticam chol. ad cutim est, vt iuuetur natura in creticā

do. Ponatur ergo patiens in balneo tepido aquæ dulcis aquæ decoctiõis florum chamomillæ, melilot. & anethi. Et si virtus sit debilis, ponantur visicæ, vel vasa terrea sub tegmine super hypochondria, & circa corpus vndiquaqꝫ repleta aqua calida: vel bibat aquam decoctionis calamenti actu calidã in plurima quãtitate: quoniã sudorẽ prouocat, & cholerã expellit hora crisis: similiter & iulep, & vinum album aquosum, in quo crocus infusus fuerit per noctem, aut leniter bullitus. Similiter & aqua decoctionis caricarum & passularum pinguium, & seminum diureticorum. Hæc enim omĩa materias viscosas subtiliant, & venas capillares elargãt. Et digeratur materia post crisim diminutam cum syrupo aceto. cõposito: aut oxyzacaro, dando omni die in aurora cum aqua decoctionis radicũ petro. feñ. & prunorum: & purgetur cum aliqua medicina supradicta. Cura icteritiæ propter debilitatem cistis in attrahendo choleram, est vt confortetur epar cũ illis, q̃ diximus capite de debilitate epatis propter raritatem suæ substantiæ: quoniam omnia confortantia epar confortant cistim fellis, & econuerso. Conferũt ad hæc etiam omnia, quæ dicentur iam de cura icteritiæ propter opilatiõem epatis & viarum eius, qualiscũqꝫ fuerit opilatio, est fere eadem cura. Si igitur sit cũ feb. & vrina rubea & virtute debili, digeratur materia, & deopilentur viæ cum syrupo, qui sic fit. ℞. endiuiæ, scariolæ, lactucæ, cicoreæ, meliloti. añ. m. 1. scolopend. acetosæ, polytrici, dianthos, capilli veneris, añ. m. ſ. pruna numero. 20. quatuor semi. communium frigidorum, cipe ri, capparis, acori. añ. ℥. 1. zuccari, libr. 1 vel zuccari & mellis añ. 6. vncias: fiat syrupus, de quo dentur omni mane vnciæ tres cum aqua decoctionis endiuiæ & lactucæ: quia si præsto non sit aliquid: digerat᷑ materia cũ syrupo acetoso simplici, & aqua calefacta. Et aliũ syrupum bonũ aperientẽ, & cõfortantem epar & splenẽ, scripsimus ca. de opilatione epatis. parag. de cañ. Præterea purgetur cũ aliqua medicina p̃dicta. Vtatur sæpe tri asand. vel diaprunis mixto cũ diacurcuma, vel cũ trifera sarracenica, vel dialacca. Nutriatur iure carniũ bonaꝝ elixaꝝ cũ lactuca, endiuia, fœniculo, & petro. similiter & carnibus cõditis cũ succo granatoꝝ, vel berberis, vel aceto, vel cũ sapore facto ex succo acetosæ, trifolij, & petro. Nutriatur etiã aqua pisoꝝ & cicerum. Bibat vinũ albũ claꝝ lymphatũ. Si aũt sit sine fe. tunc opus est deopilantibus acutioribus p̃ dictis: sicut est syrupus aceto. cõpositus cũ aqua decoctiõis cipe ri & capparis, sizeleos, apij, petro. fœniculi: Et purgetur cũ pillulis de reubarbaro. dictis in ascite. Sumat ante prandiũ & cœnam lib. ſ. aquę decoctionis cauliũ vel portoꝝ, & sit actu calidũ: vel aquæ decoctionis apij, feñ. petro. quoniam resoluit materias, & prohibet apostema fieri in epate opilato. Nutriatur carnibus hœdorum & pulloꝝ coctis cũ eisdẽ herbis, conditis cum sinapi vel sapore facto ex allijs & cardamomo, & aceto forti. Vtatur iuribus cõditis cum speciebus calidis aromaticis, Bibat vinũ, album, purum: vitet cibos grossos, & potus turbulentos. Clysterisetur venter sæpe cum clysteri, primo quidem lenitiuo facto ex aqua decoctionis maluę, bismaluæ, siclę mercurialis, bletæ, caulium. addendo aliquid olei viol. & mellis ac salis. Postea vero clysteri attractiuo acuto, quod sic fit. Si prædictis addantur aquæ decoctionis agari. colloquintidę. añ. ℥. ſ. Vtatur sæpius in ieiunio post purgationes aliquas trochisc. & electuarijs apertiuis atq̃ confortatiuis epatis dictis in ascite. Et postquam icteritia citrina curata fuerit, quantum ad eius causam, scilicet cum eius egestio iam cœperit citrinari,

& venter lubrificari, & vrina remitti in tinctura: tunc curetur color cutis fœtidus cum balneo stuphæ siccæ, vel aquæ dulcis calidæ, in qua decocti sint flores chamomillæ, & folia caulium recen. recipiendo eius vaporem in faciem & oculos actu calidum: quoniã potenter reliquias choleræ remouet, & citrinitatem oculorum: similiter & cũ proiectione vini granatorum intra oculos, donec eorum citrinitas totaliter auferatur. Et hæc sufficiãt de cura icteritiæ citrinæ. ¶ Cura icteritiæ nigræ ex quacunq; causa fiat: est, vt aperiatur splen & confortetur, prout dicemus ca. de opilatione splenis. Et syrupũ bonum ad hoc diximus ca. de opilatione epatis. parag. de cañ. Post purgatiões aut ẽ aliquas, vtatur dialacca, diacurcuma ferrata: Euitet carnes bouinas, vel ferinas, aut salitas, & fumigatas. Similiter & lentes, caules, panem azymũ, & oĩa generantia melancholiam. Fiant clysteria lenitiua prædicta, quæ possunt acui quandoq; cum sene, epithymo, polypodio, & squinanto.

Emperica. Dicũt communiter operantes, ꝙ flebotomia saluatellæ, quæ est in manu dextra inter anularẽ & auricularẽ, cõfert in omĩ icteritia citrina, siue sit cũ fe. siue sine fe. & proprie in corpore sanguineo, cui⁹ vrina est rubea, grossa vel rubea valde sine grossitie. Sed flebotomia saluatellæ manus sinistræ, confert in omni icteritia nigra: quia istæ flebotomiæ diuertunt materiam coniunctam, & diminuunt antecedentem. Cura præterea nobilis, & experta in omni icteritia citrina, ex quacunq; causa fiat, est ista. Primo digeratur materia vitellina cum ℥.4. oxyzuccari 2. ℥.2. syrupi acetosi compositi, bibiti. 5. vel 6. diebus cum aqua casei in aurora. Cholera nanq; vitellina videtur composita ex cholera rubea & flegmate: propter quod ratione cho. penetrat ad cutim et ipsam citrinat, & ratione flegmatis opilat epar, & poros cutis: vt resolui nõ possit: et sic fit causa icteritiæ citrinæ. Hoc facto purgeť cũ huiusmodi. ℞. agarici. ʒ. 1. reubarbari. ʒ. 2. pistenť, & infundãtur per noctem in ℥. 4. aquæ feruentis decoctionis prunorum: deinde colentur, & manibus diligenter fricentur: & addantur. ℥. 2. syrupi. viol. in colatura propter dulcorationẽ: & detur hoc totum ante diem. Et si corpus sit robustum, non coletur aqua, sed cum tota substantia ministretur: vel purgetur cum ℥. ß. diaprunis acuati, cum ʒ. ß. diagridij: vel cum ʒ. 2. reubarbari dãdo ante diem cum aqua decoct. prunoꝝ & viol. Vtať post purgationes omni die in ieiunio electuario aperiẽte epar: sicut est diaprunis simplex mixtum cũ trifera saracenica: de quo detur in modũ castaneæ cũ aqua calefacta: similiter & cum hoc potu. ℞. marrubij hortulani. ma. 1. decoquatur in lib. 7. clari vini albi veteris potentissimi, addito modico mellis propter amaritudinẽ, & bulliatur vsq; ad consumptionẽ medietatis: postea coletur, & detur vnus ciathus ante prandium, & vnus ante cœnam. Curata autem ægritudine, remoueatur accidens, scilicet citrinitas faciei cũ vaporatione eius ex aqua decoctiõis carnium bouinarum veterum salitarum, sumendo eius vaporem in faciem & oculos apertos, postq̃ caro cœperit ab ossibus separari.

Canon. Cura icteritiæ ex quacunque causa fiat, non perficitur, nisi cũ deopilatione epatis & venarũ ipsius, atq; cistis fellis cum infrigidatione aliquali: quapropter conferũt omnia dicta ca. de opilatione epatis. parag. de causa calida. Similiter & omnia, quæ diximus cap. de hydropisi. parag. de cura ascitis cum feb. sed omnium potentissimum est diacurcu. posita ibidem.

Prognosticatio. Dicit Hippoc. 4. partic. apho. Si icteritia

superuenerit in fe. acuta ante septimum diem, malum est: quoniam signat opilationem fortem in epate, vel apostema calidum propter exuberantiam choleræ rubeæ in ipso: quare talis crisis nõ fit vi naturæ, sed vi synthomatis, & multitudine materiæ redundantis per corpus. Istud tamen dictum Hippo. reprehẽdit Auerro. 7. colliget dicens, ꝙ licet fuerit verũ tempore Hippo. quando corpora seruabant regimen sanitatis: nostro tamẽ tempore potest fieri bona crisis in fe. acuta ꝑ icteritiam venientem ante septimum diem, puta in fine quintæ diei, & proprie si virtus sit fortis, & materia non multum viscosa: quoniam repellet simul vna hora crudum cũ digesto. Item icteritia superueniens in fe. acuta in septima die vel post, est signum & causa salubris crisis, si non senserit æger dolorem vel duritiem circa regionem epatis, quæ significarent apostema vel opilationem timorosam. Vnde Hippo. ibidem. Quibuscunꝗ septima aut nona aut vndecima, aut decimaquarta icteritia superuenerit, bonum: si non dextrũ hypochondrium durum fiat. Si vero nõ bonum: quia talis crisis fit vi naturæ, & post digestionem materiæ, & in die cretica cum benignitate materiæ mediocriter grossæ: sicut est cho. vitellina. Item ad icteritiam nõ sequitur hydropisis vel parum: quoniam cho. est materia calida, quæ contrariatur vẽtositati et aquositati hydropicorum. Vnde Hip. 5. parti. apho. Icterici nõ valde inflati fiũt: veruntamẽ ad hydropisim proprie ascitẽ sequitur icteritia freqũẽter propter opilationis & materiæ grossitiem, fortitudinẽ, et virtutis discretiuæ imbecillitatem: quare fit mortale. Item icteritia proueniens ex opilatione antiqua sclerozata, mortale. Vnde Hip. 6. parti. apho. Ictericis si epar fiat durum, malum: quoniam quod lapidificatum est in epate vel splene amplius resolui non potest: vt dicit Auicen. tertio canoñ. feñ. 4. cap. de apostematibus epatis.

De apostematibus epatis. Cap. VI.

Apostema dicit̃ fieri in epate, quando materia per se & primo colligitur in ipso: Exitura vero quãdo materia de membro alio ad epar delegatur, siue sit per modum crisis, siue sine crisi: Vlcus vero dicitur: cum apostema cõuersum est in saniem & post hoc rumpitur. Fit igitur apostema per congestionẽ, exitura per delegationẽ, vlcus vero per rupturam. Possunt autẽ hæc fieri ex omi genere quatuor humorũ, proprie tamen ex cholera & sanguine ac melancholia: sed forte nunquam ex flegmate: vt dicit Ras. in diuisionibus: Quia epar est membrum carniforme calidum valde. Et propter hoc neꝗ fit ex melãcholia per se incipiendo, sed consequẽdo ad apostema calidum adustũ lapidificatum. Cuius etiã apostematis, sicut & aliorum omnium, quatuor sunt tempora, si terminetur ad salutem: scilicet principium, augmentũ, status, & declinatio. Nam si terminetur ad perniciem, poterit in quocunꝗ eorum inducere mortẽ, præterꝗ in declinatione vera: quoniam in ea nullus moritur: vt dicit Gal. 3. de crisi. Quoniã interficit statim in principio, propter materiæ multitudinem: sed in augmento, propter eius acuitatem & dolorẽ: & in statu, propter morbi longitudinem & virtutis defectionem. Est autem principium: cum materia fluit ad particulam, et dolor percipit̃: nec apparent in vrina signa digestionis manifestæ: & hoc tempus durat a primo puncto malæ sensationis vsꝗ ad dies septem ad plus. Augmentum est: cũ auget̃ dolor et febris, et materia tota fere fluxit: & durat ꝗdiu non apparent signa digestionis perfectæ. Est aũt status cũ dolor et febris sunt in vltimo vehemẽtiæ, & ma

teriā tota fluxit ad locū: durat autē q̄diu apparet sensibilis euacuatio, si nō terminetur ad salutem. Est vero declinatio: cū facta est materiæ sensibil' euacuatio & feb. & doloris minoratio, & virtutis gradatiua alleuiatio: & durat hoc tempus vsq; ad tempus resumptionis siue conualescentiæ, & illud durat vsq; ad tempus sanitatis debitæ vel cōsuetæ. Apostema p̄terea epatis sicut & omne aliud apostema, pōt terminari altero duoꝝ modoꝝ: q̄m vel stat, vel ꝑmutat̄. Et est, cū ꝑmutat̄ ad malū, vt si in peripneumoniā, vel in frenesim: vel ad cor transferat̄. Si vero steterit in loco suo, terminat̄ altero triū modoꝝ: Primo quidē ꝑ resolutionē sensibilē, vel insensibilē. Secūdo ꝑ saniē siue dubellati. Tertio ꝑ sclerosim siue indurationem. Signa terminatiōis eius per resolutionē, sunt: quoniā per emplastra anodina tumor resoluitur, & febris diminuitur, & dolor mitigatur, & virtus de die in diem confortatur sine apparitione exitus sanguinis, vel saniei per secessum vel vrinā. Et tempus istius terminationis est a primo puncto ægritudinis vsq; ad diē decimumquartum vel circa id: sicut in pleuresi dictum est. Si igitur vsq; ad tempus illud tumor nō diminuitur, & febris & dolor augmentantur, scire conuenit: q̄ hoc apostema resolui nō potest. Signa terminationis eius per saniationem, sunt: quoniam post decimumquartum diem vel circa id, dolor & febris acuuntur, & magis in nocte q̄ in die. Vnde Hippocr. 2. parti. aphoris. circa generationē saniei dolor & febris &c. Si igitur calor naturalis vicerit: fiet sanies. Si vero accidentalis, fiet virus: vt dicit commentator ibidem: Et tussis sicca superuenit, & oculi concauantur cum rubore angulorum in eis, & vngues corrugantur, & manus & pedes calefiunt, si sit cum salute: vel infrigidantur, si sit cum pernicie: & surgit multitudo sudoris, postquam non alleuiatur ægritudo, & pulsus cum anhelitu fit frequens. Et tempus istius terminationis est a die decimaquarta vel circa id vsq; ad diem vigesimum, vl' quadragesimū, vel sexagesimum secundum multitudinem & grossitiem materiæ maiorem vel minorem: vt dicit Hippocrates secundo prognosticorum. Post illos igitur dies superuenit ruptura, & rigor corporis totius: & apparet sanguis & sanies in vrina & secessu, & diminuitur febris & dolor, si sit cum salute. Signa terminationis eius post sclerosim, sunt: quoniā post quadraginta dies vel circa id febris & dolor falso delitescunt, non præcedente euacuatione sensibili, remanente tumore vel duritie in loco cum prostratione appetitus, & nausea: & corporis extenuatione quaque die. Nam si materia insensibiliter resoluta fuisset: non remansissent ista accidentia. Signa autem distinctiua inter apostema epatis & pleuresim scripsimus capitulo de pleuresi. parag. de prognosticatiōe. Signa propria apostematis calidi in epate sunt, febris continua acuta cum dolore pungitiuo forti in hypochondrio dextro sub costis, & vehementia sitis. Si autem sit ex sanguine: tunc cum istis apparet rubor faciei ꝑmixtus fuscedini, & pulsus vndosus, scilicet latus, magnus, mollis: & vrina rubea grossa, & habitudo corporis carnosa: & dulcedo oris sine manifesta causa: & ætas iuuentutis, & antecessio ciborum multiplicātium sanguinem. Si vero sit ex cholera: tunc cum prędictis apparet color faciei citrinus, & pulsus velox, durus, diuersus: & vrina citrina intense cum grossitie nō plurima, et habitudo extenuata, et cōcauatio oculorum, & amaritudo oris sine causa exteriori: & forte superuenit vomitus amarus. Signa vero distinctiua apostematis an sit in gibbo epatis vel in zima, sunt: quoniam si sit in gibbo superuenit quandoque singultus propter

compassionem oris stomachi, & tussis sicca cum sputo propter compressionem diafragmatis ex ipso, icteritia citrina propter opilationem venarum in earum fonte: & apparet tumor in hypochondrio dextro: sicut figura mediæ lunæ, & proprie, si magnum fuerit apostema. Si vero sit in zima, apparet fortassis egestio rubea (sicut lotura carnis) & fortassis alba, subtilis, chylosa propter defectum attractionis. Similiter & lenitas ventris, & prostratio appetitus omnino: Et quanto maius fuerit apostema, tanto fient huiusmodi accidentia maiora & certiora &c.

Methodus. Cura apostematis de sanguine, est vt ī principio et vsq; ad septē fiat dies flebotomia diuersiua de basilica brachij sinistri, propter opilationem latitudinalem: Postea fiat flebotomia eradicatiua de basilica brachij dextri, in qua sufficienter sanguis extrahatur, si virtus & ætas consenserint: vel fiat eius secundatio per tres dies, quod melius est. Si vero corpus non fuerit plethoricum, vel apostema sit confirmatum, antequam sis vocatus: fiat ilico flebotomia eradicatiua: quoniam postq̄ materia tota fluxa est ad locum apostematis, non est amplius solicitandum in diuersione, sed in eradicatione. Diuersio nanque respicit materiam fluentem, vel futuram fluere: eradicatio vero materiā fluxam et collectam. Post flebotomiam ponantur epithymata & emplastra repercussiua per exterius super locū ex puluere rof. sandalorum, cāphoræ, sanguis draconis, terræ sigillatæ, boli armenici, et similibus dissolutis in aqua rof. & modico aceti, vel in succo semperuiuę, solatri, lactucæ, acetosæ, & modico aceti propter penetrationem. Sumat in aurora & ante cœnam propter repercussionem per intus syrupum acetosum simplicem, vel oxyzaccarum, vel syrupum rof. vel viol. vel vinum granatorum ac berberis cum aqua decoctionis endiuiæ, lactucæ, cicoreæ, solatri: Neq; permittatur hora illa venter exiccari, imo leniatur omni die ante cibum cum suppositorio vel clysteri lenitiuo dictis in capitulo de pleuresi. parag. de methodo: & mundificetur sanguis aliqua dierum cum vncia vna & semi. medullæ cassiæ fi. dissolutæ in vncias quatuor aquæ decoctionis endiuiæ, vel prunorum: & detur ante diem vel cum dragma vna vel duabus reubarbari boni puluerisati, dando cum aqua decoctionis iam dicta. Contentetur hora illa pro cibo, succo ordei vel farris vel auenæ: similiter & malis sapidis, lactucis cucurbitis coctis & cōditis cum agresta vel vino berberis in potu cum cibo suo. Sed si virtus sit debilis, dentur carnes hœdorum vel pullorum coctæ cum herbis frigidis prędictis conditis cum succo granatorum, vel berberis, aut acetosæ, & modico aceti. Et bibat vinum album debile lymphatum ad medium cū aqua frigida vel aqua decoctionis endiuiæ: Melius tamē foret abstinere a vino hora illa omnino. In augmento vero ponantur emplastra leniter resoluentia sine attractione mixta cum repercussiuo: sicut sunt emplastra facta ex floribus chamomillæ, seminis lini, farina fœnigræci, ordei, radicis malmauisci: coquendo omnia in aqua perfecte, & pistando et incorporando cum oleo chamomillæ, & aqua rof. quod sufficit addendo aliquid ex stypticis: sicut absynthij rof. grana myrti. cicorea, & plantago: & hora illa sumat de leniter resoluentibus & aperiētibus per interius, sicut est syrupus acetosus compositus. In statu vero regaī cū resolutiuis puris: & postq̄ fe. & dolor cœperint minorari, acuanī resoluētia prædicta cū puluere anethi, spic. myrrhæ, bdellij, ciperi, capparis secundū quantitatē diminutionis fe. & doloris: et sic regaī p tē

pus declinationis vsq; ad resolutionem pfectã. Si aũt morbus prolõgetur, neque apostema resoluatur, neq; medicinæ rationabiliter exhibitæ proficere videantur, & fe. & dolor de die in diem augmententur: scire debes, q apostema tendit ad saniationem: quare intende postq̃ cognoueris, ad generationem saniei laudabilis cũ emplastro maturatiuo dicto capitulo de apostematibus stomachi. parag. de methodo. Et sic regatur vsq; ad diem rupturæ: & si ruptura p se fiat, bene erit. Si aũt fiat per artem, sicut ibidem diximus de cura dubellati in stomacho. Et postquã ruptũ fuerit apostema, quod scies, quando sanguis & sanies visa sunt in egestione vel vrina: tunc solicitandum est in cura vlceris pro posse: cuius quidem cura tribus perficitur intensionibus. Prima est mundificando vlcus a sanie, quod fit per styptica abstersiua: Detur ergo in potu aqua ordei, vel hydromel, vel iulep, vel syrupus acetosus cõpositus confectus cũ zuccaro, si calor sit plurimus. Secũda vero in consolidãdo labia vlceris, q̃d fit per styptica conglutinatiua. Dentur ergo in potu ʒ. iij. de hac medicina cum syrupo acetoso vel hydromelle. Et post has duas horas abstineat a sumptione medicinæ abstersiuæ iam dictæ. ℞. se. endiuiæ, seminis apij, masticis, terræ sigillatæ, añ. aureum. 1. rosarum tritarum, spodij, thuris, sandal', dra. añ. aureos. 2. terantur omnia subtilissime, & cribellentur. Et emplastretur epar per exterius cum emplastro, q̃d sic fit. ℞. spicæ, calami aromatici, ciperi. añ. partẽ 1. thuris, masticis. añ. partem ß. coquantur & incorporẽtur cũ aqua decoctiõis granorum myrtillorum, citoniorũ, vel sumach, vel pirorũ, vel pomorum stypticorum aromaticorum: & in fine adde aliq̃d galliæ muscatæ: quoniã consolidat & confortat epar a proprietate. Tertia est in confortãdo virtutẽ, ne fortassis ex morbi longitudine atq; doloris fortitudine prosternatur: quare confortetur cum carnibus pullorum hœdorum et vitellis ouorum, & bibat vinũ albũ subtile aromaticũ in parua tamen quantitate. Si vero nihil prædictorum contulerit, & apostema de die indiem induretur cũ remanẽtia tumoris & doloris in loco, & corrosione corporis, & minoratione appetitus, & delitescentia fe. falsa: tunc intẽde ad mollificãtia & resoluẽtia materias melãcholicas adustas vicissim tam per interius quam per exteri⁹. Sumat igitur omni die ante cibũ diacurcu. scripta ca. de hydropisi. parag. de empericis in cura ascitis cum fe. Vel sumat de dialacca, vel deathanasia cũ vino albo subtili: vl' sumat de trochiscis de bdellio, qui sic fiunt, ℞. secundum Rasim in diuisionib⁹ rosarum tritarũ. ʒ. 10. spicę, nardi. ʒ. 2. croci, laccę, costi. añ. ʒ. 1. & ß. myrrhę. ʒ. 1. masticis, amygdalarum amararum. añ. ʒ. 2. bdel. ʒ. iij. dissoluantur bdellium & mastix cũ vino, & conficiantur cum eo res aliæ, postquam pulerizatæ fuerint subtiliter & cribellatæ, & fiant trochisci: quorum quilibet sit. ʒ. 2. vel tres. Det' vnus in aq̃ endiuiæ si fuerit plurima caliditas vel cũ vino albo vel hydromelle, vel aqua decoctionis seminis apij & fœniculi, si non sit feb. intensa. Emplastretur epar cum emplastro, quod sic fit. ℞. radi. maluauisci coctarum & mundatarum a ligno interiori & cortice exteriori, & reductarum ad substantiam axungiæ per pistationem. lib. 1. farinæ ordei. ℥. quatuor. fœnigræci seminis lini. añ. ℥. 2. pinguedinis anatis, anseris, & gallinæ, ac porcinæ sine sale. añ. ℥. duas. ciperi, squinanti. ana. ℥. vnam. armoniaci. ℥. 1. & ß. & terebentinæ. ℥. 4. ceræ quod sufficit. Dissoluantur cera & gummæ cum vino in casola ad ignem, & incorporentur cum eis res aliæ postq̃ bene tritę fuerint, & cribellatę, extendãtur super coriũ, ponat' super epar: vel fiat vnguentum ex eis, & loco ceræ

ponatur oleum masticinũ vł nardinum. Hoc nanq; emplastrũ sua bonitate mollificat, & resoluit oẽe apostema induratũ: & proprie si sit de materia calida adusta. Si autem sit de materia frigida vel grossa valde: tunc opus est emplastro fortiori, q̃d est huiusmodi. ℞. rad. bismaluę ppratarũ, vt supra lib. i. terebẽtinę. lib. ß. bdellij armoniaci, serapini, oppoponaci. añ. ℥. ß. ciperi, capparis, acori, squinanti. añ. ℥. ß. farinæ fœnigræci & semi. lini. añ. ℥. iij. olei nardini. ℥. 2. dissoluantur gũmæ in vino, & cum dissolutæ fuerint: adda tur terebentina, & dissoluatur cũ eis, & cum dissoluta fuerint omnia, ponãtur in mortario, & incorporẽtur res aliæ tritæ & cribellatæ pfecte, donec vnum corpus fiant. Et fiat cerotũ vel emplastrum sup̃ epar actu calidũ. Ista eñ emplastra mollificãt, & resoluũt materias induratas in epate, & confortant substantiã epatis. Et si applicarentur post aperitionem & rupturam apostematis saniosi, plurimum etiam conferrent: q̃niã adiuuãt ad expulsionem saniei, & mundificatiõem vlceris. Cura apostematis calidi de cholł. est eadẽ cũ prædicta, nisi q̃d in sanguineo debet magis fieri euacuatio cũ flebotomia: sed in cholerico magis cum farmacia leniter purgante materias acutas: sicut sunt cassia fistula, tamarind, manna, reubarbarũ, dando cũ aqua decoctionis prunorũ: in vtroq; tamẽ cõuenit flebotomia & farmacia: vt dictum est.

Emperica. Dixerunt excellentes, quod apostema epatis vel alterius membri cuiuscunq; interioris vel exterioris potest in principio, & antequam materia fluxa sit ad locum, euitari trib⁹ modis. Primo quidem per repulsionem eius ad loca, ex quibus fluxit: & hoc fit p frigida styptica, quæ repercussiua nuncupantur: sicut sunt solatrum, virga pastoris, semperuiua, & similia posita super ipsum. Secundo modo per attractionem ad partem oppositam cum ipsius calefactione & fricatione atq; ventosatione. Tertio modo per delegationẽ siue transmissionem materiæ ad membra debilia quęcunq;: quod fit per styptica temperata confortãtia virtutem epatis regitiuã, vt se valeat a superfluitatibus exonerare: sicut sunt grana myrti, rosæ, citonia, succus granatorum & berberis cum per interius assumuntur, aut per exterius super epar emplastrantur. Dixerunt etiam alij, quod succus agrimoniæ in potu datus stomacho vacuo per nouem dies liquefacit a proprietate omne apostema tam interius quam exterius.


Canones. Dicit Galenus. 9. de ingenio sanitatis, quod in apostematibus stomachi, epatis, vel splenis nõ debemus administrare, neq; p interius, neque per exteri⁹ medicinas resolutiuas puras: quoniam resolueretur eorum virtus simul cum materia, & sequeretur mors festina: cum sint membra nobilissima, quorum operatio necessaria est pro toto, & proprie epar: cũ sit mẽbrum rarũ, calidum, mollis substantiæ & spõgiosę. Addantur igitur eis styptica aromatica: sicut absynth. rosß. citonia, plantago, grana myrti, mala põtica, mespila, sorba, pira, sumach & similia. Et sicut dico de resolutiuis, ita intelligo de mundificatiuis. Item si apostema sit in gibbo epatis, euacuetur apostematis materia per vrinam cũ seminibus cõmunibus quatuor famosß. calidis vel frigidis, prout oportet, additis stypticis iam dictis. Si vero sit in cõcauo ipsius, euacuetur materia p intestina cũ farmacijs lenitiuis p̃dictis: sed non dẽtur medicinæ acutæ: sicut sunt scamonea, agaricus, & similia: quoniã fe. incẽderent, & materiã agitarẽt: & sic augmentarẽt apostema. Istũ tamẽ canonẽ duo impediũt. Primũ quidẽ læsio intestinorũ, vt in dysenteria vel liẽteria cõuenit: tũc nanq; oĩs materia in epate col

lecta debet euacuari per vrinam, ne læsio intestinorum vltimetur. Secũdum est grossities, vel viscositas materiæ: tunc nanq; medicinæ vrinatiuæ sunt debiles, nec sufficiunt: quare oportet, vt fiat euacuatio cum medicinis ducentibus per secessum. Vtatur ergo medicus nunc ista, nũc alia: ne natura fiat consuetudinaria. Item in principio apostematis non debẽt poni repercussiua fortia: ne forte materia induretur, & caliditas epatis mortificetur, & sequatr̃ hydropisis ascites. Primo ergo ministrẽtur leuia debilia, postea fortificentur gradatiue. Item non fiat flebotomia vel farmacia, ventre constypato: quoniam euacuationem materiæ nocitiuæ prohibet, & materiam iuuatiuã corrumpit. Leniatur igitur prius cum suppositorio vel clysteri. Item sciẽdum, ꝙ apostema in concauo epatis reddit ventrem lubricum: quoniam chylus non penetrat ad epar. Apostema vero in gibbo eius reddit ventrem stypticum, propter attractionem eius plurimam ad locum apostematis: nisi forte apostema sit adeo magnum, vt virtutẽ epatis deijciat, & vias opilet: tunc fieret fluxus liẽtericus perniciosus. Sciendum præterea, ꝙ in apostemate epatis est opilatio: & licet in omni opilatione sit vrina alba, tenuis, clara, radiosa: verũtamen fit rubea, grossa, cõfusa propter febrem & humorum ebullitionẽ: quapropter si venerit alba, aquosa & liuida caloris innati mortificationem signat.

Prognosticatio. Omne apostema epatis est ex toto genere magis mortale q̃ salubre, propter epatis nobilitatem, necessitatem, caliditatem & raritatẽ: quare prognosticis relinquatur, nisi virtus sit fortis sufficiẽter, & medicinæ rationabiliter exhibitæ conferant quaq; die. Item apostema epatis si terminetur per resolutionem, salubre: si per saniationem, est difficile propter feb. & doloris intensionem, & morbi longitudinẽ, & membri necessitatem, & proprie circa diem rupturæ. Si vero terminetur per sclerosim, est mortale: quoniam quod in epate lapidificatum est, amplius mollificari non potest, nisi in principio, vt dicit Auicẽ. cap. præsenti. Item apostema epatis induratum causat infra 14. dies hydropisim asciten vel tympaniten perniciosam. Item in apostemate epatis frigiditas manuum & pedum mortalis est, qm̃ significat eius magnitudinẽ. Vnde Hip. 7. parti. apho. In acutis pssionibus frigiditas extremitatũ malum. Item apostema in gibbo epatis citius interficit, q̃ in concauo propter partem illam esse nobiliorem, & vias strictiores. Caue præterea ne tumorem musculorum (quæ sunt in mirach ventris) iudices fore apostema epatis vel splenis. Distingue ergo per figuram lunarem, & vrinam ignitã confusam, & egestionem chylosam, vel sicut lotura carnis, & per dolorẽ fortem cum febre acutissima & pulsum spissum velocem: quoniam nihil istorum in apostematibus musculorum apparere consueuit vel non plurimum vehementer. Item dicit Hippo. 7. partic. aphorismorum: In flegmone epatis singultus, malum: quia multitudinem materiæ signat. Item in omni apostemate epatico fluxus ventris malus: quoniam magnitudinem apostematis, & prostrationẽ appetitus, & virtutis attractiuæ & digestiuæ debilitatem signat: nisi venerit in die cretica, & post signa digestionis, & fuerit cum sanie laudabili, alba, leui, æquali: vel cum pauco sanguine commixtus, & virtute constante, & febre & dolore deficiente, & appetitu redeunte. Item apostema factum in gibbo epatis potest tribus modis resolui sensibiliter ad salutem scilicet per sudorem, per vias vrinales, & per fluxũ sanguinis narium. Similiter & apostema quod est in zima, potest tribus modis ter

minati: scilicet per sudorẽ, & per fluxum vẽtris, & per vomitum. Si igitur aliqua istarum terminationum euenerit subito a principio, scilicet in quarta vel in septima die, salubre erit, & proprie si signa digestionis apparuerint, & virtus constet. Si vero tardauerint, mortale, & propter saniei generationem & morbi longitudinem. Vnde Hippo. 4. partic. aphorismorum. In fe. apostema non solutum ad primas crises, longitudinem ægritudinis significat. Item si apostema saniosum fuerit in velamine epatis, vel musculis ventris, salubre: Si vero in substantia epatis, mortale. Cognoscitur autẽ & distinguitr̃ non nisi a posteriori, scilicet exeunte: qm̃ si exiens post rupturam, vel incisionem, vel cauterium fuerit sanies alba, lenis, æqualis, venit de panniculo inuoluente epar aut de musculo. Si vero fuerit nigrũ grossum, cænosum, vel viride, fœtidum, vel plumbeum, liuidũ, significatur quoniam de substantia epatis egreditur. Vnde Hippo. 7. part. apho. Quicunq; in epate propter saniem vruntur, si quidem sanies pura fluxerit & alba, euadunt: In tunica enim illius sanies est: si vero velut amurca, pereunt. Consulo tamẽ ne tales incidantur, vel vrantur: sed prognosticis relinquantur.

¶ TRACTATVS TERtius tertiæ sectionis: De passionibus splenis, cuius sunt tria capitula.



Splenis passiões famosę sunt tres. Prima est debilitas eius in suo officio. Secunda opilatio, durities & tensio. Tertia est apostema. Nam de icteritia nigra diximus, vbi de citrina loquebamur.

¶ De debilitate splenis. Cap. I.



Debilitas splenis quẽadmodum debilitas epatis, a duabus potest causis prouenire in genere: quę sunt mala cõplexio, & mala cõpositio, siue laxitas texturæ suæ substantiæ: quoniam debilitatem eius factam propter solutionem continui chirurgicis derelinquo: nisi fortasse acciderit ex apostemate vel vlcere: de quibus proprio cap. dicemus. Mala autem complexio diuersa licet sit octo modorum: proprie tamen splen debilitatur maxime a calida & frigida. Nam sicca ad calidam reducitur, sed humida non debilitat, nisi opilando et extẽdendo: velut in proximo ca. dicetr̃. Signa debilitatis splenis in cõmuni sunt tria. Primum est corruptio coloris corporis, & conuersio eius ad nigredinem: quæ maxime percipitur in albuginibus oculorum. Et hoc contingit propter hoc, ꝙ splen non attrahit melãcholiam ab epate: neq; mundificat in eo massam sanguinis, cũ sit eius proprium officium. Secundũ est prostratio appetitus, propter paucam melancholiam acetosam, quæ trãsmitti deberet a splene ad os stomachi, vt appetitũ excitaret. Tertiũ ablatio vel diminutio hęmorroidaꝝ, ꝙ oriũt a splene, siue venis eius. Si autẽ sit ista debilitas a mala cõplexione calida: tũc cum prædictis apparet citrinitas permixta nigredine in cute corporis, & albuginibus oculoꝝ, & destructio appetitus oĩno, & sensibilis caliditas in hypochõdrio sinistro, & vrina rubea grossa. Si aũt sit a mala cõplexione frigida: tũc cũ p̃dictis apparet color liuidus ꝑmixtus nigredini: & destructio appetitus nõ adeo sicut in causa calida, & frigiditas sensibilis circa locũ splenis: & vrina glauca turbida inferius & clara superius quodãmodo. Si aũt sit propter raritatẽ substãtię splenis: tunc cũ signis cõmunibꝰ p̃dictis appet medico sapiẽti priuatio signoꝝ calidoꝝ et frigidoꝝ

& quoniam splen de facili lædit ex qua cunque causa, postquã peruenerit ad panniculum inuoluẽtem: quoniam eius substãtia caret sensu, propter non esse membrum neruosum, sed carniforme: quẽad modum epar, pulmo, & renes.

Methodus. Cura debilitatis splenis propter malam complexionem calidã, est vt in principio si corpus sit plethoricum, vel carnosum: fiat flebotomia de basilica sinistra in brachio vel in pede, vel de saluatella in manu. Post hoc si necesse fuerit: purgetur cũ sene, thymo, epithymo, polypodio, dando ex eis aliquid in puluere cum aqua decoctionis prunorum, vł in colatura cum hac decoctione. ℞. ellebori nigri, ℈. 1. reubarbari. ʒ. 2. terãtur & dissoluantur in. ℥. 4. aquæ feruentis decoctionis sene, epithymi & prunorũ, coletur, & detur ante diẽ. Et si præsto non sit aliud, purgetur cũ dia sene, vel cum hieralogodion, dando ex eis. ℥. ß. cum aqua calida ante diem. Vel detur reubarbarum in puluere cum sero caprino, vel cum aqua decoctionis prunorum: quoniã ista medicamina confortãt, & deoppilãt splenẽ, & epar, atque meseraicas, & humores grossos educũt adustos vel nõ adustos. Post purgationes ponatur vẽtosa magna sine scarificatione super splenẽ in ieiunio cum suctione forti vt melancholiam attrahat, & fricetur cum manib⁹. Epithymetur cũ huiusmodi medicina. ℞. ciperi, capparis, acori, end. lactucæ, cicoreæ, absynth. añ. pistentur, & bulliantur in aceto forti & succo acetosæ vel berberis. Et in isto liquore actu calido infundantur petiæ, & ponantur frequẽter super splenem in ieiunio. Si vis ex eo facere vnguẽtum: bulliãtur res prædictæ in oleo communi, & modico aceti, vel in oleo ros. vel de salicibus, & post decoctionem coletur liquor, et ex eo & cera sufficienti fiat vnguentum. Nutriatur carnibus laudabilibus, non fumigatis, neque salitis, coctis cum endiuia, lactuca, vel cum seminibus eorum cõditis cum agresta, vel vino granatorum & berberis, vel succo acetosæ & aceto. Bibat vinum album, clarum, debile, aquosum vel lymphatum. Vitet cibos dulces vnctuosos & viscosos, & potus rubeos grossos turbidos. Vtat trias sandał. rosata nouella, diaboraginis, diarrodon abbatis cum aqua calida in ieiunio. Cura debilitatis eius a mala cõplexione frigida, est eadem cum prædictis in flebotomia, purgatione, & ventosatione: sed fricatio fiat fortior, & equitet in ieiunio equos duriter inceden. vel descendat scalas altas. Epithymetur splen cum huiusmodi. ℞. ciperi, capparis, acori, azari, aristologiæ, rotundæ. añ. pistentur, & bulliãtur in succo absynth. scolopen. tamarisci, corticis medianæ sambuci, & modico aceti fortissi. colentur, & exprimantur res perfecte: & in liquore illo imbibantur petiæ, & actu calidæ super splenẽ ponãtur: vel pistent res oẽs perfecte, & fiat emplastrũ. Et si vis magis fortificare hoc medicamen, adde rutam & folia lauri, & prassium: vel fi. vnguentum, quod sic fit. ℞. armoniaci, bdellij, oppoponaci, serapini. añ. ℥. ß. succi absynth. ℥. iij. aceti fortissimi. ℥. 2. olei communis veteris, vł de ruta. ℥. 2. dissoluãtur gummæ in aceto & succo: deinde reducantur ad ignem addito oleo, & cũ bene liquefacta fuerint, addatur ceræ quod sufficit, & fi. vnguẽtum actu calidum super splenem in ieiunio ad ignem vel solem calidũ omi die. Ad idem confert vnguentũ marciaton, arragõ, agrippa. Vtatur etiam diacostõ. diacastoreon, dialaccæ, diacymini, diacapparis, diacalamẽti, vł diacurcumæ q̃ scripta sunt ca. de hydropisi. vel trifera magna cũ vino, albo puro, forti in ieiunio. Comedat carnes laudabiles coctas cum feniculo & petro. & iura earum: bibat vinum album, forte. Cura debilitatis splenis propter ra

ritatem suæ substantiæ, est vt negligant flebotomia & farmacia prædictæ: & fiant sola remedia localia. Epithymetur ergo & emplastretur cum calidis stypticis non multum excedentibus, quæ diximus ca. de debilitate epatis. parag. de cura debilitatis eius propter raritatem suæ substantiæ. Nutriatur carnibus laudabilibus assis proprie conditis cum vino granatorum vel berberis, vel succo acetosæ & vino styptico mixtis & incorporatis cũ puluere cynamomi, zedoarij cappa. gallan. croci, & similium: quoniam stypticant & confortant splenem generando sanguinẽ grossum & appetitum excitant: quare bibat vinum rubeum aromaticum, si in ipso delectetur, vel vinum album vetus amarũ: vtatur in ieiunio diacappa. & electuarijs, quæ dicemus statim cum vino claro subtili.

Emperica. Confectio dialaccæ sublimis conferens ad omnem debilitatem epatis & splenis cum opilatione, & proprie sine feb. hæc est. ℞. laccæ ablutæ, costi, baccarum lauri, florum sambuci, liquiri. piperis. zz. añ. ʒ. 2. aristologiæ, rub. tinctorũ, succi eupatorij, azari, absynthij, anisi, gencianæ, spicæ, squinanti, croci, cynamomi, reubarb. añ. ʒ. 1. & ß. myrrhæ, bdellij. añ. ʒ. 1. mellis quod sufficit. Frangit eñ lapidem, & duritiẽ antiquatam, & inceptionem hydropisis ex ipsis prouenientem decidit. Item sunt quædam simplicia splenem confortãtia a proprietate. verbi gratia. borrago, buglossa, cipi, capparis, thymi, epithymi, zedoarij. sed in causa calida, endiuia, lactuca, et similia, & semina eorum: sed in causa frigida, tamariscus, scolopendria, nasturciũ, calamẽtum. squillæ, aristolog. acori, azari, flores sambuci, vel cortex eius medianus. Item aqua transiens per mineram ferri, vel in qua extinctum sit ferrum, vel in qua bullitæ sunt scoriæ ferri, conferũt spleni a proprietate, si potẽt vel cibis cõmisceaẽ. Similiter & electuaria, in qbus ponitur scoria ferri, vel limatura acuũ abluta in aqua frigida 10. vicibus aut pluribus, postq̃ fuerit subtiliter cribellata. Scitur aũt, quãdo sufficienter est abluta: quoniã dum ex ipsa non inficitur amplius aqua. Sic enim abluimus & lapidẽ lazulum, & lapidem armenum.

Canones. Scias, q̃ omes melancholici sunt splenetici: quapropter dicta capitulo de melancholia, similiter & isto cap. & quæ dicentur cap. de opilatione splenis plurimum sibijnuicem suffragantur: si calida frigidis, & frigida calidis applicentur causis. Præterea splenis debilitas cũ opilatione & duritie vt plurimũ accidit in ægritudinibus chronicis, velut in fe. quartana, quãtum ad causas calidas, vel in hydropisi ascite & tympanite quantũ ad causas frigidas. Ideo i cura taliũ passionũ, splenẽ nõ p̃termittas.

Prognosticatio. Debilitas splenis inducit opilationẽ epatis, dum sanguinem non mundificat: opilatio digestionẽ prohibet, dum calorem mortificat naturalẽ & discursum humorum per sua loca retardat: digestio vero prohibita aquositatẽ multiplicat supple & ventositatem: & sic tandem hydropisim ascitẽ vł fe. chronicam perniciosam inducit cũ omnimoda appetitus prostratione, & virtutis nutritiuæ defectione.

¶De opilatione, magnitudine, duritie, & tensione splenis. Cap. II.

Ista quatuor conueniunt, & differunt. Conueniunt: quoniam sunt de genere passionum materialium occupãtium splenẽ secũdum venas & spongiositates eius, & inducẽtium in eo malam compositionem. Differunt autem: quia opilatio est nomẽ cõmune ad oĩa: sed magnitudo est opilatio splenis facta a materia humorali ipsum eleuãs in tumorẽ: Sed duri

ties est opilatio antiqua sclerotisata, cuius subtile resolutum est cum remanētia grossi terrestris: Sed tēsio siue inflatio est opilatio facta ex materia vētosa. Signa omnium istarum passionum, sunt dolor lateris sinistri extensiuus in loco, qui est sub costis cum tumore, vel sine tumore, & cum duritie sensibili ad tactū: vel sine duritie: & corruptio coloris, & conuersio eius ad nigredinem in corpore toto, proprie autem in albuginibus oculorum: propterea ꝙ splen non mundificat sanguinē a melancholia: & prostratio appetitus, propter opilationē venæ mulgentis, quæ venās a splene ad os stomachi defert melancholiam acetosam guttatim profluentem, & appetitum in ipso excitātem. Si autem sit ista passio a materia humorali: tunc cum prædictis apparebit, ꝙ tumor ille non cedit, vel difficulter cedit cōpressioni manus sup ipsum. Si vero fiat a materia ventosa: tunc fit locus planus, præter quod doleat, quando super ipsum fit vehemens impressio, & quādoqꝫ prouenit ex eo, cum vehementer premitur, eructuatio vel rugitus.

Methodus. Cura omnium istarum passionum præterq̄ tēsionis, est vt primo fiat flebotomia saphenę vł saluatellæ in pede sinistro cum incisione larga: & post hoc flebotomia basilicæ ī brachio sinistro, vel saluatellæ in manu sinistra, si corpus sit carnosum, & virtus & ætas consenserint: & extrahatur sanguis grossus, niger, plurimus: ꝙ si clarus subtilis exierit, ilico restringatur, & ponatur corpus in aqua dulci tepida, & fricentur extrema, donec sanguis grossus melancholicus colliquetur: Deinde fiat flebotomia iā dicta: Et post flebotomiā sumat omni die in aurora & ante cœnā ℥.iij. syrupi acetosi, cōpositi cū ℥.4. aquæ decocti onis ciperi acori, capparis, azari, vł oxymellis compositi. Voco autē compositū cum in eis aliquid ponitur ex radicibus quinqꝫ communibus, & ex seminibus calidis quatuor cōmunibus vsitatis. Purgetur cū hierap̄. vel cum hieralogodion, vel cum aliqua medicina dicta capit. de debilitate splenis. Et fortius prædictis est diasenæ acuatū cum lapide lazulo abluto, vel lapide armeno: sed leuius prædictis est oxymel compositum acuatum cum prædictis. Post purgatiōes vero prius vaporetur, vel fomentetur splen cum aceto acuto actu calido, in quo bullita sint ruta, calamentum, cappar. & azarum. Et ponatur super ipsum emplastrū, quod sic fit. ℞. armoniaci, oppoponaci, serapini, bdellij. an̄. ʒ. ß. pingued. anseris, anatis & gallię n. an̄. ℥. 1. capparis, acori, ciperi, florum sambuci, vel corticis eius medianæ, scolopend. tamarisci, rubeæ tinctorum. an̄. m. ß. bulliātur omnes herbæ & radices in aceto forti, & pistentur perfecte, donec omnia reducantur ad formam axungiæ: deinde conficiantur cū adipibus prædictis & gummis dissolutis in vino, & fiat emplastrum actu calidum super splenem in ieiunio. Quod si fortificare volueris: adde absynthium squillan. rutam, eupatorium herbis prædictis: Et si magis iterum, marrubiū & genestam, fraxinum, sauinam, & iterum si maxime, aloen & myrrham, & omne genus salis: & omne genus fellis, & omne genus vrinarum, & ex succo earundem rerum, & oleo & aceto decoctionis ipsarum fiat vnguentum cum adipibus & gummis prædictis, addito modico ceræ albæ. Istud nanqꝫ vnguentum & emplastrum aperit, mollificat & cōfortat oēm splenem opilatum, & proprie si sit opilatio dura antiqua, & sine fe. Vngatur etiam vnguento marciaton ad ignem vel solem calidū: vtatur sæpe in ieiunio diacurcumæ dicta in ca. de debilitate splenis. parag. de empericis: vel philantropos, vel diacapparis, vel diagallan, & proprie si in lib. 1. cuiuslibet electuariorum

istorum ponatur.ʒ.i.vel duæ limaturæ acuum, vel scoreæ ferri tritæ subtiliter atque cribellatæ: quoniã sunt tũc de genere electuariorum ferratorum. Nutriat carnibus hoedorum vel pullorum, vl' auiũ syluestrium non aquaticarum, potius coctis cũ petro. & fœniculo q̃ assis vel frixis, & aqua cicerum & pisorum. Bibat vinũ albũ clarum, vetus, amarũ, purũ. Euitet cibos dulces viscosos: quoniã opilãt, vt est caro porcorum & tortellæ: similiter & cibos valde salitos, quoniã sanguinem adurunt, & inspissant & lentes & carnes farinas & caules: quoniã melãcholiã multiplicãt: & vinũ rubeũ, grossum, turbidũ, & ceruisiam et medonẽ, quoniã vasa replent, & aquam quoniã humores congelat. Si aũt sit cum fe. non fiãt vnguenta & emplastra p̃dicta: quoniã sufficiũt leuiora, sicut est euaporatio cum aceto forti calido puro: vel in quo decoctę sint cappares: similiter et emplastrum factum ex eisdẽ cõtritis per fecẽ. Vtatur trochisc. de ros. sæpius ante cibum qui sic fiunt. ℞. rosarum.ʒ. iij, oxyaloes, spicæ masticis, casiæ ligneæ, squinanti, cynamomi, absynthij. añ.ʒ. i informentur trochisc. cum vino veteri: quorum quilibet sit.ʒ.2. detur vnus in potu omni die cum aqua decoctionis fœniculi, radicum apij, petro. quoniam valent opilationi omniũ membrorum, & indigestioni & inceptioni hydropisis: & feb. antiquas erraticas decidunt, si dẽtur post purgationes in aurora, & ante horã accessionis. Et non negligatur feb. sed curetur sicut eius causa & dispositio requirunt. Cura tensionis eiusdem splenis est, vt euaporetur, & fomentetur splen cum vino veteri amaro, in quo decocta sint carui, cyminum, mentastrum, origa, satureia, sizeleos, & similia, quæ sunt carminantia ventositates: vel cum lapide ignito asperso aceto acuto. Et saccelletur cũ milio & sale torrefactis in sacculo addito furfure, additis etiã allijs, fœniculo, aniso, se. nasturcij. carui, sępius in ieiunio: Et bibat post ipsum vinũ purũ & vetus: Vtat etiã diacimino, dianiso, diacost. diacastor. vel theriaca veteri cũ vino decoctionis ameos, amomi, origani, satureię & similiũ: famẽ & sitim toleret pro posse: & laboret in ieiunio, & sudet: vitet oĩa vẽtosa: sicut sunt legumina & olera. Et ponat qnq; ventosam magnã super splenem ante cibum sine scarificatione.

Emperica. AD omnem opilationem splenis ex quacumque causa fiat, conferunt trochis. de capparis a proprietate, qui sic fiunt secundum Almansorem. ℞. radicum corticis capparis, se. agni casti. añ.ʒ. 10. scolopendriæ.ʒ.7. aristol, ros. fol. rutæ, se. nasturtij. acori, nigellæ, armonia. añ.ʒ. iij. dissoluatur armon. in aceto, in quo cętera conficiãtur, & informentur trothisc. quorum quilibet sit.ʒ.2 ex quibus detur vnus in aurora cũ vino decoc. radicũ qnq; cõmuniũ: & proprie si sit sine fe. Est nanq; res vltimæ fortitudinis, p̃missa purgatiõe. Isti troch. etiam secũdũ Hebe. sic fiũt, & melius. ℞. rad. corticis capp. se. agni casti. añ.ʒ.6. nigel. calamenti. succi eupatorij, acori, amygdalarum amar. nasturtij, armoniaci, foliorum rutæ, aristologiæ rotundæ. añ.ʒ 2. ciperi, scolopendr. añ.ʒ.i. dissoluatur armoniacũ in aceto, & aliarum rerum puluis subtiliter tritarum conficiatur cũ eo: & sit dosis aurei, i. cum vino decoctionis radicũ capparis, & radicũ salicis: & sunt qui duplãt armoniacũ, & est melius. Ad idem conferunt trochisci de lacca, & curant asciten, & febres antiquas secundum eundem. ℞. laccæ mundatæ, succi liquiritiæ, absynthij. berberis, succi eupatorij, acori, astrolog. longæ, costi, azari, amygdalarum amararum, rubeę tinctorum, anisi, se. apij, squinanti. añ.ʒ.i. Confice cum vino veteri albo. Ad idem conferũt trochisci de agno casto, sed non sunt tantæ fortitudinis. ℞. se. agni casti, se. rauia

risci.an.ʒ.5.se.rudi se.portul.an.ʒ.5. terātur & informentur trochisci cum vino, quorum quilibet sit.ʒ.iij. Et possunt dari in feb. nisi fe.sit valde intensa. Ad idē confert comestio capparis cum aceto forti, vel vino decoct.radicū.quinqȝ cōmuniū, vel ameos, vel amomi quoniā san. subtiliant, apostema prohibēt, appetitū concitant aperiendo vias splenis. Quod si bulliātur in oxymelle vel aqua & aceto forti, & pistentur optime, & emplastrētur super splenē sæpius in ieiunio post purgationes, conferūt vehementer authoritate Galeni de ingenio sanitatis, reiterādo frequēter, postq̄ infrigidatum fuerit. Et quandoqȝ additur absynthium & oleum rutæ, aut de salic. vel de lilio: quoniā facit penetrare, cappares nanqȝ splenē respiciunt a proprietate. Ad idē confert stercus caprinum, bouinum, columbinū cum fece veteris vini, & aceto forti decoctum, atqȝ emplastratū: & proprie si opilatio non sit difficilis, antiqua: & præcesserit flebotomia sapradicta: & sint animalia pasta ex herbis acutis in locis mōtanis. Confert etiam vrina propria bibita actu calida in ieiunio: & quando quis priori die sumpserit vinum album vet' amatum: quia splenē subtiliat, & remouet hydropisim inchoatā ex duritie epatis aut splenis, aut aquā educit per secessum: vt dicit Auic.2.can.capit.de vrina. Et ex rebus nobilibus est syrupus diureticus positus capite de opilatione epatis, parag.canon. Item confectio ad idē. ℞ radicum enulæ campanæ, & radicū raphani. an.ʒ.1. corticis medianæ tamarisci, & florum eius.an.ʒ.ß.limaturæ ferri ʒ.2.betonicæ, zinzib.an.ʒ.2.mellis quod sufficit. Detur ex ipsa ad modum auellanæ in ieiunio semel vel bis omni die cum vino albo veteri. Item vnguentū ad idē. ℞.absynthij, rutæ, squinanti, acori, capparis, eupatorij, panis porcini, florum tamarisci, vel sem.eius vel corti. medianæ sambuci.an.ʒ.2.aceti squillit. vini veteris.an.lib.ß.olei. de tamarisco, vel de ruta, vel de cappar. vel de lilio, vel olei laurini lib.1.bulliantur oīa in vino & aceto perfecte. Deinde addatur oleū, & statim ab igne deponatur, coletur, et addatur ceræ quod sufficit. Et si vis acuere magis, addatur assæ fœd. armoniaci, bdellij, serapini, oppoponaci: sed dissoluātur cum vino in cazola, & incorporentur cum rebus p̄dictis. Et ex oleis nobilibus est oleum de fraxino, & de iunipero, quæ dicemus capi.de lepra.libro.2.

Canones. Omīs medicina expilatiua cuiuscunqȝ membri oportet necessario vt sit acuta, calida, subtilis, penetratiua, & proprie in splene: cum sit membrum melancholicum grossum. Si igitur opilatio sit noua & modica, sufficiunt calida leuia. Si vero sit antiqua, indurata: requirūtur fortia nisi febr. vel virtutis debilitas id ipsum impediant: q̄propter opilatio in causa calida difficilis est curationis: cum in hac necesse sit medicum habere duas intensiões contrarias, scilicet frigidandi & aperiendi. Item medicinæ exopilantes debent dari in subtili substantia, vt cito penetrent: & ideo si sint apozimata, colentur: si pulueres, cribellētur: si emplastra, vel vnguenta vltime pistentur. Itē in emplastris resolutiuis vel mollificatiuis semper oportet poni styptica: vt est absynthium & calamentum, ne virtus eius resoluatur: quoniam splen est membrum nobile necessarium pro toto. Item in febribus quartanis, & febribus erraticis (q̄ planeticę dicuntur) & febribus quotidianis de materia grossa, & proprie in quibus æger peccat in regimine, & bibit aquam frigidam plurimam fiunt opilationes splenis antiquæ periculosæ: quapropter in cura ipsarum splenem non pertranseas.

Prognosticatio. Opilatio splenis remanens vel inducta

post feb. quartanam vel erraticam, recidiuam minatur: nisi medicus superuenerit rectificando splenem. Item opilatio splenis inducit infrigidationem epatis. Infrigidatio indigestiōem, indigestio hydropisim periculosam. Item opilatio indurata antiqua raro vel nunq̃ recipit curationem: sicut neq; apostema sclerotisatum. Item opilatio epatis vel splenis dū pungit, & sentitur, est recens: dū vero nō sentit, est antiqua confirmata: quare nō curatur. Itē caue ne inflationē musculorum ventris vel intestini colon transeuntis super splenem, iudices opilationē splenis, seu apostema. Distingue ergo per colorē corporis p̄dictum & profunditatē loci, & vrinam albā, subtilem, radiosam, vel rubeam confusam: quoniam ista nō apparent in doloribus intestinorum vel musculorum. Et certius signū sumitur a stypticitate ventris, quæ seqtur & antecedit tales dolores, & satietas nauseatiua: quare per resolutionē ex c alefactorijs (vt plurimū) soluūt, vel cū fluxu vētris: q̄d nō contingit de apate vel opilatiōe splenis.

De apostemate, vlcere & exitura splenis. Ca. III

APostema, exitura, & vlcus, habent fieri in splene eodem modo, sicut in epate. Et cura & prognosticatio sunt eadem omnino, cum vtrunque ipsorum sit membrū carniforme & nobile, nisi quod splen est dēsioris substātiæ, & minoris caliditatis: propter quod in ipsius resolutione minor cadit timor, quam in epate. Similiter aūt in maturatione & mollificatione: duo tamen hæc attendenda sunt in canone. Quorum primū est, quod sicut apostema epatis (vt plurimum) fit a causa calida, scilicet sanguine, vel cholera: ita apostema splenis (vt plurimum) fit a causa frigida melācholica, non quidem per se incipiendo, sed consequendo ad apostema calidum sclerotisatum. De cuius cura plura reperies cap. de apostemate epatis, parag. de apostemate indurato & de opilatiōe splenis per totū. Secūdū est, quod sicut in medicinis epatis administrandis per interius vel exterius addere cōuenit directiua respicientia epar a proprietate, quæ sunt endiuia, spica, squinantū, eupatorium, ameos, amomum: Ita in medicinis splenis opus est addere directiua respicientia splenem a proprietate, quę sunt ciperus, capparis, acorus, azarum, limatura ferri, tamariscus, scolopendria, &c.

TRACTATVS QVARtus tertiæ sectionis, de passionibus intestinorum.



INtestinorum passiōes sunt quatuor: Prima fluxus ventris: Secūda stypticitas: Tertia dolor extensiuus, qui colicus & iliacus dicit: Quarta apostema, sub quo comprætendo exiturā & vlcus. Sunt autē intestina sex numero secundum distinctionem nominis & operationis: licet omia sint vnum corpus continuū & a pileron. i. fundo stomachi, vbi est ipsorum orificium initiatum vsq; ad ficterim. i. anum, vbi est ipsorū orificium terminatum: quorū tria sunt gracilia, & sunt superiora, plures reuolutiones habentia: quia chylum debent retinere, donec totus attrahatur per meseraicas ad epar. Primum autem vocatū est duodenum: quoniam longitudinē latitudinis. 12. digitorum continet. Secundum ieiunum: quoniam anatomistæ raro quicq̄ in ipso reperiunt propter plures meseraicas, quæ veniūt ad ipsum. Tertium ileon. i. gracile, q̄d cōmune nomen sibi vsurpauit: & situs eorum est circa vmbilicum directe in anteriori parte vētris, maxime tamen sub vmbilico ad q̄tuor digitos, Tria vero sunt grossa paucas habentia tortositates propter meliorem

stercoris expulsionem iam sequestrati a chylo: quorum primū nominatū est mono culū profundū, in quo formatur stercus per residentiā grossi, ac superfluitatū, & supnatationē subtilis succosi: & situs ei9 est in hypochondrio dextro sub epate, & iuxta renē dextrū qui versus dorsum re sidet locatus. Secundū vero colon: quoniam plurima colla habet, vt in ipso si quid residui chylosi fecibus cōmixtum remanserit, attractionem epatis adhuc non euadat: & processus eius est ab hypochondrio dextro transeundo sup epar & stomachum & splenē, descendendo p hypochondrium sinistrum vsq ad locū renis sinistri: quod ideo factū est, vt plurima cholera possit delegari ad ipsum ab epate propter virtutem expulsiuā excitandā: & propter hoc cōtingit, vt epar & stomachus & splen frequenter eidem compatiantur in passione colica, vel vētris stypticitate. Tertiū est longaon siue rectum: quoniam eius est directus & precipitosus descēsus a rene sinistro ad anū, propter quod contingit, vt in hora egestionis putet homo quasi lapidem a stomacho ad anū præcipitari, & eius anhelitū elongari: & hoc intestinū est omium amplissimum & rectissimū amfractibus atque circumuolutionibus penitus priuatum, vt stercoris grossities, vel quātitas ipsum non opilet: & est in lōgitudine cōtinens palmam vnā & semis vel circa illud: propter quod & suppositoria tanta possunt per anum immitti.

De fluxu ventris omnium modorum. Cap. I.



Luxus vētris causas & modos habet plurimos: quorū sufficientia & numerus plurimo studio taliter potest depræhēdi: ita vt & exiēs mutatum & mēbrum, quod est causa exeuntis, & forma exeundi cum sua necessitate totaliter compræhendatur. Omne igitur quod egreditur per secessum, est aliquid istorū triū: scilicet cibus, humor & sanies. Nam squamæ vel cortices non egrediūtur, nisi ratione saniei corrodentis. Si igitur quod egreditur, est cibus siue chylus, sic vocatur communi nomine lienteria. Si vero sit humor alius a sanguine: sic vocatur diarria. Si sanguis vel sanies vel mixtū ex eis: sic nominatur dysenteria. Et quoniā sanguinis & saniei flux9 eædem sunt causæ: quoniā ex sanguine corrupto alterato fit sanies: ideo ipsorū fluxus cōmune nomen retinuit: propter quod ait Hipp. 6. part. aphor. Si sanguis in ventrē. i. in locū extra venas quocūq modo effusus fuerit, necesse est in saniem conuerti: supple vel in virus, vel in aliā rem pessimā, si tempus ad hoc sufficiat. vnde versus. Cruda liē, simplexq diar, cum sanguine dysent. Licet dysenteria propriissime loquendo, sit fluxus cū excoriatione intestinorum. Signa lienteriæ sunt: quoniā cibus egreditur in eadē qualitate, in qua assumptus est: vel si alteratus & attractus est ad epar, est modicum valde: & quandoq non egreditur cibus crudus, sed perfecte in stomacho digest9 quod chylus dicitur & est res alba, lenis, æqualis: sicut ptisana non colata: & sic quādoq egreditur chylus permixtus cū melancholia vel cholera vel flegmate: & tūc permutatur color eius ad subcitrinum vel viridem vel liuidū: & est vt plurimū cū prostratione appetitus. Signa diarriæ cōmunia sunt: quoniā quod egreditur non est cibus, neq chylus, sed flegma vel cholera vel melancholia vel mixtū ex eis & cibo cum prædominio humoris super cibum. Signa communia dysenteriæ sunt: quoniam quod egreditur, est sanguis, vel sanies, vel virus, vel mixtū ex eis. Et si quid ex cibo vel humore fuerit cū eis, nomen non mutabit & est quādoque cū dolore in vētre [illegible] no, & quādoq

ſine dolore. Dicamus autē ſequenter de ſpeciebus & cauſis earum in ſpeciali.

Methodus. Lienteria fit propter vnā quālibet ex cauſis.12. Quarum prima eſt ſumptio cibi peccantis in quali: vt cū eſt lubricus, ſicut pruna cruda: vel fluidus, vt iura vel brodia & oleta plurima: vel mollis, vt pinguia, & vnctuoſa: & ſigna eius apparēt ex relatiōe patientis. Et cura eius eſt abſtinentia a talibus omnino: quoniā in omni motione corporis cū cœperit, &c. vt inquit Hip. 2. part. apho. Et vſus ciborum ſtypticorū cum declinatione ad calidum vel frigidum, prout diſpoſitio requirit: ſicut ſunt carnes aſſæ, vel frixæ conditæ cum puluere piperis longi, carpobalſami, gallangæ, cynamomi & croci, vel cum vino granatorꝫ & berberis & ſumach & agreſta. Bibat vinum ſtypticum vetus purū, in modica tamen quantitate: vel lymphatum cū aqua extinctionis chalybis, vel aqua pluuiali vel aqua decoctionis myrtilli. Balneetur quandoque in aqua decoctionis balauſtiarum, cupularum glandium, roſ. mentæ, calamenti, mentaſtri, foliorum ſalicis, foliorum chamomillæ, meliloti, pirorum ponticorum, meſpilorum, maiorum macianorū, cynarum rubi, & ſimilium. Et poſt balneum ſumat drag. duas diagallangæ, vel diarrodon abbatis cum ſyrupo roſaceo, vel vino prædicto. Confortetur ſtomachus cum emplaſtro facto ex ſaluia, mēta, ro. abſynthio, coctis in vino ſtyptico & aqua pluuiali, vel ſucco plantaginis, & piſtatis perfecte, deinde expreſſis diligēter & actu calidis poſitis ſuper ſtomachum cum reiteratione frequenti in ieiunio, poſtquam cœperit tepefieri: quoniam tepida reſoluūt robur ventris, vt dicit Galenus ſeptimo de ingenio ſanitatis. Et poteſt addi thus & maſtix diſſoluendo ea in vino rubeo ad ignem, & incorporando cum prædictis. Secunda cauſa eſt ſumptio cibi peccantis in quanto grauantis ſtomachum & debilitantis eius virtutem retentiuā: ſicut accidit illis, quorum appetitiua excedit digeſtiuā: vt contingit in appetitu canino, & ſtomacho frigido ſine materia. Et cura eſt minoratio cibi & potus, & labor & exercitiū in ieiunio, & mēſuratio cibi ſecundū quantitatē, qua nō ſuperet̃ vel ſoluat̃ natura. Et ſi lædit̃ propter vehementiā appetit⁹, ſumat aliqd ex cibo vnctuoſo, ſicut butyrū recēs ſine ſale, et caro porcina recēs: & fiāt oīa dicta ca. de appetitu canino. Tertia vero cauſa eſt multitudo effuſiōis melācholiæ acetoſæ vel ponticæ ad os ſtomachi: q̄re ſua acuitate excitat virtutē expulſiuā. et ſua prouocatione intēſina facit cibū ſuperfluere. Et ſigna eius ſunt multitudo appetitus, ſicut in cauſa ſecūda: Sed differunt, qm̄ in iſta eſt mordicatio ſiue ardor fortis in ore ſtomachi ante cibū: et acetoſitas in ore: propter q̄d nō tolerat, quin cibum ſumat, et ſedatio eorū poſt cibū vel potū rei vnctuoſæ. In alio aūt appetitu canino nō eſt ardor ſtomachi, neqꝫ acetoſitas oris, ſed deſiderium purū. Et in hac tertia cauſa, eſt multitudo egeſtiōis cum multitudine comeſtionis, quæ (vt plurimum) eſt liuida vel plumbea propter permixtionē melancholiæ cum chylo. Quod ſi diebus aliquibus aſſellationes cōſuetas non habuerit: ilico grauabitur, & proſternitur appetitus. Et cura eius dicta eſt ca. de appetitu canino, quæ perficitur proprie duobus modis primo per rectificationē ſplenis cū flebotomia & purgatione & ventoſatione: ſecundo per alterationem ſtomachi cum iuribus vnctuoſis ſumptis in ieiunio frequenter. Quod ſi ſuperfluxerit iſta ſolutio: requiritur tertio confortatio inteſtinorū cū cibis & clyſteribus ſtypticis, vt dicetur infra de dyſenteria: qm̄ forte melancholia iſta mordificatione plurima corroderet inteſtina. Vnde Hippo. 4

parti.apho. Dysenteria si a felle nigro inchoauerit, mortale. Nutriatur tamen carnibus laudabilibus coctis cum myrtillis & lactucis, conditis cum vino granatorum vel berberis. Bibat vinum album lymphatum, stypticum cum aqua pluuiali, in qua extinctũ sit ferrum vel lapis: vtatur piris & citonijs assis mespilis, & similibus ante cibum. Et scias, ꝙ in isto fluxu requirit̃ sępissima mũdificatio melancholiæ cũ myrobalnis indis, thymo, sene, & epithymo: vt dicemus ca. de debilitate digestionis stomachi. parag. de canone: quoniã euacuando causam confortãt stomachum & intestina & restringunt fluxum. Valet etiam ad hoc hierologodion dando ex ipso ℥. ß. in sero, cum itur dormitum, in aqua calida. Quarta causa est motus laboriosus ilico super cibum: quare concutitur ad latera stomachi, & debilitat eius retẽtiuam: sicut accidit viatoribus et athletis: propter quod ait Gal. 6. de accidenti & morbo: ꝙ motus laboriosus comperit in ieiunio ad resolutionem superfluitatis, & ignitionem calidi naturalis. Motus vero debilis & modicus post cibum facit ad descensum ipsius ad fundum stomachi. Et cura eius est somnus & quies post comestionem: quia si necesse fuerit moueri post cibum, sit cibus modicus & stypticus, & potus nullus, vel modicꝰ ex vino styptico. Deinde parum dormiat, & quiescat, & tunc proficiscatur, vel exercitetur. Et cum totus labor completus fuerit, faciẽ & manus abluat cũ aqua frigida. Deinde quiescat, donec calor naturalis ad interiora redierit: postea cibum copiosum & necessarium recipiat, & ibidẽ quiescat donec perfecte digestio compleatur: vt scripsimus plenius capitulo de regimine sanitatis. Quinta causa est potus plurimus cũ cibo, vel post cibum reddens ipsum fluidum et penetratiuum per fundum stomachi, anteq̃ compleatur digestio prima, et proprie potus aquæ plurimæ. Cura eius est cessatio a talibus, & cito dormire super cibum, vt flegma salsum, vel cholera sitim faciẽs digeratur: & sitim tolerare, & cum aqua frigida & aceto gargarizare, præter quod aliquid inglutiatur. Sexta est error in ordine comedendi. verbi gratia: vt si i vẽtre naturaliter lubrico subtilia vnctuosa præmittantur, grossis stypticis, vt brodia & holera pinguia assis vel frixis: quia natura primi cibi sapit tota diætatio: vt dicit Galeñ. in ij. alimẽtorum ca. de pomis: vel si fiat mora plurima in sumẽdo cibum: quia primus digeretur, anteq̃ postremus assumatur: et trahet eum post se ad intestina. Et cura eius est præmittere in tali ventre styptica: vt sunt cotonea, pira assa, vel carnes assæ vel frixæ, vel pastilla & similia: neq; sumere diuersa genera ciboꝝ in eadẽ mensa, sed duo ad plus: & bibere cũ cibo suo vinũ rub. stypticum, sed in modica quantitate. Completa vero digestione prima, quod est hora vesperarum, vel circa id, potest bibere haustum bonum vini albi, clari, puri vł lymphati parumper gratia extinctionis & delationis. De speciebus autem potus, & hora, & ordine bibendi plene scripsimus ca. de siti. parag. de canone. Septima est catarrhus descendens a capite ad stomachum per mery, id est isophagum eius digestiuã debilitans sua frigiditate & retentiuam deijciens sua lubriciate. Vnde Hippo. 6. parti. aphoris. Trauli a diarria maxime capiunt̃ lõga. Et signa eius sunt: quia fit fluxus ventris per somnum & resupinationem: deinde retinetur vẽter, dum perseuerat homo vigilans: & si in suis egestionibus apparet flegma & spuma. Vnde Hippo. 7. part. apho. Quibuscunq; egestiones spumosæ fiunt: ijs a capite defluit flegma, & egestio lata liquida, sicut vaccarum cum rugitu & trullis plurimis. Et certius signum est; quoniam æger forte descensum fle-

gmatis sentit per gulam, si fuerit studiosus. Et cura eius duobus perficitur modis. Primo per confortationem particulæ mandantis, quod fit cum syrupo de sticados dicto ca. de debilitate visus: & cū medicinis rubificatiuis emplastratis super caput dictis cap. de catarrho. & cap. de ptisi: & cum vigilijs plurimis super cibum, & abstinētia a cibo plurimo vaporoso: & proprie circa noctem. Secundo per confortationem particulæ recipiētis, stomachi scilicet & intestinorum: quod fit cum euacuatione flegmatis cum pillulis cochijs, vel medicina de turbith vel hierapicra Gal. vt diximus ibidē. Et post purgationes cum cōtinuo vsu electuarij de coroneis, vel de thure, quod ponemus infra de dysenteria: vitet patiens potum vini plurimi & brodia: & vtatur cibis assis & puris & cotoneis post cibum: Et sit eius cœna leuior prandio. In fine vero & postq̄ stomachus & cerebrū bene fuerunt exiccata: suffumigetur cum thure, & mastice omni sero, quando itur ad lectum: vt eadem mēbra stypticet, & confortet: sed ante purgationes hoc foret malum: quoniā materias inspissaret & earū euacuationes prohiberet: quare hora illa fiant masticationes ex pipere & pyrethro, & sternutationes ex condisi, & gargarismata ex sinapi vel oxymelle composito: & vomitus post expergefactionē cum aqua tepida, si sit possibile: & fricatio cum pectine vel panno aspero. Et solicitandum est in cura eius fluxus, quoniam si fuerit de flegmate dulci, defectū nutritionis & hecticam inducet. Si vero de flegmate salso, dysenteriā perniciosam. Octaua causa est multitudo flegmatis congesti vel collecti in stomacho & intestinis. Et signa eius est egestio alba, & multitudo saliuæ & sputi, & nauseæ: & quandoq; superuenit vomitus flegmatis, & exitus eius cū cibo et egestione: & q egestio eius non est plurimum alterata, imo reperitur in ea qualitas ciborum & sitis paucitas. Si autem sit flegma modicum lubricans solū superficiem intestinorū & stomachi cum egestione, nō egredit flegma, nec fit vomitus, sed apparet egestio ciborū oīno nō alteratorū, vel modicum, & illud ideo, quoniā sunt velocis exitus & descensionis, & proprie si infirmus moueatur fortiter super cibū, & sentitur grauitas cibi descendentis in ventre subito p̄cipitati ad inferiora, sicut lapis cadens. Cura eius est vomitus cum oxymelle composito, vel aqua tepida decoctionis raphani, atriplicis & anethi, si sit possibile præmissa saturitate ex leguminibus & cepis & porris & carnibus vel piscibus plurimum salitis. Postea purget cum hierapicra Galeni, vel cum myrobalanis dictis de debilitate digestionis stomachi. parag. de cañ. vel cum benedicta laxatiua, & proprie post digestionem flegmatis cū oxymelle composito, & aqua decoctiōis petro. anisi, zinz. masticis gallangæ. Nutriatur carnibus hœdorum vel pullorum assis vel elixis cum petro. conditis cum speciebus calidis aromaticis. Bibat vinum album, vetus, clarum, forte & purum non calidum actu neq; tepidum, sed frigidum: quia omne actu frigidum secundum q̄ huiusmodi, est vomitus & fluxus restrictiuum: sed tepidum est vomitiuum, calidū vero secessiuum: vt patet in 3. regi. acutorū. Et si sitis, vel calor intēsus sit, potest dari aqua veri frigoris, & proprie pluuialis, vel in qua ferrum est extinctum siue lapis. Vtatur frequenter ante cibū diatrion pipereon, vel diacitoniten cum speciebus, vel elect. de thure, quod infra dicemus de dysenteria: parum & sæpe comedat & bibat. Nona est debilitas virtutis retentiuæ stomachi & intestinorum, quæ mollificatio dicit, facta in substātia ipsorū, propter raritatē seu debilē nexū suæ substātiæ, vel laxitatē cōplexionis vel humiditatē cōplexi

onis naturalis in eis. Et signa eius sunt oĩa signa octaui modi, præterq̃ ꝙ egestio nõ est flegmatica: sed cibalis vl' chylosa. Et cura ei⁹ est eadẽ cũ illa: nisi ꝙ nõ est opus vomitu vel purgatiõe, sed alteratione et cõfortatione sola cũ electuarijs stypticis ꝑdictis, & emplastris & cerotis & balneis dictis ca. de debilitate digestionis stomachi. parag. de debilitate eius propter raritatem suæ substantiæ, & de causa humida, & empericis per totum. Decima est debilitas virtutis attractiuæ epatis: hæc autem debilitas fit vel ratione opilationis zimę epatis vel meseraicarum. Et signũ eius est egestio alba chylosa vel viridis propter cõmixtionẽ chyli cũ materia alterata in miseraicis: & sentiť dolor grauatiuus in hypochondrio dextro, & prosternitur appetitus omnino, & mollescit corpus cũ eo, & deficit in virtute, & minoratur sanguis eius in venis, & citrinatur color & albificatur, et apparet vrina subtilis citrina. Vel fit propter frigiditatem complexionis epatis. Et signa eius sunt eadem, præter ꝙ vrina est alba grossa, vel subtilis aquosa: & sentiť grauitas ĩ latere dextro sub costis. Vel fit propter debilitatẽ epatis in substãtia sua: & tunc dicet de eo infra de dysenteria. Et q̃cũq; duaꝶ causaꝶ fuerit, cura est cũ syrupis, & electuarijs calidis subtilibus penetratiuis & deopilatiuis dictis ca. de opilatione epatis. parag. de causa frigida: Et confortatio post hoc cũ emplastris stypticis dictis cap. de debilitate epatis. parag. de raritate suæ substãtiæ: & positio ventosarum sine scarificatione super epar vice vna: & emplastrorum vice vltera aperientium, & confortãtium epar, sicut est hoc. ℞. succi absynthij vel eupatorij ℥. 4. vini albi odoriferi ℥. iij. pul'. ros. sandalorum spicę. añ. ʒ. 2. armoniaci. ʒ. 2. dissoluatur armoniacũ in vino ad ignem, & cum eo succo conficiãtur res aliæ: & fiat emplastrum, vel epithyma actu calidũ super epar frequẽter ante cibum. Nutriatur iuribus carniũ laudabiliũ remota pinguedine, cõditis cum cynamomo & speciebus calidis penetratiuis: & carnibus pulloꝶ vel perdicũ elixis cũ petro. & feniculo subtiliter contusis, & colatis, vt cito penetrẽt. Bibat vinũ puꝶ, albũ, forte, paruæ quãtitatis. Vitet oĩa dulcia, viscosa, vel vnctuosa, grossa, opilatiua: vt est mel, vinũ rubeũ, pasta, & caro porcina. Vitet legumina, & olera omnia: quoniã sunt vel secessiua, vel opilatiua: quæ duo sunt maxime contraria præsenti curationi. Vndecima est vlcus vel bothor in stomacho vel intestinis, super q̃ cibus transiens inducit mordicationem, & excitat ipsorum virtutẽ expulsiuã. Et signa eius sunt sensatio doloris in stomacho vel intestinis post cibũ, qui nõ reperiebatur ante cibum. Cumq; cibus descẽderit per stomachum & intestina de loco ad locũ, fit sedatio doloris in loco primo, & eius cõmotio in loco alio, donec descenderit ad anum: & ꝙ in egestione est virus subtile, & cibi egeruntur oĩno nõ alterati aut parum: & putatur esse colica passio, cũ non sit: quoniam est cum fluxu chyloso sanioso, & dolore post cibum tãtum, quæ non sunt in colica. Et iuuatur a frigidis stypticis, ex quibus nocetur colica omnino. Et cura eius est, vt primo mũdificetur vlcus cum ripticis lenibus: sicut est aqua zuccari, vel hydromel in potu datum, vl' clystere factũ ex aqua decoctionis lẽtiũ excorticatarum, ordei depilati colata, addito oleo ros. et sepo hircino, vel ceruino in colatura inijciendo tepidum. Et post assellationem immediate purgetur quandoque cum reubarbari boni puluerisati ʒ. 2. infusi per sex horas in aqua feruenti decoctionis granorum myrti vel ros. vel sumach: Deinde coleť, et addatur syrup. ro. ℥. 2. vel iij. & detur totum ante diem. Et scias, ꝙ si bothor aut vlcus fuerit in stomacho vel intestinis superioribus, magis

conferunt exhibita per superius: Si vero in intestinis inferioribus, magis conferũt exhibita per inferius; quoniam virtus omnis medicinæ in longa via resoluitur. Post mũdificationes plurimas vtatur cõsolidatiuis stypticis consolidatiuis, sicut est trochis. qui sic fit. ℞. boli armenici, dragaganti, mummiæ, masticis. añ. ʒ. ß. & terantur omnia subtiliter, & incorporentur cum vino decoct. granorum myrti, vel plantaginis, vel cotoneorũ: & detur per os ante cibũ cum syrupo ros, vel de cotone is: vel dissoluat in clysteri prædicto, & iniiciatur. Vtatur zuccaro ros. vel diacitoniten sine speciebus, vel rosata nouella, & similibus. Nutriatur carnibus assis vel coctis & conditis cum agresta & sumach & vitellis ouorũ. Vtatur piris assis, vel cotoneis ante cibum. Vitet acetum: quoniam est mordax & corrosiuum, si plurimum ex ipso sumatur: vsus tamen eius moderatus appetitum excitat sine nocumento. Vtatur pro condimento suorum iurium hoc puluere. ℞. granorum myrti, spodij. añ. ʒ. 2. cynamomi, galangæ, cardamomi, zuccari. añ. ʒ. ß. croci. ʒ. 1. quia appetitum confortat, & digestionem & retẽtiuam. Bibat vinum rubeum, ponticum, stypticum lymphatum cũ aqua cicer. vel in qua extinctus est lapis, vel ferrum, vel cum aqua decoctionis pirorum cydoniorum, myrtillorum, & plantaginis, & similium. Vtatur sæpe ante cibum puluere consolidatiuo & styptico: qui sic fit. ℞. granorũ granatorũ & proprie acetosorũ, granorũ passularũ, granorũ myrti, spodij, gũmi arabici ass. & rosarũ siccarũ, mentæ siccæ, calamenti sicci, omnium. añ. terãtur & cribellentur, & lambatur de ipso de mane omni die ex manu: vel misceat cũ zuccaro ro. vel syru. ro. & oxyzaccaro: qm̃ vlcus cõsolidat, dolorẽ mitigat, & retẽtiuã confortat. Duodecima est densitas corporis, & pororũ strictitudo; quare nihil resoluitur ex eis, aut modicũ. Cuius signa sunt habitudo corpis carnosa cũ duritie cutis, & grossitie musculorũ: color faciei liuidus vel rubicũdus, paucitas sudoris, & multitudo quietis, dimissio exercitij et laboris, & multitudo egestionis cũ paucitate comestionis, & prostratione appetitus. Et isti sunt proni ad febres putridas, & apostemata perniciosa propter retentionem superfluitatum secũdæ & tertiæ digestiõis in mẽbris. Et cura eius est exercitiũ, et balneatio cũ fricatione ex farina fabarũ et furfure, et sudatio in balneo ante cibum proposse: & abstinentia a cibis grossis, viscosis: nisi flux⁹ excesserit &c.

Methodus. Diarria fit propter aliquã quinq; causarũ. Prima est sumptio medicinæ effreniter laxãtis, non cõsolatæ cũ suis theriacis, vel nõ mẽsuratæ ſm proportionẽ conuenientẽ corpori: propter q̃d post eductionẽ humorũ, q̃s respicit a proprietate, educit humores alios p̃ter sanguinẽ. Quia si ad sanguinẽ virt⁹ eius se extẽderit, iã dysenteriã inducit. Et signa eius sunt anxietas ægri plurima cũ solutione vẽtris, quã non intẽdebat æger vl' medicus: propter quod ait Hip. 1. par. apho. In perturbationibus ventris &c. Et mutatio egestionum in colore & substãtia ad humorẽ aliũ a principio, et vehemẽtia sitis, & oĩa dicta ca. de siti. parag. de canone. Et propter hoc dicit Ras. in diuisionibus, ꝙ medici debent esse contẽti ex medicinis solutiuis facilibus: cuiusmodi sunt myrobalani, viol'. pruna, syrupus ros. & proprie ex ros. recentibus, & syrupus viol'. & tamarind. & manna, & cassia fi. & fumus terræ. Quod si necessitas fortiora postulet: sint contẽti turbith, aloe, epithymo, sene, polypodio, pulpa colloquintidæ agarico, scamonea consolata, quæ diagridion dicitur. Et pro medicinis vomitiuis sint contenti syrupo acetoso, & aceto & raphano & semine anethi & ruta. Quia si vomitu forti

aliquantulum indigemus: sint contenti parum ex condisi & nuce vomica: deuitent solutionem fortem: Et omnia facientia vel vommitū fortē cū medicina forti vel ignota: sicut sunt mezereon, & cocoguidiō, & species lacticiniorum & thymali, sicut est esula, anabula, catapucia, & elleborus niger & albus: quoniā faciunt accidentia valde mala. Et subdit ibidem: quod si vis tribuere alicui medicinam aliquam, prius interroga, quā medicinam potare consueuerit, & sub qua dosi, & quot ascellationes habere consueuerit: vt significetur tibi, quod & quantū conueniat in potu tribuere. Et si tibi necesse fuerit alicui medicinā tribuere, qui nūquam medicinam antea sumpsit vel nescit quam vel quantum sumpserit: da ei in primis medicinam leuē aut minorē quātitatem ex forti: deinde acue gradatim, donec eius naturam cognoueris.

¶ Sciendū præterea: quod homines macilenti naturaliter, cuiusmodi sunt melācholici & chol. sunt vt plurimum facile solubiles per medicinas: q̄niam sunt raræ texturæ & compositionis. & laxæ carnis. Homines vero pingues carnosi naturaliter, cuiusmodi sunt flegmatici, & sanguinei, sunt (vt plurimum) difficile solubiles: & ideo fortiori medicina indigent: quoniam sunt densæ compositionis, & compactæ carnis, & strictas habent vias. Et cura eius est, vt ilico cū medicina cœperit superfluere: frangatur eius virtus, & lauentur intestina cum hausto magno simul sumpto ex aqua ordei, vel iure pulli antiqui. Et post hoc dentur styptica in potu, ex quibus præcipuum est lac vstulatum cum lapide vel ferro ignito, donec fiat acetosum: & sicut est aq̄ pluuialis, & aqua decoctionis masticis, cynamomi, lentiū, myrtillorꝫ, pirorꝫ, mespilorum, sorbarꝫ, sumach, miliꝫ, risi, plantaginis, & similiū: & nō coleē aq̄, sed dulcoretur cū zuccaro rof. veteri, & ligētur extrema vehementer, primo adiutoria, deinde coxæ, & ponantur vētosę siccę super epar, stomachum, & splenē, & spatulas cū suctione forti. Et detur in potu theriaca recens, vel philoniū cū vino rubeo styptico, & ponatur in aere temperato: quoniam aer frigidus soluit ventrem cōprimendo materias ad inferiora: æstuosus vero soluit virtutem. Confortetur cerebrum cū odorationibus frigidis stypticis, vt sunt rosæ & succus granatorum, & acetum. Et si virtus toleret: fac ipsum sudare in balneo aquæ dulcis non stypticæ, vel in vapore aquæ calidæ sub pānis suis extracto capite, in quo fricetur corpus vehementer. Cumq; multum sudauerit: da ei in potu styptica prædicta. Et epithymetur epar & cor cū aromaticis: sicut est aqua decoctiōis myrtillorꝫ, sandalorꝫ, cāphoræ, masticis, rof, & succus cydoniorū, & malorꝫ macianorum: quoniam redolentia cōfortant spiritus, & humores ad se attrahunt. Et epithymetur stomachus & intestina cum aquis stypticis, sicut est aqua aluminis & sulphuris, & cydoniorū, & corticis granatorꝫ, & corticis papaueris, & absynthij, & olei de mastice. Et oportet, vt omne eius nutriens sit cibus stypticus actu frigidus infrigidatus cum niue: sicut est agresta, & vinum granatorum, & pira assa & cydonia, & risum, & milium, & caro pullorum assorū, & tortellæ bis coctæ, & vinū rubeū pōticum. Et si potest sufferre balneum, ponātur manus & crura in aqua calida, & continue fricentur, & non ponantur extrema in aqua frigida: quoniā materia repelleretur ad interiora. Et si omnia ista non suffecerint: da ei in potu hoc medicamen expertū: vt dicit Auic. in cañ. seu capit. 4. de restringendo fluxu superfluo ex medicina. ℞. sem. nasturtij torrefacti ad ignem, donec partes acutæ resoluantur. ʒ. iij. deinde coquantur in lacte aceto, vel ex quo extractū est buty-

rum per extinctionem lapidis vel chalybis, donec fuerit inspissatū: Est nanq; vltimū in bonitate: & inducaт somnus pro posse cum quiete & taciturnitate in loco obscuro: & si superuenerit sincop. vel dispositio similis, confortetur cū potu vini puri fortis, vel parū lymphati gr̃a penetrationis subitę. Et si adhuc nihil p̃dictorum omnino contulerit, da ei narcotica: quoniā sunt vltimę fortitudinis in restringendo fluxu, & inducendo somnū, q̃ dicētur infra de dysenteria: & sicut est hæc ℞.gummi arabi. assi vel torrefacti ad ignem, boli armenici, sanguinis dra. terræ sigillatæ, baccaꝝ lauri, masticis, an̄.ʒ 2.granoꝝ granatorum. granoꝝ passularum. an̄.ʒ.iij.opij.ʒ.1. terantur subtiliter, & incorporentur cū decuplo zuccari rof. vetustissimi, & in potu tribuaт ex ipso frequenter. Et cauēdum est a narcoticis pro posse, nisi debilitas & fluxus & insomnietas ægrum ad defectionem perduxerint: vt dicitur, 12. de ingenio sanit. & tunc detur gradatim non subito & proprie versus diem & vigilias: ne frigiditas & stupor vltimentur. Et plura restrictiua scripsimus capi. de sputo sang. Et scias quod somnus & quies sunt de maxime iuuantibus fluxum, cum superfluit.

¶Secunda causa est delegatio plurimæ chol.rub. ad intestina ex cisti fellis. Et signa eius sunt: quia fit post fe. acutas adurentes, aut post sumptionem medicinarum calidarū, vel vini veteris amari plurimi & omniū calefacientiū epar, & multiplicantiū in eo cho. & egestiões citrinæ subtiles liquidæ mordicantes anū: & vrina subtilis ignita, & color faciei citrinus & proprie in albugine oculorum. Et solicitandnm est in cura huiusmodi fluxus: quoniā vt plurimū p̃ducit ad excoriationem intestinoꝝ & dysenteriam p̃niciosam. vnde Hip. 7. part. aphor. In cholerico secessu dysenteria, malū. Et cura eius est, vt primo mundificentur intestina cū medicina purgante choleram, & restringente fluxū: sicut est ista. ℞.myrobalanoꝝ citrinoꝝ: & emblicoꝝ. an̄.ʒ.1. myrtillo. acetosæ, portulacæ. an̄.m.1. pisteт, & bulliantur in.1.℥ .aq̃, donec medietas consumatur: coletur, & in colatura addatur.ʒ.1. zuccari rof. veteris, & bulliatur iterum, & coletur, & totum detur ante diem: hoc enim apozima est ex myrobalanis, qui a proprietate suæ speciei soluunt cōprimendo. Sumat omni die in aurora oxyzaccarū cū aqua pluuiali, vel syrupum rof. cū aqua decoctionis plantaginis, & myrtilloꝝ. Sumat ante cibū vnū ex trochiscis de acetosa, quę sic fiunt. ℞ rof. rubeaꝝ, spod ij. ana.ʒ.5. sumach, se. acetosę, vel herbę eius, balaustiæ, gūmi arabici, semin. portulacæ, granorum coriand. infusorū in aceto & torrefactorū an̄.ʒ.2. & ß.opij.grana.2. informētur trochisci cum succo cydoniorū, vel vino granatorum vel berberis, quorum quilibet sit.ʒ.2. & detur vnus cū syrupo, vel aqua p̃dicta. Vtatur rosata nouella mixta cum tria sand. Nutriatur cum lacte acetoso, in q̃ sint extincti lapides & ferrum, Vtaт riso, & carnibus assis, vel pulmento ex farina similæ: vel cancris fluuialibus coctis in lacte. Bibat vinum rubeum stypticum, vel ponticum lymphatum cum aqua decoctionis granoꝝ granatorum, vel berberis, vel aqua pluuiali. Si autem medicinæ non videantur conferre, & virtus continue debilitetur, & fluxus superuenerit: fiat cura blanditiua dādo in cibo iura carnium leuia, pinguia, vel cū vitellis ouorū inspissata, sæpe in die sed parū qualibet vice: vt cholera frāgaт, & dolor intestinorū mitigeт. Et fieri possunt clysteria dicta de lieteria, causata ex bothor & vlcere in intestinis, & stomacho: & sic differatur mors, quantū est possibile. Tertia causa est discursus humoꝝ & humiditatū a venis & membris corporis totius ad epar & intestina cali-

dorum vel frigidorum naturaliter vel symptomatice. Et signa eius in cōmuni sunt inanitio venarū, & cōsumptio corporis de die in diem cum febre: & si fiat vi naturæ, tunc supuenit tempore bono, puta in aprili, vel maio, vel septembri cū alleuiatione ægri post somnū, iuxta illud Hip. 1. part. aphor. In perturbationibus vētris & vomitib9, &c. Si vero fiat symptomace, signa contraria apparebūt. Si vero humor sit calidus: apparebit egestio subtilis, citrina, vel viridis cū adustione & mordicatione ani sine viscositate omnino, & prostratione appetitus cū vehemētia sitis, & amaritudine oris, & vrina est ignita subtilis: potest tamen esse turbida propter humorum agitatiōem. Si vero humor sit frigidus: signa contraria apparebunt, præter quod humor potest apparere citrin9 & viridis tā in causa calida quā frigida. Sed signa distinguentia quando fit ex cholera, & quādo ex flegmate, scripsimus ca. de vomitu. parag. de canone. Et cura eius, si sit de causa calida, est vt si fuerit vi naturę, nō restringatur, nisi virtus debilitetur, & fluxus superfluat: sed regatur bona diæta nutritiua, & confortatiua: sicut sunt iura carniū laudabilium, & vinū album subtile aromaticū. Quod si superfluat, vel fuerit a principio symptomaticus, purget̄ ilico cū decoctiōe ex myrobalanis citrinis & embli. scripta in cura præcedenti proxima: vel cū decoctione facta ex. ℥. i. reub. & ℥. i. myrobala. pistatorum & bullitorum in. ℥. 6. aquæ decoctionis myrtilli, donec medietas consumatur, colatis & dulcoratis cū zuccaro ro, sicut prius. Vtat̄ omi die ante cibum post purgationes trochi. de bolo dictis ca. de sputo sanguinis vel trochisc. de berber. dictis capit. de hydropis. parag. cura hydropisis ascitis, mixtis cum zuccaro ros. veteri: & post illud bibat vinum rub. ponticū, in quo decocti sint myrtilli, vel sumach, vel berbe, vel si sit cū fe. bibat aquā cisternæ, vel aquā decoctionis earundē rerum. Confortētur stomachus, & intestina cū oleo masticino, & myrtino, & ros. mixtis, & incorporatis cū cera sufficienti & cerotis dictis cap. de vomitu, & proprie de causa calida, & vnguentis dictis illic. Inducatur somnus pro posse, & quies: quoniā est maxime conferens in omni fluxu. Et dormiat super ventrem: quoniā per hoc retentiua & digestiua plurimū cōfortāt̄. Quod si ista non contulerint: fiat vomitus cum syrupo acetoso & aqua decoctionis anethi præmissa repletione ex leguminibus & oleribus nō acutis: quoniā cursum humorū diuerterēt ad superiora. vnde Hip. 6. part. aphor. A diarria habita diuturna vomitus spontaneus superueniēs soluit diarriā: et proprie si vomitus nō sit difficilis vel laboriosus, aliter vero nequaq̄ potest fieri. Nutriatur si sit cū feb. riso & faba fracta in modum risi, & pulmento facto cū farina auenæ & ordei vel farris & aqua pluuiali condita cū vitellis ouorum & puluere myrtillorum. Comedat quandoq̧ oua cocta in aceto, vsq̧ ad indurationē sumēdo eorum vitellos cū agresta vel vino granatorum. Comedat tortellas ex farina similę & vitellis ouorū & plantagine confectas, vel pultem ex mica similæ. Bibat vinū rubeū dulce, si intendis ad humorū multiplicatiōem vel vinū rub. stypticū, si intēdis ad fluxus restrictionem, lymphatum cū aqua pluuiali, vel aqua extinctiōis chalybis, vel aq̄ decoctionis mespilorum cydoniorum sorborum, pirorum, & similium. Si autem sit debilis, vel sine feb. nutriatur bonis carnibus assis vel frixis pullorum & hœdorum, perdicum, auium phasianorum & non aquaticarum, &c. Bibat vinum p̄dictum purum: Et caro turturum proprie in hoc casu confert in cibo sumpta. Si autem sit de causa frigida flegmatica, iterum non restringatur, si fuerit natu

ralis, donec cœperit superfluere: tunc restringatur. Si sit a principio symptomaticus, inducatur vomitus leuis frequens cum oxymelle, & aqua decoctionis raphani & anethi præmissa saturitate ex leguminibus & cepis bene salitis, si sit possibile: vel purgetur cū decoctione ex myrobalanis kebulis & emblicis dicta capitulo de debilitate digestionis stomachi. parag. de canone: quia soluendo flegma restringit ventrem. Vtatur sæpe dacitoniten cum speciebus vel sine speciebus, si sit cum febre: vel electuario de thure, quod dicemus infra capitulo de dysenteria. Nutriatur autem carnibus laudabilibus assis vel frixis cum petro. cōditis cū succo berberis, vel vino granatorum, vel agresta, si cum feb. vel si sit sine fe. cum puluere cynamomi & cardamomi. Bibat vinum rubeū stypticum lymphatū cum aqua decoctionis berberis mespilorum vel sorborum. Posset quandoq; comedere risum & lentes excorticatas: quoniam cortex earum secessiuus est, & medulla styptica, & fabas fractas conditas cum adipe renum caprarum. Et solicitā dum est in cura flux⁹ prouenietis ab hac tertia causa: quoniam vt plurimum perducit corpus ad marasmū & hecticam. Confortetur ergo virtus retentiua membrorum cum vnguēto styptico facto ex oleo masticino, oleo ros. nardino, oleo myrtino. añ. mixtis & incorporatis cum cera sufficienti: vel cum ventosis siccis positis super epar, stomachum & spatulas, & fricationibus lenibus perdurātib. in balneo aquæ dulcis tepidæ sine mora in ipso: ne virtus resoluatur, & ligationibus extremorum, & flagellationibus leuibus cutis: donec rubescat, & emplastris attractiuis ex pice confectis. Quarta causa est propter crisim in febre continua vel interpollata vi naturæ, vel symptomatis. Et signa & cura habentur ex proxima causa prædicta. Quinta causa est tenasmon: Et signa eius sunt frequens appetitus assellandi cum modicitate egestionum, & ardore ani & longaon & oīa quæ dicentur in signis tenasmonis.

Methodus. Dysenteria vt dictum est: est fluxus ventris cum sanguine, vel sanie, vel vtroq; simul. Fit igitur propter aliquam. 14. causarū. Prima est, exhuberantia & peccatum sanguinis in quanto super corpus totum, vt dicit Galenus. 6. de accidenti. Et signa eius sunt, quia corpus est sanguineum, carnosum, ocio gaudens & quiete, cibis vtens & potibus sanguinem generantibus. Et iste fluxus potest quandoq; accidere corpori mutilato: quoniam tūc virtus epatis sanguifica, quæ per naturam regitiuam totius fuit proportionata corpori toti nutriendo, fit excedens post alicuius membri detruncationem: quare sanguis ille periodice regurgitabit ad epar, & per meseraicas ad intestina, & quandoque expurgabit per vomitum, quandoque per secessum. Et cura eius est vt nō restringatur, nisi superfluat, & virtutem deijciat: quoniam est naturalis, & tunc restringatur cum ligatione extremorum forti, & positione ventosarum siccarum super epar, splenem, & spatulas: & vsu ciborum & potuum stypticorum prædictorum: & post restrictionem minoret cibum suum: & abstineat a vino omnino, vel bibat album lymphatum ad medium in parua quantitate, & addat in exercitio & labore, & sudet in ieiunio. Secunda causa est peccatum sanguinis in quali: propter quod membra fortia ipsum refutant & a se repellūt: cū sit inconueniens eorum nutritioni. Nam si forent debilia, fierent inde hydropisis hyposarcha. Et signa eius sunt vrina al. aqūa vel lactea: & sang. qui egredit, est subalbidus, propter flegma plurimū permixtū & vniuersaliter oīa signa epatis frigidi debilis ī virtute sanguifica. Et cu

ra eius est rectificatio epatis frigidi dicta cap. de debilitate epatis. parag. de causa frigida. Tertia causa est debilitas epatis in sua substantia, quæ mala compositio, siue raritas texturæ nuncupatur: Et signa eius sunt egestio similis loturæ carnis cũ dolore aliquo in hypochõdrio dextro vel sine dolore: quoniam substãtia epatis nõ sentit: sicut neq; substantia splenis, vel renum, vel pulmonis: cum sint mẽbra carnosa. Et fit ista debilitas (vt plurimum) post febres acutas, vel chronicas, vł apostemata, vel sumptionem medicinarum calidarũ vsu immoderato: propter quod resoluit virtus epatis & laxatur eius substantia: Et cura eius est dicta cap. de debilitate epatis. parag. de raritate suæ substãtiæ. Quarta est opilatio epatis in parte ei⁹ gibbosa, vnde orit vena kilis: propter quod sang. etiã laudabilis penetrare non potest ad mẽbra, sed regurgitat per eius cõcauum ad intestina. Et signa eius sunt, dolor extẽsiuus in hypochondrio dextro cũ tumore, & duritie aliquali & egestio san. boni, puri, plurimi: & inanitio venarum de die in diem: & bonitas appetitus: nisi forte stomachus epati compatiatur. Et cura eius est, cura ictericiæ, propter opilationem zimæ epatis, cũ aperitiuis aromaticis dictis illic. Quinta causa est retẽsio menstruorum vel hęmorroidarum in corpore cõsueto: quare san. collectus expellitur cum impetu per vomitũ vel secessum. Et signa eius patent ex relatione infirmi. Et cura eius est, dimissio fluxus, donec cœperit superfluere, tunc restringatur, vel diuertatur cum ligationibus & fricationib⁹ dictis ca. de vomitu. parag. de causa tertia & quarta. Sexta est ruptura alicuius venæ in intestinis magnæ vel paruæ. Et signa eius sunt egestio sang. puri, pauci vel multi cum dolore circa vmbilicum secundum q; situatum est intestinũ, vt diximus in principio istius tractatus: vt plurimum tamen iste san. est paucus: quoniam sang. nutriẽs intestina paucus est, & venæ graciles: cum sint membra solida neruosa. Et cura eius est, cura vomitus sanguinis dicta eodem ca. scilicet cap. de vlcere stomachi. Septima est hæmorroides intrinsecæ vel extrinsecæ. Et si sint extrinsecæ atq; apparentes, sensus id demonstrabit: Si vero latentes aut intrinsecæ, sentitur dolor intra anum: & accidit difficultas egerendi, & cum egestione emanabit semp vel periodice sanguis aut humor malus, aut ante egestionem aut post. Et certius signum in hoc casu est, inuersatio longaonis cum ventosa magna absq; incisione, posita sup anũ: & inspectio cũ oculis super ipsum intestinũ inuersatũ, an in ipo sint ficus, an non: & an sint duræ, siccę, an molles humidę, emittẽtes sanguinẽ vel saniẽ, vel virus, vel materiam aliam. Et cura eius est cura hæmorroidarum, qu ę dicetur. Octaua est tenasmon: Et signa ei⁹ sunt appetitus assellandi frequens cum egestione modica vel nulla, & ardore in ano sine mordicatiõe. Et cura eius est, cura tenasmonis, quæ dicetur. Nona est sumptio medicinæ effreniter laxantis: quare post eductionẽ humoris sui, quem respicit, educit humorem alium, & causat diarriam, & forte pueniit virtus eius ad hoc, vt educat sanguinem, cum valde superfluit: quare & signa eius patent ex relatione infirmi: Et cura eius est, cura diarriæ factæ propter eandem causam: vt plene supra scriptũ est. parag. de methodo diarriæ. ¶ Decima est casus vel percussio: Et signa eius patent ex relatione patiẽtis: Et si sine vulnere sit: curatur a principio cum flebotomia diuersiua in brachio eiusdẽ lateris, et ligationibus extremorum, & proprie superiorum, & cibis & medicinis stypticis dictis cap. de sputo sang. & ca. de vlcere stomachi. Si vero sit cum vulnere, chirurgicis derelinquo. ¶ Vndecima est crisis in feb. acutis vel non acutis, et proprie in

synocha: vt dicitur 6. de accidenti: Et cura & signa dicta sunt supra de cura diarriæ propter cibum. ¶ Duodecima est debilitas virtutis attractiuæ, & nutritiuæ, membrorum: propter quod sanguinem sibi delegatum per venas neque apponunt, neque vniunt, neq; assimilant: quare grauãs venas regurgitat ad suum fontem: vt dicitur 6. de accidenti, & deinde per meseraicas ad intestina. Et signa eius sunt: quia fit (vt plurimũ) in corporibus hecticis & marasmatis, & si addit, omni die inducit marasmũ. Et crura eius est cura corporis hectici cum omnibus, quę faciunt ad corporis impinguationẽ: sicut est balneum aquæ dulcis tepidæ cũ fricatione leui membrorum sine mora in ipso: ne corpus fiat euaporabile: & deportatio eius super lectum mollem, & cibatio ex lacte caprino vstulato, & pultibus ex farina similæ, & iuribus carnium laudabilium inspissatis cum vitellis ouoꝝ, & carnibus pullorum & hœdoꝝ & perdicum & auium omnium paruaꝝ montanarum: quoniã sunt leuis carnis & facilis digestionis: & emplastratio cutis cum pice: & potus vini rubei dulcis aromatici puri vel lymphati cum aqua pluuiali: & omnibus, quæ dicentur libro 2. cap. de impinguatiõe corporis macri, si deus voluerit. Tredecima causa est eruptio apostematis saniosi vi naturæ vel symptomatis. Et signa eius sunt: quoniam antecessit fe. acuta cum apostemate vel stomachi vel splenis, aut pleuresis, aut peripneumonia cum proprijs signis, & dolore forti, quæ tendebãt continue ad conuersionem in saniem, neq; resolui poterant, Deinde aliqua dierum, & proprie 40. vel circa id mitigatus est dolor, & feb. & remansit grauitas & induratio in loco, quæ significant apostema fore disruptum, & incipiũt sanies & sanguis appere in egestione. Et scias, q si apostema fuerit in epate, vel stomacho, vel splene: tunc sanies & sanguis egredienť post exiturã in plurima quãtitate. Si vero fuerit in membris, q̃ non habẽt amplos meatus ad stomachum vel intestina, sicut est pectus et pulmo: tunc sanies & sanguis paulatim egredienť p secessum. Et cura eius est, vt primo mundificẽtur intestina, & abluať sanies, anteq̃ corrodat loca sup q̃ currit, cũ potu aquæ mellis vel zuccari rub. vel aqua ordei, vel cũ clysteri facto ex aqua mellis, in qua dissoluta sint duo vel tria vitella ouoꝝ, & aliquid pinguedinis anseris vel gallinę. Et post istam mundificationem administrentur styptica consolidatiua per superius & inferius: Per superius quidẽ, sicut sunt trochisci de bolo dicti capitulo de sputo sang. mixti cũ zucaro vel syrupo rof. vel vino rubeo styptico de citonijs & trochis. de berberis dicti cap. de hydropisi: Et trochis. de mumia dictis supra de cură lieteriæ propter bothor & vlcera in stomacho vel intestinis: Et sicut est electuariũ de thure, quod sic fit. ℞. granorum passularum lib. ß. granorum myrti. ℥. iij. balaustiæ de granatis, & de rubo. añ. ℥. quinq; thuris, ligni vel fructus tamarisci. añ. ℥. ß. ameos ℥. 8. zuccari, quod sufficit: terãtur omnia vt alcohol, & fiat electuarium cum zuccaro: quoniam vẽtrem stringit, vrinam prouocat, vlcera consolidat. & excoriationem prohibet: & sicut est zuccarum rof. vetus mixtum cum puluere gummi arabici assi, & boli armenici, & mastice, & sanguine draconis, & terra sigillata, & similibus. Nutriatur bonis carnib9 elixis in aqua pluuiali, vel assis, & bibat vinum rubeum. stypticum lymphatum cum eadem aqua, vel decoctionis myrtillorum, vel sumach, vel berberis. Si autem sang. & sanies in plurima quantitate efduxerint, quæ debilitent infirmum: tunc detur omni hora ius carnium. & parum vini puri, & tortellæ panis assi cum ipso: Et odoret rosas & aromatica, vt nõ

cadat virtus: Et cum cœperit egestio minorari, & virtus cōfortari: tunc procedatur ad lauatiua vice vna, et consolidatiua prædicta vice alia, vsq; ad perfectā exituræ mundificationem & consolidationē. Per inferius vero cū clysteri incarnatiuo & consolidatiuo, quod sic fit. ℞. eupatorij, myrtillorum, herbæ hircinæ, vel succi eius, qui hypocistidos nominatur glandium, vel corticis earum, an̄. ℥. I. risi abluti. ℥. 2. coquatur in aqua perfecte, & in lib. I. illius aquæ colatæ dissoluatur hoc medicamen. ℞. thuris, sang. draconis, cerusæ, litargyr. ana. ℥. vnam. opij. ʒ. vnum: terantur, & cribellentur, & misceantur cum duobus vl' tribus vitellis ouorum, & addantur liquori prædicto: & totum simul injciatur tepidum cum clystenti post assellationē saniei. Et si vis: potes præmittere clystere mundificatiuum prædictum. Si autem sang. & sanies paulatim exierint cum egestione: tunc considera, per quam regionem natura mundificet apostema: quoniam si per vrinam, adiuuetur cum prouocantibus vrinam, dādo in potu aquam decoctionis dauci, feñ. petro. cicoreæ, endiuiæ, addito melle vel zuccaro propter dulcorationem. Et si per sputum: tunc detur aqua decoctionis hysop. liquiritiæ, ireos, & modico croci, addito iterum modico melle vel zuccaro: qm̄ vndecūq; natura cœperit &c. vt di. Hip. Et postq̄ senseris saniē minorari in exitura: tūc procede ad mundificatiua vice vna, & incarnatiua vice alia: sicut iā dictū est. ¶ Decima quarta & vltima causa est corrosio intestinoꝝ, & propriissime dysēteria nūcupat. Fit aūt ista corrosio, aut propter flegma salsum, aut cholerā, aut sang. adustū, aut melācholiā adustam: & vel est recens sine putredine, vel antiqua fœtens cum putredine. Et licet fieri possit in omī loco intestinorum, fit tamē maxime in intestino recto: quoniam cum sit infimum, plurimum materiæ per ipsum descēdit. Et signa eius communia sunt, egestio muscillaginosa cum dolore pungitiuo in ventre, & permixtio saniei vel sanguinis cum muscillagine: Signa vero eius propria sunt: quoniam si sit de flegmate salso, antecessit coryza & catarrhus: & est cū egestione flegmatica permixta cum sanguine vel sanie vl' cum ambobus, viscosa sine multa acuitate, quæ pungat, sed cum multa ventositate, & non est cum ea sanies plurima: & color eius est albus, viscosus sine viriditate & citrinitate omnino: & si corpus fuisset pruriginosum, tunc hoc certius fuisset signum. Si vero sit de cho. apparet egestio citrina vel viridis subtilis sine viscositate omīno, cum ardore plurimo in ventre & angustia & siti. Si vero sit de sanguine adusto, apparet egestio rubea, grossa, vel nigra, vel liuida. Si vero sit de melācholia adusta, apparebit egestio nigra habens odorem aceti, quæ cum cadit super terram arenosam vel spongiosam bullit, & fugiunt ab ea muscæ, & est cum dolore in ventre & punctura assidua: Et ista causa nunquam potest esse recens, imo semper antiqua, vt dicit Rasis in diuisionibus. Et si excoriatio fuerit recens, est plus de sanguine quàm de sanie: & forte egrediuntur squamæ albæ subtiles, latæ, quæ sunt cortices intestinorum. Et si sit corrosio in intestinis superioribus, dolor sentietur vt plurimum supra vmbilicum, vel sub eo, vl' infra ad duos digitos directe in medio vētris: & in egestione apparebunt feces bene commixtæ sanguini & saniei propter longā viam. Et non egreditur egestio ilico super dolorem, sed post horam Si vero in inferioribus sentietur dolor, vt plurimum sub pectine versus dorsum vel in altero laterū quàm sit dolor renum, cum non sit: Et materiæ exeuntes apparebunt distinctę, vel non bene commixtæ: & quando egestio egreditur fit punctura. Et scias, q̄ si

corrosio fuerit in intestinis superioribus, magis conferent exhibita per superius: vt syrupi, & pulueres, & trochisci, & similia electuaria. Si vero in inferioribus, conferunt clysteria, & suppositoria liniti ua. Cura dysenteriæ cum corrosione intestinorum factæ propter flegma salsum, est vt restringatur primo catarrhus, & rectificetur caput: vt scripsimus capitulo de catarrho, & cap. de ptisi. Post hoc clysterisetur frequenter cum clysteri mundificatiuo facto ex aqua decoctionis siclæ, maluæ, bismaluæ, & aliquantulo mellis: & injciatur tepidum bis vel ter in die semper immediate post assellationem. Vel cum clysteri facto ex aqua decoctionis siclæ, polypodij, fumiterræ, ordei, & mellis, sumendo de colatura illius aquæ lib. vnam, vel lib. vnam & semis, & addendo olei masticini, vel chamomillini. vncias tres, & iterum reducendo ad ignē lentum breui hora, & tepidum injciendo. Et non debet in corrosione quacunq; intestinorum injci clystere calidū: quoniam calidi per se est mordicare & corrodere, sed vel frigidum, vel tepidum. Et post ista injciantur successiue clysteria styptica consolidatiua facta ex aqua decoctionis sumach, myrtillorum, & ros. plantaginis, boli armenici: coletur, & dissoluatur in ea puluis de bolo armenico qui iam est dictus: Vel trochisci de mastice dicti cap. de sputo sanguinis, & vitelli duorum ouorū vel trium, & aliquid de adipe renum caprarum vel hœdorū, et modicū vini rubei pontici: Vel clysteria facta ex vino rubeo styptico decoctionis myrtillorum, in cuius colatura dissoluantur vitelli ouorum, vel adipes renum caprarum: & hoc etiam plurimum confert in tenasmone. Sumat in aurora vinum ex trochiscis eisdem cum syrupo ros. vel ex zuccaro & aqua decoctionis myrtillorum, mespilarum, & similium: vel puluerem boli armenici, qui sic fit, ℞. psillij assi dragmas viginti. Nā quando non est torrefactum psillium, lubrificatiuum est, propter ei⁹ partes humidas, quæ resoluuntur per assationem arnoglossę, dragmas decem, gummi arabici, boli armenici. añ. ʒ.20. semi. portulacæ. seminis myrti. añ. dragmas decem, terantur, & cribellentur, & dentur ex eo in aurora, et ante cœnam. ʒ. iij. cum aqua decoctionis cydoniorū, vel mespilorū, vel sumach vel cū vino rub. styptico, vel cū aqua decoctionis myrtilli, ameos amomi, anisi. Nutriatur iste dysentericus & omnis alter, qui est cum corrosione ex riso cocto in aqua pluuiali, vel lacte vstulato, vel aqua chalyda condito cum adipe renum caprarum, vel hœdorum, et vitellis ouorum. Comedat etiam lac recēs capræ, vel asinæ, in quo ferrum vel lapis est extinctus, & pulmentum ex farina similæ conditum cum eodem lacte & pullos assos vel frixos potius, q̄ elixos, & fabam fractam, & extrema porcorum & vitulorum, & pira & cydonia assa ante cibum assumpta: & sit cibus eius panis azym⁹ de simila cōfectus: Et in cibo suo diminuat sal proposse. Sit cibus ei⁹ actu frigidus, vel tepidus, nō calidus. Et scias, ꝙ ex pinguedinibus & oleis nullum confert pro condimēto ciborum suorum, nisi adeps renum caprarum. vel hœdorum adultorum: quoniam om̄e aliud vnctuosum est humidū secessiuum. Vtatur pro sapore succo cydoniorum, vl' granatoꝝ, vel berberis, vel piroꝝ, vel agresta vel sorbis inspissatis cum vitellis ouoꝝ. Acetum deuitet tā in cibis q̄ medicinis: quoniā corrosiuū est, sed in fluxu sine corrosione non obesset. Vtat̃ pro speciebus suis puluere cynamomi, cardamomi, myrtilloꝝ, & croci: qm̄ species acutæ sunt mordificatiuę, vt piper, grana paradisi, et similia. Comedat etiā vitella ouoꝝ coctorū in aceto vsq; ad indurationē, et carnes auiū syluestriū nō agricaꝝ, et tortellas ex

farina similæ, & vitellis ouorum cõfectas. Bibat vinum rubeum grossum dulce, si sit cum extenuatione corporis, vel ponticum, si sit cum fluxu plurimo lymphatum cũ aqua styptica prædicta. Et si virtus constaret: posset purgari quãdoque cũ decoctio. myrobalanorum Kebulorum, & emblicorum dicta capit. de debilitate digestiõis stomachi. parag. canones: quoniam soluendo materias stringit ventrẽ. Cura dysenteriæ cum corrosione propter choleram, est vt mundificẽtur sæpius in die intestina cum clysteri ablutiuo facto ex aqua decoctionis ordei depillati, rof. viol. maluæ, bismaluæ, colata & iterum bullita cum oleo rof. vel viol. vel cum clysteri facto ex aqua mellis, vel vitellis ouorum, & adipe renum caprarum, vel cepo hircino, vt diximus: et sint tepida vergentia ad frigidum, quando iniiciuntur atque immediate sequãtur clysteria styptica consolidatiua facta ex aqua decoctionis myrtillorum, plantaginis, rof. siccarum, fabarum, sumach, lentium excorticatarum balaustiarum, cupularum glãdium, risi, & similium cum qua aqua colata misceatur sepum hircinũ, vel pul. boli armen. præd. Si autem ista non conferant, mundificetur cum decoct. myrobalanor. citrinorum & emblic. & myrtorum ac berberis, dicta capi. de debilitate digestionis stomachi. parag. canon. dando ante diem: quoniã euacuãdo cholerã stringit ventrem. Et fiant omnia dicta de cura lienteriæ propter vlcera & bothor in intestinis. In diæta fiat sicut in flegmate salso, sed vinum negetur, vel lymphetur vltra medietatem cum aqua pluuiali, vel aquis prædictis. Cura dysenteriæ cum corrosione propter sanguinem adustum, est eadem cum illa, quæ ex cholera adusta, sed minoris periculi, & leuioribus indiget medicinis. Cura eius, quæ ex melancholia adusta est, est vt omni die in aurora sumat syrupum ro. vel de nenuphare cum aqua pluuiali decoctionis myrtillorum vel rof. vel sumach, vel sem. portulacæ, se. ameos, & papaueris, vel pirorum & cydoniorum & mespilorum & sorborum. Et omni die bis vel ter iniiciãtur clysteria mundificatiua prędicta immediate post assellationem: ad quæ immediate sequantur styptica facta ex aqua decoctionis eupatorij, succi barbæ hircinæ, acaciæ, risi abluti, glandium, corticũ granatorum, corticum papaueris: in quibus post colaturam dissoluantur duo vitelli ouorum vel tres: Et addatur aliqd de puluere isto. ℞. thuris, san. dra. cerusæ litarg añ. ʒ. 1. opij. ʒ. ß. & tepidũ iniiciatur. Et imponãtur vicissim clysteria modo mũdificatiua mõ cõfortatiua pluribus vicibus omi die. Si aũt ista non conferrẽt: neque per ea fluxus & dolor vẽtris minueretur: purgetur cum decoctione, quę. ℞. senæ, epithymi, myrobalanorum indorũ. añ. ℥. ß. anisi, ameos, añ. ʒ. 2. pistentur grosso modo, & bulliantur in. ℥. 6. aquæ pluuialis, donec medietas consumatur: coletur & in colatura addatur pulueris reubarbari boni. ʒ. 1. & detur totũ ante diem: Et potest addi aliquid zuccari rof. propter delectationem in colatura. In diæta fiat, sicut superius, præter quod magis euitandum est acetum in cibis & medicinis, q̃ in quocumque alio fluxu: quoniam addit in causa & dolore vehementi. sed frequẽter in eis aqua extinctionis chalybis, & aqua ablutionis scoriæ ferri, & omia respicientia splenem rectificantia melan chol. Et solicitãdum est in cura istius fluxus a principio, quoniã si antiquetur, nõ sanatur propter causæ inobedientiam, & corrosionem fortem, & doloris intensionem.

Emperica. Vinum stypticum delectabile conueniens in omni fluxu, sic fit. ℞. vini rubei põtici lib. 2. zuccari ro. veteris. ℥. 4. granorũ myrtilli & gariofil. & cinamo. grosso modo: & oia

dissoluantur in vino, & bulliatur, donec medietas consumatur: coletur, & reseruetur. Detur ex eo ante cibū & cū cibo & in aurora loco syrupi, potest dari actu frigidum. Item electuarium restrictiuū, ℞ sumach, berberis, granorū granatorum, boli armen. gūmi arabici, acatiæ hypocisti dos. añ. ʒ. 2. lapidis hæmati. coralli albi & rub. sandal. alb. & rub. añ. ʒ. ß. cynamomi. ʒ. 4. amyli: symphyti: ros. siccarū myrtillorum, psillij, coriandrij torrefacti, lentiū excorticatarum. añ. ʒ. iij. masticis, olibani, dragaganti, añ. ʒ. 1. balaustiarū psidiæ., se. cydoniorum mundatorū. ana. ʒ. 2. se. papaueris albi, se. portulacę, se. ro. se. plantaginis, corigiolæ añ. ʒ. 1. mandragoræ. ʒ. ß. costi, storacis, calamitę, spodij, folij gariofil. foliorū lauri, arillorū. ana. ʒ. ß. sanguinis drac. terræ sigillatæ, gallarum canabæ, fisticelli. añ. ʒ. 3. mentæ, bistortę, pirorū ponticorū, sorborum, cydoniorū, mespilorū. añ. ʒ. 1. zuccari ros. q̄d sufficit. Detur ex eo ante cibū bis in die cum vino rubeo styptico, vel aqua pluuiali. Est nanq; fere continens omnia styptica, & ventris constrictiua. Pillulæ prę terea stypticæ contra omnē fluxum ex quacūq; causa, sic fiunt. ℞. myrtillorū balaustiarū, psidiæ, symphyti, sang. dra. boli. ar. acatiæ, hypocistid. ros. sumach, croci, galliæ, mus. gallarum, spodij, cynamomi, macis, gummi arabici, dragaganti. añ. ʒ. 2. opij thebaici. ʒ. ß. Confice cum succo plantaginis, vel lentisci, vel bistortę, & da. 12. vel 9. cum aqua pluuiali, vel aqua ros. in causa calida, vel cū vino in frigida sero cum itur ad lectum: vel fiat tragea ex eis cū zuccaro, & detur cum vino rubeo pontico, vel aqua plantaginis, vel incorporentur cum zuccaro ros. veteri: & fiat cōfectio. Et si vis somnū prouocare: adde se. papaueris, se. iusquiami. añ. ʒ. 2. vel opij. ʒ. 1. & administretur, sicut prius. Et iterū cortex salicis cōbustus, & in potu datus cum aqua vstulata prohibet oēm fluxū corrosiuū: quapropter cōsolidat vlcera, quādo spargitur super ea. Itē syrupus myrtinus conferens omni fluxui secundum Hebe. sic fit. ℞. granorū myrti lib. 2. malorū cydoniorū lib. 1, sumach, acatiæ, añ. ʒ. ß. ros. ʒ 2. hypoc. iij. mastic. ʒ. 4. decoquanť oia in aqua pluuiali: & post colaturā fiat syrupus cū lib. 3, zuccari, & lib. 1. mellis: deť ex eo. ʒ. 1. vel 2. cū aqua decoctionis plātaginis in aurora & ante cœnam: quoniā humorum ebullitionē sedat, & intestina confortat. Itē trochisci de Karabe secundū eūdē. ℞. carabę. ʒ. 8. cornucerui vsti, coralli vsti, tragaganti, acatiæ, hypocistidos, balaustij, masticis, laccæ, se. papaueris nigri assati. ana, ʒ. iij. thuris, croci, opij, añ. ʒ. 2. fiant trochisci cū muscillagine psillij: quorū quilibet ponderet. ʒ. 1. detur vnus post mediā noctē cū aqua decoctionis plantaginis, vt ante cœnā. Eodem modo plurimū conferunt isti trochisci in fluxu menstruorū, pręmissis purgationibus, & remedijs vniuersalibus, quoniam humores inspissant, & vias cōstringunt. Itē clystere stypticū. ℞. aquæ ros. aquæ decoctionis plantaginis, ros. siccarum, bistortæ consolidę maioris. myrtil. balaustiæ, cupularū glandiū. ana. lib. ß. distemperentur in ea dum est calida, duo vitelli ouorū, & pul. boli arme. terrę sigillatæ, sanguinis draconis. añ. ʒ. 1. & ß. & tepidum inijciatur. Itē clystere factū ex vino rubeo styptico decoc. cōsolidæ maioris, & casei antiqui non pinguis incisi subtilissime, & bullito vsq; ad cōsumptionem medietatis: postea colato & inspissato cū vitellis ouorū & pulueribus prædictis. Itē in omni fluxu ventris sine excoriatione, confortet hoc medicamē, Elixentur fabæ & plantago, & maiorana, & rubus in aqua & aceto, præterea exprimantur, & pistentur & incorporentur cū succo plantaginis, vel aqua distillatiōis: & fiat emplastrū super stomachum &

ventrē actu calidū, & recipiatur vapor aquę eiusdem per anum: quoniam fluxū ventris, & vomitum stringit. Sed in causa frigida possunt eædem res post elixationem & pistationem incorporari cum aqua vitæ actu calida: sicut prius. Si autē vis ipsum fortificare: adde balaustias, rosas, absynthium, masticem, mentam, cydonia, pira, myrtill', bdellium: thus, gallas, glandes, cortices quercus, & similia: vel fiat ex aqua decoctionis eorundem encathisma, si virtus sit fortis: vel fomentatio cum lana & spongia infusa in aqua decoctionis earūdem rerum, quę aliquantulum expressa, reiterentur frequēter actu calida vel frigida super ventrem ante cibum. Item in fluxu recenti & modico, & fluxu puerorum sufficit dare in cibo tortellas factas ex vitellis ouorum & farina similæ, & puluere plātaginis, omnibus adinuicem incorporatis perfecte: vel pullos assos conditos cū cera & sepo hircino: & prohibeantur a potu superfluo pro posse: & bibant vinū rubeum ponticum mixtum cum succo, vel aqua plantaginis, vel in qua ferrum, vel lapides sint extincti.

Canones. Scias, ꝙ in omni fluxu ventris medicum oportet intendere ad tria: Primo ad materiæ peccantis euacuationem: Secundo ad ventris restrictionem per styptica prædicta, & ad epatis & stomachi confortationē per aromatica aperitiua dicta capitul'. suis: Tertio ad mēbroꝝ impinguationē, & prohibitionē a marasmo: q̄d fit ꝑ cibos viscosos: vt sunt cancri fluuiales, extrema porcoꝝ, vinum rubeum, si nō prohibeat opilatio epatis & balneum aquæ dulcis sine mora in ipso & inūctio dorsi post ipsum cum butyro recenti, & populeon simul mixtis: Et vsus electuariorum restauratiuorum ex ranis & limacijs & tortucis, quæ dicentur libro secundo de hecticis. Et notabile restauratiuum est hoc: scilicet lac recens calidum in potu datum per se, vel cum mica panis & zuccaro: Sed non debet dari, nisi fluxu cessante: quia fluxum angmentaret propter eius partes serosas, & inflammationem humorum excitaret propter eius partes butyrosas: cum omne vnctuosum sit facile inflammabile propter pabulum caliditatis innatæ in materia oleagena: vt dicitur in alia scientia. Vnde Hippocrates ait quinta particula aphorismorum. Lac dare caput dolentibus malum: veruntamen nocumenta rectificari possunt per vstulationem lactis cum lapide vel ferro ignito frequēter in ipso extincto: quoniam consumuntur partes prædictæ, remanebit pars tantum caseosa. ¶ Scire tamen debes, ꝙ lactis diuersa sunt genera, similiter & virtutes. Nam lac camelarum, & proprie fœtarum, id est partui propinquarum, est omnium calidissimū: propter quod habet exopilare epar & splenem: vt ponit Auic. 3. cā. fē. 14. Sed lac asininū est omnium subtilissimū & aquosissimum: propter quod vētrem lubrificat sine inflāmatiōe. Et ideo Hip. 3. regi. acutoꝝ: ꝑcipit ipsum dari in causone pro medicina laxatiua. Sed lac muliebre est omnium conuenientissimū corpori nostro nutriendo, propter similitudinem: post hoc caprinū, & proprie capræ pascētis bonas herbas: quia est mediocre inter grossum & subtile: sed lac ouinum est omnium grossissimum: idcirco de facili caseatur in stomacho, si nō cum melle vel zuccaro sumatur: Sed lac vaccinū est omnium vnctuosissimū, & plures habet partes butyrosas. Ex q̄bus apparet, ꝙ in fluxu ventris non est conueniēs lac, nisi caprinū, vl' muliebre, si fastidium nō prohiberet. Item sciendum, ꝙ somnifera sunt necessaria in fluxu ventris calido, et proprie chronico ꝑdurante: q̄m somnus est maximū remedioꝝ omnis fluxus, silt & quies, & proprie in loco obscuro tēp̄e

rato. Medicinę præterea laxatiuę meliores in fluxu per superius vel inferius curādo sunt myrobalani secundū oēs ei⁹ species: qm̄ soluūt cōprimendo: vt docuimus ca. de debilitate digestionis stomachi. para. cañ. sicut ecōuerso in stypticitate vētris, vel menstruorū retēsione, vel soda stomatica sunt deteriores, & in fe. putrid. qm̄ relinquēdo stricturā vētris augmentāt pdictas passiones. Recordare etiā ꝙ sicut in ca. de vomitu monuimus: Nullus est fluxus ilico, sed gradatim restringēdus. Incipiendū igit primo a cōstrictiuis debilib⁹, et ad fortiora paulatim tendendū. Ne forte materia retenta in vētre torsiōes inducat, vel ad mēbra nobilia rapiat: & p cōsequēs occasio maiorū passionum. Nam si regurgitaret ad epar, opilationem vel hydropisim, vł apostema produceret: Si ad cor vel os stomachi, syncopim: si ad cerebrū, frenesim vł subeth: Si ad matricē: matricis induceret suffocationē: vt dicit Auic. 3. cañ. 14. ca. de causis flux⁹ epatis circa finē. Attendendū etiā, ꝙ fluxus ventris, & proprie lientericus, quandoꝗ vomitu curatur propter diuersionem: sed hoc solum verum intelligo in cholerico, & adhuc minus in melancholico. Vnde Hippocrates quarta particula aphorismorum. Quibus ventres sunt lienterici, hyeme superius medicari malum. Adhuc autem, vt melius prognosticare possimus, aliqua de humorum distinctione secundum ipsorum substantiam & colorem sunt differenda. Vbi sciendum ꝙ massa sanguinea genita in epate & contēta in venis, quatuor humoribus specie differentibus integrat, scilicet sanguine, cholera, flegmate, & melācholia. Nam in omni decoctione alicuius liquoris heterogenij hæ quatuor substantiæ generant: quoniā eius temperata, quam temperatus calor decoquit, fit sanguineus, cuius color est rubeus, clarus vt purpura, neꝗ grossus neꝗ subtilis, neꝗ viscosus, neꝗ fluidus, sed medius inter eos. Secunda vero pars grossa in fundo residens terrea, fit melācholia (cuius color est niger vel plūbeus) cinericia, fixa, nō liquida. Cui parti grossæ vel accidit adustio inspissans, & hoc est vt plurimū: vel frigiditas congelans, & hoc vt in paucioribus: propter quod sæpius fit in nobis melancholia nō naturalis tam per adustionem q̄ congelationem. Vnde 6. secundo de complexionibus ait. Sæpius potest in corporibus nostris reperiri calidum adurens, q̄ frigidum congelās, propter frigidum esse naturæ inimicū, calid. amicum. Iccirco raro generatur in nobis flegma vitrum vł gypseum, vt plurimū aūt phlegma salsum. Et quādo fit, non fit in epate nec venis: qm̄ natura nō sustinet tātam frigiditatem in mēbris nobilibus, sed fit extra venas in locis ignobilibus, scilicet intestinis: vt Galeñ. fatetur de seipso, primo de complexi. & ad sensum apparet in passionibus cholicis. Ex quo patet, ꝙ plures passiones melancholicæ fiunt a melācholia adusta q̄ congelata, vt est cancer, lepra, fluxus ventris et similes. Cum omīs melancholia sit per se frigida: cum sit de substantia grossa, terrea: cuius subtile vnctuosum exhalauit. Illa tamen, quæ per adustionem generat acuta caliditate plurima nitrosa participat per accidens, scilicet ratione impressionis, quam ab adustione recepit: sicut contingit in cinere & lixiuio. Et ideo eius passiones curant per frigida lenitiua, sicut passiones de cholera. Tertia vero pars, quæ est subtilis, aerea, facile inflammabilis, fit cholera: cuius color est citrinus, igneus vel viridis adustus cum amaritudine & subtilitate suæ substātiæ, qui prassinus vel zimiarinus appellat, qui est venenosior citrino. Quarta vero pars est viscosa, muscillaginosa, aquosa, quæ in flegma conuertitur, quam calor agens elaborare non potuit nec subtiliare: cuius color est albus p

se vel pallidus,&si quãdoq; reperitur citrinus vel viridis,hoc non est,nisi per remanentiam qualitatis symbolæ cibi vel potus,ex quibus factum est,vt contingit post esum olerum, fructuum, vel pirorũ imperfecte digestorũ in stomacho & in intestinis. Propter q̃d etiã eius substantia nunq̃ est cum tali colore subtilis, sed viscosa,& p hoc distinguitur a cholera.Ex quibus omnibus medicus in duobus dirigitur: Primo in cognitione quatuor humorũ exeuntium in fluxu ventris.Secundo in cognitione modorũ, quibus prædicti humores in nobis generãtur. Quoniã vel generatur a calido tantũ, vt sanguis & cholera: vel a frigido tantum, vt flegma, vel a frigido & calido,vt melancholia. Quapropter sanguis & cholera sunt per se calidi & flegma omne per se frigidũ, præter flegma salsum, quod est calidũ ratione choleræ ad mixtæ, vel ratione adustionis sibi per accidens aduenientis. Sicut melancholia est inter hæc diuersa,vt dictum est.

Prognosticatio. Si in cura fluxus ventris ex quacunq; causa,imo in cura morbi cuiuscũq; remedia rationabiliter exhibita,non contulerint, morbi effrenitatẽ,&forte perniciẽ minatur. Quia ait Galeñ.in commento illius apho.2.part. In quo morbo somnus &c. Item in omni fluxu ventris spõtaneo vel artifi. & proprie diarrico diuersitas coloris & substãtiæ in egestionibus bonum: quoniã signat mundificationem corporis a diuersis generibus superfluitatũ humoraliũ,supposito,tamẽ q̃ fluxus nõ superfluat,& virtus bene toleret & præcesserint signa digestionis perfectæ: Et si sit in febre,& egestiones non mutẽtur ad colorem simpliciter malum,sicut est niger: vel substãtiam simpliciter malam, sicut est sang.& cortices mẽbrorum spermaticorum, & adeps membrorum carniformium, Et sic intellige illum aphorismũ secũdæ particulæ. In vẽtris fluxibus mutationes egestionum iuuãt, si non ad malum transmutẽtur:& cum ipso concord. ille aphorismus quartæ parti. Egestiones nigræ,vel quasi sanguis sponte veniẽtes & cum febre,& sine febre,pessimæ: Et quantocunq; plures colores fuerint,magis malum: cum farmaco vero melius. Item in febribus acutis & chronicis fluxus ventris niger, vel vomitus superueniens ante signa digestionis perfectæ, & per consequens in principio vel augmento,mortale: quoniam peccatum materiæ in quanto & quali cum virtutis debilitate p̃figurat. Et sic intellige illũ apho. tertiæ partic. Egritudinibus quibuscunq; incipiẽtibus, si cholera nigra aut sursum aut deorsum exierit,mortale:Similiter et illum ibidem. Quibuscunq; ægritudinibus acutis aut multi tẽporis, aut aborsibus aut aliter extenuatis fel nigrum exierit,aut quasi san.niger,sequenti die morietur. Item idem in eodem dysenteria si a felle nigro inchoauerit, mortale. Item ibidem.Si a dysenteria iam habita nigræ egestiones, vt intestinorum carnes, id est cortices albæ squamosæ egerantur, mortale. Item diarria cholerica quãdoq; mutaẽ in sodam calidã cũ surditate propter raptum choleræ sursum, & quandoque econuerso:sed tamẽ conuersio est melior. Vnde Hippo. ibidem. Quibuscunq; fellea egestiones sunt, surditate supueniẽte quiescunt, & quibuscunq; surditas inest &c. Item post fluxũ diuturnũ spasmus aut singultus superueniẽs, mortale:quoniam spasmum de inanitione significat, qui nequaq̃ curari potest. Vnde Hippo. parti.5.apho.Spasmus & singultus post nimiam inanitionẽ, malum. Item Hip. 6.partic.apho. Trauli a diarria maxime capiuntur longa, scilicet propter humiditates linguæ &cerebri fluẽtes ad stomachum & intestina: sicut eñ in lingua causant balbutiem, ita in intestinis mollifi-

cationem, et in stomacho cruditatẽ. Item in fluxu ventris, & proprie lienterico vel diarrico vomitus spontaneus, & sine auxilio medici superueniens, salubre: quoniam naturæ confortationem, & fluxus diuersionẽ demõstrat. Vnde Hip. 6. par. apho. A diarria habito diuturna vomitus spontaneus superueniens soluit diarriã. Istud tamen aliqui amplificãt ad vomitum artificiosum, & proprie si causa sit cholerica, vel flegma subtile. Item fluxus ventris perdurans, & proprie sanguineus hydropisim minatur propter epatis infrigidationẽ, vel hecticã propter membrorum inanitionem. Conetur ergo medicus hora conualescentiæ talibus periculis obuiare. Item si in processu et perduratione lienteriæ supuenerit eructuatio acetosa frequens, bonum: quoniam virtutis retentiuæ & digestiuæ stomachi forti. significat: sed si in primo superuenerit, fortificationem lienteriæ præfigurat. Nam sicut in ca. de vomitu notauimus. parag. Canoñ. sapor acetosus est duplex, vnus pcedit digestionem, & caliditatem perfectam: & iste significat digestionem mox sequentẽ, & per consequens est boni nuncius. Alter est, q sequit caliditatis exhalationẽ, & iste significat putrefactionem futuram. & per consequens corruptionẽ. Vnde Hip. 6. partic. apho. In diuturnis lienterijs oxyremia superueniens prius nõ existens, signum bonum. Item Hippo. 5. partic. apho. Mulieri in vtero habenti si venter multum fluat, suspectio est abortiendi. Idem in eodem. Sanguine multo fluente, spasmus innatus, aut singultus, malum signũ & mortale, siue sit fluxus ventris, siue mẽstruorum, vel hæmorroidarum, vel nariũ, vl vulneris cuiuscũq. Item in omni fluxu & proprie in dysenterico chronico prostratio appetitus malũ: quoniam inanitionem extremam sine restauratione præmonstrat. Vnde Hippo. ibidem. In longis dysenterijs abstinẽtiæ, malum, & cum feb. peius. Item si splenenticus fiat dysentericus, & dysenteria perduret, mortale: quoniam si melãcholica materia splenetica fuerit adusta, inducit corrosionem penetratiuam: Si vero non adusta, inducit hydropisim & liẽteriam propter epatis & stomachi infrigidationem. Vnde Hip. 6. part. apho. Quicunq splenetici a dysenteria capiunt, ijs supueniente longa dysenteria, hydrops innascitur, aut lienteria, & pereunt. Si autem dysenteria nõ perduret: tunc fiet cura opilationis & duriciei in splene propter causæ euacuationẽ. vnde Hip. ibidem. Spleneticis dysenteria superueniens, bonum. Itẽ fluxus ventris & proprie niger, melancholicus, superueniens maniæ vel melancholiæ soluit ægritudinem, euacuãdo causam. vnde Hip. 7. partic. apho. In mania dysenteria superueniẽs, aut hydrops aut extas., id est furoris augmentatio, bonũ. Item in omni fluxu ventris chronico desipientia superueniens, malum: quoniam læsionem cerebri significat. vnde Hip. 7. particu. apho. In sang. fluxu perdurante, vel in quocunq alio fluxu perdurante, in quacunq regione corporis desipiẽtia superueniens aut spasmus, malum. Item in fluxu supereffluente propter medicinam effreniter laxantẽ, & proprie in corpore vetulo vel debili, singultus superueniẽs, malum: spasmus autẽ superueniẽs, mortale. Vnde Hip. 5. parti. apho. Spasmus ex elleboro, mortale: & in 7. parti. Si superpurgato seniori singultus supueniat, non bonum. Et ex hoc scire potes, q singultus est sicut paruus spasmus, & ideo est minus malum signum. Item in omni fluxu ventris, siue sit cum sanguine, siue sine sanguine chronico & perdurante si solutio ægrum alleuiat, & eius restrictio per se vel per artem debilitet, mortale: quoniã causam venenosam significat, cuius exitus diuturn⁹ virtutẽ deijcit propter inanitionem: cuius retẽtio virtutem

prosternit propter oppressionem. Medicus vero postquam talẽ cognouerit, prognosticis derelinquat:ne sic inter contraria perplexus & de morte accusetur. Si aũt fluxus sit breuis temporis, vel creticus & post signa digestiõis & in die critica, supueniens cũ virtutis cõstantia, tunc bonũ signũ: quoniã significat ægritudinis pessimæ naturalem atq; salubrẽ non symptomaticã expulsionẽ: vt videtur esse de mẽte Auic. 3. cañ. feñ. 14. ca. de causis fluxus epaticis satis circa finẽ. Itẽ dysenteria facta per corrosionem intestinorum gracilium, periculosior est quam quæ grossorum propter viæ longitudinẽ, & particulę difficiliẽ consolidationẽ. vnde Hipp. 5. part. aphor. Si intestinorũ aliquid gracilium incidatur, non conglutinatur. Item omnis fluxus cum superfluit, est magis timorosus in corpore macro & laxæ carnis: sicut sunt corpora mollis cutis, quam in corpore pingui vel carnoso, solido & compactæ carnis: sicut sunt corpora duræ cutis: quod fit propter viarum latitudinem, humorũ subtilitatem, & virtutis debilitatẽ. Ex quo patet, q̃d fluxus omnis, vel sudor, vel calor febrilis cum resolutus, est magis periculosus in corpore cholerico vel melancholico, quam sanguineo vel flegmatico.

De stypticitate omnium modorum. Cap. II.

STypticitas ventris est effectus siccitatis in ipso. Hæc autẽ siccitas, aut fit propter causam antecedẽtẽ, aut primitiuam. Si propter antecedentẽ, aut est mala complexio, aut mala compositio. Si mala cõplexio, sic fit propter aliq̃ quatuor causarum. Prima est mala complexio sicca intestinorum, fortificans eorum retentiuam vltra debitum: sicut in corporibus melancholicis per generationem vel diætam vel ætatem. Secũda est mala cõplexio calida intestinorũ vel epatis, consumẽs eorũ humiditatẽ circũfluitiuam: sicut in corporibus cholericis, vel iuuenibus febricitãtibus. Tertia est mala cõplexio calida renũ vrinam multiplicans, & stercoris succositatem ad se trahens. Quarta est destructio sensus intestinorũ propter malã cõplexionẽ eorũ omnimodã: qua non excitatur eorũ virtus expulsiua ad secessum procurandũ. Si vero mala cõpositio, sic fit propter aliquã quatuor causarũ: prima est strictitudo, vel opilatio vię, quę est a cisti fellis ad intestinum duodenũ: propter quod cholera modica mandatᵉ ad ipsum: licet etiã cholerę modicitas possit fieri propter apostematis frigiditatẽ: sicut in corpore melancholico vel flegmatico vel hydropico. Ista tamen frigiditas, si vltimetur, non stypticitatem, sed ventris inducit fluxũ lientericũ. Secunda est flegma grossum viscosum adhærens parietibus intestinorum: & ista est causa, quæ plurimũ cõtingit. Tertia est vehementia raritatis corporis: quare insensibiliter euaporãt oẽs humiditates tam substãtiuæ q̃ nutritiuæ. Quarta est apostema intestinorũ opilans eorũ meatũ: propter q̃d fit qñq; stercoris p superius emissio: sicut infra dicetur ca. de apostemate intestinorũ: vel apostema musculorũ ventris, vel matricis, vel vesicæ cõprimens ea vehementer: de quibꝰ suo cap. diceᵗ. Si aũt sit propter causam primitiuam, sic fit similiter propter aliq̃ quatuor causarũ. Prima est cibi siccitas, & proprie in pricipio comestiõis: vt sunt risum, miliũ, pira, & cydonia. Secũda est eius paucitas, vt fit in annis sterilitatis, et in prostratiõe appetitus. Tertia est labor fortis sudare faciẽs. Quarta est caliditas aeris resoluens, sicut fit in balneo, vel sole calido.

Methodus. Signa eius, q̃ fit propter intestinorũ siccitatẽ naturalẽ, sunt extenuatio mirach, vẽtris, & eiꝰ subtilitas cũ priuatiõe ois causæ alterius: Et

si stomach9 sit calidæ cōplōnis, sit siti bū dus frequēter, sed modicus ei potus suffi cit pro vice, & plurim9 in eo fluctuat, & inūdat. Et cura ei9 est, sumere in pricipio comestiōis, iura pinguia, & cibos vnctu osos ex oleo vel butyro, vel adipe castra troum, & olera pinguia facta ex sicla & spinarchijs & malua & cerasa, vel vuas receñ. vel pruna, vel ficus: vel bibere vi nū dulce nouū, vel vet9 rub. Sumatq; ci bos participātes acuitate, q stimulēt ad secessum, sicut est aq̄ decoc. cauliū. vel lē tiū cōdita cū et sale vnctuosis p̄dictis, & faseolis, & pisa cocta cū carne pingui ca stratorꝝ vel pullorꝝ: deuitet cib. assos. Su mat in aurora diaprunis simplex: vitet balneū pro posse: & cū necesse fuerit rati one sordis & sudoris balneēt in aq̄ dulci deco. maluarꝝ & populi sine mora i ipso. Clysterizēt qñq; cū lib. 1. & s. aq̄ decoc. maluæ, bismaluæ, mercurial. siclæ, berbe viol. in qua ponant olei vio. ℥. iij. mellis. ℥ 2. salis ℥. 1. Et iterꝝ bulliat, & tepidū inijci atur in ieiunio: & conet ad impinguatio nē corporis pro posse. Signa ei9, q̄ sit pro pter caliditatē intestinorꝝ & epatis, sunt vehemētia sitis, & durities fœcum, & q̄d egredit ē sicut squibale, & forte sentitur ardor in vētre & ano hora egestionis, & vrina subtilis ignita. Et cura ei9 est, sume re in ieiunio cerasa & pruna, & diaprunis & ficus, & vuas receñ. & melones, & pe pones & citrulos, & similia: & comestio oleris facti ex mal., sicla, lact. portul. cu curbitis, melonib. spinarc. attriplice, & si milibus coctis cū carnibus agnorꝝ & pro cellorꝝ & vitulorꝝ lactantiū, conditorꝝ cū sapore facto ex aceto vel succo berbe ris. Bibat vinū albū debile lymphatū cū aq̄ fontis viui. Et si sit cū fe. sumat in au rora syrupū viol. & bibat aquā ordei, vl iulep loco vini p̄dicti. Clysterizēt sæpe in ieiunio cum clysteri p̄dicto: diminuat pinguedinē in cibis: quoniā omne vnctu osum est de facili inflāmabile, & coloris excitatiuū: & diligat humida pro posse vergētia ad frigidū. Signa eius, q̄ sit pro pter caliditatē renū sunt exuberantia vri næ plurimæ cū siti & ariditate corporis: cui si medic9 nō subuenerit, p̄ducet ægrū ad hecticā & marasmū, & caliditatē sen sibilē circa renes, & proprie si passio fue rit pāniculis eius cōmunicata: quoniā re nū substātia non sentit: & est vrina subti lis, aquosa, nō citrina: quoniā pauca cho lera non potest plurimā tincturā induce re in plurima aquositate. Neq; etiā cho lera generatur a caliditate renū, sed epa tis. Vnde Hippo. 4. part. aphoris. Vrina multa noctu facta, modicū secessum si nificat, & econuerso. Et cura eius est assi duare in ieiunio & principio comestionis oia lenificantia vētrem cū opilatione vi arum vrinæ: sicut sunt passulæ pingues & enucleatę & ficus caricæ, & dactyli, et pultes facti ex amylo, penidijs, vel fari na ordei condita cū butyro plurimo: & butyrum recens cū mica panis furfura cei, & pruna recentia vel sicca infusa in aqua decoc. zuccari, & olus factum ex si cla & mal. & spinarc. lactuc. attrip. con ditū cū butyro & sale non pauco. Bibat vinū dulce, clarū, lymphatū parūper: de uitet cibos & pot9 diureticos: sicut est aq̄ cicerū & faseolorū & pisorum, & vinū albū subtile aq̄sum, & multiplicatio sa lis in cibo, & generaliter oia calida vel frigida: assiduet acceptionē syrupi viol. in aurora. Soluatur qñq; cum medicina, quæ leniat lubricū faciendo: sicut est ista ℞. aquæ decoct. prunorū. ℥. 4. dissolua tur in ea medullæ cassię fi. tamarindorū, mannæ. añ. ℥. 1. coletur & detur ante diē actu calida: vngatur locus renū frequē ter cū populeon, vel oleo ros. mixto cū aliquantulo aceti. & puluere boli arm. et san. dra. ¶ Signa eius, q̄ sit propter de structionē sensus intestinorꝝ, sunt: q̄m nō sentit vel paucā sentit mordicationē in vētre post assumptionē pipis, vel sin. vel

Lior um

allorum acutorum. Et cura eius est, vt assiduet cibos & sapores acutos secessiuos: sicut est sinap. fracta & condita cum vino & melle: & legumina cocta cum butyro & sale cum aqua decoctionis caulium & corticis lētium conditi cum oleo vel butyro & sale & substātia cauliū semicoctarum: quouiam per cocturā fortem resoluuntur partes acutæ. Bibat vinum dulce vetus, vel claretū. Signa eius quæ fit propter paucitatem cholerae trāsmissæ ad intestina, sunt difficultas egerēdi cū siccitate & albedine fœcum (sicut stercus canis) & inflatio ventris, & fit vt plurimum in icteritia citrina: Et est quādoq; cum vomitu cholerae & vrina ignita: quoniam cholera per istas deriuat regiones. Et cura eius, si sit propter opilationem est, illa, quam diximus ca. de icteritia. parag. de icteritia citrina propter opilationem pororum fellis. Si autem sit propter frigiditatem epatis nō multiplicantis choleram, curam eius diximus capit. de debilitate epatis. parag. de causa frigida. & ca. de cachexia. per totū. Vtatur in omi causa rebus calidis aperitiuis: sicut est sinapis cōdita cum vino & melle, & modico aceti acutissimi: & ficus siccæ pingues, & similia. Signa eius, quæ fit propter flegma grossum viscosum in intestinis: (flegma nāq; subtile liquidum, aquosum fluxum vētris diarricum, vel lientericum causaret) sunt: quoniam fit post satietatem nauseatiuam ex piscib9 vel fructibus & caseo & pane de simila, & retinetur fex & ventositas omnino. et multiplicatur nausea, & fœtet eructuatio, & surgit in ventre dolor colicus fortis, ad quem forte sequitur sudor frigidus & est vrina alb. grossa viscosa cum spuma plurima. Et cura eius est, vt hora paroxysmi & doloris ilico leniatur venter cum clysteri lenitiuo supradicto. Et si nō suffecerit: fi. clystere acutius quod sic fit ℞. ficus citrinas siccas pingues numero 40. furfur. pugill. 1. maluæ, siclæ, bismal. añ. m. 1, decoquantur in lib. 2. aquæ, donec medietas consumatur: tunc coletur, & dissoluātur in ea olei communis, vel olei rutacei (quod melius est): ℥. 4. mellis ℥. 2. & iterum bulliantur aliquantulum, & tepidum iniiciatur frequēter, donec dolor sedet, vel minuatur. Et si non suffecerit: fiat tale clystere acutius dissoluēdo in colatura iam dicta. ℥. 2. vel. iij. pulueris qui sic fit. ℞. salis gēmę. ℥. 10. colloquintid. scamoneæ. añ. ℥. 2. & ß, terantur subtiliter, & iste est puluis Asmañ. ex quo fiunt suppositoria cū melle vel succo absynthij, quæ ipse vocat pillulas albas, & sunt veloces in stypticando ventrem, & mitigando dolorem colicum ventosum & humoralem ex materia frigida viscosa. Et plura clysteria dicemus ca. de colica. parag. de colica ventosa. Hora autē quietis abstineat a satietate pro posse, & vtatur cibis subtilibus calidis: sicut sunt carnes laudabiles, & iura earum condita cum pipere cynamomi, cardamomi, & croco, inspissata cum vitellis ouorum sine albumine. Bibat vinum album vet9 amarum: & multiplicet in cibo suo sal & allia & sinap. Deuitet oēs pisces & fructus: quoniam viscosi sunt, & omnia legumina: quoniam ventosa sunt, & oia olera præter ficus siccas & nuces & fisticos, quibus vti potest in fine cibi: Et quādoq; vtatur cibis acutis secessiuis dictis de cura stypticitatis propter destructionem sensus intestinorum. Assiduet omi die in aurora vsum electuarij diatrionpipereon, diaciminum, diagallan. diacitoniten cum speciebus & similium. Deuitet frigida styptica: sicut ē agresta, berberis, & acetum: nisi sit acutum valde: tūc potest ex ipso parum aliquid addi in saporibus & condimentis propter frigiditatis incisionem, & appetitus expergefactionem. Prouocetur quandoq; vomit9 cum aqua mellis, vel syrupo acetoso cō

posito, vel oxymelle, & aqua decoctiõis anethi & raphani, præmissa repletione ex cibis & potibus: vt docuimus cap. de fœtore nasi. Deuitet aquam frigidã et vinum stypticum vel põticũ: & diligat vinum dulce, clarum, vel amarum purum vel claretum, Hora etiam doloris confert saccellare ventrem totum cũ latere ignito, asperso aceto acuto, vel cum sale & milio torrefactis in sacculo: et sedere in balneo calido aquæ decoctionis florũ chamomil. meliloti, anethi, absynt. origani, arthemisiæ, rutæ, et silium: et cũ cœperit in eo debilitari, exeat et quiescat in lecto molliter: et inũgat vẽtrem cũ oleo chamomillarũ, vel de lilio, vel anetho, vel de ruta, vel de lauro: in quibus aloe dissoluatur actu calido, et ita vicissim regatur modo cũ isto modo cum illo, donec dolor et eius causa totaliter remoueantur. Signa eius, quæ fit propter raritatẽ corporis sunt paruitas fœcũ in omnibus diebus suæ sanitatis respectu cibi assumpti & siccitas eius plurima semp, & multitudo famis, & vehementia appetitus, & habitudo corporis sicca, macra: Et si ambulet in sole calido, vel moretũ in balneo, vel laboret: dissoluitur vehementer eius virtus, & inflammatur corpus. Et cura eius est, vti cibis grossis viscosis pinguibus: quia præbent plurimũ nutrimẽtum cum difficili nutritione, & tarda dissolutione, vel resolutione: vt est caro porcorũ & vitulorũ, & pultes ex farina similæ: quoniam in hoc corpore nõ est timor fortis in opilatione, neq in causis intrinsecis, imo magis nocet a calidis extrinsecis. Bibat vinum rubeum dulce grossum multum, & sæpe comedat si stomachus id tolerare queat. Si vero stomach9 sit debilis, parum & sæpe comedat: Et sumat iura carnium inspissata cum vitellis ouorum & mica panis. Gaudeat ocio & somno super cibũ: habitet in aere frigido: inungat corpus totũ cum aqua ro. vel oleo & cera. Et si corp9 sit carnosum & membra principalia bene cooperta, intret aliquãdo aquam frigidam, & abluatur in ea: aliter vero nequaquã. Abstineat a coitu & labore pro posse: In clysterijs, & cibis alijs regat, sicut stypticus propter siccitatem complexionis intestinorum. Signa eius, quæ fit propter apostema dicentur ca. de apostemate intestinorum: vbi & cura eius ponetur. Signa eius, quæ fit propter siccitatem ciborum in principio assumptorum, patent ex relatione infrimi. Et cura eius est postpositio talium omnino, & assumptio subrifficantium in principio sæpe dictorum. Et si quandoq cibi sicci fuerint assumpti, vt risum, miliũ, fabę fractæ, & similia: & æger sentit læsionem in ventre cũ stypticitate: sumat in potu syrupũ viol. vel iulep, vel aquã decoctiõis ficuum siccarum pinguium, vel oleum amygdalarũ, aut oleum commune in quo bullitum sit super ignem de penidijs, vel zuccaro rubquantum ipsum est, vsq ad spissitudinẽ: quoniam ista confectio lenit vehemẽter ventrem, si ex ea lambatur frequenter, & bibatur post ipsam aliquid ex liquoribus prædictis, vel vino dulci, In cibis & potibus & clysterijs tam lenitiuis quam acutis, fiat sicut in stypticitate propter flegma grossum. Signa eius, quæ fit propter paucitatem cibi, per se patent. Et cura eius est, reductio ad contrariũ pro posse, & confortare appetitum: vt suo diximus capitulo. Signa eius, quę fit propter laborem fortem vel aerem calidum resoluentem, patẽt ex ægri narratione. Et cura eius est postpositio talium, & inungere corpus cum oleo ros. in quo dissoluta est cera, & balneari in aqua frigida, & aqua decoctionis ros. siccarum, foliorum salicis, & vitis & solatri, & rorare faciem cum aqua ros. & camphora, sandalis & aceto: In cibis & potibus fiat sicut prius: & etiam in clysterijs.

Emperica. Scias, quod omnem vētris stypticitatem adiuuat omi die in aurora morose de somno surgere sine strepitu, vel stupore, & stare corpore erecto, postea sedere: & sic vicissim in vno loco fixe manere sine motu omino, donec feces per omnes intestinorum reuolutiones totaliter descendāt: neq; laborē diurnum arripere, donec euenerit assellatio debita vel consueta: quoniam labor & motus feces exiccant, & earum descensum per diuersos anfractus retardāt. Lubrificatur præterea venter stypiicus quatuor modis in genere, scilicet p cibos, per medicinas, per suppositoria, & clysteria: de quibus per ordinem famosiora & maxime familiaria percurramus. Ars leniendi ventrē per cibos, est a principio comestiōis sumere ex lenitiuis: vt sunt pruna matura, vuæ pingues, cerasa dulcia, passulæ enucleatæ: dactyli pingnes: & sicut est olus factum ex sicla & malua coctis in aqua perfecte & conditis cum butyro, vel lacte amygdalarum dulciū salitis plus debito: Et sicut est butyrum recens sumptum cum mica panis furfuracei, vel caules semicocti, & proprie ius eorū: quoniā perfecte cocti fiunt styptici propter partiū acutar; resolutionem: Et sicut sunt lētes semicoctæ, & proprie ius earū primū, & pultes facti ex amylo & farina ordei conditi cū penidijs & butyro: & omnia lenificātia vētrem, & diuertentia materias vijs vrinalibus, & sicut sunt acuta excitantia virtutem expulsiuam intestinor; verbi gratia, sinap. condita cum melle crudo, & potus aquę salsæ plurimæ & vsus piperis moderatus. Naturam namq; primi cibi sapit tota diætatio: vt dicit Galen. 2. alimentorum: cap. de pomis. Ars vero leniendi ventrē stypticum per medicinas leues non difficilis, est: vt semel ī hebdomada, vel quādo necesse videtur, sumat de puluere, q sic fit, et proprie ī causa flegmatica. ℞. turbith optimi.℥.ß.zz, cynamomi. aā.ʒ. 2. gallāgæ, macis, gariofil. cardomomi. aā.ʒ.ß.zuccari alb..℥.iij.terantur, & misceantur. Detur ex hoc puluere.℥ ß. vel.ʒ. 6.cum aqua calida, vel iura pullorum sero sine cœna: quoniam materias crudas in stomacho collectas leuiter educit: Et differatur in crastinum comestio super ipsum: quoniā est tardæ solutionis. Idem facit puluis de tartaro vini albi, si detur ex eo in cibo aliquo, vel per se, cum zuccaro.℥.1. vel plus: sed sciēdum est de corrosione intestinorum, si frequentetur causa cholerica detur stomachi laxatiui ℥.ß. vel. ʒ.6. cū aqua calida in matutinis. In melancholica vero adde ad puluerē prædictum senæ mundatæ & electæ quantum de omnibus: & si adderentur flores borraginis & rof. siccæ, stomachum & splenem confortarent. Si autem venter sit constypat⁹ propter caliditatem & siccitatem intestinorum naturalem vel acquisitā: sumat in aurora.℥.iij, syru. viol. cum aqua decoctionis prunorum maturorum, vel prunorum damasceni siccor; vel sumat de zuccaro viol. cum eisdem: quoniam est ex solutiuis prædictis: vt dicit Auicen. vel dissoluātur cassiæf.℥. 2. in aquis eisdem: & coletur, & detur in matutinis: & idem faciunt tamarindi, atq; manna. Similiter & hæc confectio. ℞. medullæ cassiæf. mannæ, tamarindorū, aā.℥.1. elect. de succo rof. lax. ʒ.2. zuccari viol. ℥. 5. misceantur perfecte, & detur totum ante diem, & est conueniens in principio fe. ad minorationem materiæ, quæ datur ante digestionem. Si autem vēter sit stypticus propter flegma grossum viscosum: tunc necessario permittenda est digestio: quoniam materia est inobediens. Potest tamen dari pul. talis. ℞. galang. zz, cynamomi. aā. ʒ. 1. cubebe, anisi, agar. aā. ʒ.2. esulę quantū de omibus: zuccari quod sufficit ad dulcorandū. Detur. ʒ.2. vel, iij in sero cū vino calido, vel

vino decoc.zz.baccarū lauri,sina. & similiū.Si aūt sit venter stypticus propter ventositates coartantes, soluatur cū tali medicina. ℞.tartari,polypodij. aā.ʒ.2. anisi,carui,cynamomi,aā. ʒ.iij.senæ ad pondus omnium, zuccari quod sufficit. Det.ʒ.ß.vel .ʒ.1.cum vino calido,vel vino decoctionis baccarū lauri. Et ad hoc confert ius galli decrepiti,si cum eisdem rebus decoquatur in aqua dulci, vsq; ad ossium separationem : & ex eo bibatur lib.1.vel.ß.in ieiunio. Facit em̄ assellando trullas emittere. Si aūt solutioni leui intendis totā massam sanguinis mundare cū confortatione stomachi,epatis,atque splenis: fiat talis puluis. ℞. foliorū borrag,ros.siccarū.aā.ʒ.ß. semi.ameos, amomi,cipe.cap.se.end.fen.aā.ʒ.2. quinque myrob.aā.ʒ.ß.cynam. gariofil.zz. aā.ʒ.1.turbith alb.&elect.ʒ.2. reubarb. ʒ.1.zuccari quod sufficit:fiat puluis vel electuariū:quoniam educit cholerā flegma & melancholiam, & confert coporibus delicatis.Detur ex eo,ʒ.1. vel. ß. in vino calido lymphato. Ars vero leniendi ventrem stypticum per suppositoria, sic fit. ℞.esulæ.ʒ.1.salis gēmę.ʒ.ß.mellis quod sufficit: fiant suppositoria lōga.& imponantur in ieiunio.vel sic. ℞.agari. colloquint.partes quatuor,salis commu nis partē.ß.mellis quod sufficit : vel fiat suppositorū ex sale gemma solū, vel ex sapone,vel lardo salito : vel fiat suppositoriū ex fellibus quod sic fit. ℞. farinæ furfuris, vel ordei, vel auenæ,vel siligin. quarū vis, salis cōmunis, vel mel'quod sufficit: incorporando pro duobus suppositorijs,vnū fel alicuius animalis,scilicet bouis,vel capræ,vel porci, vel vituli,vl' canis. Si vis magis acuere, adde aliquid aloes. In pueris vero sufficit suppositorium ex penidijs. Ars aūt leniendi ventrē per clysteria, sic fit. ℞. maluæ,bismalue,mercurialis, attriplicis, vngulæ, caballinę, brācæ vrsinę siccæ oīm vel quorundā.aā.m.1.decoquātur in.4.lib.aquę donec tertia pars aq̄ cōsumatur:coletur, & addantur mellis.ʒ.iij. olei cōmunis .ʒ. 4.salis.ʒ.ß.& iterū bulliatur parūper, & coletur & tepidum inijciatur:& possunt addi flores chamomillæ & farina furfur. vel fabarum.p. 1 , propter abstersiōem. Item clystere aliud lenitiuū & proprie in feb. ℞.maluæ, altheæ, prunorū viol. lactucarum,rasuræ cucurbitæ, foliorum papaueris.aā.M.1.olei viol.ʒ.4.zuccari ʒ.iij.salis .ʒ.2. fiat sicut prius. Item clystere acutum. ℞.maluæ.altheæ,siclæ,foliorum caulium recentium,centaureæ,rutæ,absynthij. aā. m. 1. olei chamomill. vel rutacei.ʒ.4.mellis.ʒ.iij.salis. ʒ.ß. fiat sicut prius:Et si sit cum multitudine flegmatis:adde in decoctione prima hermodactylorum,agarici, colloquintidæ quātum necesse videtur ,vel hierapicr. Gal. vel bened.laxat.in colatura. Si aūt sit cū multitudine vētositatis & torsiōis in vētre,adde polyp.quercin.cart.ani.car.cymi.in decoc. vl'diacy.in decoc colatura. Si vero cum melancholia:adde senę thymi,epithymi, esulæ, in decoctione : vel seralodion & diasene in colatura decoctionis. Et scias quod in omnibus clysteribus possunt poni soluentia lubrificiendo,&proprie in colatura:vt sunt cassiæfi.,tamarindi, manna . Item clystere vltimum in lubrificando ventrem exiccatum,quod confert quando alia euacuantia ducere non possunt,sic fit. ℞.succi mercurialis,succi maluæ,succi altheę, omnium vel quorundam.ʒ.4.medul.cassiæfi.ʒ.2.olei viol.ʒ.bulliantur iuste,& totum tepidum inijciatur. Et si succi haberi non possunt, vt in hyeme , fiat ex aqua decoctionis earundem rerum addita farina fœnigræci, seminis lini , psillij, caricis, prunis maturis. Item dicunt experimentatores, quod fel porci , vel canis , vel bouis cum oleo bullitum parumper , & ab vmbilico superius

inunctum vomitum procurat, ab vmbilico inferius secessum: propter quod & fella reperiuntur poni in laxatiuis vnguētis: & si vis acuere, adde aloes quantum de fellibus.

Canones. Medicinas & cibos laxatiuos non conuenit omni die assiduare: quoniam virtutem stomachi retentiuam deijciunt: & virtutem intestinorum expulsiuam reddunt consuetudinariam, adeo vt pigritetur in expulsione superfluitatū, nisi fuerit stimulata. Item omnem cibum vel medicinam laxatiuā expedit dare in ieiunio, vel in principio comestionis: ne forte cibum corrumpant cui permiscentur, & virturem propriam amittant, præter solum diacitoniten acutum, quod post cibum ilico dari cōuenit: quoniam soluit comprimendo, similiter myrobal. ¶Sciendum præterea, ꝙ ex medicinis solutiuis exhibitis per superius melior in stypticitate ventris est, quæ sumitur ex viol. cassiaf. manna, tamarindis: quoniam soluēdo ventrē, relinquunt lubricitatem: similiter & diaprunis acutum: & syrupus violaceus acuatus cum diagridio vel reubarb. & proprie in causa calida. Neqꝫ vtatur aliqua solutione facta ex myrobal. quoniam est deterior solutionum in hoc casu. Vniuersaliter tamen melius est lubrificare ventrem per inferius cum clysteri vel suppositorio, q̄ per superius cum medicina: quoniā omis laxatiua quantumcunqꝫ lenis vel consolata debilitat membra nobilia, & proprie stomachum & epar: propter ꝙ omia farmaca sunt euitanda, nisi quādo requiritur aliorum membrorum euacuatio vł venaꝝ. Item conet̄ sanitatis custos omi die ventris lubricitatem debitam seruare: quoniā est maximum in ea iuuamentum, & præseruans a multis passionibus & proprie a soda pulsatiua, vertigine, scotomia, fe. putridis, apostematib9 mē brorum interiorum, hydropisi, & colica. Quapropter ait Galenus 1. alimētorum ca. de frumento elixato: Solum est hoc remedium indigestionis quærere, secessum stercorum quantotius quaqꝫ die.

Prognosticatio. Ventris stypticitas superflua in omi ægritudine, malum: quoniā virtutem ægri deijcit, appetitum prosternendo: membra grauat, replendo: angustiam inducit, ad cerebrum fumando: torsiones procreat membra neruosa scindendo: & quod deterius est, morbum & suam causam fouet, dispositionem fortificando, & causæ euacuationem prohibēdo. Conetur ergo medicus omni die ventrē lenire cum clysteri, si virtus sit fortis: vel cum suppositorio, si sit debilis et proprie post somnū, & ante cibum, vel hora sanitatis suæ cōsueta, vel hora maioris quietis, si fuerit cum fe. qualicunqꝫ. Item dicit Hippo. 2. parti. apho. Quibuscunqꝫ iuuenibus existentibus ventres sicci sunt, ijs senescentibus humectantur, & econuerso: quoniā mutata complexione naturali, mutātur eius operationes: hoc tamē fallit in duobus casibus: vt dicit commentator ibidē: primo quidem, si cholera sit pauca: quia fiet minor in senio, & per consequens remanebit ventris stypticitas. Secundo si epar sit frigid. naturaliter: qa fiet magis frigidum in senio, & per consequens remanebit humiditas & lubricitas vētris, quæ fuerat in iuuentute.

¶De colica, iliaca, passionibus. Cap. III.

Istæ tres passiones cōueniunt in forma siue essentia: quoniā vnaquæqꝫ ipsarū est torsio, siue dolor vētris: propter q̄d si fortificetur, videtur homini, ꝙ eius corpus terebello perforet̄: Sed differūt subiecto siue materia & causa efficiēte. Nam colica dicitur, quando causa doloris, puta stercus, humor, vel ventositas in intestinis grossis, & proprie colo continetur:

propter quod sentitur dolor circa vmbili cum ad quatuor digitos, vbi est stomachus situatus, super quē circulariter transit colon: Et si declinet ad alterum latus, hoc erit magis versus hypochōdrium sinistrum, vbi cōtinuatur cum longaone. Iliaca vero dicitur, quando doloris causa prædicta in intestinis gracilib° & proprie in ileo continetur: propter quod sentitur dolor sub vmbilico directe, vel infra ad duos digitos. Ileos vero dicit, quādo causa doloris est apostema natum in intestinis quibuscunq;, & proprie superioribus gracilibus eorum claudens transitū: adeo vt stercus & fex per ipsa descendere non possint: propter quod æger cogitur in ea stercus vomere, & est cum feb. peracuta, & non extenditur vltra primā periodum, quæ est in die quarto, & terminatur ad salutem vel perniciem. De primis igitur duabus dicamus passionibus: quoniam de ileo in proximo sequenti dicetur ca. Sciendum præterea, φ dolor renalis similis est in loco & situ prædictis passionibus: ita vt dolor renis dextri iliacę, & dolor renis sinistri colicæ similetur. Signa tamen distinctiua certa ponemus infra cap. de calculo & arena &c.

Methodus. Colica & iliaca tribus de causis in genere dignoscuntur fieri: aut propter stercus exiccatum in intestinis ea scindens: aut propter ventositatē grossam plurimam ipsa vehementer extendentem: aut propter vermes in eis natos ipsa mordicantes. Signa earum prout habent fieri propter stercus, præterea & curam plene posuimus in ca. de stypticitate ventris omnium modorum, nisi quòd hoc solum oportet addere, scilicet postq̄ venter lenificatus fuerit per remedia illic posita, & feces sint eductæ, fiāt aliqua anodina clysteria propter reliqas stercoris & trullas radicitus extirpandas: sicut est clystere factum ex aqua decoctionis florum chamomillæ, meliloti, maluæ, maluauisci, cētaureæ, rorismarini, & furfu. colata, & cum aliquātulo olei chamomillini, vel anethini, vel laurini, & modico mellis & salis iterum bullita, & tepida bis vel ter iniecta ante cibum. Colica vero & iliaca quando fiunt propter ventositatem, solerti pro earum cognitione & curatione indigēt discussione: qm̄ aut ista vētositas est plurima sine humoris vitio omino, aut plurimo, et tunc fit a mala complexione frigida stomachi & intestinorum sine materia, et hoc est vt raro: aut cū humoris vitio, a quo continue eleuatur, quod est vt plurimū. Et iste humor, aut est flegma, aut melācholia, aut cibus inflatiuus viscosus. Item ista ventositas, aut est contenta in spongiositatibus eorum penetrās inter tunicā & tunicā: cū intestina sint mēbra neruosa villosa, pāniculosa. Signa igitur ipsarum, qn̄ fiunt propter ventositatē sine materia humorali oino, aut plurimo sunt: qm̄ euaporationes et sacellationes calidæ conferūt etiā a principio, nō p̄missa euacuatione cum medicina, vel clysteri: & dolor per ea mitigatur ilico, & est cū obedientia & ventris lenitate debita. Cum igitur omia talia apparuerint & vēter sit inflatus cum dolore et tēsione, q̄ nō cedit impressioni, vel vix cedit, sicut est vesica inflata: & auditur rugitus, & eructuatio frequens difficilis, & fit retēsio vētositatis omino, vel si quod ex ea egreditur, est modicū et q̄d nō sedat dolorē vehementē, & vrina est alba subtilis aquosa: tunc colica erit ventosa pura: & si antecessio vsus oleris vel leguminū: Et corpus consueuit terminare talē passionē per exitū ventositatū plurimarum sine vomitu vl' secessu: tūc magis certa fiet significatio. Et cura eius est, vt hora paroxysmi statim a principio saccellet vēter totus cū milio, sinap. nasturtio, torrefactis in sacculo super lapidem ignitum aspersum aceto acutissimo frequenter actu calido: vel fomentet cū

latere lato, seu lapide molari ignito vehementer, & inuoluto pannis lineis subtilibus, aceto modico asperso: vel vaporetur cum petijs infusis in vino decoctionis anisi, carui, cymini, rutæ, foliorum lauri, absynth. florum chamomillæ, anethi aliquantulum expressis actu calidis reiteratis sæpe super ventrem: vel ponãtur ventosæ sine scarificatione super locum dolorosum cum succione vehementi. Omnia nanque remedia resoluunt vẽtositates sed in passione, vbi non est materia humoralis vel modica: & idcirco dolorem ilico sedant & mitigant. Præterea inijciatur clystere calidum, quod sic fit. ℞. rutæ, centaureæ minoris, calamenti, origani, satureiæ, psylli, mentastri. aã. M. 1. carui, cymini, anisi, anethi, polypodij, ana. ℥. ß. decoquantur in lib. 4. aquæ fontanæ, donec medietas consumatur: coletur, & in colatura dissoluãtur olei communis, vel chamomillini, vel rutæ (quod melius est) ℥. iij. mellis cocti. ℥. ß. castorei, sinapis, serapini, oppoponacis. aã. ʒ. 1. vel 2. Et iterum bulliatur aliquantulũ ad ignem lentum, & coletur, cum tepidum factum fuerit: fiãt ex eo duæ vel tres iniectiones cõtinue se sequẽtes: hoc nanque clystere si frequentetur, dissoluet colicam ventosam fortẽ. Quod si dolor fiat fortis, & difficile tolerabilis patiẽti, ponat̃ in ipso quãtitas ciceris vel fabæ de opio. Itẽ clystere aliud carminans ventositates potenter. Decoquatur ruta in oleo cõmuni tribus vicibus: deinde sumãtur de illo oleo. ℥. iij. & dissoluatur in eo serapini oppoponaci, castorei a media ʒ. vsque ad ʒ. 1. & inijciatur tepidum: quoniam sedat (vt plurimum) dolorem ventosum eadem hora, & inducit somnum, & proprie, si addatur opium ad quantitatem ciceris. Quod si fortior fuerit dolor, ita vt intolerabilis fiat, & virtutem deijciens: detur ei in potu philonium recens cum vino veteri albo puro, vel theriaca noua, vel theriacæ veteris ʒ. ß. in qua ponatur granum vnũ, vel duo opij & inducatur somnus proposse. Et virtus toleret: non comedat tribus diebus aliquid, vel parum de mica panis infusa in vino veteri albo puro, amaro. Cum autem dolor cœperit mitigari: intret balneũ aquæ tepidæ decoctionis florum chamomillæ, meliloti, foliorum lauri, origani, & similium: & exeat quando debilitatur: & sic vicissim per fomentationes, & clysteria, & balnea regatur, donec oĩno pertrãsierit paroxysmus, et superuenerit hora quietis. Tũc igit̃ caueat ab oĩbus vẽtosis: sicut sunt legumina, olera, fructus. Caueat etiã a frigidis: sicut sunt cucurbitæ, melones, pruna, persica, & similia. Caueat etiam a stypticis: sicut sunt pira, cydonia, mora, rubi, mespila, sorba, risum, & similia. Caueat a potu aquæ frigidæ omnino. Nutriatur carnibus laudabilibus pullorum, hœdorum, auium paruarum montanarum, & iuribus earum inspissatis cum vitellis ouorum, & speciebus calidis aromaticis: sicut sunt zinziber, cinamomum, piper longum, cardamomum, crocus, & similia. Vtatur sapore facto ex allijs vel sinapi & speciebus eisdem, & melle non crudo (quoniam ventosum est) sed cocto bene spumato. Bibat vinum album vetus, clarum, potens, purum. Sumat sæpe in aurora aliquid theriacæ veteris cum eodem vino, vel cum vino decoctionis ameos, amomi, carui, cymini, piperis longi, siseleos, origani, & similium. Vel sumat diaciminum, triferam magnam cum eisdem liquoribus, vel confectionẽ de baccis lauri, quæ sic fit secundum Rasim. ℞. seminis rutæ dragmas decem, ameos, amomi, & nigellæ, seminis leuistici, origani, carui, seminis petro. amygdalarum amararum, piperis nigri & longi, calamenti, dauci, acori, ana. dragmas 2. castorei, serapini, oppoponaci, aã. dragmas 4. terantur & conficiantur

cum melle, quod sufficit. Detur ex ipsa
ad modum castaneæ cum vino calido:
quoniam ventositates potenter carmi-
nat, et dolorem sedat: nec est ei par in hoc
alia medicina. Exercitetur omni die in ie
iunio, & parum & raro comedat; donec
in eo fortificatus fuerit calor naturalis.
Super vētrem deferat continue cerotum
de granis lauri: quoniam dolorem stoma
chi intestinorum, renum, matricis, vesi-
cæ, & viscerum frigidos & ventosos po
tenter sedat, & membra calefacit: quod
sic fit secundum Iohannem Heß. in suo
anditotario. ℞. olibani, masticis, myr-
rhæ, ana, vnciam vnam, granorum lau
ri, vncias duas ciperi, costi. ana vnciam,
ß. mellis colati, quod sufficit ad aggre-
gandum, & extendatur parum, & cali-
dum superponatur vbi oportet. Si autem
tripletur cyperus, & ponitur de stercore
caprarum aut vaccarum ad pōdus oīm
inuenitur mirabile ad hydropisim, si po-
nitur super ventrem post aliquas purga-
tiones. Signa colicæ & iliacæ si fuerint
propter ventositatem cum humoris fle-
gmatici vitio, quod est vt plurimū sunt:
quoniam sacellationes & fomētationes
calidæ non conferunt ante purgationes,
imo causant dolorem, & fortificant, &
antecessit satietas nauseatiua antiqua,
& forte egreditur flegma viscosum cum
vomitu & secessu: & est eius vrina alba,
grossa, viscosa, spumosa, & forte sedat
dolor quandoq;, & redit, & commouetur
post duas horas aut tres: prout ventositas
nunc eleuatur a flegmate, & nunc resol-
uit viciſſim, & proprie si flegma sit sub-
tile. Si vero fuerit grossum viscosum, reti
netur fex & ventositas omnino, & mul
tiplicatur nausea, & fit dolor in ventre
fortis cum rugitu, & sudat æger quando-
que sudore frigido. Et cura eius est, vt ho
ra paroxysmi statim a principio purge-
tur cum clysteri, quod sic fit. ℞. collo-
quintidæ, agarici, ana, vnciam, ß. centau
reæ minoris, rutæ, calamenti, origani, sa
tureiæ, ana, m. i. polypodij, vnciam vnā
decoquantur in. 2 lib. aquæ, donec ad
vnam redierit: coletur, & in colatura po
nantur olei rutacei, vel laurini, vel ane-
thini. ℥. iij. mellis. ℥. i. salis. ʒ. 2. & iterum
bulliatur aliquantulum: postea coletur,
& tepidum iniiciatur ante cibū: & si vis
ipsum magis acuere: adde in colatura
prima aureum. i. pul. al. dicti in ca. de sty
pticitate ventris. parag. de stypticitate
propter flegma grossum, vel hyerap̄. Ga
leñ. ℥. ß. vel bened. laxatiuæ. ℥. i. Et fiant
ei suppositoria ex puluere albo prędicto.
Et purgetur quādoq; cum hyerap̄. Gal.
dando ex ea. ℥. ß. ante diem cum aqua ca
lida, vel cum catarrico imperiali, dando
eodem modo, & eadem hora, vel cum
bened. laxatiua cōmuni, vel cū huiusmo
di medicina. ℞. turbith albi & electi. ʒ.
i. hermodacty. ʒ. ß. scamoneæ grana. 6.
zz. ʒ. ß. zuccari rubei. ℥. i. fiat puluis gros
sus, qui detur totus ante diem cum vino
calido: Et differat post ipsum cibus: quo-
niam est leuis & tardæ solutionis. Fiat
etiam vomitus cum oxymelle vel syru
po acetoso cōposito, & aqua decoctiōis
anethi, vel raphani, præmissa repletione
ex oleribus & cepis & piscibus salitis:
prout docuimus cap. de fœtore nasi. Post
purgationes fiant clysteria carminatiua
ventositatum. Et fiant oīa remedia lo-
calia p ordinē, sicut scripta sunt in colica
vētosa sine materia. Signa eius, q̄ fit pro-
pter ventositatē eleuatā a cibis, sunt: qm̄
antecessit satietas nauseatiua recēs oppri
mens calidū naturale stomachi & intesti
norum sua multitudine, aut inflās & exten
dēs ea sua vētositate: sicut est crapula ex
piscibus, oleribus, leguminibus, fructibus
et similibus cū stypticitate vētris: propter
quā nō egrediūt stercus, & vētositas: vel
adeo parum egrediuntur, vt dolorem nō
minuant vehementem. Et surgit rugitus
in vētre, & fit eructuatio fœtens assidua.

Et cura eius est eadem cum ea, quæ fit de flegmate: nisi quod si sit possibile, conuenit vt vomitus præcedat purgationem, vel propriè si crapula sit adhuc in stomacho, vel pars eius. Si vero tota descendit ad intestina: quod scies, quia dolor & grauitas omnino sedata sunt circa vmbilicum: tūc fiat primo clystere lenitiuū prædictum. Et si non sufficit: fiat acutū, vel purgetur cum aliqua medicinarum prædictarum: & vltimo fiant localia: & non comedat per duas vel tres dies, si sit possibile: donec tota crapula euacuetur, vel digeratur, & appetitus redierit. Si autem virtus debilitaretur: bibat parū vini albi, clari, veteris, potentis & puri, & comedat tortellas infusas in eo. Vtatur diagallangæ, diatrionpipereon, diacimini, electuario duce diamargariton, & similibus cum eodem vino actu calido: in alijs fiat sicut prius. Signa eius, q̄ fit propter ventositatem eleuatam a melāncholia plurima effusa in ventrem, sunt acetositas eructuationis, inflatio ventris ilico cum dolore vehementi post effusionē eius ex splene, & forte sentitur grauitas vel inflatio in loco splenis, & fit (vt plurimum) in corporibus melancholicis per generationem vel ætatem. Et cura eius ē, vt hora paroxysmi clysterisetī sępius cū clysteri lenitiuo carminatiuo ventositatum, dicto in colica ventosa pura: Et vaporetur cum pannis lineis mollibus infusis in aceto forti decoctionis ciperi, capparis, rutæ, calamenti, origani, sizeleos, satureiæ, granorum nigellæ, carui, cymini, cardamomi, & similium actu calid. & expressis aliquantulum cum reiteratione frequenti, vel cum lapidibus ignitis aspersis eodem liquore. Et si non suffecerit, neq; per ea dolor sedetur: detur in potu aliquid vini albi clari calidi, in q̄ cocta sint cyminum, carui, anisi, cardamomum traijciendo ex ipso parum post parum. In hora aūt quietis abstineat a cibis & potibus melācholiam generantibus: sicut sunt lētes, caules, caro ferina, vinū grossum rubeum, & similia. Diligat iura carnium hœdorum, pullorū, agnorum, & vinum album subtile clarū lymphatum parumper. Et purgetur quandoque, sicut diximus ca. de opilatione splenis: & rectificetī splen, sicut docuimus ca. de debilitate splenis. parag. de causa frigida: quoniam ista ventositas nō potest eleuari (vt videtur) a melancholia congelata, vel naturali superfluente in quanto. Si autem patiens sit senex vel delicatus, soluatur cum hac medicina. Decoquatī gallus antiquus decrepitus in aq̄ pura, in cuius ventre ponātur polypod. senæ, cartami, anā. ℥. 2. consuēdo diligētcr locū, ne quid ex medicinis exeat, & bulliatur vsq; ad ossium separatiōem cum obduratione ollæ: dētur ex hoc iure in aurora. ℥. 4. vel. 6. actu calido: quoniam facit assellando trullas emittere, & digerit, & euacuat melancholiam paulatim. Signa eius, quoniam ventositas est clausa inter tunicam vētris. i. mirach & tunicā intestinorum sunt: quoniam raro fit per se incipiendo, sed consequendo ad colicā antiquam de flegmate, & est cum angustia & vehementia doloris maximi, quē non alleuiat vel parum valde vomitus vel secessus & non egreditur ex vētre vētositas, vel eructuatio omnino, sed retinetur neq; rugit venter: & si desuper cōprimatī. Et certius signum est, quoniam non mouetur dolor de loco ad locum, licet sit vontosus, sed continue in eo figitur sicut dolor renalis: nec permittit ægrum vna hora quiescere: & clysteria carminatiua ventositatum modicum in ipsa cōferunt. Et cura eius est, vt hora paroxysmi fiant fomentationes, & vaporatiōes, & saccellatiōes dictæ capit. de colica vētosa sine materia cū reiteratione frequētata: & ponātur ventosæ latæ cum igne super locum sine scarificatione sed cum

suctione vehementi: & cum cœperit dolor sedari, sumat aliquid ex theriaca veteri vel diacymini, vel diamargaritō cū vino alb. veteri puro, vel vino decoctionis carui & cymini actu calido. In hora vero quietis abstineat a vino superfluo pro posse, & proprie ventoso, & laboret, & sudet in ieiunio. Nutriat̃ carnibus laudabilibus & iuribus earum conditis cum pipere cardamomo, croco, & similibus. Et bibat vinū album clarum vetus amarum, & purum, sed parꝝ pro vice, vt calefaciat ventrē sine humectatione omnino: Et omni die in aurora sumat aliquid de confectione de baccis lauri dicta ibidem cum vino prædicto. Fiunt etiam colica & iliaca ex vermib9 generatis in intestinis iuuolutis & transuersatis cū stercoribus mordicantibus ea vehemēter. Et signa eorꝫ, sunt antecessio satieatis nauseatiuæ assiduæ, & proprie ex fructibus, et oleribus, & cibis putrib9 seu facile putrescentibus: sicut sunt pruna, cerasa, persica, poma, & pisces corrupti: quare fit iste dolor maxime in pueris & gulosis & tēpore autumnali: & est cum eis fœtor oris plurimus, & multitudo comestionis cum paruitate egestionis, & habitudo macra & multitudo saliuæ currentis ex ore præter solitum, & ventris inflatio non multa: Et fortassis apparet vēter inanitus & dolor augmentatur hora famis: & est cū eo grauitas oculorum & frigiditas nariū cum prurito aliquo in eis propter fumos ascendentes ad nares: & quandoqꝫ dispositio similis epilepsiæ & spasmo propter mordicationem, & quandoqꝫ mors. Et scias, quod vermes nati in nobis sunt trium generum. s. longi, qui nascūtur in intestinis gracilibus, & lubrici vocantur: Alij vero lati, qui nascuntur in intestinis grossis, qui cucurbiti vocātur: quoniam sunt lati curti, sicut semina cucurbitarꝫ. Tertij vero minuti rotundi, sicut tineæ, q̄ generātur in ano, & magis habēt inducere tenasmonē q̄ colicā passionem. Et quicūqꝫ fuerint, semper generātur ex materia marcida viscosa frigida, i quā agit calor naturalis ventris, & calor putredinalis illi⁹ materiæ cū regulatione caloris solaris, qui calor appellatur vniuersalis. Et cura eius est, vt æger famem toleret, & exercitetur, donec fortis fames superuenerit: tunc sorbeat ante comestionem suā aliquid lactis dulcis recentis vaccæ vel capræ, & cum hoc fecerit tribus vel q̄tuor diebus, & vermes assuefacti sunt in potu lactis, sumat quinta die eadem hora hoc medicamen interficiēs eos. ℞. succi absynthij recentis, rutæ, & abrotani, narcisci, amygdalarū amararum, & lupinorum amarorꝫ, & persicariæ, & nucleorꝫ persicorum. añ. quantum volueris de quolibet istorū succorum, vel de vno solo, & misce cum lacte dulci prædicto, & potest addi modicum aceti. Si autem succi haberi non possunt: fiat aqua decoctionis earundē herbarum, quæ postea misceātur cum lacte amygdalarꝫ amararum & nucleorum persicorum: & oīa incorporentur cum lacte dulci prædicto & modico aceti. Et bibat ex hoc patiens magnum haustū in ieiunio hora famis magnæ. Et ad idem cōfert semen absynthij coctum in vino veteri, & bibitum sępius in ieiunio: quoniam omnia amara interficiunt vermes: sicut dulcia nutriūt. Vngat totum ventrem cum vnguento quod sic fit. ℞. olei rutæ, vel amygdalarum amararum, vel de nucleis persicorū ℥. 4. aceti acutissimi. ℥. ß. pulpe colloquintidæ, rutæ, fellis vaccini. añ. ʒ. 2. vel si aliud præsto non sit: potest fieri hoc vnguētum ex lacte amygdalarum amrarū & nucleorum persicorum, in quibus dissoluatur hierapi. Gal. ʒ. 2. aloes. ℥. ß. addēdo aliquid aceti gratia penetrationis, & fel prædictum, ipsum nanqꝫ suo fœtore & fortitudine vermes in intestinis natos interficit adeo, vt si quandoqꝫ stomachū

intrent, vel mery, vbi tamen nullatenus generari possunt (vt dicit Gal. 5. de accidenti) propter caliditatem plurimã stomachi, & loca illa inungantur exterius, interficiant eos, & faciãt eos redire ad intestina: quoniam timorosa esset ipsorum reductio per superius spontanea vel coacta, propter vomitum esse motum laboriosum & naturæ stomachi & mery contrarium: nisi forte in corpore consueto, & facillime vomenti: & super vnguẽtum ponat ilico tale emplastrũ. ℞. absynthij, rutæ, abrotani, foliorum persicorum, sticad. arabi. polij montani. añ. m. vnũ: pistentur, & coquantur in aceto forti. Et cum eis incorporẽtur fel tauri, pul. lupinorum amarorum vel nucleorũ persicorum, ana. ℥. vnam aloes. ℥. ß. & actu calidum ponatur super ventrem cum reiteratione frequenti. Postq̃ autẽ hoc factum fuerit per dies aliquot & cognoueris iam vermes esse mortuos, quod scies: quia æger paruam vel nullã sentit mordicationem: tunc educatur cũ. ℥. ß. hierapi. Gal. vel hieralogodion, dãdo ante diem cũ aqua calida, vel cũ. ℥. I. & ß. de pillulis cochijs vel aureis, vel cũ medicamine de turbith dicto ca. de soda. Si autem patiens sit infra. 14. annũ ætatis suæ. purgetur cum ℥. I. & ß. cassifist. dissolutæ in ℥. 4. aquæ feruentis decoctionis nucleorũ persicorum, vel amygdalarum amararum, vel aquæ simplicis. Si autem sit puer, vel infans lactens, soluatur eius vẽter solum cum lacte amygdalarum & nucleorum persicorum mixtorum cum aq̃ calida, dando in potu ex eis sæpius. Qualiter autem interficiantur vermes in ano nati, dicetur cap. de vermibus in ano: abstineat a cibis dulcib9 viscosis: sicut sunt pisces torrellæ & pasta. Abstineat a fructibus & oleribus & rebus putridis & corruptis. Nutriatur carnibus laudabilibus assis vel coctis conditis cum pipere & speciebus calidis. Vtatur saporibus factis ex allijs, vel sinap. & aceto. Bibat vinum vetus clarum amarum.

Emperica. Quoniã istæ passiones sunt timorosæ atq; periculosæ cautius est subita & efficacia exhibere remedia in methodo scripta quã sub cura blanditiua emperica dubiosum patientem per dies plurimos detineri. Et sciendum præterea, quod licet apud communiter operantes colica & iliaca iudicentur passiones de causa frigida, & per calida curentur secundum omnes eius species siue modos, prout visum est. Refert tamen Galen. 12. de ingenio sanitatis se reperisse quendam hominem colicũ cui dum talia clysteria de oleo rutæ iniecisset, & syrupos calidos subtiliatiuos atq; incisiuos humorum grossorum viscosorum administrasset, & alia, quę putabat conferentia: magis ac magis dolor fuit per hoc augmentatus, Tunc igitur (vt dicit) morbi causam cognouit, quod fuerat chol. rub. in ventre contenta mordicans intestina: quare curã ilico ministrauit in cõtrariũ. Primo igit̃ materias acutas paulatim eduxit de quarto in quartũ: quoniã virtus fuit in ægro debilis cũ sua hierapicra. Deinde intestina confortauit cum frigidis stypticis tam cum cibis & potibus quam medicinis: sicut scriptum est capi. de fluxu ventris. parag. de cura diarriæ propter choleram plurimã transmissam ad intestina: & postea cœpit dolor mitigari, & æger potuit dormire, quod diu antea nõ fecerat: & sic infra 20. dies extiterat liberat9 perfecte. In quibus verbis Galen. duo vtilia insinuat nobis: primum scilicet quod sunt morbi aliqui absconditi difficiles: quorum causa non cognoscitur, nisi ex posterioribus scilicet a iuuantibus, & nocentibus: quoniã in effectu operis vnaquæq; res approbatur. Secundum vero, quoniam morbus non curatur: nisi prius eius causa cognoscatur. Et si curetur: est magis ex be-

neficio naturæ, vel ex casu, quã auxilio medici. Sciendum pręterea, quod licet colica &iliaca sint vt plurimum cum retẽtione & stypticitate vẽtris: propter quod ventositates &humores nocitiui congregantur: est tamen quandoq; cum fluxu lienterico: vtputa quando doloris intensio impedit virtutem retentiuam stomachi &intestinorũ: q̃re tũc medicus est perplexus indigens stypticis contra fluxum &calidum subtiliantibus contra materiam, &anodinis leuibus contra dolorem. Fiant igitur in tali casu emplastra &fomentationes calidę stypticę supra stomachum dictæ cap. de fluxu ventris, parag. de cura lienteriæ propter debilitatẽ virtutis retentiuæ stomachi: &dẽtur cibi sicci &assi non liquidi: & diacitoniton. Et minoretur potus pro posse, qui sit vinum rubeum lymphatum cum aqua decoctionis masticis. Fiant autẽ clystere &balnea resolutiua vsq; ad vmbilicum dicta in isto cap. parag. de cura colicæ ex ventositate sine materia, & de colica ventosa cum materia flegmatica: &purgetur cum myrobalanis emblicis, & si necesse fuerit, &non cum re alia: sicut diximus ca. de fluxu vẽtris. parag. de liẽteria propter flegma in stomacho &intestinis, sic namq; liberantur, si deus voluerit. Et si fluxus plus infestet, quam dolor, augmẽta styptica: si autem augmenta carminatiua: si vero æqualiter: æqualia.

Canones. In cura malorum intestinalium: clysteria & medicinæ, q̃ administrãtur, in hoc differunt, quoniam si administrentur pro cura fluxus vẽtris conuenit vt cum liquore modico exhibeantur: si vero cura stypticitatis ventris, cum liquore plurimo: in colica vero medio modo. Cauendum tamen, ne pecces excedendo vel citra sistendo: quoniã humor exuberans virturẽ euacuantis medicinæ dissoluit, & colliquat: liquor vero deficiẽs corp virtutem reducere retardat.

Prognosticatio. Colica &iliaca si fuerint cum fluxu ventris aut vomitu, & per hoc dolor alleuietur, bonum: quoniam causæ expulsionẽ significat. Si vero cum fluxu non alleuietur, malum: quoniam causæ multitudinem, virtutis defectum. s. retentinæ, necnon cursum humorum symptomaticũ designat. Itẽ colica ꝑdurans, quę neq; arte, neq; natura tollitur: in tympanitẽ mutatur perniciosam. Vnde Hip. 4. part. aphoris. Quibuscũq; torsiones, &circa vmbilicum dolores &lumbos, &dolor non soluit, neq; farmacijs, neq; aliter, in hydropem siccã perficitur. Itẽ in colica fe. superueniens ꝑ se vel ꝑ artẽ tollit ægritudinẽ. Vnde Hip. 6. part. apho. Quibuscũq; dolor fit circa hypochõdria sine flegmone. i. sine apostemate, fe. ijs supueuniens soluit dolorẽ. Itẽ in colica &iliaca si retineatur stercus &vrina simul cum dolore plurimo interficiet intra septẽ dies si nõ superuenerit fluxus ventris flegmaticus fortis, vel vrina grossa alba plurima, vł febris. Vnde Hippo. 6. part. aphor. Quibuscũq; ex stranguria ileos innascitur, in. 7. diebus perimit, si nõ superueniat fe. aut multa vrina fluxerit. Et expone ileos. i. iliaca. Item si fuerit cum retentione ventositatum omnino malum. Item solicitandum in cura istorum dolorũ. Quoniã vt ait Auic. primo cañ. feñ. 2. cap. de dolore. Dolor est de maxime virtutẽ prosternentibus. Maximorum autẽ dolorum corpori nostro accidere possibilium sunt ij tres. Dolor articulorum, dolor dentiũ, &dolor iliorum: vt asserit Auerro. 2. sui colliget: & proprie in corpore sensibili, raro, delicato: quapropter timendum ne forte cadãt in syncopim ꝑniciosam.

¶ De apostematibus &vlceribus intestinorum. Caput IIII.

CVm apostema fieri non possit in membro, nisi ex materia humorali currēte per venas & arterias penetrāte in spongiositatem membri debilis, & soluente eius continuitatem: vt dicit Gale. in reg. ca. de apostematibus. & docet euidenter: sequitur ꝙ intestina non possunt apostemari, nisi ex materia subtili calida, acuta, cholerica: cū sint mēbra solida, densa, neruosa. Signa igit̄ apostematis cholerici in intestinis, sunt dolor in vētre maximus cū eius inflatione, & pulsatiōe et fe. acuta valde, et siti, et vomitu cholerę: et si dolor fortificet̄: cogitur æger stercus vomere, propter apostematis magnitudinē opilantē: propter quod fit eius anhelitus fœtidus, & eructuatio similiter. & corpus totum: & est cum angustia & reuolutione cōtinua de latere super latus: & appellatur hoc apostema ileos. Et fiunt quandoq; ista accidentia præter fe. & tunc non significat ileon sed flegma grossum viscosum adhærens meatibus intestinorum vehementer. Et curam eius diximus ca. de stypticitate ventris: & ca. de colica. para. de colica propter flegma grossum.

Methodus. Cura ileos est, vt a principio ægritudinis, id est ante quatuor primos dies ad plus fiat flebotomia diuersiua de basilica in brachio dextro deinde de saphena pedis q̄ est int⁹ in talo: Et inijciat̄ clystere repercussiuū, molliτiuū factū ex aq̄ ordei vl' ex aqua decoctionis viol. maluæ, bismaluæ, ordei, lactucarum, mercurial. colando, & addendo in colatura albumē duorum ouorum & muscillaginem psyllij, tepidum inijciendo. Et si caliditas sit vehemēs, potest addi se. papaueris, se. portulacæ, citruli, cucurbitæ, & similia semina, in decoct. etiam oleum viol. Et sumat sæpe de syrupo ros. vel viol. cum aqua decoc. psyllij, lactucarum, & similium infrigidātium: & venter leniatur, si sit possibile, cum ℥. i. medullæ cassiæ fi. dissolutæ in ℥. 4. aquę decoctionis. prunorum damascenorum, endiuiæ, cuscutæ, lactucæ, & altheæ colando & tepidum administrādo ante diem. Sumat sæpe diapapaueris, zuccarꝰ ros. vel viol. & tria sandal. cum aqua prædicta. Nutriatur hora illa cum cibis subtilibus lenitiuis: sicut est ius pulloꝝ, et aqua, in qua cocta sunt malua, bismalua, attriplex, lactu. spinatch. betæ, & olus factū ex his conditum cum lacte amygd. dulcium: Et quandoq; sumat de ptisana colata: & quādoq; vtatur cibis diureticis, vt materiæ diuertātur ab intestinis: sicut est aqua decoc. cicerum, anethi & pisoꝝ. Bibat iulep, vel aquam ordei, vel aquā decoc. prunorum damasc. Et si virtus sit debilis, confortetur cum esu pullorum, et iuribus eorum, in quibus sit aliquid pul. aro. non acuati: sicut est cynamomum et crocus. Post diem quartum, & in augmēto vngatur locus cū oleo de chamomill. vel de anetho ad dolorem mitigandum: & emplastretur cum mollificatiuis & resolutiuis: sicut est emplastrum factum ex rad. maluauisci & maluæ & se. lini: & fœnigræco, & viol. coquēdo ōmia in aqua perfecte, & pistando & incorporādo cū muscillagine fœnigræco & oleo chamomil. vel anethi, vel de lilio, vel de amyg. dulcibus: & calidum ponatur super locū. Et sic regatur cum cibis & medicinis per totum statum, donec apostema perfecte resoluatur. Quod si nihil prædictoꝝ contulerit: imo fe. & dolor augmentat̄ quacunq; die: signat quoniam apostema huiusmodi neq; euitari potest, neq; resolui, sed tendit ad collectionē gradatim: quare procedat̄ ad emplastra maturatiua, q̄ dicta sunt ca. de apāte stomachi &c.

Prognosticatio. Dicit Ras. in diuisionibus ꝙ ileos raro curatur: & si confirmatur, nequaq̄ curatur propter doloris intensionem, & membri necessitatem. Confirmatur autem vsq;

ad primam periodum ad plus, quę termi natur in die quarto: quare tunc necessario interficit vl' prius: cũ sit morbus peracutus: si nõ fuerit sibi rationabiliter subuentum: quoniã post diem quartum materia tota vel quasi fluxa est ad locum: quare nõ poterit apostema de cætero euitari. Item si ileos terminatur ad resolutionem de die in diem cum doloris & fe. diminutione, bonum: Si vero ad saniationem, vel sclerosim, mortale. Vnde Hip. 7. partic. aphori. In dolore diuturno circa ventrem sanies, malum. Item dicit Hip. 4. parti. apho. In feb. acutis spasmi & circa viscera dolores fortes, malum: quoniã apostema significat in aliquo intestinorum. Item in ileos frigiditas extremitatũ cum caumate circa ventrẽ, mortale. Vnde Hippo. 7. parti. apho. In acutis passionibus frigiditas extremitatum, malum: scilicet quia apostematis magnitudinẽ, & materiæ effrenitatẽ demõstrat. Idem in eodem. In ileo vomitus, aut singultus, aut spasmus, aut desipientia, malum & mortale: quoniam apostema significant fore confirmatum. Item si in ileo primo retineatur vrina, & post hoc stercus & vrina simul, mortale. Vnde Hip. 6. part. aphori. Quibuscunq; ex stranguria ileos innascitur,, hi in 7. diebus pereunt, si non feb. superuenerit, aut vrina multa fluxerit: supple vt dicit commentator, si ileos sit de causa frigida flegmatica & vrina alba, grossa: quoniam si sit de cholera quod plus accidit: tunc feb. quanto magis superuenerit, tãto citius interficit. Ileos igitur frigida est proprie iliaca passio non apostema.

¶ TRACTATVS QVINtus tertiæ sectionis. De passionibus ani.



Fisteris & ani sex sunt in genere passiones. Prima tenasmon et pruritus: Secũda est exit⁹ siue mollificatio: Tertia vermes in ano: Quarta rhagadiæ: Quinta hæmorrhoides, & eruptiones venarum similes hæmorrhoidibus: Sexta est apostema et vlcus in ano. Est autem anus orificium longaonis habens musculos latitudinales & transuersales, quibus clauditur & confirmatur, ne quid ingredi possit præter voluntatẽ: puta aqua vel puluis: quoniam læderet intestina.

¶ De tenasmone, & pruritu in ano. Cap. I.



Tenasmon est appetitus assellandi frequẽs, assiduus cum conamine & pondere sine effectu omnino vel pauco. Pruritus vero est mordicatio ani assidua, & est sicut dispositio tenasmonem præcedens. Fiunt autem istæ passiones, aut a vermibus natis in ano mordicantibus. & eius signa & causam dicemus infra suo cap. Aut ex flegmate salso viscoso mordaci adhærẽti labijs fi cteris, & ea stimulãti. Fit autem flegma salsum, aut propter adustionem flegmatis naturalis: et tunc est magis viscosum, & minus mordicatiuum & coloris albi: aut propter chol. permixtionem: & tunc est magis mordificatiuum, & minus viscosum & coloris palearis. Signa istarũ passionum, prout fiunt ex flegmate salso, sunt: quoniã æger sentit in ano stimulos incessanter quasi fecum & egestionis cum dolore: & q in assellando nihil egreditur, aut parum quid, velut sputum aut muscillago: neq; est fecibus permixtum sed purum: Et si sit passio recens, erit sine excoriatione: Si vero antiqua apparebit excoriatio, & sanguinis vel saniei exitus cum tali sputo: & quoniam cum supposi

torijs & licinijs iuuatur plus q̃ a clysteribus. Et istud est certissimum signũ distinctiuum tenasmonis a dysenteria: & proprie qñ excoriatio est interius in ano.

Methodus. Cura eorum est, vt digeratur materia cũ syrupo acetoso composito, vel cũ syrupo de fumo terræ, quẽ ponemus ca. de scabie & prurítu cutis lib. 2. Post hoc purgetur cum hierapicra Gale. vel hiera. Ruffini, dãdo ex eis. ℥. ß. vel. ℥. 6. ante diem cum aqua calida, vel cum hoc apozimate. ℞. myrobalanorum indorum. ℥. 1. citrinorum, emblicorum añ. ℥. ß. senę, epithymi, fumi terræ. añ. ℥, 5. feniculi, anethi, ameos, añ. ℥. 1. prunorum numero 10. pistentur myrobalani grosso modo, & omnia bulliantur in ℥. 8. aquæ fontanæ, donec medietas consumatur: tũ in fine addatur senæ, epithymũ & fumi terræ: bulliãtur parumper: quoniam virtus eorum resolueretur per fortem decoctionẽ: Coletur & in colatura ponãtur. ℥. 2. vel iij. zuccari: & iterum bulliãtur ad ignem lentum, donec zuccarum resoluatur: tũc coletur totum, & detur post mediam noctem: quoniam soluendo materias flegmaticas adũstas vel non adustas stringit fluxum, & confortat longaonem. Sedeat æger bis in die in aqua calida decoctionis florum chamomillæ, meliloti, anethi, lentium excorticatarum: vel in aqua decoc. fumiterræ, ameos & sulphuris, vel fomentetur cum petrijs infusis in eisdem aquis, vel in aqua mellis: quoniã est plurimum abstersiua & styptica. Post balneũ, vel fomentationẽ vngať locus cũ oleo ro. et oleo de mastice: in q̃bus sit aliq̃d sulphuris dissolutũ. Clysterisetur frequenter cum clysteri facto ex aqua decoctionis lẽtium excorticatarum. & ordei depilati, sumendo ex eo lib. 1. colando, & addendo. ℥. 2. olei ros. &. ℥. 1. sepi hircini, tepide inijciendo: q̃m lauando intestina, & abstergẽdo flegma mitigat dolorẽ, et stringit fluxũ. Imponať etiã intra anũ & supra semꝑ post fomentationẽ vel balneũ vel post emissionẽ clysteris immediate tale restrictiuũ. ℞. thuris, litargirij, gummi arabici, boli armenici, san. dra. myrrhę. añ. ℥. 1. opij. ℥. ß. dissoluať opium in vino põtico, vl' succo plantaginis, vel sepo hircino liquefacto ad ignẽ, & cõficianť aliæ res cũ illo liquore, vel inuoluãtur in eo licinia longa ex pannis lineis mollibus, vel bõbace cõstricta & ligata cũ filo circũcirca: et imponať hora p̃dicta. Et si dolor fortior fuerit: ponãtur de opio. ℥. 2. et fi. sicut prius: q̃m dolorẽ abijcit, et somnũ inducit, q est maximũ remediũ huius passionis. Si aũt dolor magis fortificareť, et vigiliæ ægrũ ad defectionẽ ꝑduceret: imponať tale liciniũ. ℞. opij, iusq̃ami, papaueris, corticis mandrag. cortic. granatorꝶ, myrrhæ, croci, musci, cymini, añ. ℈. 1. conficiantur cũ succo plãtaginis, vel vino rubeo põtico, sicut prius: q̃m ilico dolorẽ tollit, et sensum obtũdit: & sic viciciſſm ꝑ balnea et suppositoria regatur, donec liberetur omnino. Si aũt tenasmon fuerit antiquus, & san. & sanies visa sint: fiant clysteria dicta capitulo de fluxu ventris. parag. de dysenteria propter corrosionem: & omnia quę ibi dicuntur. Vtatur frequenter tali puluere. ℞. se. iusquiami. ℥. 2. se. anethi. semi. feñ. añ. ℥. 5. ameos. ℥. iij. apij. ℥. 10. Dentur ex eo ante cibum. ℥. 2. vel. 1. cum syrupo ros. vel vino pontico: quoniam materias incidit, & postea cõstringit. Diætetur hic patiens carnibus laudabilibus hœdorum vel pullorum, & iuribus eorꝶ, & pulmento facto ex farina ordei vel auenæ. Bibat vinum diureticum & bene lymphatum: abstineat a pipere, allijs, cepis, sinapi, & omnibus acutis, vel salsis: quoniam acumina omnia habent materias pruritiuas generare.

Emperica. Ad tenasmonem sine excoriatione cõfert sedere super asserem abietis vel pini recẽtis calefactũ

ad ignem, super quo linitum fuerit sepū ceruinum, vel hircinum in causa calida, sed colofonia vel terebētina in causa frigida. Confert etiā sessio super latere ignito asperso ex aceto vel vino pōtico atꝗ pānis lineis inuoluto. Confert etiam vngere anum cum eodem sepo ad ignē, & fomentare cum pānis lineis infusis in eodem sepo dissoluto ad ignem: et subfumigare cum thure, vel mastice, vel gummi arabici, vel terebentina posita super carbones ignitos, & facere encatisma, id est balneum infra vmbilicū ex aqua decoc. rof. siccarum, plātaginis, balaustiæ, corticis granatoꝝ, myrtillorum, spicæ nardi, nucis cypressi, cupularum glandium, mespilorum, sumach, sorborum, costi, et similium: vel fomentare cum aqua decoctionis acatiæ, masticis, thuris dragagāti, galbani, & similium addēdo aliquid opij, vł seminis iusquiami: vel saccellare cum riso, milio, spelta torrefactis in sacculo: vel sedere super caules & lentes bene coctas, & diligēter expressas actu calidas, faciendo ex eis emplastrum calidū super anum: quoniam substātia istarum rerum est styptica, succus vero mordificatiuus, propter partes quasdam acutas subtiles quæ cum decoctione exprimuntur. ¶ Ad tenasmonem vero, qui est cū excoriatione longaonis nihil melius reperis, q̄ licinium bombacinum longum atꝗ solidum linitum cum vnguento albo, vel citrino Nicolai, & assidue gestatum actu frigidum intra corpus: quoniā dolorē mitigat, & vlcus consolidat pfecte. Quod si fortificare volueris vnguenta pdicta, incorporēť cū eis puł. litargiř. vel cerusæ, vel thuris albissimi, vł masticis, vel coralloꝝ subtiliter cribellatus. Et si plus fortificare volueris in stypticitate, extinguatur litarg. bis vł ter in aceto, vel aqua ro. postq̄ fuerit integrum vehementer ignitū super carbones, & abluatur cerusa totiens in aqua rof. donec per ipsam amplius nō inficiatur. Et ex remedijs sublimibus cum pręsto non est aliud, est puł. corticis salicis combusti, incorporatus cum sepo ceruino, vel hircino liquefacto ad ignem in formam vnguenti, & cum licinio gestatus in ano: similiter & linitus circunquaꝗ.

Prognosticatio. Solicitandum in cura tenasmonis: quoniā si ad corrosionem ani deuenerit, longaonem vlcerabit, & sic dysenteriā inducet tumorosam. Verum quomodocūꝗ res se habuerit dolor virtutē deijciet, et feb. hecticā accēdet, calorē & spiritus ignienda. Item Hippo. 6. part. apho. Mulieri in vtero habēti tenasmon superueniēs abortum facit.

¶ De exitu & mollificatione ani. Cap. II.

Exitus ani siue eius mollificatio fit propter aliquā ex causis quinque. Prima est humiditas flegmatica plurima, mollificans longaonem sicterim atꝗ lacertos eius. Secūda est paralysis lacertorum sicteris. Tertia est apostema in interioribus lōgaonis. Quarta est casus & percussio facta super spondilia dorsi. Quinta est propter fistulam infiltratam in ano. Signa eius propter humiditates flegmaticas plurimas, sunt: quoniam patiens sentit in ano dolorem grauatiuum cum mordicatione, & assellandi appetitu cōtinue, quasi sit tenasmon: & apparent in egestione vel post muscillag. albæ viscosæ: et quādo redit anus ad interiora, si manibus vehementer impellař. Signa eius propter paralysim, sunt signa eadē, sed alio mō: qm̄ si sint propter paralysim, subito fit hæc passio: & fit cū paralysi in altero lateꝛ corporis a vertice capitis vsꝗ ad plantā pedis, vel a collo infra capite stante sano: & raro fit paralysis in vno solo mēbro: & egrediūtur stercus et vētositas sine volūtate propter

ablationem virtutis retentiuæ lacertorum ani. Signa eius propter apostema, sunt: quoniam anus non ingreditur, licet manibus fortiter impellatur: & est cum rubore, calore & dolore acuto: & fortasse cũ feb. Signa eius propter casum vel percussionem, patent ex relatione infirmi. Nam propter casum et percussionẽ spondiliũ dorsi lęditur & contunditur nucha, a qua oriuntur nerui lacertorum, cum ipsa sit vicaria cerebri in propagatiõe neruorum. Signa eius propter fistulam, sunt antecessio fistulæ diuturna cũ continua stillatione humiditatis spessimæ vel saniosæ & induratione labiorum eius.

Methodus. Cura eius propter humiditates flegmaticas est, vt a principio digeratur flegma cum syrupo proprio, sicut est oxymel compositum, vel mel ro. & quos dicam ca. de fe. quotidiana lib. 2. Post hoc purgetur cum hiera picra Gale. vel medicamine de turbith, dicto ca. de soda, vel cũ apozimate myrobal. kebullorum & emblicorum dicto ca. de debilitate digestiõis stomachi. Balneetur frequẽter infra vmbilicũ in aqua calida decoc. florum chamo. melilo. anethi, ros. siccarum, balaustiarum, granorũm myrti, & foliorum eius, vitis, cupullarum glandium gallarum corticis granatorum, costi, spicæ, nardi, myrrhæ, mespilorum, sorb. plantag. sumach, citoniorum, malorum punici. & omnium stypticorum cũ additione resolutiuorum aliquorum: vel fomentetur anus cum petijs lineis mollibus vel bõbacinis infusis in eisdẽ aquis. Clysterisetur quãdoque cum aqua ros. & aqua decoc. iam dicta. añ. lib. s. inijciendo, cum est tepida sæpe in die, & proprie post assellationẽ ilico repellat anum ad interiora cũ manibus frequẽter, & inungatur cũ oleo cõmuni vel oleo ro. vl' nardino, vel anethino, vel chamomillino, vel myrtino, vel cum aqua ros. actu calida. Et super tale linimentum spargatur pul. iste. ℞. karabe, thuris, masticis, balaustiæ, litargiri, cupullarũ glandium, ematitis: sang. dra. antimonij, aluminis, acatię gallarum, cypræssi, psidię, cerusę, lotæ, boli arme. mũmiæ. añ. ʒ. I. terantur omia vel quædam subtilissime, & cribellentur: vel ex oleis prædictis & sepo hircino & puluere fiat vnguentũ addendo ceræ quod sufficit. Et post linitionem firmetur anus ad interiora cum plumaceolo molli bombacino calefacto ad ignẽ pfecte & fascia: & faciat quotiescumque in die egreditur post assellatiõem vel sine assellatione donec perfecte interius firmetur. Nutriatur carnibus assis vel elixis cum petro. & fœniculo conditis cum specieb9 calidis aromaticis. Vtatur riso & milio conditis cum lacte amygdalarum, vel adipe renum caprarum. Bibat vinum rubeum ponticum lymphatum cum aqua pluuiali. Et sic regatur per styptica: quoniam fluxus ventris, & frequens assellatio curã eius retardant, vtatur sæpe diureticis, vt materiæ dirimant ad vias vrinales: sicut est vinũ albũ clarum aquosum vel adaquatum parumper & se. anisi, fœniculi, & petros. Et si sit cum tenasmone, curetur prout diximus ca. suo. Cura eius propter paralysim, est eadem cum ista: & vt vnguantur spondilia a collo vsque ad caudam cum oleis & vnguẽtis calidis dictis cap. de paralysi. parag. de causa paralys. factæ humorũ vitio. Cura ei9 propter apostema, est vt a principio fiat flebotomia diuersiua, si ætas & virtus consenserint de saphena, quæ est intus in talo, vel de basilica pedis, quæ est inter anularem & auricularẽ: Et purgetur si sit possibile cũ aliqua medicinarum prædictarum: Et ponatur æger sæpe in aqua tepida decoct. maluæ, bismaluæ, viol. florum chamomillæ, meliloti, anethi, ros. añ. quoniam apostema repercutit, materias fluxas resoluit, & dolorem mitigat. Et vngatur cũ oleo cha-

momillino, vel nardino, vel rof. mixtis, & incorporatis cum cera, quod sufficit: Et sic regatur, donec tumor resideat: tūc impellatur anus ad interiora: Et si. omīa supradicta de causa flegmatica tā in medicinis, quam in diæta. Cura eius quæ fit propter casum & percussionem est cura paralysis factæ propter casum & percussionem. Curā eius quæ fit propter fistulā chirurgicis derelinquo.

Emperica. Ad exitum ani, qui fit propter humoris vitiū, confert calefacere manus ad ignem lentum, & abluere cum vino claro potēti, & sic manibus calidis aromaticis reducere anum ad interiora perfecte, & locum obstruere cum massa ceræ calidæ tractabilis habēte figuram sphęrę leuiter cōpressę. Quod si cū cera incorporetur mastix, vel thus dissoluta in vino styptico, melius conferret, & firmetur cū fascia perfecte, & sic reiteretur, donec anus confortetur perfecte. Idem facit glomicellus bombacin9 infusus oleo cōmuni, vel masticino, vel nardino feruenti, & super locum firmatus. Confert præterea sedere in aqua frigida vsque ad vmbilicum sine mora in ipsa: quoniam frigidum per se constringit, & propter antiparistasim confortat.

Canones. Exitus ani cōtingit plurimū post fluxum ventris diarricum chronicum: quare dicta illic suffragantur præsenti ca. Et vniuersaliter conferunt restrictiua propter mēbrorum cōfortationem, & materiæ exiccationem, & remediorum fixionem super loco, q̄d non potest fieri in fluxu ventris.

Prognosticatio. Exitus ani si sit cum fluxu ventris, vel tenasmone forti, malum: quoniā causam multiplicat, & operationem remediorꝫ localium re ardat. Item exitus vel mollificatio ani facta propter paralysim aut fistulam, aut casum, aut percussionē nō curatur: licet cum blanditijs tales sustentari possint tempore aliquo. Si autem cū hoc mollificentur pedes, & fiat hoc subito, magis malum: quoniā læsionē significat profundatam fore vsque ad neruos: quare nullatenus curari potest: sicut neque paralysis facta in casu, vel pcussiōe forti: prout scripsimus suo ca. Itē in senibus difficilius curatur hæc passio, q̄ in iuuenibus, licet piculosior est in iuuenibus: q̄nīam fortiorē causam significat. Est ergo in senibus difficilior curando, in iuuenibus causando. Itē in mollificatione ani se. superueniens tollit ægritudinē. Itē si remedia rationabiliter exhibita non contulerint, & corpus de die in diem extenuari cœperit, & discolorari, mortale: quoniam paralysim spondiliū dorsi, & neruorum significat vltimatam.

De vermibus in ano. Cap. III.

Vermes generantur in ano ex materia putrida, marcida, flegmatica, viscosa, in quā calor solaris et naturalis & putredinalis agūt. Signa ei9 sunt pruritus ani frequens, & forte si aspiciatur, apparēt res viuæ: sicut tineæ quæ nascuntur in caseo: Et forte non apparēt nisi anus inuersetur cum ventosa: Et licet sint parui oēs: sunt tamē colorū & figurarū diuersarū secundū materiæ diuersitatē, ex qua fiunt. Et si reperiātur similes seminibus cucurbitæ, non sunt geniti in ano, sed in colo & lōgaone, quæ descēdūt ad anū: quorꝫ curā diximus in ca. de colica. para. de cura colicæ. ex vermib9.

Methodus. Cura eius est, vt primo interficiantur vermes: q̄d fit si lana mollis vel bombix inuoluatur ī felle taurino, vel oleo de absynthio, vel de ruta, vel de nucleis persicorum, & supponatur frequenter in die: vel si vngatur cum oleo cōmuni, vel oleo aliquo prædictorꝫ, in quo dissoluta sit aloes. ℥. ß. vel pul. agar. vel colloquinti. ān. ℥. i. Confert etiā fomētatio ani, & eius positio in vi-

ro decoctionis absynthij, rutæ, foliorum persicorum, polij montani, colloquintidæ, sticados, arabicæ & similium: Vel linitio ani cum succis earundem rerum incorporatis cum aceto forti, & aloe, & hierapicra: Et quodcumq; prædictorum administretur, sit actu calidum. Cōfert etiam ablutio ani cum aqua salsa actu calida frequenter: quoniam omne amarum vermes interficit: sicut dulce fouet, & generat. Præterea mundificetur anus cum stypticis abstersiuis: sicut est aqua mell. in qua sit aliquid aloes dissolutum si cum lana vel coto intincto abstergatur, & fricetur cū petijs in ea infusis. Purgetur cum hierapicra Gal. vel hiera. Ruffini, dando ex eis. ℥. ß. ante diem cū aqua calida. Clysterizeť si fuerit possibile, cū clysteri facto ex aqua decoctionis absynthij, & oleo aliquo prædictorum, in quibus dissoluatur aliquid aloes, vel hierapicra, & modicum salis: quoniā vermes, & eorum materias eradicat perfecte: & plurima interficiētia vermes, & eos educentia scripsimus ca. de surditate auriū. parag. de surditate propter vermes. Et si sit cum pruritu & ardore forti, supponantur licinia dicta ca. de tenasmone. Diætetur, sicut diximus ca. de colica. parag. de cura colicæ ex vermibus.

Prognosticatio. Solicitandum in cura vermiū in ano, quoniam perducit ad tenasmonem cum excoriatione, & forte ad rhagadias ani & vlcera corrosiua fistulosa: & forte ad dysenteriam perniciosam: & forte labor & dolor febrem excitabunt.

¶ De rhagadijs & fissuris ani. Cap. IIII.

De rhagadijs & fissuris in ano pauca dicemus, quoniam ad chirurgicum spectat earum cura completa: cum feri non possit sine omni operatione manuali. Sunt autem rhagadiæ fissuræ labiorum ani, ex quibus forte nihil emanat: Et quandoq; emanat res viridis, vel nigra, vel liuida, vel citrina fœtens cum dolore & ardore & tumore aliquali: & est quandoq; cum fe. & fit semp ex materia adusta cinerosa, vel flegmate salso vlcerante, & apostemate loca iā dicta. Et signa patent ex re dicta.

Methodus. Cura eius est, vt digeratur materia cum syrupo de fumo terræ, qui diceť ca. de scabie & pruritu corporis lib. 2. Purgetur post hoc cū hierap̄. Gal. vel hiera. Ruffini, dando ex eis. ℥. ß. cū aqua calida ante diem. Postea mundificetur locus cū vnguento viridi, dicto ca. de surditate, aut cū oxymelle squillitico, & modico foliorū ęris, aut cū vrina pueri, & modico mell. aut cum vino & melle, aut cū aceto, vel aqua mellis & hysopi si sit cum fe. Balneetur frequenter in aqua calida decoctionis rof. meliloti, flor. chamomillæ, & hysop. fœnigræci, maluæ, bismaluæ, vic. folior. populi, & similium: quoniam materias mollificat, & dolorem lenit. Et post balneū iterū mundificetur cū vnguento viridi: & sic fi. vicissim, donec loc⁹ perfecte exiccetur. Et si dolor quādoq; intēdereť, ponať super anū emplastrū anodinū factum ex vitellis ouorum, farina ordei, et melle rof. incorporatis adinuicē: & potest addi semen lini, farina fœnigræci, flos chamomillæ, & similia: decoquanť in aqua, & incorporando cū eisdem, & tepidū ponendo super locū: quoniā materias resoluit, tumorē sedat, dolorē mitigat. Vltimo consolidetur cū vnguento albo: & si nō suffecerit, fortificetur cum puluere litargiri incorporato in ipso: qa magis stypticū, vel cerusa lota. Subfumigetur cum thure, mastice, vel bdellio. Vnguentū bonū consolidās rhagadias ani & fissuras labior. oris, vlcera in auribus & naribus, & in quocūq; loco corporis, Et postq̄ mundificata fuerint cū sty-

pticis prædictis, sic fiat authoritate Mes. in suo de appropriatis cap. de fissura labiorum oris. ℞. gall. ceruss. antim. litargi. an. partē vnā: amil. dragag. muscil. se. citoniorum. an. ℥ ß. terant oia, vt alcohol, et conficiant cū adipe gal. vel anat. vel cū terebentina & adipe, vel cū cera & oleo masticino: vel cū mastice & melle. Et liniatur ex eo locus frequenter post vicissitudinē stypticorum alternatim. Et emplastra scripsimus authoritate eiusdē ca. de vlcere in aure. Si aūt ex rhagadijs continue fluat virus aut sanies lædens & mordicans, fomētet sæpe locus cū aqua decoctiōis sumach, plāta myrtil. balaust. mespil. & similiū. Post hoc exiccetur cū panno lineo molli. & emplastretur cū emplastro facto ex farina volatica molendini, & pul. granorum vuę, boli armenici, sang. drac. incorporatis cum albumine oui. Et post exiccationē redeatur ad consolidationē pdictam ex vnguento al. vel ex vnguēto Mes. pdicto. donec rhagadiæ perfecte curētur. Nutriatur carnibus laudabilibus & proprie assis. Abstineat a leguminibus, & sina. & omnibus acutis: bibat vinum album.

Prognosticatio. Solicitādū ī cura rhagadiarum, ne forte in vlcus corrosiuū cōuertātur, seu fistulā penetrantē & mitigetur dolor & curetur tenasmon: ne forte feb. hecticā accendant.

¶De hæmorroidibus, & verrucis in ano. Cap. V.

HAEmorrois est quandoque nomen venæ magnæ procedētis a splene ad longaonem ramificatæ in ramos quinque: quorum orificia terminant ad longaonē, qd anus dicitur, ad deferendū & purgādū sanguinē melācholicum grossum adustū vel nō adustū superfluentē in splne: Quandoque est nomē passionū earundē venarū. s. quando inflātur, & apostemātur cū dolore plurimo circa anū. Et licet in corpore sint venę pdictę, nō tamē passio hęc cōuenit omnibus sed solū illis quorū splen exuberat sanguine grosso adusto vel nō adusto consueto purgari p talē regionē proprie tamē adusto: qm vt dic. Ras. in diuisionibus hæmorroidis, nō generat nisi ex adustiōe & acuitate in sanguine: & ideo oēs hæmorroidici sunt splenetici, licet nō ecōuerso: In alijs aūt corporibus sufficit purgatio eius p resolutionē insensibilē, & p venā mulgētē melācholiā ad os stomachi grā prouocatiōis appetitus: qm talis melancholia trāsit cū superfluitate primæ digestionis ad secessum. Et ex hoc apparet, qd in corpore cōsueto hæmorroides sunt naturales, & pseruantes a multis malis passiōib9, vt lepra, phthisi, dęmonio lupino, cancro: si melācholia fuerit adusta, vel hydropis. scabiæ, morphea: si fuerit non adusta, sicut mēstrua in mulieribus: quapropter neque cura indigēt, nisi qd restringūtur, cum superflue fluūt aut cursu immoderato. Iuxta illud Hip. 6. par. apho. Hæmorrhoidas antiqs sanāti si nō vna relicta fuerit, piculū est hydrop. aut maniā, aut phthisim fieri. Hæmorrhoidarum qdā sunt exteriores & apparētes: qdā interiores, & nō apperentes, nisi forte anus inuerset cū vētosa vel re alia. Et qlescunque fuerint, & proprie si sint apparētes, sunt triū generū: qm aut sunt duræ siccæ, ex qbus nihil emanat, & sunt cū tumore & dolore in ano: & nomināt verrucæ. Aut sunt molles fistulosæ emittentes continue vel periodice rem citrinā vel nigram vel albam, & nominantur mora: Aut sunt apertæ omnino emittentes continue vel periodice sanguinē purum, vel grossum melancholicū: & sic ficus appellātur. Caue tamen, ne omnem sanguinis egestionē ficum appelles: quoniā potest esse fluxus sanguinis epatic9 aut mēbralis, pout ī ca. de fluxu vētris pleni9 distinxim9. para. de cura dysen. Signa hæmorrhoida

rum in cōmuni sunt dolor circa locū ani vehemens cū feb. vel sine fe. Si autē sint exteriores, apparēt videnti tumores plures eminētes, aut vna. Si vero interiores: sentitur dolor intra anum, & fit difficultas egerendi & emanat cū egestione semper, aut periodice sanguis vel humor niger, aut virids fœtidus vł ante egestionē vel post. Et quoniam ista fiunt etiam in tenasmone cum excoriatione longaonis & in dysenteria: ideo certius signum est inuersatio longaonis, & aspectus ad interiora, si sit ibi tumor vel excoriatio sola. Signa autē distinctiua inter verrucas, & ficus, & mora, patēt sufficiēter ex dictis.

Methodus. Cura hæmorroidarum extrinsecarum duplex est: scilicet completa & blanditiua. Completa quidem morbum & eius causam perfecte eradicās est, vt a principio fiat flebotomia diuersiua, si ætas & virtus consenserint, de basilica brachij sinistri. Postea fiat flebotomia diuersiua & euacuatiua de saluatella pedis sinistri, quę est inter digitum auricularem & anularem: & post flebotomiam, si possibile fuerit digeratᷣ & purgetur melancholia: sicut diximus cap. de perturbatione sensitiuarum virtutū interiorꝝ. para. de cura melācholiæ. Deinde post remedia vniuersalia procedatur ad localia. Abscindātur ergo radices omnium hæmorroidarꝝ quanto profundius fieri poterit, cum ferro ignito vel non ignito, tenendo eas cum vncis & extrahendo: vt melius fiat abscisio, aut valeat profundari: Et dimittatᷣ sanguis copiose fluere, & si fluxus cessauerit: consolidentur orificia incisa cum medicamine, quod sic fit. ℞. masticis, thuris, draganti, gummi arabici, boli armenici, acatiæ, hypocistid. litargiri, coriand. torrefacti, añ. ʒ. 1. mummiæ. ʒ. 2. puluerisentur subtiliter, & aspergantur super loca incisa. & cum albumine oui incorporentur, & emplastretur super ea firmādo cū fascia: quoniā vulnus cōsolidat & incarnat, & dolorem contingentem propter incisionem mitigat euidēter: Et ex rebus bonis ad idem valet puluis corticis salicis combusti: quoniam omnem vlcerationē cōsolidat, cū spargitur super ipsam: & regatur sic, donec hæmorrhoides perfecte cicatrizētur. Si autem sanguis post incisionem prędictam non satis fluxerit, vel diminute, ponātur medicamina acuta super locum, sicut est succus cepæ pistæ incorporatus cum puluere anacardi, vel euforbij, vel piperis, vł sinapis, & sicut est fel tauri per se, vel incorporatum cum eisdem rebus: & sicut est vnguētum viride, dictum ca. de fœtore nasi. Et sup istas vnctiones ponatur emplastrum factum ex cepis crudis contusis & incorporatis cū modico aceti squillitici vel oxymellis squillitici: & cū bene adhæserint, postea remoueatur cū violētia, quia ista habent ora hæmorrhoid. fortiter aperire & sanguinem grossum educere. Vel si aliud non sit præsto, ponantur sanguisugæ super orificia, & dimittantur, donec suxerint completæ & ceciderint: & si superfluant in sugendo, vel virtus ægri sit debilis: aspergantur sale vel cinere: & cadēt dictæ sanguisugæ: & post consolidentur dicta orificia, sicut dictum est. Si vero post incisionem prædictā, vel etiā ante incisionē sanguis hæmorrhoisatus nimis fluxerit & virtutem ægri deijceret: ponatur super locum istud vnguentū restrictiuum. ℞. terræ sigillatæ, sang. draconis, balaustiæ, acatiæ. añ. ʒ. 2. terantur, & incorporentur cum farina molendini, vel cum tela araneæ, & aspergantur super loca, vel misceantur cum albumine oui: & fiat emplastrum super locum firmando cum plumaceolo & fascia: & cū volueris remouere: mollifica cum aqua tepida, vel oleo viol. & leuiter moue sine violentia, & cum restricta fuerint oīa ora: post consolidentur, sicut prius. Si ve

ro post incisionem, locus apostemetur & fiat dolor fortis, quod quidem fit quando sanguis non currit sufficiens propter viæ strictitudinem, vel humoris grossitiem: tūc fiāt remedia anodina, quæ iam dicentur in cura blanditiua. Accidit nanque ex apostemate & dolore, vt forte retineatur stercus & vrina propter opilationem: quare minuatur hora illa cibus & potus, ne multiplicētur vrina & egestio tribus diebus, donec sedetur apostema, & aperiantur hæmorrhoides cum medicinis acutis, sicut diximꝰ. Cura vero blāditiua, quæ solum remouet tumorem hora illa, est vt ponatur æger in balneo resolutiuo & mollificatiuo: sicut est aqua tepida decoctionis maluæ, altheæ, florꝝ chamomillæ, meliloti, seminis lini, foliorum caulium, anethi, & similium. Vel fomententur hæmorrhoides cum petijs infusis in ea de aqua: vł fiat emplastrum super eas ex eisdē rebus pistatis & incorporatis cum oleo chamomillino, vł nardino: & si suffecerit, bene erit. Sin autem fiat vnguētum stupefactiuum: quod sic fit. ℞. iusquiami albi & nigri ana. ℥. i. opij. ʒ. ß. papaueris albi & nigri. añ. ℈. 2. cerusæ, litargiri. añ. ℥. ß. olei ro. ℥. iij. ceræ. ℥. ß. dissoluātur cera & oleum perfecte ad ignem: deinde deponantur ab igne: & cū tepefacta fuerint: incorporetur pul. aliarum rerum continue agitando cum spatula: & in fine addatur modicum aceti, hoc nanq; dolorem remouet prohibēdo sensum. Deinde reiterentur medicinæ resolutiuæ iam dictæ, donec tumor recesserit, & dolor cessauerit omnino. Quodsi tumor & apostema hæmorrhoidaꝝ durum fuerit & difficilis resolutionis, requiritur apertio earum cum sanguisugis, vł medicamine acuto prædicto: donec materia minorata fuerit, præmissa flebotomia prædicta. Deinde procedatur ad resolutiua & anodina: sicut iā scripsimus: sic nanq; curabitur, donec alia materia regeneretur. Cura hæmorrhoidarum intrinsecaꝝ est, vt præmissa flebotomia et farmacia supradictis, ponantur ventosæ supra ipsum anum: vt inuersetur, & hæmorrhoides appareant: tunc fiat cura cōpleta, vel blanditiua: sicut dictū est. Dixtetur omnis hæmorrhoidicus cibo generāte sanguinem subtilem temperatum: sicut est caro hœdoꝝ vel pullorum elixa cū feniculo & lactucis spinarch. vel borragi. buglossa. Et iura carnium earundē, & olus factum ex bletis & lactucis conditis cum butyro & sale. Bibat vinū album & clarum, subtile lymphatū cum aqua fontis viui. Caueat ab omni cibo & potu generante melancholiam naturalem vel non naturalem. Et cibi quidē generantes melācholiam naturalē sunt lentes, caules, caro vaccina, vel bouina, caro ferina, milium, risum, fabæ, vinum rubeum pōticum turbid. panis azymus, & res omes assæ vel frixæ. Cibi vero generantes melancholiam non naturalem per adustionē, & isti sunt pessimi in hoc casu: sunt cibi valde saliti antiqui, piper, allium, sinap. cep. vinū vetus amaꝝ, & similia. Cibi vero generātes melācholiā non naturalem per congelationem: sunt cancri, pasta, tortellæ, pisces grossi de aq̄ fœtida habentes carnes non frangibiles neq; squamosas, aqua frigida turbida, & similia.

Emperica. Sciēdum, ꝙ modus abscindendi hæmorrhoidas est duplex in gn̄e: vnus cū ferro ignito, q̄d cauterium dicitur: vel non ignito, vtputa rasorio, vel forpice, siue vncino. Secundus est cum medicina: & iste est triplex. Primus est cū aqua vrente: & sic fit. ℞. tartari vini veteris acutissimi. lib. 2. frange minutim, & pone super laminam ferreā ignitam, donec in cinerem album cōuertatur, & cribelletur subtiliter, atq; suspēdatᵗ in sacculo lineo valde denso per dies aliquot sub aëre frigido humido vapo-

roso: qualis est in locis subterraneis, & sit figura sacculi pyramidalis euersa: qa fluet liquor inde, qui colligatur in vase vitreo stricti orificij, & omni die liniatur cum pēna tribus vicibus super locum: quoniam post diem, & diem exiccabit verrucam, atq; cadere faciet paulatim. Durat autem virtus huius aquæ per annum vnū, aut amplius, in loco tēperato: & eidem cōparatur aqua fragariæ, & proprie fructus eius, quando distillat, sicut faciendo aquā rof. Aqua vero fortior pdictis, & q̄ carnē corrodit tuberosam ilico, cū apponitur, sic fit. ℞. cineris vitis albæ, cineris fagi, calcis viuæ. an. lib. 4. salis gemmæ. lib. 1. dissoluantur omnia cum 20. lib. aquæ claræ, atq; bulliantur, donec tertia pars consumatur, cū spatula assidue agitando: tunc igitur ab igne deponatur, & residere permittatur, deinde quod feculentum est, abijciatur, sed quod optimum est, iterum bulliatur donec tertia pars consumatur: postea ab igne dependatur, & cum infrigidatum fuerit, iterum bulliatur, donec ex toto sola quarta pars remaneat, aut minus. Quod si scire velis, quādo sufficiat bullitio tertia, mitte pēnam aut petiam in aquam, & quando demolietur, tunc vsui reseruetur, sicut aqua prior. Cum autem operari volueris, cum ipsa misce aliquid rasuræ calcis viuæ: donec fiat sicut puls, ne forte fluat super locū sanum. Aqua etiā omnium fortissima sic fit. Recipe arsenici, citrini, viridis æris, calcis viuę, argenti viui, alkahal, vel loco eius salis gemmæ. an. lib. ß. salis armoniaci, salis nitri, sulphuris viui. an. vncias quatuor: terantur omnia subtilissime, & infundantur per tres dies naturales in. ℥. 12. lixiuij acutissimi, vel aquæ dissolutionis calcis viuæ omni die agitādo ter vel quater cum spatula: quarto vero die addatur argentum viuum, & misceatur cum rebus prędictis, donec fuerit extinctum. Postea formentur magdaleones, & exiccentur in vmbra: deinde iterum terantur, & infundantur in eodem liquore magis & magis acuato ex calce viua in ipso dissoluta: & sic per diem dimittantur, donec perfecte dissoluantur: tunc formæ fiant molles, sicut pasta tractabilis, quæ ponantur in alembico, & distellentur, sicut aqua rof. quoniam ista aqua vrit locum, quem tetigerit, & ipsum mortificat, atque denigrat de die in diem. Postquam igitur hæmorroides fuerint denigratæ, & sensu carentes, emplastretur cū emplastro putrefaciente ipsas, & cadere faciente, sicut sunt caules elixati & pistati & incorporati cum butyro recenti, vel axungia porci: & postquam cecide rint, consolidentur loca, sicut dictum est. Secundus modus est cum vnguento caustico, quod fit ex arsenico sublimato, vel realgal, vel calce viua tritis & incorporatis cum flore æris, & succo affodil: sed liniatur locus circumcirca cum populeon, vel albumine oui, vel oleo rof. & cera, ne forte corrosio dilatetur Et huiusmodi est vnguentum viride, & vnguentum de tartaro: quod scripsimus capitulo de surditate: & post corrosionem hæmorrhoidarum, & earum casum, consolidentur loca cum vnguento apostolorum, dicto capitulo de vlcere in aure: vel cum vnguēto de cerusa quod sic fit. ℞. olei rof. vncias quatuor, ceræ, vnciam vnam, dissoluantur ambo simul ad ignē in casola: tunc deponatur ab igne, & incorporetur pul. istarum rerum. ℞. litargiri abluti in aqua, camphoræ. ana. dragmam vnam, opij grana duodecim, seminis iusquiami. xxiiij. grana. corticis mandragoræ dragmam vnam, cerusæ quod sufficit ad inspissandum omnia. Et in fine addantur duo albumina ouorum diligenter & incorporentur cum spatula, donec omnino redeatur ad formam vnguēti. Tertius modus est cū filo serico forti

Sup. 51 Re Tr. 7

subtili, vel cum pilis equinis faciendo laqueum circa singulas radices hęmorrhoidarum: & omni die ipsum bis magis ac magis angustando, donec ceciderint omnia, deinde consolidentur, sicut prius. Sed omnium modorum meliorem reputo & faciliorem: quoniã alij propter moram diuturnam suæ operationis inducunt dolorem intolerabilem in loco & apostemant adeo, vt stercus & vrina retineantur: Et adhuc securior est & nobilior, qui fit cum ferro ignito: quoniam cauterium facit escarã super labia prohibentem sanguinem hæmorrhoicum su superfluentem. In hoc exiuimus aliquantulum a nostro proposito: quoniam materia præsens ad chirurgicum pertinet. Dicunt præterea experti, quòd stercus gallinarum recens, & proprie pars illa alba, cum linitur hæmorrhoidem, dolorẽ mitigat, & inflammationem resoluit a proprietate. Sed stercus columbarum id operatur a qualitate calida putredinali euaporare faciente, præmissa tamen flebotomia diuersiua: quã diximus in methodo, ne fortassis materia augmentetᷣ.

Canones. Non abscindantur omnes hæmorrhoides simul vna hora, ne forte dolor augmẽtetur, & inducat apostema. Remoueãtur ergo gradatim, vna post aliam de die in diem: nisi virtus fuerit fortis, & patiens abhorreat secundationem. Item non consolidentur omnes, sed relinquatur vna: sicut est sine omni cura completa: sed solum fiat circa ipsam cura blãditiua: vel si omẽs consolidentur, denuo aperiatur vna earum cum sanguisuga, vel cum medicinis prædictis acutis. In cura cõpleta vt ait Hip. Hæmorrhoidas antiquas sananti. &c. Dicit autem antiquas: quia recentes, vel non multo tempore consuetas possumus omnes consolidare sine timore omnino, & proprie, si splen rectificetur, & sanguis diuertatur ad loca alia cum flebotomia frequentata basilicæ sinistræ.

Prognosticatio. Si in corpore consueto hæmorrhoides plurimum fluxerint, vel periodum accelerauerint plus debito: significat, quoniã corpus indiget euacuatione humorꝝ subtiliũ acutorum calidorꝝ: Si vero restrictæ fuerint omnino, vel periodum tardauerint, significat: quoniam corpus indiget euacuatiõe humorꝝ grossorꝝ frigidorꝝ de flegmate vel melancholia, sicut in mẽstruis hoc contingit. Vnde Hip. 5. parti. apho. Mulieri menstrua habẽti sine colore proprio, & non secundũ se semper facta purgatiõe indigere significat. Item si fluxus hæmorrhoidarꝝ fuerit lucidꝰ, subtilis, dominiũ choleræ significat. Si vero albꝰ vel pallidus, dominiũ flegmatis. Si niger aut plumbeus, melãcholiam prædominantẽ significat: purgetur ergo humor peccãs. Item hæmorrhoidas antiquas omnino restringere per se, vel ꝑ artẽ, malũ: quoniam hydropisim, vel ptisim, vel leprã, vel maniã, vel cancrum: vel aliud apostema perambulans inducit. Econtrario etiam hæmorrhoidas vltra modum fluere, malum: quoniã marasmũ, vel hecticam, vel hydropisim præfigurat: sicut et in mẽstruis. Vnde Hip. parti. apho. Menstruis pluribus aduenientibus, accidunt ægritudines, & non euenientibus a matrice, accidunt ægritudines, & primæ quidẽ ægritudines sunt de inanitione, secundæ vero de repletione. Purgetᷣ igitur humor peccans, & postea rectificentur hæmorrhoides. Item maniacis, & habẽtibus dolorem renum, hæmorrhoidibus superueniẽtibus tollunt ægritudines. Vnde Hip. 6. part. apho. Melancholicis & freneticis hæmorrhoides innatæ, bonum. s. per se, vel per artem. Et parꝝ post. Maniacis varicibus, aut hæmorrhoidibus innatis, solutio fit maniæ.

¶ De apãte & vlcere ani. Cap. VI.

APostematur anus, et eius lacertus, aut interius aut exterius. Et cura & signa dicta sunt cap. de exitu ani propter apostema: hoc vero addendum, ꝙ si terminetur hoc apostema ad collectionem, quod scies: quoniam propter applicationem resolutiuoꝝ non diminuitur dolor tumor & feb. sed potius intenduntur: vtendum in maturatiuis dictis ca. de apostematibus stomachi vsqꝫ ad tēpus rupturæ: quæ si fiat per se, vtendum ripticis abstersiuis, mundificātibus vlcus, & post hoc consolidantibus dictis ca. de rhagadijs ani. Si vero vlcus rupturam per se tardauerit: aperiatur cum ferro. Sciendum præterea, ꝙ hoc apostema si fuerit interius, difficilioris est curæ, & prauorum accidentium: potest nanqꝫ ex hoc strāguria & ileos innasci & proprie si saniet. Si vero exterius, facilis est curæ, et accidētiū nō prauoꝝ, si methodo curet̄.

¶ TRACTATVS SExtus tertiæ sectionis. De passionibus renum.

REnum passiones sunt septē. Prima debilitas: Secunda mict⁹ sanguinis: Tertia calculus vel lapis: Quarta diabetes: Quinta macies: Sexta opilatio siue durities: Septima apostema. Cū autē dico renes, intelligo alkatim, id est locū renū in dorso, atqꝫ poros vritides, q̄ sūt duæ venæ strictæ procedētes a renibus, et descēdentes ꝑ inguina, et ab vtroqꝫ duoꝝ lateꝝ tendunt in vesicā.

¶ De debilitate siue malitia complexionis renum. Ca. I.

DEbilitantur renes ex omni causa prohibente vel diminuēte ipsorum operationē, quę est aquosam partem siue serosam a massa sanguinis nuper in epate geniti, segregare, quā nō indiget nutrimentū cōmune corpori⁹ totius. Hęc aūt segregatio tribus modis perficitur. Primus est attractio sanguinis aquosi a vena Kili, & hoc fit per venas mulgētes. Secūdus est diuisio sanguinis attracti in partem aquosam nutritiuam substantiæ renum, & partem subtilem superfluentem: & hoc fit per panniculum colatorium porosum in concauitate renum contentū: per cuius poros angustissimos transire potest aqua subtilis grossa premanente. Tertius est expulsio partis aquosæ subtilis ad vesicā, & denuo ad extra corpus, quod fit per poros vritides, q sunt meatus longi stricti procedentes a concauitate renum in conuexum vesicæ, & demum se obliquantes inter tunicam & tunicam in concauum eiusdem. Causæ igitur diminuentes operationem, prohibentes, vel corrumpentes sunt tres in genere: scilicet mala complexio, mala compositio, & continui solutio, quemadmodum eisdē bene se habētibus, renum operatio, similiter & cuiuscumqꝫ particulæ nostri corporis debite regulat̄. Mala autē complexio, licet sit nouem modorum, fieri videtur tamē maxime in renibus secundū tres modos qui sunt caliditas: & de ipsa dicetur cap. de diabete. 2. siccitas, & de ipsa dicet̄ in ca. de macie renum. 3 humiditas, & hæc raro stat sine frigiditate: & de ipsa dicetur ca. præsenti vbi de mala complexione loquimur: & ca. de opilatione & duritie renum. Mala vero cōpositio est opilatio renum ex muscillagine opprimente: aut est laxitas substantiæ, quæ raritas nuncupatur texturæ. Solutio vero continui est vulnus, vel apostema, vel vlcus in renibus: & de ipsis dicemus ca. de mictu sang. vel saniei.

Methodus. Signa malæ compositiōis propter muscillaginē opilantē, sunt dolor grauatiu⁹ ex alkatim, vrina alba, grossa, humorosa, ampullo

sa cum residētijs viscosis et diminutio appetitus comedendi, vnde Hippo.6.part. aphor. Quibuscumq; ampullæ in vrinis natant, nefref. significat & longam ęgritudinem nefreticā fore. Et cura eius est, vt sumat om̄i die i ieiunio de puluere vrinatiuo, qui dicetur ca, de calculo in renibus cum vino albo subtili aquoso. Purgetur cum.ʒ.iij. vel 4 .benedictæ laxatiuæ, dando in sero cum vino calido, p̄miſſa digestione cū oxymelle. Vtatur quandoq; coitu in ieiunio: quoniā purgat renes, si fiat vsu moderato. Vngatur alkatim dextrum et sinistrum cum vnguento agrippa, marciaton, & arrogon ad ignē bis in die ante prandium & ante cœnā. Vtatur electuarijs vrinatiuis stypticis: sicut est diocyminō & dianison & similia. Nutriat̄ iuribus pullorū & hœdorꝶ condis cum petro. & specieb' us aromaticis. Bibat vinū album clarum: vitet grossa, sicut est vinum rubeum turbidum, panis azymus, extrema porcellorꝶ vel vitulorum. Signa malæ compositionis propter laxitatem corpulentiæ renum, sunt vrina sicut lotura carnis cum dolore alkatim, & debilitate dorsi, & prostratiōe apppetitus coitus. Et cura eius est, vt vngantur loca renum cum vnguēto facto ex oleo masticino, myrtino & oleo ros. ana. partes æquales, ceræ, masticis. ana. quod suffecerit, ad ignē vel solē calidū: & ponatur desuper emplastrū stypticum confortatiuū renū factū ex lentibus excorticatis, ros. bolo armenico, gūmi arabici, mastice, summitatibus rubi, & absynthij, nucæ, cypressi, balaustijs sandalis, & similibus coctis, & dissolutis & incorporatis cum oleo ros. quod suffecerit & modico aceti. Conferunt ad hoc etiā oīa styptica tēperata in calido & frigido cū aliquali declinatione ad frigidū: sicut est syrupus. ℞. ros, plātaginis, anis. ameos, acor. ciperi, hypocist. teneritatū rubi, petro. se. cōmuniū frigidorꝶ. an̄.ʒ.ß.masticis, thuris, dragaganti, spicæ, xiloaloes, folij indi. sand. ana.ʒ.iij. cinamo. zz. an̄.ʒ.2. zuccari.℥.8 .fiat syrupus bene coctus, & clarificetur de quo bibat omni die in aurora.℥.1.cū aqua myrtil': & sicut sunt trochisci de Karabe mixti cū trochis. de comphora, quos dicemus ca. de phthisi. parag. de empericis. Nutriatur carnibus laudabilibus assis, vel elixis cū petro. conditis cū succo berberis vel cydoniorꝶ inspissatis cū vitellis ouorꝶ, impinguatis cū adipe renū caprarꝶ vel hœdorꝶ aromatisatis cum puluere cynamomi. gariofil. zz. myrtillorū. Bibat vinū stypticum, lymphatum cū aqua myrtil. Euitet coitum pro posse, & resupinationem super dorsum, & vsum diureticorū immoderatū & viscosorꝶ: diligat styptica mediocriter grossa, si opilatio epatis & meseraicarum non prohibeat. Vtatur ergo modo stypticis, modo aperitiuis ne alterutrū mēbrorꝶ noceatur. Et si corpus sit carnosum, fiat a principio flebotomia diuersiua ex basilica in brachio vel pede lateris oppositi: & postea in latere eodē. Et si non suffecerit: dentur oēs medicinæ conferentes mictui sang. quas dicemus suo ca. & sic regatur, donec vrina visa fuerit rectificata, & dolor sedatus omnino.

Canones. Oportet, quod medicinæ exhibitæ p̄ interius sint subtilis substātiæ, anteq̄ ad renes p̄uenire valeāt p̄ vias lōgas angustas. Si igitur sunt syrupi, colētur pāno duplici: si pulueres, cribellentur vt alcohol. Si vero p̄ interi' addatur aliquid aceti acutissimi gratia penetrationis. Bonū est etiā, vt medicinis addātur digerētia aliqua, vt citius ad mēbra p̄ueniant, sicut sunt se. diuretica, & se. vrinatiua, vt miliū solū & saxifra. ¶ Sciendū p̄terea q̄d in regimine diætæ nihil est, q̄d adeo renes debilitet, vt grossum viscosum opilās, vel stypticum, similiter & coitus: quoniā vasa duo sper

RR

matica proprie venas mulgentes oriuntur: quare ipsas nutrimēto priuant, atq; macerant ex forti suctione sang. purissimi, quo egent testiculi coitu superfluo angustiati ad restaurationem spermatis gignitiui: propter quod dictum est expertis, quod vsus diasatirion frequens confert omni renum debilitati.

Prognosticatio. Solicitandum in confortatione renum & viarum eius: quoniam per eorum repletionem fit causa hydropisis & lapidis, per ipsorum vero inanitiōem surgit causa feb. hecticæ. vel marasmi.

¶ De mictu sanguinis & saniei, & vlcere in renibus, & poris vritidibus. Cap. II.

Mictus sanguinis fit propter aliq̄ trium causarum. Prima causa est casus & percussio super alkatim rumpēs venam Kilis, vel venā mulgentem, vel colatorium renum. Secunda est humor acutus subtilis corrodens loca supradicta, vel orificia eorum aperiens. Tertia est exercitium vehemens, vel coitus superfluus loca prædicta vel orificia lacerans refricationi frequentata, & proprie in cholerico corpore, & tempore calido. Mictus vero saniei fit propter aliquam trium causarum. Prima est antecessio mictus sanguinis antiquata: propter quod sang. extra venas stans, quæ sunt loc⁹ sibi proprius, in saniem vel virus nitrosum conuertitur. Vt dicit Hipp. Secunda est vlcus siue corrosio locorum prædictorum ab humoribus calidis adustis, vel salsis nitrosis. Tertia est apostema saniosum in renibus terminatū ad rupturam, vnde mictus san. & saniei, et vlcera in renibus sunt sibiīnuicē cōcausę vt dictum est: vnde & eodem modo curantur scilicet per styptica, infrigidatiua cū lenitate aliquali: ideo de ipsis vno dicemus cap. Veruntamē aduertendū est, quod istæ passiones quandoq; accidūt in renibus, quādoq; in vesica & collo eius quod virga in viris dicitur. vnde Hip. 4. part. apho. Si sanguinē aut pus minxerit, renū aut vesicæ vlcerationem significat. Signa igitur distinctiua mictus san. prout venit a renibus, sunt: qa sang. exit plurimus, & proprie si fit ex ruptura alicuius venæ circa renes, & est globosus: et quādoq; subtilis, vt san. flebotomatus. vnde Hipp. 4. part. aphor. Quibus in vrina grossa quasi carniū frustra, vel sicut pili de renibus exeunt, &c. Et statim subdit. Qui enim sponte sanguinē mingūt: his de renib⁹ venæ rupturam significat: & intellige sponte id est subito & copiose non præcedentibus accidentibus quibuscūq;: & sentit æger dolorem circa alKatim, & forte antecessio casus & percussio super dorsi spondiles, vel vsus cibo℞ acutorum: vt sinapis, piperis, veteris vini: vel exercitium, vel coitus in tempore æstuoso. Si vero venerit a vesica vel collo eius, exit sanguis paucus, cū sint mēbra spermatica, & egreditur ante vrinā vel non bene permixtus vrinæ: & sentit patiens dolorē circa pectinē & virgā: & habet strāguriā dolorosam. Signa vero distinctiua super mictu saniei sunt: quia si venit a renib9, & poris vritidibus, antecessit apostema saniosum in renibus apertū vel mictus sanguinis, & exit cū vrina sicut paruū frustum carnis vel sicut pili: & sentitur paruus dolor pungitiuus circa loca renū. Si vero fit a vesica: antecessit scabies visicæ, & sanies egreditur ante vrinā, & apparent squamæ in vrina. & dolor est fortior.

Methodus. Cura mictus sang. prout venit a renibus, & locis vicinis: quoniā de eo qui venit a vesica & collo eius, dicemus de sacbie, & vlcere in vesica: est eadem a quacumq; triū causarum euenerit. Fiat igitur a principio flebotomia diuersiua de basilica dextra

in brachio vel manu. Et imponatur emplastrũ stypticum frigidum super alKatim factũ ex rosis, plãtagine, balaustia, lentibus excorticatis, virga pastoris, teneritatibus vitis, & rubi coctis in aqua, & pistatis, & incorporatis cum puluere boli armenici, san. dra. acatiæ, licij. addẽdo aliquid aloes, & aceti acutissimi propter penetratiõem: vel fiat epithyma super locum ex aqua decoctionis earundẽ rerum, & aqua rof. & modico aceti. Et fiat vnguentum, ℞. populeon, muscillaginis psyllij, & se. citonioꝝ. añ. ℥. ß. gũmi arab. adusti. carab. adusti, dragaganti. añ. ℥. 2. liquefiant gũmæ in aqua rof, & modico aceti: Deinde addatur aliqd de oleo rof. & ceræ quod sufficit, & oĩa simul incorporentur perfecte. Et si volueris: adde ex anodinis, sicut est adeps anseris, anatis vel gallinæ: & proprie in mictu saniei. Sumat omni die de syrupo. ℞ syrupi rof. syrupi myrtini, oxyzaccari, añ. ℥. 2. misceantur, & addatur gratia directionis. ℥. ß. oxymellis cõpositi, vel syrupi aceti, & detur cum aqua decoctiõis masticis, & myrtillorum. Purgetur post hoc cum medicina soluente humores acutos, & proprie in qua sunt myrobalani: sicut est ista. ℞. myrobalano. citrinorum, emblicorum, ana. ℥. 2. turbith boni ℥. 1. ameos, se. fœnicul, zinziberis. añ. ℥. ß. terantur, & misceantur cum aqua decoctionis prunorũ, vel addatur zuccari ℥. ß. & fiat tragea, quæ detur cũ aqua calida sero cum itur dormitum: Vel purgetur cum. ℥. 2. reubarbari dissoluti cum tamarind. in aqua calida, vel cum electuario de succo rof. laxatiuo: neq; permittatur venter aliqua die constypari, imo leniatur cũ suppositorio, vel clysteri: quoniã materias diuertit a vijs vrinæ: Vtatur omni die ante cibũ tali mixtura. ℞. diarrodon abbatis, rosatæ nouellæ, triasand. añ. ℥. 2. dianisi. ℥. 1. Sumat omni die vnum ex trochiscis de carabe cum aqua decoctiõis sumach, vel myrtill. quorum descriptio secundum Mesuem, quæ est melior descriptionum, talis est. ℞. carabæ aur. 6. cornu cerui adusti, dragagãti, acatiæ, hypocist. balaustiæ, lactu, masticis, papaueris nigri, assi. añ. aur. iij. thuris, croci. ana. aur. 1. & ß. fac trochis. de muscillagine psyllij, vel succo berberis, vel succo pirorum immaturorũ, vel mespilorum, vel citoniorum, vel plantaginis, vel vino rubeo põtico, vel aqua pluuiali: quorũ quilibet sit. ℥. 2. & detur vnus in aurora, & vnus ante cœnam cum eisdem liquoribus. Et si velles, vt a porprietate respiceret renes & vesicam, adderes in descriptione sem. apij au. ß. Vel sumat aliquos ex trochiscis de camphora, vel de spodio dictis capitulo de phthisi. Nutriatur farre, riso, ordeo conditis cũ adipe renum caprarum & hœdorum, similiter & carnibus assis conditis cũ succo berberis vel citoniorum, similiter carnibus elixis cum aqua pluuiali & far. sumach vel myrtil. Bibat vinum rubeum stypticum lymphatum cũ eisdem aquis. Deuitet cibos & pot9 acutos, aperitiuos & vrinatiuos: sicut sunt iura carnium cõdita cum petro. fœniculo, saluia, & olera omnia, præter caules, & vinum album aquosum: Sed regatur per grossa stypti ca nisi opilatio epatis quandoque prohibeat: quare tunc aperitiua cum stypticis alterentur. Cura mictus saniei, prout venit a renibus, est eadem cum prædicta. Sed quando est cum ardore vrinæ, & dolore in virga, vtatur omni mane trochiscis de alKeKengi, qui sic fiunt secundum Mesuem, recipe. granorum alKekengi drachmas tres, semin. portulacæ, cucurbi, citrullis mũdatorum. ana. drachmas tres. & semi. boli armenici, gummi arabici, thuris, sang. drac, papaueris albi amygdalarum amararũ excorticataꝝ, succi liquirit, dragag. amili, gran. solat, añ. ℥. 6. apij, carabe, iusquiami, opij, ana.

ʒ.2.fi.trochisc.cum muscillagine psyllij: detur vnus mane & sero cum iulep vel hydromelle:quoniam dolorem mitigāt, saniem abstergunt,& vlcera consolidāt, si deus voluerit.Et fiant omnia,quæ dicentur cap.de vlcere in vesica.

Emperica. Dicunt experti: Mictū sanguinis ex renibus quādoq; prouenire ex multitudine sang.in corpore:sicut fit & vomitus sangui.& fluxus ventris,& proprie in corpore sanguineo otio gaudente ac quiete. Et cura eius est eadem cum prædicta, præterq̄ q̄ magis insistendum est euacuationi cum flebotomia, & prouocatione menstruorum & hæmorrhoidarum in corpore,vt diuertatur sang.ad loca alia:&minorationi cibi & potus, & rectificationi epatis & splenis:vt scripsimus suis capitulis: & additioni in exercitio & labore. Affirmant præterea,q̄ ad mictum sang. ex renibus & proprie exuberantis quatuor consueuerunt superuenire accidentia timorosa, quæ curam ad se trahūt.Primum est sanguinis cōgelatio in vesica: propter quod retinet̃ vrina, & fit dysuria vel suria dolorosa. Vnde Hippo.4.parti.apho. Quibus in vrina grossa quasi carniū frustra, vel sicut pili sunt: his de renibus exeunt. Et cura eius est, vt vngatur pecten cum vnguento calido mollificatiuo: quod sic fit. ℞.marciaton,dialtheæ.anã.ʒ.1. butyri recentis.ʒ.ß.croci.ʒ.1.misceantur perfecte ad ignem vel solem calidum,& post mollificationem sumat aliquid ex diureticis,si non timueris vlcus: quæ dicuntur ca.de calculo. & ca. de dysuria. Et si per hoc non educerentur frusta de sanguine, & adhuc retineretur vrina: inijciātur collyria dissolutiua,& lubrificatiua per virgam cum syringa,quæ dicentur ca.de suria & dysuria.Secūdum est vlceratio vesicæ propter sanguinem in ea longo tempore retentum & in saniem conuersum. Et cura eius est, cura vlceris in vesica. Tertium est hydropisis, & infrigidatio epatis propter euacuationem san.cholerici influentis calorem.Et cura eius est rectificatio epatis & splenis cum electuarijs & emplastris calidis & stypticis dictis cap.de debilitate epatis & cap.de hydropisi ascite. Quartum,quod & frequētius euenit, est tabes & consumptio corporis propter inanitionem venarum & membrorum,quæ feb. hecticam accendunt. Et cura eius est composita ex cura maciei,quæ dicetur.& cura mictus san. quæ nūc dicta est,et cura fe.hecticæ,quæ dicetur lib.2.si deus voluerit.

Canones. Remedia exhibita per inferius scilicet clysteria & collyria parum vel nihil proficiunt in passionibus renum: quoniam virtus eorum ad locum non pertingit:conferre tamen videntur per accidēs, scilicet gratia præseruationis vesicæ ab vlcere. Inijciantur ergo frequenter collyria lauatiua cum syringa,quæ dicentur cap.de debilitate renum conuenientia, & necessaria præsenti capitulo, & toti tractatui præsenti.

Prognosticatio. Mictus sanguinis puri periodice proueniens,& cum alleuiatione infirmi, nullatenus restringatur:nisi superfluat, & virtutem deijciat:quoniam naturalis est et creticus.Consueuit nanq; talis fluxus, quēadmodum & vomitus sanguinis, & fluxus vētris sanguineus in quibusdam corporibus certis vicibus salubriter euenire, et ipsa a multis præseruare passionibus: scilicet scissura venarꝝ,synocha,hydropisi,lepra,& similibus:& proprie in corpore otioso crapuloso, vel post restrictionē menstruorꝝ & hæmorrhoidarū in corpore consueto.Item mictus sang. exuberās antiquatus,qui neq; per se, neq; per artē curatur aut restringitur: hydropisim vel marasmum,et finaliter mortem inducit. Item ad mictum sanguinis chronicum sequi consueuit mictus saniei,& per con

sequens vlceratio in renibus & vesica cũ ardore et dolore in vrinãdo: quare a principio succurratur: quoniam vlcus difficilius consolidatur q̃ vulnus propter intentionem in curando. Vnde Hippo. 7. particu. aphorismorum: In sanguinis sputo, saniei sputum malum.

¶De calculo & arena rubea vel alba. Cap. III.

LApis, calculus & arena generantur ex materia grossa cinerosa terrestri a calore naturali assante: sicut lateres in camino. Si igitur tali materiæ cinerosæ aliquid adueniat ex humore viscoso glutinoso congregãte partes, fit lapis. Si vero nihil viscositatis aduenerit: fit arena: propter quod & sabulum nequaq̃ in petram conuertitur, neq; a calore adurente, neq; a frigido constringente qualicunq;. Si vero medio modo se habuerit verbi gratia, quia pars quædã parti cõmiscetur, & parti alteri nõ conuiscatur, fit calculus. Est enim calculus lapis paruus seu principiatus: arena vero est puluis, ex q̃ fit lapis atq; calculus. Et licet lapis mineralis fieri possit a frigido cõstringẽte partẽ cinerosã cũ parte argillosa: lapis tñ in corpore aĩalis nequaq̃: qm̃ vita nõ sustineret tantã frigiditatẽ. Fiunt autem istæ passiones solummodo in membris deseruientibus receptioni, & expulsioni sup̃fluitatis digestionis secundæ, quæ sunt renes & vesica: quoniã ad ipsa propellunt̃ virtute regulãte totũ superfluitatis flegmaticæ muscillaginosæ generatæ in epate propter indigestionem: quare stantes inter loca angusta figũtur, donec assentur. vnde Hippoc. 4. apho. Quibuscunq; in vrinis arenosa substãt sedimina his vesica aut renes lithiasim habẽt. i. patiuntur lapidem, vel eius dissolutionem. Signa autem distinctiua sunt: quoniam si sunt a renibus, est color ipsorũ rubeus: & forte egrediuntur cum vrina fila longa, sicut pili. Vnde Hippo. 4. parti. apho. Quibus in vrina grossa quasi carnium frusta, vel sicut pili sunt: his de renibus exeunt: & sentit æger dolorem similem colicæ. Et illud ideo: quoniam venter & vrina restringuntur & mouẽtur nausea: & fit dolor in ilijs, sicut in passione colica. Et hoc quidem fit propter vicinam istorum membrorum et compassionem. Sed oportet, vt distinguatur inter ipsam & colicã per vrinam, verbi gratia. quoniam quando est in fundo eius residens, sicut arena rubea: aut de consuetudine ægri est, vt mingat post huiusmodi dolorem lapidem aut arenam rubeam: aut iam minxit ante illud per aliquot mẽses vrinam nigram, cum qua fuit dolor in alkatim, qui est locus spondiliũ, sub quib9 situati sunt renes. Tunc scies, q; est lapis in renibus, & proprie, si dolor descenderit per inguina, et pectinẽ, donec peruenerit ad testiculos & vesicam: & forte retinetur vrina, vel parum ex ea egreditur: quoniam pori vritides extant opilati. Si vero non adfuerit aliquod prædictorum signorum: tunc dolor prædictus post satietatem nauseatiuam antiquã vel recentẽ, est significatio colicæ, & nausea plus est q̃ colica: & locus doloris ventris in colica latior est, & ad anteriora decliuior versus vmbilicum: In lapide vero q est in renibus, est locus doloris minor, et versus spõdilia dorsi decliuior. Et iterum dolor colicæ permutatur de loco ad locum: quoniam eius causa est ventositas & flegma: Dolor renum vero stat fixus sicut clauus: quoniam eius causa est lapis: Et si lapis iam renes exierit, & ad poros vritides descẽderit: sentitur dolor quasi ab alkatim ad inguina descẽdens, quasi sit in eis aliquid suspensum. Et si lapis iam propinquus vesicæ fuerit: sentitur dolor in eius concauitate, quæ est super anum, & sub spondilibus caudæ. Signa vero lapidis, calculi vel arenæ in vesica, sunt al

bedo vrinæ & subtilitas eius, & residentia alba in fundo vrinalis, postq̃ fuerit a medico circumcirca conquassata: & erectio virgæ propter retentionem vrinę, et difficultas exitus eius cum dolore vehementi: & q̄ patiens scalpit virgā, & circa ipsam laborat manibus tractitando. Et quandoq; accidit exitus ani propter vrinæ multitudinē, & plurimū conamen expellendi: & sentit patiens dolorē sub pectine & pudendis. Et scias, q̄ lapis in renibus (vt plurimum) accidit adultis: infantibus vero in vesica: quoniam in adultis est calor assans prōptior, q̃ virtus expulsiua: In infantibus vero fortes sunt omnes virtutes naturales, sed in eis est gulositas: quare multiplicāt superfluitates argillosas: quæ licet renes pertranseant ad vesicam, tamē currētes eius frigiditate naturali primo cōdensantur, & in puerorum inguinibus diutius retinentur, donec a calore naturali frixentur: sicut cremium in frixorio. Scias præterea, q̄ lapis in renibus vel vesica duarum est specierum. Vnus nanq; est, qui frāgi potest per medicinas: vtputa quia recēs, mollis, paruus. Alius autem, qui nequaq̃ frangi se permittit: vt quia antiquus, lenis, planus, solidus, grossus: quare incisione indiget cum ferro & extractione: quæ tamen facienda non est, nisi post desperationem medicinarum. Signa autē distinctiua sunt quoniam si post vsum medicinarum apparuerint arenulæ in fundo vrinalis magis solito multiplicatæ & facilitas emissionis vrinæ cum mitigatione doloris circa alKatim pectinem atque virgam: tunc scire debes, q̄ lapis frāgitur: quare vsum medicinarum assidua. Si vero econuerso res se habuerint: scire oportet, q̄ manuali operatione indiget. Ista tamen operatio locum non habet, nisi de lapide in vesica, vel de lapide renum, postq̃ transiuit per poros vritides ad vesicam: quoniā ad renes & poros est multa profunditas: in cuius incisione est indubitata desperatio ad salutem.

Methodus. Cura lapidis in renibus est duplex. Vna curatiua, qua indigemus hora doloris & paroxysmi. Alia præseruatiua, qua indigemus hora quietis ante & post paroxysmū: quoniā sicut ait Auic. 3. cā. fē. 18. Renalis passio in quibusdam corporibus periodice resoluit: quemadmodū & hæmorrhoid. & epilepsia & dolor iuncturarum. Et nimirum: quoniam omnis morbus a materia dependens, successione participat & periodo: vt ait Galenus secundo de febribus. Actus curatiuus huiusmodi est, vt æger ilico post sensationem doloris inungat alKatim totum, inguina, pectinem & virgam cum oleo de lilio, vel chamomillę, vel anethino, vel cum oleo de scorpionibus, quod dicemus. parag. emperica. Post hoc euacuētur intestina cum suppositorijs, vel clysteri lenitiuo, dicto capitulo de frenesi: & capitulo de bolismo: quia per hoc renes & pori minus angustantur. Post hoc intret æger tinam aquæ dulcis vel tepidæ, vel aquæ decoctionis maluæ, violarum, chamomillæ, meliloti, fœnigræci, seminis lini, foliorum populi, & salicis, vngulæ cabalinæ, caulium recentium, anethi, apij lactucæ, dauci, pastinacæ, endiuiæ & ordei: quoniam duritiam mollificat, & materias colliquat, vias elargat, vrinam prouocat, atq; dolorem sedat. Et ex eisdem rebus fiat emplastrum cum oleo anethino, vel chamomillino, quod suffecerit: & ponatur tepid. super locum. Et ante emplastrum, & post hoc vngātur loca prædicta cum vnguento arrogon & agrippa. ana. vncias duas, dialtheæ partem vnam, butyri recētis, partem semi. Et sumat postquam per duas horas in balneo sederit, & viæ dilatari cœperint, de medicamine frangente lapidem, & prouocante vrinam, quod infra dicemus. para. emperica. Et-

bibat super ipsum aliquid vini albi subti lis aquosi: & cum balneum exierit, stet erectus sup pede vno, & saltet, vel descēdat cliuos vel scalas velociter vł equitet equum duriter ambulantem, vel ponat ventosas siccas super locum doloris gradatim descendendo cū ipsis per inguina & pectinem vsq ad principium colli vesicæ. Sic nanque lapis exibit cum vrina, deo volēte. Si autem lapis ad vesicā descenderit, & in eius collo fixus steterit propter sui magnitudinem et lateris obliquitatem: tunc educatur: sicut iam dicetur. Si autem post exitum lapidis cū vrina non sequatur mictus sang. tunc est incolume, & plurimum illud fit, cum lapis est paruus & planus. Si vero sequatur mictus san. propter magnitudinē vel tuberositatem lapid. lacerātis vias, per quas transit: tunc curetur per flebotomiam diuersiuam basilicæ, et medicinis stypticis dictis capitulo de mictu sangui. & quæ dicētur cap. de vlcere in vesica. Sic igitur regatur alternatim cum medicinis dictis, donec lapis totus expellatur, & dolor sedetur. Confert præterea, vt vtaĩ frequenter medicinis soluentibus leniendo: sicut est cassiafistula, & tamarindi, māna, pruna, viol. quoniam intestina euacuant, & vias vrinales mollificant, & dilatant. Neq vtatur hora illa farmacijs acutis: ne forte materiæ ad interiora declinent: imo vtatur vomitu si fuerit possibile, gratia eradicationis & diuersionis. Si autem post hæc omnia dolor nō cessauerit, imo lapis fixus steterit in renibus vel poris: tunc narcotica donabis, quæ doloris sensum auferant infrigidando atq mortificando: quoniam melius est aliquod malum ægris gignere, quàm sinere eos in mortem cadere: vt dicit Galenus vndecimo de ingenio sanitatis. Et huiusmodi sunt philoniū recēs, vel theriaca infra. 6. menses confecta: vel theriacæ. ℥. duas, opij grana. 6. in potu da cū vino calido.

Actus præseruatiuus est vt abstineat a cibis & potibus viscosis: sicut sunt, caseus, panis azymus, vinū rubeum grossum, & a grossis dulcibus: vt sunt ficus, dactyli, carnes porcorum, extrema animaliū, triticum, pasta & frixa omnia in oleo vł butyro: sed vtatur penetratiuis subtilibus: vt sunt carnes laudabiles elixæ, & iura earum condita cum petrosil. & speciebus aromaticis. Bibat vinum album, clarum, purum, lymphatum cum aqua fontis viui. Vtatur quandoq coitu, & proprie in ieiunio: quoniam renes potenter euacuat, similiter & fortificat si fiat vsu moderato. Vtatur purgationibus in principio veris & autumni educentibus humores grossos frigidos, vł adustos præparatis cū suis proprijs digestiuis, prout dicemus capitulo de passiōe artetica, deo dante. Veruntamen ne sub silentio prætercurramus pillulas sublimes educentes arenulas, & earū materiā ex renibus adustā, vel non adustā: q̄ sic fiāt. ℞. seminis erucæ syluestris, milij solis, saxifragiæ, anisi, carui, ameos, maratri: aā. ℥. 1. se. frigidorū communium mundatorum. ℥. 2. cassiæ lignæ, castorei, capparis, cinamomi, ciperi. aā. ℥. vnam spicæ. ℈. vnum. se. armel. ℥. ß. serapini bdellij, oppoponaci. aā. ℥. 2. reubarba. boni agarici. ℥. iij. aloes optimi ad pondus omnium, masticis. ℥. vnam: dissoluantur gummæ in vino albo claro, et reliqua puluerisata conficiantur cum eo, & fiant pillulæ minimæ, vt cicer, & detur ex eis sero sine cœna a. ℥. 1. vsq ad. ℥. 2. cū vino calido. Abstineat a somno ilico sup cibū & somno sup dorso, & strictura cinguli plurima & eqtatione superflua, & fatigatione dorsi, vel tractationibus, vel substētationibus, vel coitu supfluo: nō pmittat ventrē siccari, sed ipsū leniat cū suppositorio vel clysteri. Non permittat etiā flegma acuari in vijs vrinalibꝰ: imo ipsū omi die euacuet cū pulue. & syrup. diuretico, q sic fit. ℞.

seminum communium calidorum, quæ sunt anisi, fœniculi, petro. apij, sparagi, brusci, radicum communium calidorũ, quæ sunt radices rerum earundem semi num communium frigidorum maiorũ, quæ sunt cucurbitæ, cucumeris, melonis, citrul. seminum communium frigidorũ minorum, quæ sunt se. end. lactucæ, sca riolæ, portulacæ, ameos, amomi, carui, cymini, dauci, milij solis, saxifragæ, gra minis lactu. maioranę, valerianæ, rub. tinctorum. anã. fiat syrupus cum libra. 1. zuccari: & detur in aurora omni die cum vino albo aquoso. Et si vis aromatizare: pone zinzibe. cinamomi, ligni aloes, folij gariofilorum: baccæ lauri. anã. ʒ. 2. te rantur grosso modo, & ligentur in pãno lineo, & suspẽdatur in syrupo aquæ decoctionis secundæ. Si aũt volueris ipsum acuere: adde cip ari, capparis, acori, aza ri, granorũ iuniperi, cantharidis sine alis & capitibus. ana. ʒ. 1. vel fiat ex omnibꝰ p̃dictis seu pluribus pul. subtil. velut aco hol, vel electuariũ prout maxime sapuerit ægrotanti. Vel vtatur electuarijs di ureticis famosis, quæ dianisi, diacimini, litontripon, methridatum, diacast. bibẽ do post ipsum aliquid vini albi clari. Cõ fert præterea sumere in ieiunio amygda las amaras, vel theriacæ. ʒ. 2. cum vino eodem semel vel bis in hebdomada.

¶ Cura lapidis in vesica est, vt fiant oĩa supradicta in cura lapidis in renibus per ordinem cum reiteratione frequẽtata vi cibus alternatis, donec exierit cum vri na. Si autem oĩa ista non contulerint, imo lapis in meatu virgæ steterit, & viasopilauerit, & vrinæ retentionẽ induxerit dolorosam: tunc injciatur per orificiũ virgæ aliquid ex oleis supradictis. vel muscillaginis altheæ, vel psyllij, vel oleum violarum cum syringa vel sine syringa donec via mollificetur, & dilatetur: & ponatur virga in aqua calida prædicta, vel embroceť cũ aqua & oleo cõmuni mixtis & calefactis, infundendo in eis petias, & inuoluendo virgã totam, & sumen vẽtris, & fricetur locus in quo lapis est, & ad anteriora expellať vna vice post aliam, donec egrediatur. Si vero in medio virgæ steterit, neq; aliquid prædictoꝝ contulerit, & locus apo stemetur vel tumescat: tũc incidatur vir ga inferius sub ea, & extrahatur. Si vero in radice virgæ lapis constiterit in loco, qui est principium colli vesicæ, & vrinæ exitum prohibuerit: tunc scias, ꝙ lapis est durus, planus, magnus non obediens ad frangendum vel educendum: quare oportet, vt incidatur collum vesicæ in lo co eodem cum obliquatione virgę super latus oppositum, & extrahatur, & post hoc consolidetur. Et si extrahi non poterit: dimittatur locus apertus per totũ resi duum vitæ suæ: & cum necesse fuerit vri nare, immittať canula & egredietur vri na, & non incidatur substantia vesicæ: quoniã est neruosa spermatica: quare sequeretur dolor & partium distractio spa smosa: collum autem est carnosum musculosum facile consolidabile. Quod si incisionem facere noluerit: vtputa quia patiens est adultus, in cuius incisione ca dit timor mortis magis, q̃ in pueris propter sensus acuitatem & membroꝝ duritiem: tunc fiat sibi cura blãditiua, qua vrina educatur omni hora, cum necesse fuerit, & vita conserueť, quæ est vt æger ponatur in balneo prædicto: vel fomen tetur eius virga cum aqua & oleo tepido tempore longo. Postea resupinetur, & eleuetur virga, & per eius orificiũ intromittatur syringa ad lõgitudinem virgæ vel plus: in cuius concauitate sint tenta vel filum extensum de extremo in extremum: & cum descenderit syringa in cõcauum vesicæ, & lapidem opilantem propulerit: extrahatur tenta, vel filum subito, & minget per syringam: & post expulsionẽ vrinæ completam injciatur per syringã

liquor abstersiuus: vt est aqua decoctionis mellis, se. apij, se. endiuiæ, fœniculi, & similium: vel sicut est oxymel compositum, quoniam vrinam prouocabit, & humores viscosos, qui sunt causa & materia augmentationis lapidis, absterget. Et sunt, qui per solam resupinationē vrinam expellunt sine impositione syringæ. Est autem syringa canna ex auro vl' argento fabricata quantitatem viæ vrinalis virgæ, simul & eius longitudinem continēs vel parum plus grossior in parte qua retinetur, & subtilior in arpte qua intromittitur: per cuius concauitatē transit de extremo in extremum virgula ferrea vel seta porcina vel filum de lana vel pilus equi triplatus, vel aliud simile: & sic regatur per dies residuos vitæ suæ, quotiescumque difficultas euenerit vrinādi. Et si ante iniectionem syringæ euacuaretur venter cum clysteri lubrificatiuo & vnctuoso plus solito, vtile reperiretur.

Emperica. Medicamen completū ad frangendum lapidem in renibus & vesica, si per medicinas frāgi poterit, & educendum cum vrina, sic fiat. Recipe cinerum scorpionum viuorum adustorum in olla terrea noua sicca perfecte obturata, lapidis iudaici, lapid. spōgiæ, lapid. renalis hominis, nitri adusti, lazuli, lapidis hæmatitis, ossis sepię, sanguinis leporis exiccati, pilorum leporis adustorum, cicadarum adustarum, cancrorum adustorum, sanguinis hirci antiqui nutriti tempore longo ex herbis diureticis, mactati in diebus canicularibus, exiccati perfecte super prunas ardentes aspersi cum sale costo sufficienti, ne putrescat, cretæ marinæ, saxifragæ, omnium. aā. partem vnam: seminum diureticorum: seminum communium frigidorum maiorum & minorum mundatorū, radicum diureticarum, agarici, reubarbari. aā. part. ß. terātur omnia subtilissime vt alcohol, & cum zuccaro, fiat pul. vel electuarium de quo sumat omni die in ieiunio. ʒ. ß. vel .ʒ. ij. cum vino albo aquoso. Quod si descriptionem augmentare volueris, adde aliquid ex quolibet eorū, q̄ sunt sicut semen erucæ, semen vrticæ se. nigellæ, se. cuscucæ. se. rutæ. semen raphani, semen dauci, semen genistæ, semē enulæ campanæ, squinanti, scolopendriæ, gentianæ, piperis, aristologiæ longæ & rotundę, salis nitri adusti, granorū saminæ, cassiæ ligneæ, iuniperi, cymini, rubeæ tinctorum. Quod si descriptionem adhuc magis fortificare volueris, adde aliquid ex gūmis calidis: velut sunt galbanum, oppoponacum, aromonicum, bdellium, serapinum: similiter & ex rebus menstrua prouocantibus: velut est myrrha, acorus, azarum. Quod si cum prædictis ponere vis diureticum fortissimū virtutis vltimatæ, adde cantharid. abcisis capitibus & alis, (quæ sunt partes venenosæ) sextam partem vnius. ʒ: Cantharides nanque tāta proprietate vias vrinæ respiciunt: vt plerūque vesicam vlcerent, & ardorem efficiant in vrina: Quapropter cauendum est ab ipsis, similiter & a myrrha, & a gummis prædictis, cū adest mictus sanguinis, & dysenteria, aut fluxus menstruorum aut hæmorrhoidarum. Vt autem medicina iam dicta sit delectabilior sumēti, aromatizetur cum zinzibere, cynamomo, gariofi. spica, calamo, mace, & similibus. Et quidam addunt ameos, amomi, ciperi, capparis, costi, amygdalarum amararum, nucleorum persicorum, & cerasorum, milij solis macedonici, & leuistici, marathri, xilobalsami, carpobalsami, & puluerem auiculę, quæ dicitur apud gallicos cauda tremula: & bene faciunt. Est nanque continens oēs medicinas simplices vrinatiuas, & lapid. fractiuas. Itē experimentū ad hoc est, vt accipiatur lepus viuus, & extrahātur ab eo intestina, & stercus & cū pilis & sanguine & carne tota, sicut est, pona-

tur in olla terrea noua vitriata, & fundatur sup ipsum sang.hirci antiqui non castrati, donec totus fuerit coopertus: Deinde cooperiatur os ollæ diligẽter cũ terra sigillata, & ponatur ad ignẽ tẽpore lõgo, donec totũ aggregatum in cinerẽ cõuertatur, vel rem adustam: tunc extrahatur & puluerisetur, vt alcohol: & det̃ de hoc puluere omni die ℥.1. vel.2. cũ vino diuretico. Itẽ liquor, qui potatur ad idẽ sic fit. ℞. nucleorum persicorum, & cerasorum mundatorum, amygdalarũ amararũ mundatarũ. añ. terantur & imbibãtur cũ aqua clara dulci, vel cum vino diuretico, & exprimatur lac ex hoc mixto, quod potetur in ieiunio. Ad idem cõfert aqua distillationis saxifragæ, milij solis, foliorum & se. apij: senecionis perforatę, tribuli marini, polij, chamepiteos, rutæ, agrestis, teneritatũ vitis albæ, cardi, radicum rubi, corticis genestę, capilli veneris, petro. macedonici, graminis pẽtafillon, scolopendriæ, tamarisci, acori, azari, squinanti, lupuli, eupatorij, endiuiæ, lactucæ, sileris montani, pulegij, hysop. fœniculi, enulæ, radicum quinque communiũ oim. añ. M.1. si sint recentia, ponantur in alẽbico, & distillentur: sicut fit aq̃ rosarũ: de qua bibat patiens aliquid omi die in ieiunio: & cum ipsa inungat renes, & vesicã atque alkatim totã. Si vero res omnes haberi non possint recentes, verbi gratia, vt in hyeme: tunc infundantur res siccæ per diem & noctem vel amplius in vino albo claro: postea distillentur sicut prius. Hic nanque liquor potẽter vrinam prouocat, flegma viscosum subtiliat, arenulas dissipat, vias elargat, & renes purgat. Oleum de scorpionibus, q̃d inunctũ super renes & infra vesicam iniectum per syringã lapidẽ frangit & expellit, sic fit secundum Ioan. Hebeme. in suo antidotario. ℞. scorpiões viginti numero plus vel minus iuxta ipsorum quãtitatem: & pone in vase vitrio, & pone super eos olei amygdalarum amararũ lib.2. & stringe caput vasis, & dimitte in sole diebus triginta: tunc cola & vtere. Alius modus eius secundum ipsum. ℞. aristologiæ rotundę, gentianę, ciperi, corticum radicis, capparis. añ. ℥.1. funde super ipsa olei amygdalarũ amararũ. kist. .1. & dimittatur in sole diebus viginti: deinde projce super ea scorpiones a decẽ vsque ad quindecim iuxta ipsorum quantitatem, & iterum stringe orificiũ, & pone in sole. 30. diebus: deinde cola & repone. Est enim mirabile, si de ipso patiens inungatur postq̃ tina egredit̃, & de ipso injciatur aliquid per syringam. Oleum autem de amygdalis amaris ad idẽ conferens sic fit. ℞. amygdalarum amararum mundatarũ ab vtroque cortice, quãtum vis: terantur contritione vltima, & fac pastam ex eis, & dimitte in loco calido per quinque horas: tunc iterum tere, & pone in torculari, & exprime, & emanabit oleum. Si autem in vase duplici decoxeris sicut per horæ spacium, & deinde expresseris in torculari, manabit abũdantius: Aut si amygdal'. contritis saccu los impleueris, & sub cinere calido, aut arena calida inter pannos sepelieris, & postea expresseris: abundabit. Est nanque hoc oleum apertiuum opilationum, carminantiuũ ventositatum, lenitiuũ asperitatum, mollificatiuũ duricierum, decoratiuum coloris: & plurimum conferens dolori aurium atque surditati, & tinnitui si de ipso fundatur in aurem. Et eodem modo fit oleum de amygdalis dulcibus, sed non est tamen conferens in hoc casu. Est tamen magis lenitiuum & humectatiuum partium siccarum durarum vel asperarum: quare confert raucedini, & tussi, phthisi, &c.

Canones. Non est conueniens, vt negligatur cura doloris renum & vesicæ etiam cum anodinis & stupefactiuis. Et si non aliter: quoniam post mẽ

sem vnũ perducit ægrum ad hecticã cũ assiduatione doloris: & quandoq; vulnerat vesicam, & inducit vrinæ ardorem, et forte si dolor vltimetur, perniciem. Itẽ prouocat etiam hæmorrhoid. vel menstrua, in corpore consueto, confert: quoniam materias grossas adustas vel nõ adustas euacuat, & diuertit: vnde Hippocrates quinta particula aphorismorum. Melancholicis & nefreticis hæmorrhoides innatæ, bonum.

Prognosticatio. Si lapis in renibus vł poris steterit, & vrinam prohibuerit, & dolorem fortem induxerit, neq; per se neq; per artem exierit, mortale. Item lapis, calculus & arena in renib⁹ & vesica, similiter & vlcera in ipsis, raro perfecte curantur, & proprie si fuerint antiquata: quod quidem contingit propter materiæ grassiciem vel adherentiã, viarũ angustationẽ & membrorum profunditatem: Et si corpus fuerit senex, nunq̃ curatur propter causæ fortitudinem & virtutis defectionem: vnde Hip. 6. par. apho. Nefretici et circa vesicã dolẽtes laboriose sanãt in senibus. Et intellige senes oẽs q sunt vltra. 40. annos.

De diabete siue diarria vrinæ. Cap. IIII.

Diabetes est multiplicatio vrinæ superflua ex renũ caliditate proueniens cum nocumento virtutis attractiuæ atq; digestiuæ, quæ in eis sunt propter quod ab antiquis nuncupata est diarria vrinæ. Signa eius, sunt sitis fortis assidua: & quando post potum aquæ vł alterius liquoris fit ilico mixtura plurima replens vrinale, neque humectantur os & labia propter potum hora aliqua: Et est vrina alba subtilis, sicut aq̃ propter simplicitatem eius atque cruditatem, & extenuatur cum ea corpus de die in diem.

Methodus. Cura eius est infrigidatio renum pro posse, & debilitatio virtutis attractiuæ in eis: quod fit cum emplastro facto ex rof. terra sigillata, sang. drac. psyllio, sandalis pistatis, et cõcassatis cum aceto & aqua rof. infundendo petias in ipsis, & actu frigidas ponendo super loca renum: vel cum emplastro facto ex summitatib⁹ rubi & vitis albæ, & fol. solatri & sempiuiuę & plãtaginis coctis in aqua & aceto, & pistatis & incorporatis cum farina ordei vel cum vnguento, quod. ℞. populeon, olei rof. olei viol. olei nenuph. ãn. part. ęquales. muscillaginis psyllij part. 2. ceræ q̃d suffecerit. Et si vis fortificare magis, adde dragaganti, karabe, gummi arabici, aquæ rof. & camphoræ: & cum eadem inungatur pectus & spina tota, si corpus plurimum extenuet: quoniã marasmũ prohibet, vel retardat. Sit in aere frigido humido omni hora, & ingrediatur aquã frigidam ter in die vsq; ad vmbilicum, si corpus sit carnosum aliq̃liter: Et dormiat resupinus super terra vel lecto strato viol. rof. salicibus, & herbis frigidis: Vtatur trochiscis de karabe dictis capi. de mictu sanguinis: & trochiscis de alkekengi dictis ibidem: quoniam sanguinem ingrossant, calorem reprimũt, attractiuam diminuunt, & sitim extinguunt. Fiãt oĩa dicta ca. de macie renũ, vitet omnia diuretica atq; vrinatiua, & coitum omnino. Et vtatur lenitiuis, donec materiæ diuerrantur: sicut sunt pulmẽta ordei vel farris vel auenæ condita cũ amylo, penedijs, amygdalis dulcibus, & zuccaro, vtatur stypticis alternatim, sicut sunt lentes, caules, carnes assæ vel elixæ cũ myrtillis & sumach conditæ cũ sumach & berb. vel suc. gran. vel agrestę, vtatur cibis vt plurimũ nutriẽtibus: sicut sunt tesuculi gallorum nondum coeuntium, vitelli ouorum recentium, extrema porcellorũ: vtaĩ alterãtib⁹,

sicut sunt cancri fluuiales, pisces petrosi, lac recens vstulatum. Bibat aquã ordei, vel prunorum damascenorum, vel vinũ rubeum ponticum lymphatũ cum aqua pluuiali. Sumat omi die in ieiunio de hac mixtura. ℞. rosatæ nouellæ, diarrodon abbatis, zuccari ro. zuccari viol. triasan dali. ana. partem. 1. dianisi. par. ß. gratia directionis.

Emperica. Communiter operantes faciunt laminam plumbeam latam, valde subtilem, spissam, perforatam, sicut cribrum, quam patiẽs deferat sup renes firmatã cũ fascia omi tẽpore.

Prognosticatio. Solicitandum in cura passiõis statim a principio: quoniam si perdurauerit, calorem inflammat, humiditates exiccat, & feb. hecticã inducit. Item si diabetes superuenerit in fe. acuta vel nõ acuta post signa digestionis & in die cretica: nullatenus restringatˀ, imo fortificetur cum aqua cicerum vel pisorum, si natura pigritauerit: quoniam creticus est, & naturalis.
Si vero ante signa digestiõis & in die nõ cretica, & cũ debilitate virtutis assidua, & corporis arefactione, restringatur: qm̃ symptomaticus est, & corpis colliquationẽ significat, & proprie si superficies vrinæ apparuerit oleaginea.

¶De macie renum. Ca. V.

MAcies renum est consumptio adipis stantis circa renes cum exiccatione humiditatis, quæ est in eis. Stat nanq pinguedo quædam condensata circa renum partem concauam: quemadmodum & circa basim cordis, non frustra generata, sicut & in alijs mẽbris nostri corporis, sed industria naturæ regulãtis totum potius fabricata, gratia defensandi ipsa a marasmo: quoniã ad eorum arefactionem sequitur arefactio corporis totius. Fit autẽ macies aut propter coitum superfluum, aut propter dominantẽ calorẽ, q in ipsis est: aut propter famem, & priuationem nutrimenti. Signa eius communia sunt paucitas appetitus coitus, vel impotentia ad illud, & si appetitus fuerit aliqualiter lacessitus: & multitudo vrinæ cum albedine ipsius & vnctuositate et extenuatio corporis plus solito: sitis assidua, dolor in dorso nõ fortis: quoniam substãtia renum non sentit. Est ergo non dolor proprie, sed virtutis defectio partis eiusdem, sicut post exercitium et laborem. Si autem fuerit propter coitum, vl' famem superfluam: patet ex relatione infirmi. Si propter malam complexionem siccam innatã vel fluxam: patebit ex priuatione causarum primitiuarum iam dictarum.

Methodus. Cura eius ex quacũq causa acciderit: eadem est, vt scilicet habeatur intentio ad impinguationem renum & corporis totius: quod fit ex esu multum & subito nutrientium: sicut sunt pisces petrosi recentes, & proprie assi: & iura carnium laudabilium inspissata cum vitellis ouorum, condita cum cinamomo, cardamomo, liquiritia & croco & pultes ex simila conditi cum amylo, penidijs, lacte recenti capræ, vel amygdalis dulcibus: & sicut sunt oua sorbilia, testiculi gallorum, vel arietum & hœdorum: auellanę, ficus siccæ pingues, fistici, pineæ, dactyli, & vinum rub. dulce, & lac calidum ex mamillis mixtum cum zuccaro & mica similæ: & sicut est balneum aquæ dulcis tepidũ post 2. duas horas sine mora in ipso, & cum exire voluerit: vngatur corpus totum ex oleo ro. vel viol. vel nenuph. & post vnctionem spargatur aqua frigida super ipsum: qm̃ calorem naturalem adiuuat: & tunc dormiat sup lecto molli ĩ aẽre frigido humido vel temperato. Et si fuerit aqua decoctionis maluarũ viol. salicis, populi, magis confert: vtaˀ somno lõgo post ipsum, otio gaudeat & quiete. Abstineat pro

posse a coitu & flebotomia & solutione ventris: quia vbi indigētia, non oportet laborare: similiter & a prouocātibus vri nam, & proprie diureticis: quoniam ad-dunt in exiccatione vehementer. Sinapi vel aceto, non vtatur nec acuminibus, nisi forte gratia prouocatiōis appetitus: vtatur multiplicātibus sperma: sicut est diasatirion, diadragāti, & omnia quæ di cemus ca. de deminutiōe coitus. Vngan tur renes et spina dorsi tota cum vnguen to, quod sic fit. ℞. olei rof. viol. aā. ℥. I. butyri recētis sine sale. ℥. 2. adipis anseris, anatis, gallinæ. aā ℥. I. adipis renum, hœdorum & arietū. aā. ℥. duas. ceræ. ℥. I. dissol-uantur omnia in casola, & colētur, & re seruentur: vel cum vnguēto tali. ℞. cro ci. ℥. I. populeon, dialtheæ. aā. ℥. I. muscil laginis psyllij, butyri recentis. aā. ℥. 2. mi sceantur: & si vis resistere magis calefa-ctioni, adde camphoræ. ℈. I

Emperica. Cura huius ægritudinis tri-bus intētionibus perficitur. Prima in extinctione caloris assantis: Se cūda in alteratione siccitatis marasman tis: Tertia in multiplicatione spermatis renes confortātis: prima colligitur ex ca. de phthisi, & ca. de feb. hectica: secunda ex cap. de debilitate stomachi. parag. de complexione mala & sicca: & ca. de di abete: tertia vero ex cap. de diminutione coitus. Item sciendum est, ꝙ si scripta in capitulo de spasmo, & proprie de inaniti one, & scripta ca. de phthisi, & de debili tate stomachi sicci, & de duricie renum, & ca. de feb. hectica simul aggregentur: integrabit̃ perfecte renum humectatio, & impinguatio; prout est fieri possibile per artem: quoniā siccum humectare de numero difficillimorum est, propter hu-miditatē esse caliditatē modicū actiuā.

Canones. Hæc passio fortibus indiget medicinis, atq; penetrātibus & adhærētibus: quoniam facilius est hu midum exiccare, ꝗ siccū humectare, vt dicit Gale. 7. de ingenio 2. ca. & proprie, vbi siccitas stat cū caliditate: quoniā tūc est opus duplici intentione. Siccitas nãq; est lima caloris & calor quoq; est fornax siccitatis: vt di. ibidem.

Prognosticatio. Solicitādum in cura huius passiōis statim a principio: quoniam si antiquetur, & cō firmetur non curat̃: ergo perducit corpus ad tabē & fe. hecticā & demū ad mortē.

De opilatione & duritie renum. Cap. VI.

Fit autē propter flegma grossum vi scosum adhærēs renibus et poris vri tidibus, aut propter apostema con-uersum in sclerosim. Signa eius propter flegma grossum, vel melancholiam, vel compositum ex ijs: sunt paucitas vrinæ amplior debito vel solito cum albedine & subtilitate ipsius: & dolor grauatiuus in spondilibus dorsi circa locum renum: Et si in illa passio prolonget̃: incipit ven ter inflari, & vrina magis ac magis reti neri, & sequitur hydropisis ascites. Signa eius propter apostema scleroticum: sunt antecessio apostematis in renibus cum si gnis proprijs: propter quod dū antiqua-tum fuerit, non sequetur resolutio, & do loris grauatiui cessatio, neq; saniei visio in vrina, imo remansit grauitas in alka-tim, & cū hoc minoratur vrina, & ven-ter inflatur.

Methodus. Cura eius propter flegma grossum, vł melācholicā, vel compositū ex ipsis est, vt educat̃ ma teria: & digeratur: sicut dicemus cap. de arthetica, parag. de causa frigida. Confe rūt etiā pillulæ dictæ ca. de lapide in reni bus. para. de actu p̃seruatiuo: qm̄ educūt materias grossas, et frangūt lapidē. Con fert etiā pro digestiuo oxymel cōpositū datū cū aq̃ decoc. se. diureticorum post pur gationis aliq̃t. Vtat̃ pul. & syrupo diure ticis, di. ca. de calculo in renib. & vesica.

Et plura dicemus ca. de sursa et dyssuria. Item vtatur dianisi, diacastorei &c. fiat emplastrum super renes ex malua, bismalua, & milij dictis ibidē: vngatur cū vnguento facto ex adipibus, dicto cap. de macie renum. Et si ipsum magis fortificare volueris in mollificando & penetrando, adde medullam cruris vituli, vel cerui, vel tauri, & aliquid aceti acutissimi. Cura eius propter apostema sclerotícum, licet sit difficilis, est. Sumat omni die bis hora maioris inanitionis stomachi de syrupo mollificatiuo et resolutiuo: sicut est oxymel compositum datū cum aqua decoc. ordei et meliloti, vel se. mal uauisci. Purgetur vicibus alternatis parꝫ post parum cum benedicta laxatiua, vel cū oxymelle acuato cū. ʒ.2. reub. boni. In vnguentis & emplastris fi. sicut prius.

Emperica. Electuarium bonum mollificatiuum lenitiuum resolutiuum & vrinatiuum sic fit. ℞. pinearum mund. amygda. mund. auellanarū, succi ligritiæ, peni. amyli. dra. se. altheæ, se. li. se. mal. capilli veneris. añ. ʒ. ß. mannæ, tamarind. añ. ʒ. 2. saxifragæ, milij solis macedonici, pullegij, anisi, feñ. sileris mōtani rad. enulæ. añ. ʒ. iij. se. apij. se. feñ. se. anisi. se. petrosil. semi. ameos, amomi. añ. ʒ. 2. lapidis spongiæ, lap. iudaici, cicadaꝝ, san. hirci antiquissimi, armoniaci, serapini, oppoponaci, bdellij. añ. ʒ. 1. reubar. optimi. ʒ. ß. zuccari vel mellis quod suffecerit. Et si vis aromatizare, adde zz. gariofil. cinamomi, cardamomi, calami aromatici. añ. ʒ. 2. terantur: detur ex ipso mane & sero. ʒ. 1. cū vino al. aquoso ī causa flegmatica, vl' melācholia, sed cū aqua decoc. se. altheæ & mellis ī sclerosi.

Canones. Non sis præceps in vsu diureticorum vel resolutiuorum, sed vicibus alternatis intersere mollificatiua, ita vt mollificatiua dominentur in proportione sesquialtera, vel dupla, q̄d securius est: quoniam in timore mollificationis raro contingit excedere in mollificando, vt plurimū vero in resoluēdo.

Prognosticatio. Opilatio recēs curationis est facilis: Antiquata vero, quæ durities dicitur: difficilis. Sclerotisatio autem curationis est impossibilis propter inobediētiam, & morbi profunditatem, & viarum longitudinem immensam. Item opilatio renum inducit primo stranguriam: secundo dyssuriam: tertio hydropisim perniciosam, cuius causa remoueri non potest.

¶ De apostematibus renum & pororum & vritidium. Cap. VII.

Apostemantur renes, sicut & membra alia ex cōgestione humorum peccantium in quanto & quali in venis, & arterijs ipsorum, vel decursu ipsorum humorum per ipsas. Et fit ex omni genere quatuor humoꝝ, vel vt plurimum tamen ex commixtione flegmatis. Signa eius, sunt febris continua permixta, & cum horripilatione non habēs paroxysmum, & sensatio doloris grauatiui alKatim: quasi esset aliquid in eo suspensum, cum præcipitur ægro vt iaceat supinus: & minoratio vrinæ omni die: Et si apostema sit magnum, superuenit stranguria, & surgit tumor circa epar propter vrinę regurgitationem. Et scias, quod licet ad quodlibet apostema membroꝝ interioꝝ sequatur feb. propter cōtinuam transpirationem fumorum capnosorum ad cor ipsum inflammantium: attamen si membrum propinquum fuerit: vt pulmo, pleura, stomach^a, epar, splen: fit feb. continua acuta. Si vero remotum fuerit, vt renes, surget fe. continua permixta, id est non acuta, nisi membrū fuerit neruosum: sensitiuū: vt vesica, vel matrix, vel principale, et nobile: vt cerebrū, & testiculi: vel materia acuta calida: tūc nanq̄ fiet feb. inflammationis intensæ.

Methodus. In principio huius aposte. fiat flebotomia, diuersiua ex

basilica partis eiusdē, deinde ex basilica brachij dextri. Et si corpus fuerit sanguineū, & virtus constās: extrahatī sang. plurimus vt diuersio ptingat ad renes. Post flebotomiā fiat emplastrū repercussiuū ex ros. sanda. . semperuiua, solatro, extremitatibus rubi & vitis albæ coctis, & pistatis, & incorporatis cum farina ordei & plantagine ponēdo tepidum super locum, & addatur aliquid aceti fortissimi propter penetrationē. Epithymetur cum sandal. ros. bolo ar. terra sigillata īfusis in aqua ros. & aceto vel succis rerū prædictarū. Nutriatur hora illa cucurbitis, cucumeribus, melon. citrul. farina ordei vel auenæ coctis cum lacte amygdalarum dulcium & aceto. Bibat aquam ordei, vel prunorum siccorum, vel seminum frigidorum. Sumat in aurora syrupum de nenupha. vel ros. cum eisdem rebus: & sic regatur, donec apostema euitetur, si fuerit possibile. In augmento vero, quod est post dies quatuor, addatur in emplastro aliquid ex anodinis resoluentibus reliquias fluxus, quæ sunt flor. chamomillæ, mellitorum, semen lini, farina fœnigræci, anethi et similia. Et si videris in eis profectum, fortifica ipsa versus statum, & adhuc plus in declinatione, donec perfecte liberetur. Si vero non videris in repercussiuis profectum vsq; ad diem septimum vel octauū: imo tunc febris acuitur, & dolor: quia tunc sanies generatur, tunc incipe aliam curam, scilicet digestiuam & maturatiuam per interius & exterius. Fiat igitur emplastrū ex malua, althea coctis et incorporatis cū oleo anethino & chamomillino. Et si vis ipsum fortificare: adde exungiam recentē porc. vel butyrum, vel adipem anseris & gallinę. Et si vis ipsum magis fortificare in maturādo et saniē generādo, adde amygdalas amaras, dragag. gūmi arab. se. nasturcij qm̄ sanies gn̄atur ex humoribꝰ p adustionē: sicut cinis ex lignis viridibus, vt dicit Gal. in cōmen. illius apho. 22. parti. Circa gn̄ationē saniei. Et plura maturatiua diximus ca. de apostemate stomachi. parag. Methodus. Et si times fe. inflammationē, pone in emplastro farinā ordei et tritici. Bibat hora illa aquam decoctionis ordei, & seminis altheæ, maluæ, et endiuiæ, et lini: quoniam maturat et lenit: & non dimittatur venter restringi, sed leniatī cū clysteri lenitiuo dicto ca. de bolismo, & ca. de frenesi. Purgetī etiā quandoq; cum medicina lenitiua nō acuta, sicut est cassiafist. tamarindi, manna dissoluēdo ex aliquo ipsorum. ℥. 1. vel. 2. in aqua calida decoctionis lactucæ, prunorum & silium. Et potest addi zuccarū vil. vel syrup̄ viol. Si autē vis acuere medicinam, adde reubarb. boni. ℥. 1. in pul. vel purgetur cum ℥. ϛ. benedictæ laxatiuæ vel hierapicræ Gale. dando in sero cū aqua calida: & sic fac donec ad statum & maturationem perfectam saniei deuenerit: quod scies, qa fe. lentescit, & superueniunt rigores, & remanet grauitas in dorso. Tunc fiat ruptura per artē, si per se non euenerit, nec sanies in vrina visa fuerit. Conquassetur ergo corpus infirmi & tractetur manibus comprimendo: & si non sufficit, erigatur, & præcipiatur vt saltet. Et cum visa fuerit sanies, dentur primo styptica lauatiua in potu: sicut est aqua decoctionis mell. & seminis apij, vel oxymellis compositi. Post dies vero duos à ruptura dentur vicissim consolidatiua: sicut sunt trochisci de karabe, vel alkekengi dicti capitulo de mictu sanguinis, & saniei. Vtatur hora illa lacte calido ex mamillis mixto cum melle & zuccaro. Confortetur hora illa cum carnibus laudabilibus conditis cum sinapi & melle, vel pulte ex amylo & penidijs & farina similæ cōditis cū lacte amygdalarum amararū: quoniam omnia ista confortant, & mundificant vlcus. Bibat hydromel, vel vinū album

lymphatum cum hydromelle. In fine vero fiāt emplastra cōsolidatiua dicta ca. eodem: vel emplastrū, quod sic fit, ℞. thuris, masticis, mummiæ, myrrhæ, boli armenici, gummi arabici, dragaganti, sang. drac. gallarum, ciperi, mutila. & ceræ quod sufficit. Terantur gummę vt alcohol, & dissoluantur in oleo & cera ad ignem in casola, & fiat cerotum vel vngnentum. Et scias, quod vnguētum magis penetrat propter subtilitatē suæ substantiæ. Si autem omnia a principio dicta non contulerint, & grauitas de die in diē augmentata fuerit, & vrinæ difficultas sine feb. vel modica: tunc apostema tendit ad sclerosim: quare tunc procedatur, vt diximus ca. de opilatione & duritie renum.

Canones. Hoc apostema, sicut & q̄dcumq; aliud, aut permutat ad locum alium nobilem magis, & ignobilem, aut stat: Et si stat aut terminatur ad resolutionem, & est salubre: aut ad saniositatem, & est difficile: aut ad sclerosim, & est mortale. Et ex hoc trahitur canō vtilis in opere, scilicet q̄d post vsum repercussiuorum per dies quatuor, debet medicus primam habere intentionē ad resoluendum. Et si non proficit in eis vsque ad dies septem vel circa id, transeat coactus ad maturandum. Et si non proficit per id vsq; ad dies quadraginta vel qnquaginta vel sexaginta, procedat desperatus ad mollificādum. Item ad apostema renū, matricis & ani, sequitur strāguria propter vesicæ cōpositionē. Hæc tamen stranguria curari non potest medicinis circa vesicam exhibitis: quoniā ibidem non est eius causa. Vnde Hipp. 5. part. aphor. In ano flegmonem patienti, & matrice flegmonem habenti stranguria superuenit, & in renibus habentibus saniem stranguria superuenit.

Prognosticatio. Apostema renū si terminetur ad resolutionem salubre: si ad dubellati & rupturā timorosum propter morbi lōgitudinem & doloris & feb. intensionem, & vlceris difficilem consolidationem, & vrinæ nitrositatem præterfluentis pręcedientem. vnde Hipp. 6. part. aphor. Nefretici & circa vesicam dolentes laboriose sanantur in senibus. Si autem terminetur ad lapidificationem, mortale. Item si ad apostema renum sequatur tumor ventris magnus: hydropisim minatur perniciosam, sicut est hydropisis, quæ fit propter apostema durum epatis vel splenis. Item si in apostemate renū superuenerit fluxus hæmorrhoidarum, vel menstruorum in corpore consueto per se vel per artē, salubre, & proprie si sit cum alleuiatiōe fe. & doloris. vnde Hipp. ibidem. Melācholicis & nefreticis hæmorrhoides innatæ bonum. Est enim nefresis nomen generale ad omnem renum passionem, sicut nefreticum est nomen ad medelam omnium passionū in renibus q̄rumcūq;, &c.

¶ TRACTATVS SEptimus de passionibus vesicæ.



VEsicæ passiones sunt sex in genere. Prima scabies siue vlcus: Secunda ardor vrinę: Tertia stranguria: Quarta dysuria: Quinta exitus vrinæ insensibilis: Sexta apostema: Nā de lapide & arena diximꝰ in vesica: vbi de renibus loquebamur. Cū autem dico vesicā, intelligo eius duas tunicas, ex quibus componitur, & collum ipsius, quod in viro virga dicitur, & in fœmella collum matricis, modo tamen peruerso. Nā in masculo collum vesicæ est via principalis: vasa autem spermatica a testiculis ascendentia circa medium virgæ lateraliter cum ipso cōcurrunt, vnum a dextris, aliud a sinistris. In fœmella vero

collum vesicæ est equitās collum matricis: ita vt apud vuluā vnica via efficiat.

De scabie & vlcere in vesica & virga virili. Cap. I.

Scabies in vesica vel virga fit ex vlcere: vlcus autem fit aut post apostema saniosum eruptum: & de ipso dicemus ca. de apostemate in vesica & virga: aut propter materias calidas nitrosas corrodētes partes quas diu ibi pertranseunt vel morantur, sicut est flegma salsum, & cholera. Signa eius sunt: quoniam si sint istæ passiones in vesica: sentit æger dolorem circa sumen & pectinē cū extenuatione corporis totius, & egreditur sanies mixta aliqualiter cum vrina: licet non adeo perfecte, sicut apud vlcus in renibus: de quo diximus ca. de mictu sang. & saniei: quoniam quanto via longior fuerit, tanto melius res viaticæ cōmiscētur, & inest ei fœtor: & si antiquetur, egrediuntur cum vrina & sanie squamæ subtiles albæ, vel cortices parui similes furfuribus: vnde Hip. 4. par. apho. Quibus vrina pingui existente, furfurea minguntur, ijs vesica scabit statim post. Si sangu. aut pus mingunt & squamas. odor grauis, sic vlceratiōes vesicæ significat. Si autem prædictæ passiones sint in collo vesicæ: sentit ęger dolorem in radice vel medio vel capite vesicæ, vel apud labia vuluæ vel circa id, quādo mingit, & vrina labitur super vlcus, & egreditur sanies ante vrinam. Et scias, quod dolor est fortior in vlcerib9 vesicæ & colli eius, quam in vlceribus renum & pororum vriditum propter istorum membrorum maiorem sensationem.

Methodus. Cura amborū est eadem. Perficitur autē duabus intentionibus: vna in curatione morbi, q̄ est vlcerum mundificatio, & post hoc cōsolidatio: Alia in curatione accidentis, q̄ est doloris & ardoris vrinæ mitigatio. Cura morbi est, vt a principio digerātur materiæ acutæ cum syrupo de fumo terræ, & post hoc euacuentur, prout dicem9 ca. de scabie & pruritu corporis lib. 2. si deus voluerit. Post hoc procedatur ad remedia localia. Bibat igitur patiens omi die in aurora. ℥. iij. vel circa id, de potu lenitiuo: sicut est aqua decoctiōis ordei, se. altheæ, se. maluæ, liquiritiæ bene colata. Et si vis, adde ex vrinatiuis lenibus se. cōmunia frigida maiora, vel minora: vł sumat eadem hora aliquid ex cibis lenibus (sicut sunt iura gallinarum pinguia, vel pultes ex amylo, penedijs, farina similæ) conditis cū lacte amygdala℞ dulcium, vel cum oleo ea℞. Post ista vero per duas horas intret balneum leue: sicut est aqua decoctiōis maluæ, altheæ, viol. populi, salicis, brancæ, vrsinæ, vngulæ cabalinæ, siclę, atriplicis, mercurialis, et mingat in balneo: quoniam vlcus mundificat cū lenitate. Et ex eisdem rebus fiat emplastrum cū oleo chamomillino, quod tepidum ponatur super sumen & virgam post exitū a balneo: & vngatur cum dialtheę, & populeon mixtis. Post q̄ hoc feceris per dies aliquot, erit ad mūdificatiua fortiora procedendū. Bibat igiť patiēs hora prædicta hydromel cū vino albo subtili, vel aqua decoctiōis ficuum siccarum pinguiū. Et fotius est illud oxymel cōpositum, si non timueris ampliationem vlceris: debilius autem illo est lac asinæ vel caprę, si bibatur calidū ex mamillis, post q̄ in eo extinct9 fuerit calybs, vel lapis ignitus tribus vicibus, addito post hoc aliquantulo mellis vel zuccari. Et simile huic est vinum album subtile lymphatū cū aqua decoctionis ordei, vł se. frigidorum: deinde gradatim perueniendum est ad localia proxima. Injiciať ergo cum syringa primo hydromel purum, vel aqua decoctionis cicerum & pisorum: quoniam omnia ista saniem abstergūt. Et cū æger minxerit ista, injiciať

ilico cum syringa vnus ex trochiscis de akekengi dictis ca. de mictu sang. & sanici dissolutis in aqua liquorum eorundem: quoniam mundificat, mitigat, & consolidat, & cum minxerit: alternent iterum lauatiua. Deinde in fine addātur consolidatiua fortiora: sicut sunt trochisci de karabe dicti ibidem dissoluti cum eisdem. Et si sumeret istos trochiscos cū ijsdē liquoribus per supius in aurora, cōferrent: vel inijciatur collyrium album Rasis in suo antidotario, cū lacte quidē: quādo dolor est vehemens, cum aqua vero mellis & ficuū, cū est sordities plurima in vesica: quod sic fit. ℞. cerusæ, sarcocollæ, thuris, gummi arabici. opij, sang. drac. aā. ʒ. I. fiāt sieff in forma, sicut auellanæ cum muscillagine seminis altheæ, vel psyllij, vel se. citonioꝝ cum lacte asinæ, seu mulieris: & sic vicissitudinentur mūdificatiua, donec patiēs liberetur perfecte. Cura accidentis dicetur proximo sequente ca. Cōfert præterea iniectio cū syringa rerū frigidarum leuium, sicut est muscillago se. citoniorum, se. psylij, se. altheæ: & sicut est oleum rof. mixtū cū lacte mulieris, & instillatio olei rof. mixti cum populeon. & proprie, si dolor sit in parte colli anteriori.

Emperica. Coitus vsu moderato factus, & proprie in ieiunio confert, vias mundificando: immoderatus autē, vel inordinatus nocet, materias attrahendo, & mēbra debilitando: nocet vsus acuminū: sicut est sal, cepe, allia, sinapi, acetū. Nocēt etiā diuretica acuta: sicut est se. apij, brusci, sparagi. Conferūt in principio cibi lenitiui: vt pultes ex amylo, vel farina ordei, vel auenæ. Similiter & medicinæ leues, vt tamarindi, cassia f. vio. pruna. In fine vero glutinosa viscosa, si epar non impediat: vt est caro porcoꝝ recēs, sine sale vel modico. & extrema animalium, & pulmentum ex riso vel tritico conditum cum butyro, vel adipe renum caprarum. Conferunt prætere a vnguenta incarnatiua exterius super locum, & proprie si vlcus sit in virga: sicut sunt vnguentum album, & vnguentum fuscū Nicolai, & proprie in declinatione morbi. Vtatur sępe in ieiunio hac mixtura. ℞. dragagāti, zuccari ro. rosatæ nouellæ, diarrodon abbatis. ana. partē vnam: dianisi partem. f.

Canones. Licet in vlceribus vesicæ & renum conferant medicinæ exhibitæ per superius & inferius, per interius & exterius, tam lenitiuæ, q̄ cōsolidatiuæ: nulli tamē dubium medicinas tanto melius operari, quanto melius & vicinius accesserint ad particulā læsam. Et idcirco in passionibus renū magis conferūt exhibita per supius q̄ inferius: in passionibus vero vesicæ, econuerso.

Prognosticatio. Istæ passiones si perdurant, raro curantur & proprie in senibus: vnde Hip. 6. part. aphor. Nefretici & circa vesicam dolentes, laboriose sanantur in senibus. Et intellige per senes tertiam & quartam ætates: quoniam vesica cum sit membrum spermaticum frigidum naturaliter, magis fiet frigidum per ætatem: vlceribus aūt frigidū est mordax, vt dicit Hipp. 5. part. aphor. Ad hoc etiā facit trāsitus vrinæ assiduæ corrodentis. Itē in scabie vesicæ si cortices grossi exierint cū fœtore vrinæ plurimo, difficillime curatur. Sicut igitur tale signū in vlceribus intestinoꝝ minatur, quia æger ex eo moritur: ita in vlcere vesicæ certificat, quod passio ægro commoritur: Vnde Hippocra. 6. part. aphor. Vesicam incisam, aut cerebrū, aut cor, aut diafragma, aut epar, aut renes. aut ītestinoꝝ aliquod graciliū aut stomachū, mortale: & hoc verū est vt in pluribus, & proprie in substātia vesicę. Itē vrina hecticoꝝ & vrina scabiētū in vesica sunt similes ī vnctuositate superfici ei, & cōtētis sq̄mosis. Caue ergo ne decipiant te, vt dicit Hippocrates secundo prognostic. distingue ergo per fœtorem

&dolorem, quæ non sunt in feb: hectica.

De ardore vrinæ. Cap. II.

ARdor vrinæ est mordicatio partis vlcerosæ a re nitrosa proueniens, currente super ipsam simul cũ vrina, siue sit vesica, siue collũ eius, siue caput virgæ, siue vulua, siue renes & pori eius: propter quod sentitur dolor acutus in parte eadem, & proprie in fine exitus vrinæ. Fit aũt ab humoribus acutis: vt sunt flegma salsum, & chol. aut a sanie. Et scias istud accidẽs stare posse cũ morbis diuersis. verbi grã, cum vlcere in renibus, cũ scabie in vesica, cum vlcere in virga: cum stranguria: propter quod eius cura singulis earundẽ passionũ capitulis sublimiter suffragatur. Signa ei⁹ patent ex relatione patientis cũ antecessiõe signorum prædictorũ, & sensatione doloris in loco læso.

Methodus. Cura eius perficitur duabus intensionibus: vna est cura morbi, cuius est accidẽs. Alia est cura sui, q̃ dicemus. Digerat̃ igitur a principio humor acutus cũ syrupo de fumo terræ. Et purgetur post hoc cum pillulis similibus, prout dicemus ca. de pruritu corporis lib.2. Deinde procedatur ad localia cõmunia: quare ingrediatur ęger tinã (cum patitur) aq̃ dulcis tepidę vel aquę decoctionis maluæ, altheæ, populi, salicis, se. lini, psyllij, & omnium infrigidantium cum lenitate: & ante balneum, vel in balneo sumat .1. ex trochiscis vrinatiuis lenitiuis: sicut sunt trochi. alKekẽgi dicti ca. de mictu sang. & saniei cum syrupo. vioal. ʒ.1. & aquæ frigidæ. ʒ.2. vel cũ vino albo aquoso, vel cum aqua decoctionis seminum communium frigidorum mundatorum maiorum. Vel sumat in aurora & ante cœnam .1. ex trochiscis de seminibus frigidis: qui. ℞. seminum cõmuniũ frigidorũ maiorum: q̃ sunt se. lactucæ, portulacæ, endiuiæ, scariolæ añ. ʒ.1. se. iusquiami, se. altheæ, se. papaueris, se, solatri. añ. ʒ. ß. se. apij. ʒ.2. amygdalarum dulcium excorticatatum, dragaganti, amyli, succi liquiritiæ, boli armenici, acatiæ, añ. ʒ. 1. incorperentur cũ muscillagine psyllij: & detur cum eisdẽ liquoribus, vel cum aqua ordei, vel cum aqua decoctionis prunorum damasc, & viol. vel cum iure pullorum & agnorũ pinguium: quoniã sanguiẽ lenite r abstergendo, & cũ vrina educendo, causam doloris remouet gradati. Nutriat̃ carnibus laudabilibus, & iuribus earum cõditis cum lacte amygdalarũ dulcium, & proprie agnorum, porcorum iuuenũ, pullorũ & hœdorum coctis cum cucurbitis, cucu. malua, bletis & portu. Ex fructibus vtatur cerasis, persicis, ficubus, vuis maturis, prunis & pomis aquosis: si stomachus non prohibeat. Bibat iulep vel hydromel aquosum, vel aquam ordei, vel vinum albũ lymphatum aquosum cum aqua decoctionis seminum communium frigidorum maiorum mundatorum. Et cum eisdem liquoribus sumat omni die in aurora de syrupo rof. vel viol. vel nenuphar. si dolor superfluat. Veruntamen dũ medicatur hic patiens, bonum videretur, ꝙ abstineret ab omni potu pro posse per quinque vel sex dies: ita vt deficeret vrina: quoniam dum superfluit, vlcus elargat, & medicinas in loco suo stare nõ permittit. Quod si pot⁹ sit ei necessari⁹, aut propter sitĩ intolerabilẽ, aut propter saniei abstersionẽ mordicantis vlcus vehemẽter: abstineat pro posse ab acuminib⁹ vt sunt acetũ, agrest. ber. pira põti. mala aust. Similiter & ab acutis, vt sunt pip. sinap. sal. all. cepę, nast. petro. api. vinũ vetus, amatũ, purũ: nisi forte grã digestionis stomachi vł appetitus. Vtat̃ quoq; coitu sed raro: q̃a sperma vias lenit & purgat. Si vero frequenter materias attrahit, & in partib⁹ suis angustiam inducit. Consequenter veniendum ad localia

Proxima. Inungatur ergo caput virgæ cum lacte mulieris calido ex mamillis, vel lacte papaueris, vel muscillagine psyllij & seminis citoniorũ, vel oleo ros. vel oleo viol. vel populeon dissoluto cũ aliquo prædictorum. Et instilletur ex eis aliquid in vuluam, & caput virgæ, si sit ibi dolor. Et si nõ sufficit: injciatur cum syringa collyrium dictum cap. de scabie in vesica, vel trochis. 1. ex prædictis, dissolutis cum lacte mulieris, vel cum lacte papaueris, si dolor est fortis, vel cũ aqua mellis, si intẽdit abstersioni. Et si talis aq̃ primo immitteretur cum syringa gratia lotionis vesicæ & virgæ, & post eius mi cturam ilico præd. anodina immitteren tur, melior fieret operatio. In fine vero doloris & mundificationis injciantur con solidatiua dicta cap. de scabie in vesica, si necesse videatur.

Emperica. Collyrium sublime q̃d immittitur cum syringa ad ar dorem vrinæ mitigandum, sic fit. ℞. papaueris albi. ℥. iij. pistetur, & exprimatur eius humidum in modum olei, viol. ℥. 1. opij boni, ʒ. 1. calefiant ad ignem continue commiscendo cum spatula: Deinde colẽtur per pannũ densum fortiter exprimendo, sicut in torculari, & reseruetur: et si vis fortificare: adde olei nenuphar. ℥. ß. populeon. ʒ. 2. muscillaginis psyllij quantum volueris. Item ad idem confert oleũ factũ de granis papaueris recentis, exprimendo cum torculari, sicut fit oleum de nucibus, vel seminis lini. Ad idem cõfert lac factũ ex seminibus frigidis communibus maioribus pistatis in mortario, & distemperatis cum aqua frigida, & colatis. Confectio syrup. nobilis ad idem, sic fit. ℞. adianti. ℥. 8. polytrichi, capilli veneris, scolopendrię, foliorum lactucæ, endiuiæ, linguæ bouinæ, boraginis, violæ, añ. ℥. 4. myrtil. liquiritiæ. añ. ℥. 1. pistentur grosso modo, et bulliãtur in lib. 3. aquæ. et lib. duabus vini albi aquosi, donec lib. 2. consumantur. tunc coletur & addãtur zuccari. ℥. 6. & iterum bulliatur parum, & coletur, & reseruetur. Dentur de hoc syrupo aquoso omni die in aurora & ante cœnam. ℥. 4. sine alio liquore. Valet in vlcere renum & scabie vesicæ, & ardore vrinæ potenter siue potetur, siue injciatur: quando lenit & infrigidat & incarnat. Item vaporatio sublimis ad idem, sic fiat. Decoquantur herbæ frigidæ in aqua pura, scilicet solatrum, & semperuiua, populus, salix, violaria cum viol. ro. malua, althea, vngula cabalina, capill. veneris, folia nenuphar. lactu. endiuia: portul. & melõ. citrul. papauer, iusquiamus, & aliqua anodina, vt flores chamomillæ, melitoꝝ: & ponatur æger nudus in vrceo bene cooperto, & ordinetur canna procedens a loco in vrceum, & applicet vuluam vel virgam quãto vicinius poterit: quoniã hic vapor materias acutas resoluit, loca lęsa confortat, dolorem mitigat. Et potest addi fumus terræ, si necesse videatur, & proprie recens: quoniã humores acutos rectificat cum virtute. Aut fomentetur particula cum pannis lineis mollibus infusis in eadem decoctione. Aut fomẽtetur cũ latere ignito aspersο ex aceto vel vino rubeo styptico in pãnis lineis inuoluto: quoniã hic vapor materias acutas reprimit, & membra debilia confortat. Confert pręterea vsus talis trageæ qualibet die in ieiunio cum potu vini albi aquosi lymphati cum aqua pura. ℞. seminum communium frigidoꝝ maiorum mundatorum, vncias duas, seminis portulacæ, seminis papaueris albi. añ. vnciam ß. seminis iusquiami. ʒ. 2. zuccari albissimi ad pondus omnium: terantur grosso modo: vel fiat eis puluis terendo subtiliter: vel fiat ex eis electuarium addendo cynamomi, macis. añ. ʒ. duas. Ad idem confert hæc mixtura. ℞. dragaganti, zuccari, vel diapapaueris. añ. partes æquales.

Canones. Scias, ꝙ cura ardoris vrinæ siue cura vlceris, ad quod cōsequitur, est cura blanditiua sine cura eradicatiua, vel sicut aura tēporalis sine duratione perpetua: quoniam impossibile est accidens curari sine suo morbo: cum ipsum sequatur, sicut vmbra corpus, & sicut morbus suā causam: propter q̊d ait Gal. 12. de inge. sanita. ꝙ triplex est genꝰ medicoꝝ. Primum adulantium, scilicet qui accidentibus intēdunt: de quibus infirmi cōquerunt̄ neglectis morbis, quos non cognoscunt. Secundū ministrorum, scilicet q morbo & eius causæ vehementer insistunt adeo, vt morbum & virtutē interimant. Tertium rationabilium: qui morbo & suæ causæ obuiant cum remedijs gradatim a leuibus ad fortiora scandendo, vt sic morbum deijciant, & virtutem obseruent: qui est principalissimus iudex in actu curatiuo: accidentia nihilo minus non prætereundo, & proprie difficilia, quæ curam ad se trahunt.

Prognosticatio. Solicitandum in cura huius doloris, & suæ causæ statim a principio: ne forte antiquetur, & corpus exiccet vigilijs atque doloribus superfluis, & sic febrem hecticā accēdat. Itē ardor vrinę sine sanie facilis est curationis: cū sanie vero difficilis.

De stranguria. Cap. III.

STranguria licet apud cōmuniter loquentes ad extraneas trahatur significationes: vtpote ad omnem actionem læsam accidētem circa expulsionē vrinæ, siue sit ablata, siue diminuta, siue corrupta: nos tamen res & nomina proprie pro posse distinguentes stranguriam soli actioni corruptæ appropriamus, dysuriam vero actioni diminutę: suriam autem actioni ablatæ copulamus. Est igit̄ strāguria vt dicit Gal. in cōmento illius apho. 7. p strāguriā & dysuria &c. cū vrina guttatim emittit̄, & mingitur omi hora, neq; reseruatur ad vnicā expulsionē, sed exit velociter, postq̄ recepta est in vesica, & hoc totum præter voluntatem: et est duaꝝ specierum, aut cum ardore vrinæ, aut sine. Fit autē stranguria, quæ est cum ardore, aut ex acumine vrinæ: propter quod ilico cū in vesicā guttatim per poros stillat vritides, excitat expulsiuā: aut ex vlcere in vesica: propter quod sentiens mordicationē ipsam eijcit extra se. Stranguria vero, quæ est sine ardore, fit aut propter debilitatē vesicæ in sua corpulētia: quod nihil aliud est, q̄ raritas cōpositionis suæ texturæ: aut propter mollificationem et paralysim in collo vesicæ: propter quod musculi ipsius trāsuersales retentiuæ, virtuti deseruientes, laxantur. Et ista paralysis nihil aliud est, q̄ mala cōplexio diuersa humida, dominans super ipsam: aut propter causam primitiuā, vt partū difficilē, vel casum et percussionē. Signa eius in cōmuni, siue sit cum ardore vrinę, siue non: patēt ex relatione infirmi. Si vero sit propter acuitatē vrinæ, apparet vrina citrina vl' rubea intensa subtilis valde cū priuatione signorum vlceris. Si vero sit ex ardore vrinæ, apparent oīa signa dicta ca. de vlcere in vesica & virga: Si autem propter debilitatem vesicæ: apparet, ꝙ vrina non egreditur copiose, nisi cum desuper manibus cōprimatur vehemēter. Si aūt propter mollificationē, apparet vrina alba, grossa, lactea cum contētis flegmatis pluribus, nisi epar contradicat.

Methodus. Cura stranguriæ dolorosæ propter acuitatem vrinæ est, vt a principio fiant purgationes vniuersales humorum acutorum: & postea balnea lenitiua, & remedia lauatiua viarum vrinæ cum infrigidatione sufficienti: vt plene docuimus cap. de ardore vrinæ. parag. Methodus. Et non negligatur alteratio epatis cum cibis & medicinis frigidis: vt diximus cap. de debilita

te epatis.parag.de causa calida.Deinde ablata causa, perueniendum est ad curã accidentis. Dentur ergo trochisci frigidi styptici, vt confortetur virtus retentiua vesicæ: sicut sunt trochis. de karabe, & trochisc.de alkekengi dicti cap.de mictu sanguinis per superius & inferius cum syringa:& sicut sunt trochis.de bolo arme. qui sic fit. ℞.boli armenici,karabe. añ. ʒ. 5. acatiæ, balaustiæ, gummi arabici, hypocistid.añ.ʒ.1 & ß.apij, seminis iusquiami. añ. ʒ. 1. conficiantur cum succo berberis, vel myrtill. vel sumach,vl' muscillag. psyllij: quoniam ardorem reprimunt,& vlcerationem prohibent, & retentiuam confortant: vel sicut trochisci de glandibus.qui. ℞. glandium.ʒ. 5. & myrtillorum siccorum,& ro. añ. ʒ.1.& ß.acatiæ.ʒ.1.amyli,gummi arab.boli armenici. añ. ʒ. ß. lentium excorticatum ʒ. 5. conficiantur cum aqua ro. vel succo cydoniorum,vel succo mespilorum vel sorborum,vel prunorum immaturorum. Vngatur pectẽ & virga cum vnguento styptico, quod.℞.gummi arab.opij.añ.ʒ.ß. myrtil.cerusæ,bo. ar.añ.ʒ.2. aceti.ʒ.ß.olei.ro. ʒ.iij.ceræ.ʒ.ß. terãtur, & incorporẽtur ad ignem in casola,vel cum vnguẽto tali,si aliud præsto nõ sit.℞.populeon, vnguẽti albi.añ.ʒ.1. puluerisentur subtilissime, & incorporentur simul perfecte. Vel epithymeт cũ petrijs infusis in aqua ro.part. 2.aceti,par.ß.postq̃ i eis dissoluta fuerint terra sigillata,bolus ar.san.drac.myrtil. acatia,gummi arabici,hypocistid. mastícis,thuris.añ. par. æquales. Nutriatur carnibus assis vel elixis cum herbis frigidis,conditis cum succo berberis, vel granatorum vl'agrestæ. Vtatur etiã riso,farre, ordeo conditis cũ lacte amygdalarum dulcium,& lentibus excorticatis vel bis coctis cũ reiectione primæ aquæ. Bibat vinũ rubeũ stypticũ lymphatũ cũ aq̃ pluuiali,vel cũ aqua decoctiõis plantaginis, sumach,myrtillorum:si stomachus et epar non contradicãt.Sitim pro posse toleret p dies plurimos, donec vrina restringatur: qm̃ dũ supfluit,virtutẽ medicinarum in loco suo non permittit:verum si potus sit necessarius,abstineat ab oibus diureticis et acutis:qm̃ hæc passio nõ est defectus,sed excessus in mingendo.Cura eius propter vlcus in vesica est, vt a principio fiat cura vlceris dicta suo ca.Post hoc & nõ prius pueniat ad localia remedia iã dicta. Cura eius propter mollificationẽ vesicæ est,vt digeratur flegma crudũ,& purgetur vehemẽter: sicut diximus ca.de paralysi:& sicut diximus ca.de arthetica.parag. de causa frigida . Et balneet in aqs stypticis calidis:sicut est aqua tinarum,vel aqua decoc.saluiæ,absynthij,rutę,arthemisiæ,sauinæ,iuniperi,mentæ,mẽtastri, calamẽti,origani, serpylli, costi & siliũ. Vel fiat fomentatio pectinis assidua cũ eisdẽ rebus bullitis in vino & oleo pfecte: deinde pistatis & incorporatis cũ pul.risi et lentiũ excorticatarum & cupullarũ glandium,& karabe, atq; hypocistid.subtil'r cribellatis. Cõfert etiã subfumigium ex thure,mastice,bdellio,cornu cerui,gummi arabico dragaganto tritis,&incorporatis cum pice, vel laudano, vel terebentina,donec fiãt velut formæ pillularum, ex quibus vna ponatur super carbones: Et si patiẽs sit mulier, fumus in vuluam capiatur mediãte canna. Confert etiam licinium bombacinum assidue gestatum intra vuluam,postquam inunctum fuerit ex vnguento martiaton, vel aragon, vel ex oleo de castoreo, vel de costo:cum quibus,pul.olibani,masticis,gũmi arabici,subtiliter cribellatus fuerit incorporatus. Vngantur præterea pecten & virga cum vnguentis eisdem calefactis ad ignem. Quod si mollificationem magis timueris, q̃ stranguriam: adde castorei, myrrhæ assæ,mummiæ, quãtum volueris de vnoquoq;. Vtatur per superius in aurora & ante cœnam torchis.de corian

dro, qui sic fiunt. ℞. se. coriandri, ciperi, iuniperi, myrrhæ, gallangæ, cynamomi, enulæ, acori. aã. ʒ. 2. glandium, thuris. aã. ʒ. 1. conficiantur cum vino rubeo: & det vnus cum eodẽ, vel cũ vino albo veteri claro: vel sumat eisdẽ horis. 1. ex trochis. de mastice qui sic fiũt. ℞. masticis, myrrhæ, thuris, mũmiæ. aã. ʒ. 2. cõficiãtur cũ succo plantaginis, vel cydonioꝝ, vel sorborũ, vel mespilorũ, vel prunoꝝ immaturorũ: & dentur sicut priores. Nutriatur carnibus laudabilibus assis vel elixis cõditis cũ speciebus aro. & iuribus eorũ alteratis cũ mẽta, & plãtagine & agresta. Comedat etiã vitel. ouorũ assorũ, & pultes ex riso, vel simila cõditos cũ lacte caprarũ. Bibat vinũ vetus amarũ, vel vinũ rubeũ stypticũ, lymphatũ cum aqua decoc. cynamomi, & piperis longi. Aut bibat hydromel conditũ cũ speciebus calidis: veruntamen conferens videretur, vt patiẽs abstineret ab omi potu ꝑ quinque vel sex dies. Quod si non sit possibile: abstineat a diureticis, nisi cõsolatis cũ stypticis excellẽter. Cura ei⁹ propter debilitatẽ ex raritate corꝑis vesicæ, aut propter causam primitiuã est, vt vtatur in ieiunio frequenter & assidue electuarijs calidis stypticis cũ aromaticitate: vt sunt diagallã. diatrion pipe. diacarda. electuarium ducis philantropos, & similia: Vngatur pecten & virga cum vnguento marciaton vel oleo de costo, vel de mastice, quibus incorporata sint spica, castoreum, mastix, olibanum, cynamomum, gallia musca. gar. addendo ceræ, quod suffecerit. Etsi patiens sit mulier, inungãtur licinia de bombace ex eodem vnguento ad ignem: & actu calida gestentur assidue intra vuluam. Et fiant omnia localia super pectinem & virgã, quæ diximus cap. de debilitate digestionis stomachi in sua substantia. Diætetur sicut in stranguria propter mollificationem.

Emperica. Dicit Hippo. 7. parti. apho. Stranguriam & dysuriam vini potatio & flebotomia soluit. Incidere vero venam, quæ intus in talo est, bonum: quod verificans commentator dicit, ꝙ verꝫ est quinqꝫ cõditionibus obseruatis: prima, vt sit de causa frigida: secũda, vt vinũ bibitum sit plurimæ quantitatis: tertia, vt sit vetus purum, vel parumper adaquatũ: quarta, vt corpus nõ sit plethoricũ: quinta, vt si sit plethoricũ de sanguine vel omnibus humoribus simul, fiat flebotomia prædicta: si vero dñetur humor alius, fiat farmacia.

Canones. Srãguria ꝟm oẽs eius modos reducitur ad diabetẽ: qm̃ est fluxus vrinæ superfluẽs, peccãs in modo exeundi: propter q̃d concluditur manifeste, ꝙ dicta ibidẽ suffragãtur pñti ca. & proprie, quantũ ad strãguriã cũ ardore.

Prognosticatio. Stranguria raro curatur in senibus. i. q vltra 40. annos sunt, et proprie si fuerit perdurans: vnde Hip. 6. parti. apho. Nefretici & circa vesicam dolentes, laboriose sanantur in senibus. Itẽ strãguria de causa calida est periculosior in senibus, sed de causa frigida in iuuenibus: qm̃ fortitudinẽ causæ significat: vñ Gal. in cõmento illius apho. 2. part. In morbis minus periclitanť ægrotãtes. Fortis est ignis, qui in aqua non extinguitur &c. In stranguria propter vlcus quantũ ad causam calidã: vel propter debilitatẽ vesicæ, quantũ ad frigidã, oĩm sunt difficillimæ curationis.

¶De suria & dysuria. Ca. IIII.

SVria siue scuria dicitur, qñ quis nõ põt oĩno vrinã expellere: dysuria vero, qñ ipsã expellit, sed cu difficultate, & insufficiẽtia, & guttatim solũ, siue hoc accidat periodice, siue tꝑe omi. Et sic patet, ꝙ suria significat actionẽ læsã ablatã cõtingentẽ in virtute expulsiua vrinæ. Dysuria vero actionẽ læsã diminutã

Neq; differunt, nisi secundum magis & minus, quare ipsorum eadem sunt signa causæ, & cura, Et hæc omnia testificant per Gal. in cōmento illius aphor. 7. part. Stranguria & dyssuria, &c. Et 6, de accidenti ait: quod dyssuria, vel suria signāt defectum expulsiuæ: Stranguria defectū retentiuæ: vt supra tetigimus ca. de Strāguria. Fiunt suria & dysuria, aut propter ægritudinem in vesica, aut propter ægritudinē in collo vesicæ, & virga: aut propter ægritudinem in renibus & poris vritidibus. Si propter ægritudinē in renibus & poris: tunc hæc ægritudo aut est lapis opilans, aut apostema, aut verruca, aut caro dura. Si propter ægritudinem in vesica: aut est mollificatio, aut extēsio post vehementem vrinæ retentionē, aut san. coangulatus purus, vel cum sanie permixtus. Si vero in collo vesicæ vel virga, aut est lapis stās in radice vel medio eius aut apostema, vel verruca.

Methodus. Signa eius propter lapidē in renib9 & poris, sunt grauitas in dorso, & inanitio vesicæ ex vrina, quæ ad ipsam descendere non potest: & dolor circa epar cum inflatione ventris & hydropisi, & antecessio lapidis, vl' arenæ in vrinali. Et cura eius est, sumere in potu medicinas, quæ frangāt lapidē, & prouocent vrinam, quas suo diximus ca. Signa eius propter apostema in renibus, similiter & cura sunt dicta capit. de apostemate in renibus. Signa eius propter verrucam ortam in renibus vel poris, sunt: quod fit secūdum plurimū post vlcera accedentia in hoc meatu, propter quod fuit antecessio vrinæ permixtæ cū sanie & sanguine, & dolor grauatiuus atque pungitiuus in dorso & inguinibus cum feb. continua, & quandoq; acuta, et nō prohibet in exitura totam vrinam, sed modicam post partem. Et curā eradicatiuam non habet: quoniam medicinæ corrosiuæ per exterius exhibitæ non penetrant: per interius vero nocumētum inferret maximū scilicet stomachi, epatis, & venarum corrosionem. Sed medicina eius blanditiua est cum balneo aquæ dulcis tepidæ decoctiōis maluæ, altheæ, caulium recētium, se. lini, fœnigræci, populi, viol. salicis, vngulæ cabalinæ, mercurialis, atriplicis, & omnium mollificātium, & humectantiū cum lenitate: quoniam vias mollificāt, dolorem mitigāt, & vrinam prouocant: & emplastris & vnguentis lenificantibus, quæ diximus ca. de opilatione & duritie in renibus. Signa eius propter mollificationem & paralysim vesicæ & lacertorum colli eius, sunt quoniam habens eam mingit cum facilitate, quando super vesicam fit cōpressio cum manibus: & tumor, & repletio vesicæ ex vrina. Et cura eius est inunctio pectinis & virgæ totius cū vnguentis calidis stypticis aromaticis: sicut sunt vnguenta martiaton, arrogon. & agrippa ad ignem vel solem calidum: & cum oleis similibus: sicut sunt oleū nardinū, costinum, castoreum, oleum de scorpionibus dictum cap. de lapide in renibus. pa rag. Emperica. Et si in aliquo istorū oleorum dissolutæ fuerint gummæ calidæ, scilicet oppoponacum, bdellium, armoniacum, storax, melius operabuntur circa membrum frigidum. Vtatur electuariis calidis sæpius in ieiunio cum vino albo claro veteri: sicut sunt diamargaritō, diacastoreon, theriaca. Et in fine rei vtatr diureticis: sicut sunt filantropos, nefrocatar. Balneetur præterea in balneis calidis: sicut sunt aquæ tinnarum: vel sudet in stuphis siccis, & proprie apud inanitionem vesicæ. Signa eius propter extensionem vesicæ post retentionem vrinæ superfluam sunt: quoniam vt plurimum accidit pueris stolidis cum ignauia vel adultis stantibus in præsentia magnatū vel loco honesto: propter quod replentur eorum vesicæ, & inflantur vehementer

adeo, vt constringi non possint, neq; ex pellere, nisi fortiter manibus expriman tur. Et cura eius est, introitus in balneū diureticum, & proprie post compressionem & vrinationem: sicut est aqua decoctionis apij, ebuli, lupuli, meliloti, cauliū recētiū, sicię, artami, & similiū. Et si nō suffecerit: fiant oīa dicta de dysuria propter mollificationem. Signa eius propter sangu. vel saniem coagulatum in vesica, sunt antecessio mictus sang. & saniei, post hoc retinetur vrina, & inflatur vesica. Et cura eius est, vt a principio injiciatur cum syringa medicamen dissoluens illud: sicut est hydromel, & forti9 illo est hydromel mixtū cū vino albo, vel aqua decoctionis ficuū siccarum, & apij: & fortius est hydromel compositum: & iterū fortius est oxymel scylliticum: & adhuc fortius est vinum albū vetus, in quo dissoluta sint armoniacum, bdellium, serapinū ad ignem in casola, si non timueris vlcus in vesica. Et vngatur locus cū vnguento dissolutiuo, mollificatiuo: quod fit ex martiaton & agrippa ana. part. I. dialtheæ, butyri recentis. part. ß. In fine vero vtatur medicina frangente lapidem, & prouocante vrinam: sicut diximus ca. de lapide in renibus & vesica: et iam plura dicemus. Signa eius propter lapidem stantē in radice virgæ, vel medio, sunt dolor in loco, in quo stat lapis, & repletio vesicæ, & eius inflatio: quæ si comprimatur, nihil egreditur, sed dolor fortificatur. Et si proieceris infirmum super dorsum suū, & leuaueris pedes eius ad superiora, & vehementer eum cōmoueris: egredieť vrina. Et cura eius est, vt vtatur medicinis frangentibus lapidē su prad. donec frangatur, & exeat cum vrina: Et si frāgi non potest: fiat talis eleuatio omni hora, qua necesse fuerit: vel extrahatur lapis incisione facta in collo vesicæ: vt docuimus capite de lapide in renibus & vesica. Signa eius propter apostema in virga, similiter & curam dicemus ca. de apostemate in vesica. Signa eius propter verrucam in collo vesicæ & virga, sunt dolor acutus in virga: & quoniam fit secundum plurimum post vlcera accidentia in hoc meatu: quare antecessit mictus sang. vel saniei, & proprie ante exitum vrinæ: Deinde post dies aliquot impeditur exitus vrinæ sed non totus, imo pars post partem: quoniam perfecte nō oppilatur, nec repleť vesica nec inflatur. Et cura eius est, vt si sit in capite virgæ, corrodatur & mundificetur cum vnguento viridi dicto capite de surditate aurium: post hoc cōsolidetur, sicut ibidem diximus. Et sublime consolidatiuū est vnguentum fuscum, & vnguentū album. Si autem fuerit in radice interiori, dentur medicinæ frangentes lapidem p superius & inferius: quoniam quandoq; cum eis sanatur, & proprie in principio. Si vero non suffecerit, & caro fuerit indurata: fiat incisio virgæ secundum longum vsq; ad locum verrucæ, & abscindatur cum rasorio, & consolidetur verruca & virga.

Emperica. Scripsimus medicinas completas ad frangendum lapidem, & prouocandum vrinam in ca. de lapide: quibus nihil potest adijci in materialibus simplicibus: sed solum in modo descriptionū, quē nunc ponemus. Aqua sublimis diuretica sic fit. ℞, radicū quinque cōmuniū, cicoreæ. aā. M. 2. fenco... saxifragæ, milij sol. pentaphillon, volubilis, ma. & mi. scolopendriæ, tamaris, eupatorij, squinanti, omnium aā. M. I. seminum communium calidorum & frigidorum. ana. ℥. 6. nucleorum persicorum, & amygdalarum amararum. ana ℥. iij. oīa perfecte terantur, & in lib. 8. vini albi subtilis aquosi veteris bulliantur parumper: deinde ponatur totum in alembico, & distilletur simul cū istis rebus. ℞ acori, azari, spicæ, cala. aroma. apij. pe-

tro cassiæ lignæ, ciperi, costi, an. ʒ. ß. corticis cicerum vel pisorum rub. ʒ. iij. cineris scorpionum adusto. vel loco eius cicadarum ʒ. 2. sanguinis hircini mactati in augusto exiccati, sanguinis leporis, & vulpi collecti & exiccati. an. ʒ. 2. cancrorum cõbustorum. ʒ. 1. pip. ʒ. ß. corticis, radicis, capparis, lapidis iudaici, lapidis spong. liquiritiæ, papaueris albi, seminis portul. se. vrticæ, se. rutæ, seminis nigellæ, semi. cicutæ. an. ʒ. 2. hæc omnia terantur, & cũ vino prædicto & rebus alijs misceantur & distillentur. Puluis ad idem. ℞. brusc. sparagi. fumi terræ, mentæ, pullegij, myrij, fol. saxifragæ, marathri, anisi, dauci, carui, cymini, anethi. ana. ʒ. ß. cardamo. folij gar. macis, nucis muscat. an. ʒ. 1. & ß. turbit. ʒ. iij. liquiritiæ. ʒ. 1. & ß. reub. ʒ. ß philipendulæ, enulæ, se. nasturtij, spicæ, nardi, seminis pet. fœniculi, apij. an. ʒ. ß. sizeleos. ʒ. iij. zuccari albissimi. ʒ. 4. terantur omnia subtilissime, & misceantur, et sumat cum vino albo claro aquoso. Et si vis ipsum fortificare: adde cantharid. capitibus & alis ablatis. ʒ. ß. azari. sem. ameos. an. ʒ. 4. Et si times ipsarum caliditatem, vel vlcus in renibus & vesica, dimitte ipsas cantharidas, & pone pro eis seminum communiũ frigidorum ʒ. 1. Si autẽ velis ex ipsis facere trochisc. adde armonia. ʒ. 2. dissoluti in vino albo, & aliæ species conficiantur cũ ipso: quoniam oppilationem omnem & lapidẽ remouent, si sit possibile per medicinam remoueri, & cũ vrina expellitur.

Canones. Dicit Rasis in diuisionibus cap. de retentione vrinæ, q̃d pluribus modis difficultati vrinæ conuenit introitus in aqua calida, in qua decocta sint folia caulium recentium, & cartamum, & fœnumgræcum, & rubea tinctorum, & apiũ & eupatorium: & similiter emplastro ex eis super alkatim & pectinem: quoniam aperit, mollificat, & prouocat; similiter & vsus medicinarum prouocantium vrinam per interius: sed in hoc obseruanda est cautela; quoniam etiam si prosint, quando vesica est vacua, nocẽt tamen vehementer, quando est plena: quoniã extendunt, & forte scindunt replẽdo. ¶ Sciendũ p̃terea, quod differũt medicina diuretica & vrinatiua. Dicitur nanq; res diuretica, q̃ sua caliditate & siccitate vehemẽti san. in epate & venis colliquat, subtiliat, & dissoluit: quare pars eius plurima attrahi potest per renes, & sequestrari: sicut docet Galen. de inge. de medicinis simplicibus, cuiusmodi sunt vinum album vetus clarũ amarum, radices quinq; cõmunes, & semina calida omnia. Vrinatiua vero dicitur, omnis res frigida humida: quoniã earum pars plurima trãsit p vrinã, & parũ cedit in corporis nutrimẽtũ: sicut sunt vinũ albũ aq̃sum, & iura carniũ, & pruna, & cerasa, & se. cõmunia frigida. Cõmune aũt ad vtrũq; eorum ẽ vrinæ prouocatiuũ, & sic intellige scripta authorum. Conferunt ergo diuretica in causa frigida & lapide & opilatione: vrinatiua vero, in causa calida, scabie, vlcere, mictu sanguinis, macie renum, & eorum debilitate ex sua substãtia. In causa vero mixta conferunt vrinæ prouocatiua.

Prognosticatio. Istæ passiões raro curantur in his, qui sunt vltra quadraginta annos, & proprie si perdurant. Vnde Hippoc. 6. part. aphor, Nefretici & circa vesicam dolentes, &c. Item si fuerint propter apostema durũ in renibus, vel carnem verrucosam, vel lapidem, qui se frangi non permittit: aut cito interficiunt ex dolore, aut hydropisim ascitem inducunt perniciosam. Item si fuerit propter sanguinem coagulatũ in vesica, scabiem & vlcus faciunt in ea: nisi infra. 20. dies vel. 40. ad plus expellatur: quoniam in ventre calido sanguis conuertitur in saniem in. 20. diebus vel circa id, cum sanies solummodo per ad-

ustionem generetur in intestinis: sicut cõtingit in matrice & vesica. Vnde Hipp. septima part. aphorismorum. Catarrhi in superiori ventre, in saniem conuertuntur in viginti diebus: & merito vt dicit commẽtator: quoniam vt dicit sicut .20. dies est terminus primæ periodi vniuersalis, ita .40. secundæ. Item dysuria ex mollificatione vesicæ proueniens in senibus vt plurimum commoritur eis: sicut est paralysis atq; epilepsia: quoniã complexio ætatiua tunc infrigidatur.

De insensibili exitu vrinę & mingentibus per somnium in lecto. Cap. V.

ACcidunt quibusdam, & proprie pueris, vt mingant nescienter in somno: & quandoq; tempore vigiliarum: quoniã & si in eis virtutes naturales sint fortes: virtutes tamẽ animales sunt debiles: vt dicit Auic. 2. cañ. feñ. 2. cap. de causis spasmi, ex quibus fit virtus sensitiua & retentiua debilis in vesica. Fit igitur passio propter aliquã quatuor causarum: aut propter complexionem calidam & humidam in renibus & vesica: aut frigidam & humidam: aut ex mollificatione lacertorũ vesicæ: aut propter potum superfluum.

Methodus. Signa eius propter cõplexionem calidam & humidam, sunt habitudo corporis carnosa, viuida, sitis plurima, vrina citrina vel rubea: & forte sentit patiens dolorem aliquẽ in eius exitu, & fit maxime in pueris: quare cũ resoluũt se super latera, excitatur virtus expulsiua, & proprie si superueniat imaginatio stãdi in loco, in q̃ consueuerunt homines vrinare. Et cura eius est, si sit puer, vt incutiatur ei timor ex verberibus & verbis rigidis: quoniã species eorum remanebunt in memoria, & regulabũt fantasiã hora somni. Si vero sit iuuenis vel adultus, alterentur renes et vesica cũ emplastris & vnguentis frigidis stypticis dictis ca. de diabete. Similiter & cũ puluere, quem ponit Rasis in diuisionibus præsenti ca. ℞. se. coriandri assati: & postea infusi in aceto vini per diem & noctem: quia fiet magis stypticũ, part. 1. myrobalanoꝝ, emblicorũ, sticad. boli armenici, glandiũ siccarum karabe, lentium excorticatarum part. æqua. cũ coriandro terantur oĩa simul, & detĩ ex eo. ʒ. f. vel. ʒ, iij. cũ aqua pluuiali, vel vino rubeo põtico. Ad hoc etiã cõferũt trochis. de karabe, & trochis de alKeKengi dicti. ca. de mictu sang. Fiat quandoque flebotomia basilicę in brachio, vel saphenę in pede: quoniã confert. Diæta eius sit frigida sicca in cibo & potu & cõdimẽtis, si stomachus & intestina nõ prohibeant. Signa eius propter complexionem frigidã, sunt habitudo corporis flegmatica, vrina alba, grossa exiens sine mordicatione omnino, & profundatio somni plurima, & priuatio sitis omnino: Et cura eius est vt si sit adultus, detur de hoc puluere calido styptico, quẽ ponit Rasis ibidem. ℞. glandium siccatũ. ʒ. 5 thuris. ʒ. 30. myrrhæ. ʒ. 6. coriãdri assati, ciperi, capparis, acori, omniũ. añ. ʒ. 10. terãtur omnia simul vt alcohol: dẽtur ex eo mane & sero. ʒ, iij. cũ vino rub. põtico, vel vino veteri amaro. Vngatur pecten & virga cũ oleo masticino, vel rutaceo: postq̃ in eis dissoluta fuerint euforb. cast. & myrr. Emplastreĩ cũ herb. calid. sic. sicut sunt mẽta, mẽtast. salui. ruta, absynth. serpil. postq̃ cocta fuerint, & pistata, & incorpata cũ mast. & bdel. dissolutis cũ vino vet. ama. vľ ace. acutiss. ad ignẽ in casola. Cõferũt p̃terea bal. tinar. vľ stup. sic. & proprie post purgatiões flegmatis frequenter si sit cum materia. Diætetur cibis & potibus & condimentis calidis siccis, si epar non contradicat. Signa eius propter mollificatiõem sunt: quia & tẽpore vigiliaꝝ egreditur vrina

insensibiliter, & fit maxime in senibus et decrepitis. Et cura eius est eadem cum cura stranguriæ propter mollificationē vesicæ & eius, quæ fit propter debilitatem vesicæ. Signa eius propter potum superfluum sunt narratio infirmi: & quoniam fit solummodo per inebriationē vel crapulam. Et cura eius est cura omnium passionum contingentium a causa primitiua immediate, quam ponit Hippo. vbi dicit: In omni motione corporis &c.

Canones. In cura istius passionis administrare conuenit medicinas locales, non tātum circa membrum generans vrinā, quod est epar, & sequestrans, quod est renes, sed etiam circa expellens, quod est vesica si methodo procedatur. Medicinæ igitur bibitæ sint subtiliter puluerisatæ, & cribellatæ, vt cito ad renes & vesicam peruenire valeant cum virtute: veruntamen sciendum ꝙ renes magis alterari possunt ꝑ interius, vesica vero per exterius: nisi forte interiora inijciantur per inferius cum syringa.

Prognosticatio. Istæ passiones si fuerint in pueris, per se rectificātur ex eorum complexione, quando exiccātur, quod fit vsqꝫ ad 30. annos ad plus: ꝙ si post hoc remāserint, plerūqꝫ commoriūtur: vnde Hippo. 3. par apho. Quæcunqꝫ vero permanēt pueris, & nō soluuntur circa iuuentutem, & feminis: aut circa menstruorum eruptionem, veterascere consueuerunt. Item ista passio superueniēs in senio, non curatur: quoniā eius causa magis ac magis fortificatur: vnde Hippo. 6. parti. apho. Nefretici & circa vesicam dolentes, laboriose sanantur in senibus.

De apostemate in vesica & collo eius. Cap. VI.

HOc apostema licet ex natura sui generis possit fieri ex omi genere quatuor humorum: illud tamen quod fit, vt plurimum est apostema calidum: vt dicit Ras. & proprie de cholera vel sanguine cholerico: quoniam in vesicam penetrare nō potest: nisi humor acutus subtilis: cū sit membrum neruosum & exangue. Et signa eius sunt fe. acuta, et dolor vehemēs cū punctura in vesica, & alienatio mentis, & nigredo linguæ, sicut in frenesi: quod totū accidit propter huius membri plurimam sensationem & materiæ caliditatem: & si magnificetur, retinentur stercus & vrina.

Methodus. Cura eius est, vt omnis cura frenesis. Fiat igiť a principio flebotomia diuersiua ex basilica dextra in brachio vel manu, & non emplastretur cum frigidis stypticis: sicut fit in repercussionibus aliorū apostematū: sed cum frigidis leuibus: quoniam induceretur in vesicam frigiditas vltimata: cum sit membrum ex natura frigidū: & prohiberetur materiæ resolutio. Leniatur ergo pectē & virga tota vsqꝫ ad dies quatuor a principio, cum oleo viol. vel ros. vel de nenuph. vel de papauere, & emplastretur cum malua, violaria, & sicla coctis, & pistatis, & incorporatis cum eisdem ponendo tepidum super locum. Die vero quarta vel circa id fiat flebotomia eradicatiua de saphena pedis sinistri quæ est intus in talo: & tūc leniatur locus cū resolutiuis leuibus sine attractione: sicut est oleum chamomillinum calefi. in vase duplici, vel anethinum: quoniā mitigat dolorem. Emplastretur cum farina se. lini. & se. fœnigræci, et se. anethi, et floribus chamomillæ, et meliloti, & althea coctis in aqua, & pistatis & incorporatis cum muscillagine se. altheæ, & butyro recen. sine sale sufficienti: & potest addi farina fabarum gratia abstersionis et apertionis pororum, et proprie in processu. Hoc nanqꝫ emplastrum dolorem mitigat, tumorem & extēsionem remollit, & materiam insensibiliter resoluit, si fit

possibile: Et sic regatur per totum statū: sed in declinatione confortetur cū resolutiuis fortioribus, sicut sunt se. apij & anethi. Nutriatur hora illa ex ordeo vel auena conditis cum lacte amygd. dulcium, vel cum iuribus carnium alteratis cum lactu. portula. cucu. cucur. Bibat aquam decoctionis ordei, & prunorum siccorꝝ. Si autem non videris profectum ex resoluētibus vsq; ad diem 7. vel circa id: imo tunc feb. & dolor exacuuntur, (quia sanies incipit generari) procede ad maturatiua, quæ diximus cap. de apostemate in renibus: & sic procede vsq; ad perfectā maturationem, & per rupturam & exituram sicut diximus illic. Si vero neq; in illis videris profectum vsq; ad diem 14. vel ad plus, imo extunc dolor & fe. minorantur, & apparet tactui tumor cū duritie post commissuram, quæ est inter testiculos & anum, & augmentatur retentio vrinæ & stercoris: tunc scias ꝙ subtile ex materia calida exhalauit, & grossum residuum induratur: quare tunc confortetur virtus cum carnibus bonis & vino, vt longum morbum valeat tolerare: & procede ad molliciem prius per interius. Detur ergo in auro. ʒ. 1. vel 2. cassiæfi. dissolutę cum aqua calida, vel cum aqua decoct. seminū cōmuniū frigidorꝝ mundatorum: qm̄ euacuat & mollificat: Deinde acuat̄ cū seminibus calid. vt est semen feñ. apij, & capilli veneris. Purget̄ etiā qn̄q; cū tamarind. & manna coctis & dissolutis cū eisdē. Ista nanq; tria farmaca. s. cassiafi. māna, et tamarindi. plurimū conferūt in om̄i duritie, sil̄r & viol. cōditæ: & emplastret̄ locus apostematus si apparet: Et si non apparet: emplastret̄ cōmissura & pecten & virga cū emplastro, q̄d diximus ca. de apātibus renum. parag. de cura apātis duri. & vngat̄ semper cū oleis calidis p̄dictis: & cōfert plurimū in molliēdo & resoluēdo materias duras balneū aquæ dulcis, vel aquæ decoc. maluæ, altheæ, cauliū recentiū, viol. cucurbi. meloñ. & radicum capparis.

Canones. Idē est & canon apātis renū et vesicæ: q̄re videat̄ illic &c.

Prognosticatio. Apostema in vesica cū dolore & duritie in ea & fe. continua acuta, malū pronuntiat: vt di. Hip. 2. prognost. circa finē: magis tamē si sit cū vētris strictura: quoniā apostema magnū significat. Itē s̄m eundē ibidē. Apostema vesicæ, si resoluat̄, salubre: si vero confirmet̄, in saniem conuertitur, & cum pus exierit cum vrina, salubre erit: si vero ad sclerosim processerit, vel etiā ad saniationē tēdit, & pus nō exierit, neq; vesica mollescat: neq; fe. defecerit: mors in prima periodo aderit in die septima ad plus: qm̄ hoc apā inter pacutas fe. numerat̄. Idē ibidē: Huius morbi species. s. apostematis in vesica, cū fe. acuta pueris ad plus anno septimo vsq; 15. solet euenire: quod ideo forte cōtingit: quia nondū mēbra spermatica sunt perfecte exiccata, sicut post annū. 15. Quare materiæ acutæ in ipsa possunt penetrare & apostemata inducere.

¶TRACTATVS OCTAuus sectionis tertiæ de passionibus virgæ & testiculorꝝ.



Membra generationis in masculis sunt tria. s. testiculi, & vasa spermatica, & virga. Sunt autē vasa spermatica duæ venæ albæ strictæ lōgæ valde ortæ prope renes, dextra q̄dē a vena kilis super renes, sinistra vero a vena mulgēte īfra renes, deīde procedētes deorsū sup̄ spōdiles dorsi proueniūt ad oscheum vel bursā testiculorꝝ, vbi resoluūt̄ circa testiculos, singula circa propriū reuolutionibus intricatis, præter ꝙ earꝝ substantiam ingrediātur: post hoc ascendēs inter cutem & os pectinis habēt sua ori-

ficia terminata in viam virgæ, quæ est collum vesicæ, dextra quidem a dextris, sinistra a sinistris: ita vt hæ tres viæ in vnicam apud virgæ radicem transformētur. Et dicuntur vasa spermatica: q̄m sanguinem nobilissimum superfluētem in nutrimento communi totius corporis in quanto non in quali generatum quidem in epate secundum medicos, in corde vero secundum philosophos, fugunt a locis prædictis, & vehunt ad testiculos, vt eorū caliditate digeratur & eorū albedine dealbetur sicut lac in mamillis, & sic finaliter in sperma conuertatur, propter quod accidit, vt ij qui excesserunt in coitu, sanguinem loco spermatis effundant. Consueuit autem prædictis membris quadruplex genus morborum eueni re. Primum est ablatio vł diminutio coitus. Secundū corruptio coit⁹, q̄ nihil aliud intelligitur, q̄ excessus in desiderio coeundi. Tertiū gonorrhœa, id est emissio spermatis inuoluntaria. Quartum morbus communis om̄i mēbro, & est apostema. Nam de malicia spermatis dicemus, cū de ablatione coitus, & causis eius loquemur.

De diminutione coitus. Cap. I.



Aufertur vel diminuitur potentia coeundi quatuor ex causis. Prima est appetitus debilitas. Secunda est erectionis virgę frigiditas. Tertia spermatis modicitas & frigiditas. Quarta corporis virgæ breuitas, atq; gracilitas: de quibus per ordinem differemus.

Methodus. Debilitatur appetitus propter duas causas: prima est corporis totius debilitas, vtpote quia est siccum & extenuatū naturaliter vel decrepitum, vł fame plurima exhaustum, vel ægritudine chronica consumptū, vel maceratione & labore fatigatum. Cura eius est, cōfortatio corporis & impinguatio cum regimine conualescentium: & additio in cibo & potu laudabili ex multum & subito nutriētibus: vt sunt pisces recentes petrosi, & proprie assi, & caro pullorum, & hœdorū, agnorū, & porcorum iuuenū, & iura eorum inspissata cū vitellis ouorum condita cum speciebus aromaticis dulcib⁹: vt sunt cinamomū, cardamomū, liquiritia, crocus, macis, & similia, oua sorbilia, & lac capræ & vaccæ calidum ex mamillis, & testiculi gallorum, & hircorum, & arietum annaliū, vinum dulce, claretum, & panis de simila, & omnia quæ dicentur ca. de fe. hectica, & ca. de impinguatione corporis macri li. 2. deo dante: & cōfortatio cordis & cerebri cum aromaticis: & additio in somno, otio, & quiete, & dimissio coitus omnino, & laboris vsq; ad perfectam resumptionem, debitam vel consuetam. Secunda causa est animi debilitas, vtpote quia passionibus pluribus anxiatur: propter quod virga mollificatur, & spermatis prurigo quietatur, vt accidit monachis, pœnitētibus & continētibus. Sed cura eius est taliū postpositio, & additio in gaudijs & solatijs & tripudijs & præsentia puellarū & verbis dissolutis prouocātib⁹. Erectionis aūt virgæ frigiditas fit propter alterā duarū causarum: vna est ventositatis inflatiuæ paucitas: cuius signum est paucitas erectionis cū priuatione inflationis, & virtute corporis bene se habente. Et cura eius est vsus assiduus ciborum inflantium: quorum tamen inflatio nō resoluitur penes digestionem primam: quo n̄iā cruda inflant solū intestina: vt pira, & poma cruda comesta: sed quorum vētositas est remanēs in venis post digestionem secundam, & conuersionem eorum in sanguinem: vt sunt fabæ, pisa, & cicera, faseoli, quando comeduntur recentes vel semicocti conditi cum sale & cardamomo, & rapæ coctæ

cum carnibus, vel assæ in igne: & lac recẽs mixtum cum melle, & pisces sumpti cum cepis crudis: & tractatio virgæ assidua cum leui fricatione attrahẽte non resoluente. Alia est paralysis, id est frigiditas in neruis virgæ: Cuius signum est, ꝙ sperma est abundans subtile, & facile egrediẽs, & desideriũ cõstãs, sed erectio in semetipsa debilis. Et cura eius est, vsus electuariorum: vt sunt diatrion pipe. diagallan. theodoricum anacardinum, & similia, & inunctio virgæ assidua cum oleis & vnguentis calidis dictis in ca. de paralysi: Et assiduatio in cibis & potibus calidis, si epar non contradicat: & exercitatio in ieiunio, & fricatio frequens virgæ, & coitus vsu moderato. Spermatis autem modicitas fit propter siccitatem dominantem super testiculos, vel corpus totum. Et signum eius est paucitas exitus spermatis apud coitum, & eius paucitas & diminutio in quantitate continua & discreta. Et cura eius est humectatio corporis, & impinguatio præd. quoniã omne impinguans corpus est multiplicãs sperma & humiditates influentes. Et in hoc conferens est a proprietate medicamen de tereniabin: vt di. Ras. ℞. lactis vaccini vel ouini (quoniã omnium sunt maxime butyrosa) lib. 2. vini granatorum dulcium. ℥. 2. coquantur vsq; ad spissitudinem mellis: dentur ex eo omni die in ieiunio. ℥. iij. vel. 4. & post ipsum comedãt pisces recentes assos cum cepis crudis, vel elixos conditos cum speciebus aromaticis dulcibus pdictis. Cõfert ptcrea balneũ aq̃ dulcis tepidæ, & proprie post cibũ per duas horas sine mora in ipso: & multiplicatio somni post ipsum, et otij & quietis. Spermatis vero frigiditas significatur per hoc quòd est paucitas pruritus, vel desiderij ad ipsum: & ꝙ egreditur apud coitum sperma plurimum subtile aquosum, sed est tardi coitus post fricationem plurimã. Et cura eius est omne quod calefacit ex cibis & medicinis, & assiduatio zz. cõditi, & diatrion pip. & diasatirion. Et qñq; aggregãtur multæ dispositiones in spermate, scilicet frigiditas et siccitas: & signa eius sunt habitudo corpris melãcholica, scilicet macra, nigra, gracilis, mollis, & laxæ carnis: paucitas sang. & spermatis, & tarditas egressionis eius apud coitum. Et cura eius est aggregatio intentionum duarum simul prædictarũ, & assiduatio ciborũ grossorũ calidorũ inflatiuorũ, si stomachus obediat: sicut cicer, & caro pinguis elixa in aq̃ cũ cepis, & pultes ex tritico: et cerebella assa cõdita cũ zz. & pipere, & proprie cerebella auiũ paruarũ syluestriũ non aquaticarũ: vt sunt passeres, fasiani, & perdices: ac fabæ coctæ cũ carne porcorũ salita cõdita cũ puluere asæ dulcis, vel cinamomo, cardamom. & pipe: & oĩa multiplicantia sperma, quæ dicentur. parag. Emperica. Virgæ autẽ breuitas atq; gracilitas coitum diminuit & proprie gignitiuũ: quoniã sperma nõ deducitur in concauũ matricis, qui est locus ei proprius: quare stans in collo matricis resoluitur, et colliquatur a frigido continente, et sic effluit saliuatim. Et cura eius, si haberi põt aliquo modo, & proprie ante tẽpus consistẽtiæ, & cũ adhuc mẽbra crescũt: est vt abluatur virga tota oĩ die cũ aqua calida decoc. piperis, vel sinap. vel tithymali fricando, donec cœperit rubere & inflari. Post hoc statim vnguatur cũ oleis calidis attractiuis: sicut est oleum de costo, vel de spica, & vnguentũ marciaton, dialthea, arrogon vel agrippa. Super vnctionẽ vero ponat ilico emplastrũ factũ ex pice calida, liquida, alba, munda & armoniaco mixtis æqualiter & extensum super corium album molle: & fiat hoc in omni die bis vel ter vsq; ad 40. dies vel plus. Et per talẽ modum impinguatur mẽbrum quodlibet, & corpus totum, de quo dicemus lib. 2. Confert præterea assidua tra-

ctatio virgæ cum manibus, cum dilatatione & extensione, & frequentatio coitus cum fricatione leui perdurante.

Empetica. Electuariũ diasatyrion cõfortans coitum ex omni causa diminutum. ℞. satyrion recẽtium, quæ abscinduntur a patre suo. ℥. iij. pastinaci. corticis eringiorũ. añ. ℥. sex radic. raphani. ℥. 2. lusp[l]ani. ℥. ß. terantur & infundantur in aqua cicerum, vel fabarum, quarum abiecta fuerit prima aqua per diem & noctem: postea exprimantur, & ponãtur in lacte vaccino, vel ouino quod superemineat radicibus duobus digitis: postea addãtur butyri vaccini recentis. ℥. iij. & excoquantur cum facilitate vsque ad spissitudinem. Et si adhuc radices non bene coctæ sint: fundãtur iterum super eas ex lacte & butyro, vsque dum perfecte decoctæ sint: postea pistetur hoc totum perfecte, & addãtur ei carnium dactylorum, pistatorum, nucleatorum, fisticatorum, pinearum mundatarum. añ. ℥. iij. mellis albi despumati lib. 1. succi cepæ humidę ℥. iij. & omnia bulliantur insil. vsque ad perfectam decoctionem & spissitudinem: postea deponantur ab igne, & addatur pul. istarum specierum. ℞. caudæ scinci cum renibus & sanguine. ℥. 1. sem. erucæ. zinzi, & been alb. & ru. linguæ, auis, sem. nasturtij, cinamomi, piperis lõgi, se. bautiæ sinapis, sparagi, ana. ℥. 2. gallãgæ, nucis musc. piperis nigri, se. porri, sem. rap̃. ana. ℥. 1. cerebellorum passerum. ℥. 2. & dimittantur leniter bulliri continue permiscendo cum spatula: In fine vero aromatizetur cum. ℥. 1. boni muschi distemperati cum vino optimo veteri claro. Et sit dos. eius ab. ℥. ß. vsque ad. ℥. 1. Et est descriptio Mes. in suo antidoto: parum ab ea differens propter familiaritatem. Electuarium aliud sic fit. ℞. se. bautiæ, se. rap̃. ceparũ, sparagi, raphani, erucæ, se. pinearum mundatarum, cardamomi, piperis, lentium, fisticorum, linguæ auis, eringiorum, been al. & rub. satyrion, costi dulcis, zinz. piperis lõgi, nasturtij, añ. ℥. ß. terantur & cribellentur, & conficiantur cum melle: detur cum vino dulci vel lacte calido ex mamillis Et si corpus fuerit calidũ, diminue ex pipere, & raphano, & nasturtio: & pro eis pone auellanas & amygdalas dulces mund. & confice cum zuccaro vel penedijs. Electuarium aliud forte in vltimo, & datur ante horã coitus immediate. ℞. scincorum recẽn. non corruptorum. ℥. iij. vel. 4. cubeb. piperis longi, linguæ auis, satyrion. ana. ℥. 1. assæ dulcis. ℥. ß. terantur omnia perfecte, & misceantur ad ignem cum melle despumato cocto, & totum simul comedatur. Ad idem vnguentum. ℞. olei nardini vel costi. ℥. iij. ceræ ℥. 1. & ß. muschi grana. 8. dissoluatur cera cum oleo, & in hoc toto incorporetur pul. rerum aliarum postquam depositę fuerint ab igne: vngantur ex eo renes & spina tota, fœmur, pecten & virga. Sed cauendum ab eo in corpore naturaliter calido sicco vel accidẽraliter, similiter & in macie renum, vel diabete.

Canones. Coitum tria constituũt: Primum appetitus excitans, & hoc est a corde & epate. Secundum ventositas erigens, & hoc est a carne spongiosa in virga. Tertium humidum seminale perficiens, & hoc est a testiculis & vasis spermaticis. Ex quo patet medicũ nõ oportere negligere cordis & epatis confortationem in coitu procurando.

Prognosticatio. Ablatio similiter & diminutio potẽtię coeundi si fuerit ex generatiõe propter malam complexionem frigidam siccam testiculorum innatam, curam non recipit. Quoniam deficiẽte domina natura, deficere oportet medicum ministrũ. Item ablatio difficilius curatur, quã diminutio. Item ista passio difficillime curatur in senibus primis & secundis.

De satyriasi, & priapismo, desiderio coeundi. Cap. II.

SAtyriasis est erectio virgæ assidua cum desiderio coeundi: priapismus vero est inflatio virgæ continua sine desiderio coeundi vel pauco: sic vt accidit pueris, & quibusdam impotẽtibus: desideriũ vero est, sicut cõmune ad vtrũque. Et sic patet q̃modo istæ tres passiones differant forma, non tamen subiecto vel efficiente: propter quod ipsarũ eadem sunt signa, causa & cura: præterquã ꝙ in mulieribus satyriosis cum pruritu forti labiorum vuluæ loco erectiõis.

Methodus. Fiunt autem hæ passiões quatuor ex causis, Prima est sangu. & spermatis multitudo. Et signa eius sunt, habitudo carnosa & rubicunda cum virtute corporis, & paucitas debilitatis post coitum plurimũ & pollutionem, & impregnatio mulierum, cum quibus coit. Et cura eius est, minoratio sang. pro posse cum omni re, quæ hoc facit, & corpus extenuat: & sunt. 6. Prima flebotomia basilicæ, vel medicinæ sequentes: secunda medicinarum assiduatio ventrem soluentium: tertia fames & labor in ieiunio: quarta vsus ciborũ acetosorum, similiter & medicinarũ: sicut lẽtes coctæ in aqua, conditæ cũ aceto vel agresta vel vino granatorũ: & sicut potus aquæ frigidæ mixtæ cũ aceto. & sumptio syrupi acetosi quacumq; die in aurora: quinta vsus ciborũ frigidorũ actu & virtute: sicut sunt lactu. portul. comesta cruda cũ aceto, vel agresta cũ abstinentia calidorum: sicut sunt carnes & vinum, vel humidorũ pinguiũ: sicut sunt lac, oleum, & butyrũ. Sexta assiduatio medicaminũ diminuentiũ sperma a proprietate, quę dicemus. parag. Emperica. Post vniuersalia vero veniendũ ad localia renes infrigidantia: cuiusmodi sunt lenimenta super alkatim, & virgam, & testiculos ex oleo ros. mixto cum camphora, & cera: vel ex pepuleõ mixto cũ aceto & modico argenti viui. Et si patiens dormierit vel supinus iacuerit super ea magis cõferunt: sicut sunt emplastra ex ros. solatro, plantagine, semperuiua, myrtillis, virga pastoris, lentibus excorticatis coctis in aqua & aceto, pistatis, & incorporatis cũ oleo ros. vel oleo myrtino vel nenuph. Et, sicut est epithyma ex camphora, sandalis, & ros. puluerisatis & infusis in aqua ros. & aceto. Et ad hoc multum confert, vt æger cõtinue deferat super renes laminam plumbeam subtilem spissim perforatam. Secunda res est spermatis prurigo vehementer ex acuitate & caliditate ipsius proueniens. Et signa eius sunt, fortitudo in desiderio coitus vltra modum, sed debilitaẽ post ipsum plus aliis: & egrediẽ apud ipsum sperma modicum & velociter cum ardore in capite virgæ, quem forte sequitur ardor in vrina proxima: & si frequentetur, inducet exiccationem & marasmũ corpis totius. Et cura eius ẽ infrigidatio & humectatio pro posse cũ cibis & medicinis, sicut est balneũ aquę tepidę dulcis, vel aquæ decoc. maluæ, lactucæ, popoli, salicis, viol. & proprie post potũ lactis acetosi, de quo extractũ sit butyrũ per horas. 2. & cibus factus ex lactucis, portulacis, cucur. cucu. meloñ. cõditis cũ lacte acetoso, vel cum butyro & modico aceti: & huiusmodi sunt carnes agnorum vel procel. & hœdorũ coctæ & alteratæ cũ herbis eisdem. Similiter & gelatitia facta ex extremitatibus animalium coctis & conditis cum vino pontico & modico aceti. Potus eius sit vinũ alb. vel ponticum rub. sed si corpus sit inanitum, bibat vinũ dulce rub. & vtaẽ restaurativis dictis ca. de phthisi, & ca. de macie renum. Et si apparere cœperint signa fe, hecticæ, fiant oĩa q̃ dicentur suo ca. 2. lib. Vtatur præterea assidue electu

ario diminuente sperma a qualitate frigida, quod dicemus infra. parag. Emperica. Et fiāt oīa localia superius dicta ca. de diabete. Tertia res ē multitudo humiditatū pparatarum, vt fi. ex eis sperma. Et signa eius sunt: quoniā pars debilitat̄ in coitu plurimo, & exhuberatio spermatis apud ipsum, similiter & subtilitas eius, vt albedo coloris, & habitudo corporis flegmatica, & multitudo inflationis virgæ sine desiderio plurimo acuto. Et cura eius est exiccatio talium cum medicinis pro posse, & cū cibis: sicut sunt mylium, & pannicum, & lentes elixæ cum origaon, calamento, ruta, menta, cymino, allijs: & carnes assæ conditæ cum sinap. vel pipere: Et sicut est vinū amarū, purum: sitim & famem toleret: Sudet & laboret in ieiunio: vtatur diatriōpipereō, diaciminon, & omnibus calidis siccis, et proprie post purgationes factas cū pillulis cochijs, vel cum benedicta laxatiua: quoniam ante purgationem desiderium augumentarent materias colliquando, & calorem confortando. Vngantur hora illa virga, renes, & testiculi cū vnguentis marciaton, arrogon ad ignem vel solem calidum vehementer: & fiant oīa quæ dicentur ca. de gonorrhoea. Quarta res est, multitudo ventositatū erigentiū virgā. Et signa eius parēt ex ralatiōe patientis. Et si sit cum caliditate, apparet rubedo coloris corporis, & desideriū modicum ad coitum. Si vero sit cum frigiditate, apparet albedo corporis, & habitudo squalida & desiderium modicum ad coitum: licet multum coitum valeat perficere, præter quod ab ipso noceatur. Et cura eius est si sit a causa calida, flebotomia basilicæ, frequens inunctio renū & virgæ cū vnguentis frigidis supradictis, & assiduatio electuariorum dimnuentium sperma propter frigiditatem, q̄ dicentur. parag. Emperica. Si vero sit a causa frigida, purgetur cū pill. cochijs: et assiduet post hoc electuaria diminuētia sperma propter caliditatē & proprietatem. Valet etiā ad hoc, omne q̄d vētositates carminat: sicut est diacim. diatrion piper. & electuariū, quod sic fit. ℞. carui, cymini, orig. mēti, serpil. rutæ, calam. pulleg. saluiæ. polij. añ. ʒ. 1. zz. cinamo. piper. cardam. añ. ʒ. 2. ameos, amo. añ. ʒ. 1, zucc. lib. 6. fiat electuariū durū sicut diacimi. de q̄ sumat in aurora ad modū castaneæ omi die cū vino al, vete. amaro. Abstineat vterq3 eorū a cibis viscosis, vētosis: sicut sunt rapæ, cepæ, eruca, & similia, & a multiplicātibus spma: sicut sunt lac recēs, & pisces recētes & proprie scinci: & a prouocantibus desideriū a proprietate, sicut sunt satyr. ering. bauc. & sisia.

Emperica. Diminuentia coitū, & facientia seruare castitatē sunt duorū generū: q̄dā em̄ hoc faciūt a proprietate, & q̄dā q̄litate: Et quæ a qualitate, sunt duorū modorū, aut a frigiditate cōgelāte & mordificāte, sicut sunt lactucæ, portul. acetū, agresta, nix, opiū, argētū viuū, papau. & similia: Aut a qualitate exiccāte & cōsumēte: cuiusmodi sunt pip. sinap. alliū, apiū, se. vrticæ, & similia: & oīa diuretica calida. Quæ vero a proprietate, licet & hæc q̄litate plurima participent, propter q̄d & oīa sunt fortissima: sicut agnus castus, & folia, & radix, & se. eius, similiter & coriādrū, ruta, orig. & smaragd. Verūtamen operantia a caliditate, in sene vel flegmatico, q̄nq3 addantur in desideriū adæquando complexionē. Operantia vero a frigiditate similiter & proprietate, cōferūt omi quaq3 p̄ter quod operantia a frigiditate sunt principijs vitæ plurimū contraria: quare ipsorū vsus modoretur: ne forte ad paralysim, vel apoplexiā pducant, vel hydropisim perniciosam v̄l hecticā senectutis. Electuariū frigidum ad hoc sic fit ℞. se. lactu. se. portul. sem. papaueris. ana. ʒ 5. psyllij, seminis coriandri, succi

lentium excorticatarum.añ.ʒ.2.balaust. nenuphar.añ.ʒ.1.camphor.ʒ. ς,zuccari, quod sufficerit, vel dimisso zuccaro,terantur omnia, & conficiantur trochisci cum succo acetosæ,vel lactis, vel aqua rof:&detur vnus ex eis omni die in aurora . per.ς.vel 6.dies cū syrupo rof. vel viol.&aqua frigida.Electuarium calidum ad hoc sic fit. ℞.origani.rutæ,pulleg̃ij,serpilli,mentæ, calamenti. añ .ʒ. ς. carui,cymin,baccarum lauri. piperis lõgi &nigri.añ.ʒ.2,ciperi,capparis,ameos,cinamo. añ.ʒ.1.liquiritiæ.℥.ß.melilo. q̃d sufficit.Electuariū operās a proprietate,sic fit.℞. se.agni casti.ʒ. ς. foliorū mentastri,succi rutæ,cymini, balaustiarum, ciperi.añ.ʒ.1.smaragd.℈.1. zuccari quod sufficit: detur ex eo in ieiunio cum vino albo aquoso.Item ad idem conferunt trochis.de agno casto dicti capitulo de oppilatione splenis.

Canones. Cauendum in cura istarum passionū ab inductione passionis maioris.verbi gr̃a: vt si sit a causa calida,ne stomachum &cor mortificemus: Signa vero a frigida , ne epar &splenē inflammemus. Si vero ab humida,ne corpus &membra exiccemus. Cum igitur aliquid taliū apparuerit, ilico cessandū est ab exhibitis p̃ iterius,sed intendendū eis,quæ p̃ exterius applicãt vt sunt emplastra &vnguenta . Item conuenit,vt tales medicinæ sint subtilis substantiæ: quoniã oportet, vt sit currens penetratiuū quod ad mēbrū distãs & profund.debet procedere . Si igit̃ sint liquores,colẽtur:si puluetes,cribellentur: si electuaria vel trochis. vltime terãtur : si emplastra,pistent̃ donec ad formã axūgiæ educãt̃ :si epithymata vl' vnguenta, addat̃ aliq̃d ex aceto acutiss.penetratitiuo.

Prognosticatio. Coitus &eius desiderium si superfluãt,&durent,corpus totū,&proprie renes,&cor, &cerebrum,&epar igniunt & exiccãt: &sic hecticã inducunt.Item dicit Rasis in diuisionibus,quod satyriasis, si p̃seueret:est nocens &p̃ducens ad spasmū vrinalē,&ægritudines assiduas, & proprie spasmū de inanitione,&se. ephimeram, quæ demū in hecticã trãsformat̃ cū ignitione vltimata in spiritibus, humoribus &mēbris . Coitus præterea est ex rebus maxime nocẽtibus quinq; particulis nostri corporis,sub quibusdã malis suis dispositionibus existẽtibus. Primo q̃dē cerebro humido:quoniã catarrhū multiplicat eius humiditates colliquãdo:et sic cæcitatem,vel phthisim vel epilepsiã,vel vertiginē inducit:Secundo vero cordi sicco:quoniã consumptionē & hecticã inducit:Tertio epati calido:quoniã ignitionem &ardorē cū oppilatione causat, &demū se.putridas,& apostemata intrinseca p̃niciosa,&proprie si fiat sup̃ cibū. Quarto stomacho frigido, vel laxo:quoniam robur eius dissoluit,digestionē impedit,cibū fluctuare facit suo motu conquassando,&calorē & spiritus a centro corporis ad circūferentiam distrahendo. Quinto vero renibus macris,vel sanguinē mittentibus p̃ vrinam:quoniã ipsos magis emacerat,& ipsos q; neruos dilatat. Cū igitur post coitū superfluū aliq̃d taliū apparere cœperit:succurrat̃ cū proprijs remedijs suo loco dictis.Itē coitus a principio q̃dē corpus calefacit igniendo spiritus &agitando: in processu vero & quando superfluit,infrigidat resoluendo &immacerat consumendo.Qui ergo debilitari consueuerit post coitum,vtatur cibis &electuarijs aromaticis calidis ante ipsum:Linitionibus vero frigidis post ipsum,vt est aspersio faciei&extremorum cūa q̃ rof.pura:vl in aqua dissolutæ sint ro.&sand.tã rub.q̃ al.Et nutriat̃ cibis multū &subito nutrientibus: vt sunt pisces recentes,&iura carnium laudabilium inspissata cum vitellis ouorum. Et sicut est vinū dulce purum,vel claretū,

De gonorrhœa & pollutione nocturna. Cap. III.

GOnorrhœa est emissio spermatis inuolūtaria, qualis est pollutio nocturna: Et fit quādoq; cum erectione virgæ, & quādoq; sine: vt dicit Gal. 6. de accidēti. vltimo ca. Fit autem propter debilitatem virtutis retentiuæ vasorum spermaticorum & testiculorum. Hæc autem debilitas, aut fit propter acuitatem spermatis plurimam excitantis virtutem expulsiuam: & signa eius, sunt signa satyriasis propter acuitatem spermatis: aut propter multitudinē spermatis & humiditatum præparatarum, vt ex eis fiat sperma. Et signa eius, sunt signa satyriasis propter multitudinē humiditatū: & hæc oīa diximus proxīo ca.

Methodus. Cura gonorrhœæ de causa calida est, vt primo fiāt oīa prædicta in cura satyriasis, propter acuitatem spermatis: flebotometur præterea basilica dextra frequenter, si virtus & ætas & habitudo consenserint: quoniam materias diuertit, & calorē reprimit potenter. In fine vero confortetur retentiua cum emplastro styptico frigido: quod fit ex rosa. nenupha. myrtillis, plantagine, virga pastoris, lentibus excorticatis, vel bis coctis prima aqua reiecta: postq̄ hæc omnia vel quædam eorum cocta fuerint in aqua pluuiali & modico aceti, deinde expressa, pistata, & incorporata cū oleo ro. vel oleo myrti, et actu calid. posita super virgā & testiculos. Idem facit emplastrū ex coroneis, mespil. sorb. piris immaturis, balaustijs, cupul. glādium, & similibus: et balneum aquæ decoctionis eorundem: vel vnguentum ex oleis prædictis confectum addito modico aceti, & aqua nenuphar. & cera sufficiēti. Et cum eisdē vngantur & emplastrentur etiam renes, & spina tota. Confert præterea, vt patiens portet omni hora super renes laminā subtilem plumbeam cribratim perforatam. Cura gonorrhœæ propter multitudinem spermatis & humiditatum est, vt a principio fiant omnia dicta in cura satyriasis propter multitudinem humiditatum pręparatarum, vt fiāt sperma. Et si corpus sit carnosum, rubicundum: flebotometur basilica dextra frequenter in brachio vel in pede: quoniā euacuat materias & alleuiat vasa. Si vero visa fuerit habitudo alba flegmatica squalida, purgationibus erit insistendum, & digestionibus flegmatis aquosi. In fine vero retentiua confortetur cum emplastris & vnguētis stypticis prædictis, additis quibusdam. verbi gratia: In emplastro adde calamentum, vinum vetus amarum: In vnguēto vero addatur armoniacum, mastix, olibanum, bdellium, postq̄ dissoluta fuerint ad ignē in casola cum vino rubeo pontico. Assiduet præterea vtriq; eorum electuaria diminuentia sperma prior quidem ea, quę diminuunt sperma a qualitate frigida: Secūdus vero ea, quę a qualitate vel proprietate, quę diximus ca. de satyriasi. para. Emperica. Caueat iacere supinus in somno: quoniā grauat renes & eorum excitat expulsiuam.

Prognosticatio. Gonorrhœa si superfluat et perduret: perducit ad hecticā senectutis: quoniā cum spermate plurimi spiritus resoluuntur, et corpus infrigidatur. Item gonorrhœa in corpore habente stomachum frigidum, vel epar calidum, mortale: quoniā addit in frigiditate & laxitate, neque remedia ministrari possunt per interius: cū ex eis stomachi malitia vltimetur.

De apostematibus virgæ & testiculorum. Ca. IIII.

GEneratur in eis apostema sicut in mēbris alijs ex omni genere quatuor humorum, vt plurimum tamen ex humoribus calidis: quoniam &

hæc membra calidítate plurima partici pant innata adeo, vt per eorum calidita tem complexionalem perficiatur spiritus gignitiuus. Et cõtra, qui testiculis priuãtur, vel eorum virtute, frigidi fiunt & flegmatici: quẽadmodum accidit eunuchis & impotẽtibus per naturam. Signa apostematis calidi in eis, sunt rubor virgæ & testiculorum cum tumore & ardore forti, & fe. continua: & si sit ex cho. ardor, dolor, & calor fortificantur super ruborem & tumorem: Si vero ex san. totũ fiet econuerso. Signa apostematis frigidi, sunt tumor sine rubore & dolore plurimo. Et si sit ex flegmate, appebit tumor mollis albus: si ex melãchol. durus, niger.

Methodus. Hoc apostema, quoniam exterioribus fit in mẽbris cura non indiget, nisi methodo communi, quod est, vt præmissa euacuatiõe vniuersali cum flebotomia in causa calida, vel farmacia in causa frigida, administrentur in principio emplastra & vnguẽta repercussiua, In augmento vero addatur aliquid ex resolutiuis. In statu vero multiplicentur resolutiua super repercussiua: in declinatione vero pura capiãtur, resolutiua. Et hæc oĩa nota sunt aliqd sci enti in medicina. Verum si tibi necesse fuerit ad capitulũ apostematis in stomacho erit recurrendum, vbi materialia huiusmodi diximus: similiter & canones in cura cuiuscũq; apostematis congruẽtes.

Emperica. Emplastrum resoluens leniter omnẽ inflationem virgæ vel testiculoꝝ, & proprie post flebotomiã basilicæ in brachio primo, et post hoc in pede, sic fit. ℞. stercoris colũbini, vł vaccini, florũ chamomillę, rutę recentis, se. lini, se. anethi. añ. p. 1. fermenti. p. ß salis nitri, vel saponis. quãtã par. vnius: bulliant in aqua modica, vel oleo ro. & pistentur, & cum lana succida applicenť. Resoluit enim tumorem in omni membro exteriori, Item ad ardorem & dolorem loci, valet vnguentum factum ex populeon et dialthea. añ. part. æqualib. mixtis. Valet etiã linimẽtũ ex oleo ro. et oleo chamomil. añ. par. æquales. Itẽ ad vlcus & corrosionem in virga, vel testicuł. valet oleum vitellorum ouoꝝ, quod sic fit. ℞. oua 12. gallinarum recentia, elixentur in aqua, donec indurentur, & deinde vitella ouorum fricentur in sartagine, donec quasi adurantur: & tunc succus qui est in eis, exprimatur cum spatula, vel distilletur in alembico, sicut aqua roß. quod est melius, oleum istud carnem creat, vlcera consolidat, ardorem & dolorem reprimit: corrosionẽ prohibet cũ virtute. Idem facit vnguẽtum album & citrinum Nicolai.

Canones. Nutriatur patiẽs cibis & potibus ventrem leniẽtibus, & materias a vĳs vrinæ diuertẽtibus: sicut sunt aqua ordei, aqua prunorum, & syrup̃. vioł. & omnia dicta in ca. de stypticitate vẽtris. parag. de empericis: quoniã diuretica & vrinatiua dolorẽ & apostema augmentarent, nisi forte in declinatione perfecta.

Prognosticatio. Hoc apostema facilis est curationis, si nõ erretur super ægro, & maxime si terminetur per resolutionem, si vero per saniem, malum: si per sclerosim, magis malum.

❡TRACTATVS NONVS qui est de passionibus matricis.



Membra generationis in fœmellis sunt tria, quemadmodum in masculis: licet non æque principaliter, vel necessario. Primum quidẽ matrix cum collo eius, & duobus orificĳs, scilicet orificio concauitatis matricis, q̃d est sicut os tunicæ, ad quod virga virilis hora coitus elongať: & orificio colli eius,

q̄d vulua dicitur. Et hoc quidē membrū est in generatione necessarium: quemadmodū testiculi in viro: cum proprio agenti correspondeat suum proprium patiēs, & locus locato: vt declaratum est in superiori sciētia. Secundum vero membrū est duo testiculi fabricati intra corpus fœmellarum super conuexum matricis, vnus a dextris, alter a sinistris: vt patet in anatomia: sed sunt minores & frigidiores, q̄ in viro. Tertiū est, duo vasa spermatica: quorum vnū oritur a vena kili prope renē dextrū, & terminat̄ ad testiculū sinistrū: Aliud vero oritur a vena mulgēte prope renē sinistrum, et terminat̄ ad dextrū. Et testiculi q̄dē atq; vasa spermatica in fœmella nō sunt necessaria in gn̄atione, neq; sicut causa agens, neq; sicut causa patiēs: vt pulchre probat Auer. 2. collig. ca. de iuuamētis mēbrorum gn̄ationis in fœmellis: cū etiā inuentæ sint mulieres impregnatę sine delectatione propria, et nō delectant̄ nisi ex effusiōe spermatis proprij ad os matricis: Sed sunt cōferētia, & vtilia in gn̄atione: q̄m hoc sperma vias colli matricis lenificat, & matricis cōcauitatē auidā reddit, ex q̄bus fit melior & perfectior spermatis virilis attractio, & eius super ipsum corrugatio cōpleta: vt nec pūctus acus posset os matricis ingredi post horam conceptionis: quemadmodum & saliua famelici subseruit inglutioni cibi, præter q̄ sit pars nutrimenti. Et si qua mulier impregnata superimpregnetur: hoc tamen fit per oris prædicti apertionem ex delectatione, quam sentit in coitu: & eius de nouo perfectam restrictionem facit. Et hoc est de his, quæ raro contingunt: quoniam vt plurimum mulier fit polygena per spermatis vnius distributionem per cellulas matricis diuersas: perparum vero per spermatum diuersorum suctionem. Est autem matrix membrum densum, neruosum, rugas habens plurimas in eius concauo & conuexo: quemadmodum si quis imaginet̄ fungum vel spōgiam sub figura vesicæ vel vitri vrinalis, & est habens duo cornua. i. duas pelliculas pyramidales neruosas: quarum vna basim habet a conuexo matricis dextro, & conum affixū inguini sinistro. Alia vero habet basim a conuexo matricis sinistro: quibus anchis & dorso alligatur: ne tempore impregnationis mole fœtus oppressa decidat, & turpem figuram faciat: qualem habent qui patiuntur herniam vel rupturam. Locus vero situationis eius, est directe super spōdiles dorsi & caudæ, scilicet ab vmbilico infra vsque ad os pectinis: ita vt vena kilis magna descendens equitet spondiles, & arteria adorti magna descendens equitet venam kilis, & longaon equitet arteriam aorti magnam, et matrix equitet lōgaonem, & vesica matricem & collum eius: quoniam matrix est alti⁹ locata. Et ex hoc scire potes causam, propter quam in passionibus matricis retinētur stercus & vrina: quare sentitur dolor in dorso circa renes, & in ventre circa sumen, & a latere vtroq; circa inguina. Consueuerūt igitur mēbris prædictis 11. superuenire genera passionum. Prima est fluxus menstruorum superfluus. Secunda restrictio menstruorum: Tertia mala dispositio matricis ad coitū & impregnationem: Quarta mala dispositio matricis ad partum: propter quā sequit̄ aborsus post conceptionem, vel prohibitio conceptionis a principio: Quinta difficultas in pariēdo: Sexta exitus matricis vel vmbilici post partū: Septima desiderium ad cognoscendū impregnationē & fœtus sexum: Octaua mola & inflatio matricis: Nona præfocatio vel suffocatio matricis: Decima apostema: Vndecima vlcera & rhagadiæ in ea.

¶ De exuberantia fluxus mē struorum. Cap. I.


Luxus mẽſtruorum ſuperfluit propter aliquam decẽ cauſarum: vt colligitur ex dictis Gale. 6. de accidenti. vltimo cap. Prima eſt ſanguinis multitudo in corpore toto redundare faciens venas in matrice. Secunda eſt multitudo cholerae in maſſa ſanguinea acuentis ipſam, et ora venarum aperientis, quæ ad concauitatẽ matricis terminantur, & cotyledones appellantur, Tertia eſt multitudo flegmatis ſubtilis aquoſi penetrare faciẽtis. Quarta eſt venarum corporis latitudo viam humoribus patulam tribuens. Quinta debilitas virtutis retentiuæ in matrice, cũ mollificatione venarum earundem. Sexta denſitas totius corporis: quare ex eo nihil reſoluitur, ſed aggregat̃. Septima hæmorrhoides in matrice: quemadmodum hæmorrhoides in ano. Octaua vlcera & rhagadiæ in matrice. Nona læſio matricis poſt difficultatẽ partus. Decima eſt cauſa primitiua, quæ eſt caſus & percuſſio ſuper ventrẽ, ſumen & ſpondiles ani.

Methodus. Signa eius propter ſan. dominium ſuper corpus totum, ſunt habitudo carnoſa, viuida, rubicunda: & ꝙ non debilitatur, neqꝫ diſcoloratur ex ipſo: & vrina rub. groſſa valde: & anteceſſio otij & quietis, & vſus ciborum ſang. multiplicantium: ſicut ſunt carnes laudabiles, & vinum rub. dulce. Et cura eius eſt, vt non reſtringantur, niſi poſtq̃ ſuperfluexerint, & virtutem deijcere cœperint: quare tũc a principio fiat flebotomia diuerſiua de baſilica dextra in brachio vel manu: vel de baſilica ſiniſtra loci eiuſdẽ, prout materia fluere videatur. Poſt hoc ligẽtur extrema ſuperiora vehemẽter cum faſcia. Similiter & radices mamillarum, & ponantur ventoſę magnæ cum igne ſine ſcarificatione ſuper pectus, eleuatis mamillis & proprie ſuper radices mamillarꝝ cũ ſuctione vehementi. Deinde ſi, encatiſma & balneũ ab vmbilico infra ex aqua veri frigoris, vel ex aqua frigida in qua diſſoluat̃ pul' boli ar. mirtil'. balauſtiarum, corticis granatorum, cupullarum glandium: ro. gallarꝝ, cypreſſi, plantaginis, acatiæ, meſpilorum, ſorborꝝ, virgæ paſtoris, cymarũ rubi: poſtq̃ hæc omĩa, vel quædã fuerint in ea bullita & poſt hoc infrigidata. Vel epithymetur ſumẽ & vulua cũ petijs infuſis in aqua eadẽ cũ reiteratione ipſarũ frequentata. Vel fiat ex eiſdẽ emplaſtrũ coctis in aqua pluuiali, & piſtatũ, & incorporatum cũ aqua ro. & albuminibus ouorꝝ, & modico aceti, et fiãt oĩa q̃ dicẽt cap. de empericis. In declinatione vero ligari poſſunt extrema inferiora. ſ. coxæ et crura, ſed non a principio. Nutriatur lentibus, riſo, farre, milio, panico, & oĩbus ſtypticis, acetoſis. Et ſi virtus fuerit debilis, vtat̃ carnibus aſſis pullorũ & caſtratorũ alteratis cũ ſapore ex vino granatorum, vel ſucco berberis, vel aceto, vel agreſta. Bibat vinum rubeũ ponticum lymphatum cum aqua pluuiali, vel diſſolutione niuis & glaciei. Signa eius propter multitudinem cho. acutæ ſunt habitudo macra, citrina cum debilitate virtutis plurimum poſt fluxum: & eſt tenuitas ſan. menſtrualis, qñ cadit ſuꝑ petiã lineã, albã: & forte ſentit mulier ardorem in labijs vuluæ: & fit vrina ſubtilis, citrina intenſe: & ſi anteceſſit vſus piperis vel ſinapis & allij & ceparũ & porrorũ & oĩm acruminũ, vel exercitium, vel labor: verior erit ſignificatio. Et cura ẽ eadẽ cũ prædicta, præter ꝙ nullateñ flebotometur, ſed purget̃, ſi fuerit poſſibile cũ electuario de ſucco ro. vel cum trifera ſaracenica acuata, vel quod melius eſt, cũ diapru. acuato, & non negligatur alteratio epatis & eius confortatio cum frigidis ſtyptic. ſicut eſt hoc emplaſtrum. ℞. ſandal'. ru. ro. mirtill'. balauſtiarum. añ. ℥. 1. maſticis, thuris, ſang. drac. mummiæ,

dragagãti,boli ar.añ. ʒ. f. puluerisentur, & cribellentur,& conficiantur cum oleo masticino, vel oleo ro. vel myrtino, addito modico aceti. Et si necesse fuerit: inspissetur cum farina ordei, & ponatur actu cali. super epar. Et sicut est vnguentum factum ex populeon, & oleo ros. Similiter & epithyma ex aqua ro. & aceto, in quibus dissolutus sit pul. ro. sandal. terræ sigillatæ, san. dra. & similia. Et hoc idem epithyma fiat sup sumẽ & intra vuluã. Sumat omni die in aurora & ante cœnã de syrupo ros. vel oxyzaccaro cũ aqua decoc. sumach, plantaginis, mirtillorum, et cicoreæ: vel de syrup. myrtino dicto ca. de fluxu ventris. parag. Emperica, cum aqua decoc. milij sol. Non negligat etiã alteratio splenis, et proprie si materia sit nigra, adusta, cinerosa: quare tunc fiant purgationes, & fomentationes splenis dictæ ca. de fluxu vẽtris. parag. de cura dysen. propter melancholiã adustã. & ca. de debilitate sple. ca. de eius debilit. propter causam calidam. Et in tali casu vtatur cibis viscosis, lenitiuis: sicut sunt pultes ex simila & amylo conditi cum penid. vel zuc. Et sicut sunt extrema porcellorum & vitulorum cocta in aqua pluuiali, vel aqua decoctionis scoriæ, ferri & alterata cum agresta, vel succo berberis: & sicut sunt cydonia assa, et pira & sumach. Sed abstineat ab aceto pro posse, nisi forte gratia prouocationis appetitus. Signa eius propter multitudinẽ flegmatis subtilis, aquosi, et humiditatum præparatarum, vt fiat sang. menstruus, sunt habitudo squalida, flegmati. alba, vel plũbea, & multitudo mẽstruorum plurima sine corporis extenuatione, & subtilitas eius, q̊d egredit̃ cũ colore albo, vl sicut lotura carnis. Et qñq; est grossum & viscosum, q̊d egredit̃ sed raro: & vrina alb. lactea, vel karopos. Et si antecessit otium & quies assidua, & vsus ciborum flegmaticorum cũ subtilitate: sicut sunt iura carniũ, et olera omnia, pter citonia, mespila, sorba & pira: et sicut sunt lac, case⁹ recẽs & pisces: verior erit tua significatio. Et cura eius est, vt non restringatur hic fluxus a principio, sed cũ superfluxerit, et virtutem deijcit: Tunc igitur ordinetur diæta in contrarium, & subtilietur regimen, & digeratur flegma cum syrupo quem diximus. parag. Emperica. Et purgetur corpus cũ pillulis cochijs vl bened. laxatiua: & vtatur post purgationes electuarijs calidis stypticis: sicut est electuarium ducis, & diatrionpipereon, & similia. Et confortetur epar cum emplastris & vnguentis calidis dictis ca. de debilitate epatis. para. de causa frigida: Similiter & stomachus cũ suis remedijs dict. ca. de debilitate stomachi. parag. de causa frigida. Bibat vinum vetus, amarum, purum, vsu tamẽ moderato. Famẽ & sitim toleret pro posse, & balneetur, & sudet in ieiunio in stuphis, vel aquis tinarum, vel aqua decoctionis absynthij, rutæ, mentæ, calamenti, artemesiæ, pullegij, saluiæ, serpyl. mẽtastri, & similium. In fine vero fiant oĩa localia dicta de fluxu menstruorum propter sanguinem, & quæ dicentur. parag. Emperica. Signa eius propter amplitudinem venarum, sunt habitudo gracilis cum apparentia, & inflatiõe venarum in manibus & pedibus & facie tota et colore rubicundo: & si fuerit cum hoc priuatio signorum alterius, tunc verior fiet significatio. Et cura eius, est regimẽ grossum, viscosum ex pasta, & extremitatibus animalium, & caseo, & pluribus ex farina similæ, & vino rubeo dulci, & pane azymo: si stomachus non cõtradicat: quoniam hoc corpus securum est ab oppilatione. Fiat præterea flebotomia diuersiua de basilica in manibus frequenter, & omnia dicta in causa sanguinea vsu tamen moderato: quoniã hoc corpus licet habeat sanguinem plurimum: hoc tamen plus verificatur secundũ con

tinens & contentum. Fiant etiam balnea subleuia, resolutiua: sicut est aqua decoctionis florum chamomillæ, meliloti, & furfur. cum fricatione leui sine mora in ipso, ita vt sufficiat ad attrahendum, nõ ad inaniendum. Signa eius propter densitatem corporis totius repellentẽ omnes materias ad interiora, sunt corpus durũ, densum, compactũ, musculosum, quãdo tangitur manibus medici, licet raro sit hæc causa. Et si sit cum priuatiõe alterius cuasæ cuiuscumq;. & multiplicatione cibi & potus, & ocio & quiete sub vmbroso loco: verior erit tua significatio. Et cura eius est cura fluxus ventris dicta cap. de fluxu ventris. parag. Methodus lienteriæ. Signa eius propter hæmorrhoidas sunt, vt dicit Rasis in diuisionibus: quia venit cum periodis alijs a periodis menstruorum, & cũ corpus est repletũ humoribus. Et cura eius est, vt a principio fiat flebotomia diuersiua prędicta: deinde vtatur torchiscis & electuarijs stypticis, quæ dicentur, parag. Emperica. Et fiant clysteria & suppositoria intra vuluã, q̃ dicentur. Et ad hoc etiam conferunt plurimum dicta ca. de hæmorrhoidibus per totum, si pro ano vuluam capiamus. Signa eius propter vlcera & rhagadias in matrice, similiter & curam suo capite dicemus. Signa eius propter debilitatem virtutis retentiuæ, in matrice, & mollificationem venarũ eius, sunt assidua vuluæ lubricitas cum sterilitate: Et si conceperit: patitur aborsum, & omnia signa fluxus propter multitudinem flegmatis aquosi. Et cura eius est cura fluxus menstruorũ propter multitudinẽ flegmatis: quoniam hæc cura non differt ab alia. nisi quia in ista supponitur dominari flegma in matrice sola, in illa vero super corpus totum. Signa eius propter læsionem matricis post difficultatem partus, sunt antecessio partus cum hæmorrhoisma sang. plurima, & laceratione vuluæ, & dolore vehementi, postq̃ menstrua non restringũtur: quoniã rupturã venæ in matrice significat. Et cura eius est duplex: vna quidẽ ad ingrossationẽ sangu. vt in cholerica loquebamur. Alia ad consolidationẽ partis solutæ: & hæc colligitur ex ca. de vlcerib. & rhagad. in matrice: & ex ca. de hernia & ruptura siphac: & ex ca. de fluxu vẽtris. parag. de cura dysenteriæ propter corrosionẽ intestinorum si ex clysteribus pessaria formentur. Signa eius propter casum & percussionẽ patẽt ex relatione patiẽtis. Cura eius est sex res: Prima est diuersio sang. a particula læsa, quod fit cum flebotomia statim a principio facta ex basilica brachij vel manus: Secunda repercussio & confortatio eius, ne apostemetur: quod fit cũ emplastro ex ros. plantagine, sempuiua, solatro & similibus coctis in aq̃. & incorporais cũ oleo ros. vel myrtino, & cum epithymate facto ex aqua ro. & aqua plãtaginis, in quibus dissolutus sit pul. boli ar. sang. drac. terræ sigillatæ, & similium. Tertia mitigatio doloris cum emplastro anodino: quod fit, si superioribus addamus flo. chamomillæ, meliloti, se. lini, se. fœnigræci, & similia. Quarta inspissatio sang. per interius: quod fit cũ trochis. de karabe, quæ iam dicentur, & syrupo ros. vel myrtino, vel vino citoniorum. Quinta restrictio fluxus: quod fit per emplastra & suppositoria, quæ iam dicentur. Sexta consolidatio vulneris: si quod accidit ex casu & percussiõe, quod fit cum licinijs incarnatiuis, quæ dicẽtur ca. de vlceribus & rhagadijs in matrice.

Emperica. Huius passionis cura, quẽadmodũ & cuiuscũq; alterius, duabus perficitur intentionibus, scilicet intentione cõmuni, & propria. Intentio cõmunis cõsistit in digestionibus & purgationibus corporis. Syrupus autem bonus digerens omnes materias superfluas in corpore causantes talẽ fluxum,

&cum hoc matricem cum proprietate respiciens, sic fit. ℞. calamenti, pullegij. siler is, maioranæ, balsamitæ fumiterræ, an. M. 1. ros. endiuiæ, plantag. cicoreæ, viol. an. m. s. granorum sol. petro. macedonici, granorum iuniperi. an. ʒ. 1. se. diureticorum calidorum. ʒ. s. sumach myrtil. acatię. ana ʒ. 2. masticis, dragāti. ana. ʒ. 1. xiloalo. sand. xilob. cardamomi. an. ʒ. iij. zinz. cinamomi. an. ʒ. 4. mellis & zuccari. an. ʒ. 8. aquæ puræ fontis lib. iij. bulliantur simul, donec tertia pars consumatur: tunc coletur & syrupisetur cum melle & zuccaro: dentur ex eo omni die in aurora. ʒ. iij. vel. 4. per se vel cū aqua decoc. plantaginis. Et si laxatiuū facere volueris: adde hermodactyl. ʒ. s. sene, turbith, agarici. an. ʒ. 1. myrobalanorum citrinorum, & emblicorū. an. ʒ. 2. in decoc. Item ad hoc conferens est syrupus myrtinus, quē diximus ca. de fluxu ventris. parag. Emperica in causa calida: vel syrupus de menta ibidem positus in causa frigida, si dentur cum suis proprijs directiuis: sicut est aqua decoc. saxifragæ, milij sol. granorū iuniperi, & petro. macedonici, apij & omnium diureticorum. Purgatio vero melior in hoc casu est ea, quæ fit ex myrobalanis: vt quidam dicunt, quam diximus ca. de debilitate digestionis stomachi. parag. canonū: quoniam soluēdo constringit fluxum. Sed licet hoc verum sit in fluxu ventris: nō tamen hoc approbamus in fluxu menstruorū vel hæmorrhoidarum propter duas causas. Prima, quia stringentia ventrē augmentāt causam fluxuum aliorū. Secunda, quia virtus medicinæ soluentis comprimēdo nō transcendit meseraicas, vt dicunt authores: sicut neque est earum virtus, quæ soluunt leniendo, vel lubricum faciēdo. Intentio vero propria localibus remedijs integratur: quorum quædam sumuntur per superius, vt electuaria, & trochisci, & syrupi styptici; quædam per inferius, vt clysteria, suppositoria & suffumigia, quædam per exterius, vt balnea & emplastra, quæ omnia nūc dicemus. Electuarium optimum ad hoc est athanasia, si ex ea detur bis omni die. ʒ. s. in aurora. et ante cœnam cum succo plantaginis, vel solatri dissoluta, & cum ea misceatur aq pluuialis, vel aqua decoctionis myrtil. vel vinū rubeum ponticum in causa frigida. Trochisci optimi ad hoc sunt trochisci de karabe, vel de bolo armenico: quorum in superioribus diuersas diximus descriptiones, scilicet in ca. de phthisi. & ca. de sputo sanguinis, quæ est melior descriptionū. Syrupus optimus ad hoc sic fit. ℞. succi plantaginis. succi consolidę maioris, succi myrti. an. ʒ. 4. acatiæ, sumach, boli armeni. lapidis ematitis. an. ʒ. 2. hypocistid. ʒ. 1. & s. se. ros. rub. ʒ. 1. & ℈. 1. puluerisentur omnia, & fiat syrupus cum lib. 1. zuccari. Et si feceris aquosum detur per se: Si vero spissum, detur actu frigidum cum aqua plantaginis. Et valet plurimū in dysenteria, & mictu sang. Clystere ad hoc optimum sic fit. ℞. plātaginis, cymarum rubi, cymarū absynthij corticis quercus, & piri, radicum cannæ siccarum. an. manipulum vnum, balaustiarum, cupularum glandium, risi, acatiæ, hypocistid. an. ʒ. s. bulliantur oīa in aqua pluuiali, & vino rub. pōtico, postea colentur, & addantur zuccari ros. ʒ. 2. & iterum bulliantur aliquantulum, & colentur, & injciatur actu frigidum in vuluam & matricem per pessariū: quod est instrumentum simile clysteri, sed est maius & longius, quasi vergens in similitudinem virgæ virilis. Suppositorium ad idem sic fit. ℞. karabe, gummi arabi. assati. laccæ, balaustiæ, hypocistid. licij. an. ʒ. 5. thuris an. 2. opij. ʒ. iij. terātur, & cribellentur omnia, & fiant suppositoria subtilia cum muscillagine psyllij, & deferantur in vulua omni hora: vel dissoluantur omnia cum aqua decoctionis

sumach, donec fiat in forma mellis currentis: & supponantur cum lana, vel coto tincto in eis. Et ad hoc faciunt trochisci de karabe dissoluti in eadem aqua. Suffumigium fit ex mastice, thure, dragaganto, gummi arabico, venice, storace sicca, & galbano factis in forma fabarum cum laudano, vel terebentina, vel pice nauali, quæ positæ super carbones reddunt fumum in vulua ascendentem, corpore circum circa operto, sero cũ itur dormitum. Et quidam dicunt, quod matrix sursum rapitur, & constringitur ex fumo fœtido: sicut est fumus ex vngulis equorum, vel caprarũ proueniens: quẽadmodum descendit ex aromaticis, & dilatatur. Balnea sunt ex aqua decoctionis balaustiæ, absynthij, plãtaginis, cymarum vitis & rubi, prunorũ immaturorum, & pirorum, & sorborum & mespilorum, & malorum macianorum, virgæ pastoris, solatri, rof. acetosæ, cicoreę, coriandri, lentium, & similium, & proprie ex aqua pluuiali. Fomentationes fiant ex petijs lineis mollib9 infusis in aq̃ eadem positis actu frigidis super sumẽ ventris, & infra vuluam, vel infusis in aqua sumach, & masticis, postq̃ in ea dissoluti fuerint duo trochisci de karabe sæpe dicti. Emplastrum sic fit. ℞. boli armenici, myrtill. rof. rub. balaustiarum, acatiæ. ana. vncias quatuor: terãtur perfecte, & incorporentur cum aqua rosa. & albuminibus ouorum, & modico aceti, & frigidum super vulam ponatur. Cerotum ad idem sic fit: quod cum est positum super vuluam, ilico stringit exitum sanguinis in ipso. ℞. masticis vnciam vnam & semi boli armenici, sanguinis draconis, ana. drachmas quatuor: glutinis, piscium, vel glutinis albotim vnciam semis acatiæ, hypocistid. anã. drachmas duas: olei rof. olei myrtini. anã. quod sufficit, ceræ albæ tantundem: incorporentur omnia simul ad ignem in casola, & extendantur super corium albũ, molle, & ponatur super sumen & vuluã pãno lineo mediante frigidum actu: Et in causa calida potest addi opij. ℥. I. quæ repercutit, & mitigat, & restringit, Liciniũ ad idem sic fit. ℞. alcannæ, boli armenici, terræ sigillatæ, sanguinis draconis, lapidis ematitis. anã. ℥. 2. terantur omnia subtiliter, & cũ albuminibus ouorum incorporentur in formam mellis currẽtis, aut cum aqua decoctionis balaustiæ, & sumach, & psidiæ, aut cum succo sanguinariæ, aut plantaginis: & licinium ex coto, vel lana intinge in ipso, & digite cũ digito intra vuluam. Et potest addi alumen lamenum in causa frigida. Ventosatio præterea ad hoc vtilis est, quæ fit super radices mamillarũ versus inferius mamillis eleuatis: quoniam inde procedit vena lactea tendens ad matricẽ, vt ibi sanguinem attrahat, & materias lactis ad mamillas traducat. Vnde Hip. 5. partic. aphoris. Mulieri habenti menstrua, &c. & fi. hoc sine scarificatione: et si non sufficit, ponaẽ ventosa super epar & splenem cum igne vel suctione vehementi: Et si nondum sufficit, fiat scarificatio non profunda. Item dicit Rasis in diuisionibus: quod communis cura omnis fluxus menstruorum tripliciter ordinate perficitur, scilicet vt primo extrahatur chymus dominans: Secundo vt dentur stringentia sanguinem per interius: Tertio fiant localia per exterius. In quibus adhuc triplex est obseruãda cautela. Prima quidẽ [vt hoc nõ fiat subito] sed gradatim: quoniam in nullius morbi cura, & proprie in fluxibus & euacuationibus non est prȩcipitiose festinãdum] sed paulatim a leuioribus per fortiora ad vltima tendendum: donec securetur an fluxus symptomaticus sit, vel naturalis. Secundo vero, vt remedia styptica congruãt virtuti, ætati, & complexiõi. Qm̃ vt dicit Gal. 8. de ingenio sanitatis.

Frigidiora competunt in flegmaticis & senibus in causa calida laborantibus, q̄ in cholericis vel iuuenibus. Tertia vero vt si calidis vti oportuerit, nō capiamus, nisi ea quæ exiccāt sine calefactione manifesta: vnde Hippo. 5. part. apho. Quæcunq; infrigidata sunt recalefacere oportet: exceptis his, quibus sanguinem manare futurum est. Clysteria ergo & emplastra & balnea præsentis passionis remedia administrentur actu frigida, vel saltem tepefacta.

Canones. Menstruorum quatuor sunt causæ. Prima quidem efficiens, & hæc est calor innatus, & diminutus. Materiale nanq; foetus principium, si sufficiētem caliditatem participasset, ex ipso natura sapiēs meliorum semper factrix, nō fœmellā, sed masculū generasset. Propter q̄d ait Aristo. 2. de generatione animalium: Mulier est vir occasionatus: & primo phys. Mulier appetit virū, sicut materia formam, & turpe bonum. Secunda vero materialis, & hæc est pars massæ sanguineæ cruda flegmatica & indigesta. Tertia vero formalis, & hæc est epatis digestio diminuta, cui subuenit virtus totius regitiua cū periodica expulsione. Hæc autem periodus est de mense lunari, quod est tempus quatuor hebdomadarum, vel circa id: quare in tali circulo menstrua purgātur: ita vt quibusdā eueniat in plenilunio propter exuberantiam humorum frigidorū, quibus luna dominatur. Quibusdam vero in defectu lunæ propter malam & imperfectam talium humorum regulationem hora illa. Aliis vero in nouilunio, propter humorū agitationem per corpus post quietem diuturnam. Quarta vero causa & vltima est finalis: & hæc est duplex. Vna quidē indiuidui, quæ est corporis emūdatio cū custodia sanitatis. Alia vero speciei, quæ est humorum in quanto peccantium delegatio ad locū cōceptionis & nutritionis: propter quod accidit, vt fœmella non habeat menstrua ante tempus pubertatis quod est 14. annus vel circa: quoniā ante hoc tēpus calore ampliori participat innato, & nutrimento indiget plurimo pro corporis nutritiōe. Similiter neq; post annum 60. vel circa id, propter virtutū naturalium defectionē, & proprie appetitiuæ & expulsiuæ: quare neq; ante hoc tēpus, neq; post concipiunt: Et si concipiāt: abortiūt ex omni leui causa, nisi bonitas cōplexionis, & regiminis, opus rectificet naturale: vnde Hip. 5. parti. apho. Quæcunq; præter naturā tenues existētes concipiunt: abortiunt, anteq̄ grossescant. ¶Menstruorū præterea quatuor sunt partes heterogeneæ diuersæ. Prima quidē purissima & nobilissima, quæ est superfluitas alimenti communis pro toto, & hoc cedit pro materia generationis fœtus in matrice. Secunda post istā purior, & hæc transit in nutrimentum embrionis nuper generati. Tertia cruda, aquosa, quæ sursum per venas duas lacteas delegatur in mamillas: vt earum caliditate denuo excoquatur, & earum albedine dealbetur: cum sint caro glandosa pro educatione pueri post partum. Quarta grossa nigra, frigida, terrestris: quæ est sicut fex prædictarum, neq; conueniens alicui iuuamentorum prædictorum: & hæc reseruatur hora impregnationis in matrice iuxta fœtum, quem contegit secundina, ne ab ipsa inficiatur: & hora partus simul expellitur cum fœtu præstans sibi facilitatem exitus in mollificatione vuluæ & lenificatione. ¶Sciendum præterea, q̄ ex humoribus sunt qui cursum menstruorum velocitant, vt cholera: & sunt qui retardant, vt melancholia: & sunt quidā horū medii, et ipsi medii adhuc sunt duorum generum: quidā enī sunt per æquædistantiam perfectam, vt sang. quidam vero per indifferentiam ad vtrunq;, vt flegma. Flegma nanq; si subtile aquosū

fuerit, anticipat: Si vero grossum visco-sum, retardat. Cholera igitur ex citrinita te & subtilitate & ardore menstruorum, co gnoscitur. Flegma vero ex albedine mu cosa subtili vel grossa. Melancholia ve-ro ex grossitie & nigredine. Sanguis ve-ro ex menstruorum rubicunda claritate cũ substantia tẽperata: vnde Hip. 5. par. apho. Mulieri habenti menstrua sine co-lore proprio, & non secundum se semper facta, purgatione indigere significat. Di cit præterea Auer. 5. collect. ꝙ oẽs medici næ vrinatiuæ sunt menstruorum prouocati uæ: tum quia vrina & menstrua per san. colliquationem intra venas & subtiliati onem prouocantur: tum quia dirigentia ad renes & vesicã dirigunt ad matricẽ: nisi forte aliqua ex eis a proprietate ope rẽtur, vt cantharid. circa vesicã: quare in fluxu menstruorum superfluo, & in pregnã tibus, in quibus est timor aborsus, sum-mopere cauendum est in cibis & medici nis ab vsu diureticorum & vrinatiuorum: & si qñq; gratia directionis vti eis cõue nit, cum stypticis eorum effrenitas reprima tur. Ex quibus ostenditur, ꝙ dicta ca. de mictu san. et ca. de diabete, & ca. de strã guria, pñsenti ca. sublimiter suffragãtur.

Prognosticatio. Fluxus exuberãs mẽ struorum fit vt pluri-mũ in fine veris, & principio æstatis pro pter dominiũ san. In fine vero æstatis, & principio autumni ratione choleræ. In fi ne vero autumni, & principio hyemis ra tione melãcholiæ adustæ. In fine vero hy emis, & principio veris ratione flegma-tis replẽtis: In qualibet tamen horarũ po test ex qualibet causa euenire: cũ non so-lum tẽpus anni, verum & regimen cor-pora transmutẽt. Considerentur ergo si-gna propria humori dominanti, in q̃bus adhuc vtilis est attendenda vna cautela, scilicet vt non tãtum signis exterioribus sumptis ab habitudine & colore corpo-ris: verũetiã interioribus sumptis ab exe untibus immutatis statim à principio cer tificemur: quoniã vt ait Gal. in cõmento illius apho. 1. parti. In perturbationibus ventris &c. Color corporis humorum su perabundantiam ostendit: si non in pro-fundo corporis accubuerint. Item fluxus menstruorum perdurans cum debilitate virtutis, et inanitione corporis hecticam vel hydropis. minatur per sui exiccatio-nem plurimã, vel eductionem caloris in-fluẽtis immoderatã. Conetur ergo medi-cus talibus morbis obuiare. Item si men strua durauerint cum constãtia virtutis, & alleuiatione corporis, nequaq̃ restrin-gantur, & proprie in corpore sanguineo robusto vł solido, plethorico: q̃m ægram liberat a multis passionibus. s. suffocatio ne matricis, lep. phthisi, fe. putrid. et apo stematibus perniciosis: sed moderet̃ eorum regimen cum reductione ad contrarium, donec ad moderatum deueniat. Item di-cit Hippo. 5. apho. Mulieri sanguinẽ vo mẽti menstruis superueniẽtibus, menstr. solutio fit, supple & ergo sponte vel per artem. Item ibidem: Mulieri in vtero ha benti, si vẽter fluat, suspicio est abortien di. Itẽ in eodẽ: In fluxu muliebri spasm9 & ante defectio si superueĩat, malũ, sup ple & mortale. Item ibidẽ: Mulieri men struis plurimis euenientibus accidũt ægri tudines, & non eueniẽtibus a matrice ac cidunt ægritudines. Itẽ ibidẽ. Mulieri ha benti fœtũ in vtero si purgationes exeãt, impossibile est fœtum esse sanum. Et hoc verum intellige, si fuerint purgatiões for tes, & plurimæ & proprie post tertiũ mẽ sem: q̃m ante hoc tẽpus possunt mẽstrua naturaliter fluere: cũ adhuc fœtus modi-co indigeat nutrimẽto, & proprie si mu lier sit otiosa, sanguinea, robusta.

¶De retẽsione menstruorum. Ca. II.

Retinentur menstrua ex causis con-trarijs dictis in capitulo præceden ti, quoniam qui bene diffinit, con-

traria consignificat, vt dicũt logici. Hæ tamen omẽs causæ ad quatuor reducuntur. Prima est sang. modicitas in corpore toto: Secunda sanguinis grossities, vel viscositas opilans. Tertia sanguinis diuersio ad alia loca, scilicet ad mamillas, vt fiat lac, vel ad renes, siue loca alia. Quarta est strictitudo venarum corporis, & proprie matricis.

Methodus. Signa eius propter paucitatem sanguinis sunt, si hæc per naturam & ex generatione, habitudo insit sicca, & extenuata cum citrinitate coloris in cholerica, vel plumbeitate in melancholica: quare exiccatur matrix, & fortificatur eius retentiua præter modum. Quod si talis siccitas acquisita fuerit ex regimine diætæ, antecessit labor fortis, & ambulatio in locis calidis, & fames, & tristitia, & vsus ciborum siccorum actu vel virtute: sicut patet in mulieribus rusticanis: vel antecessit ægritudo chronica vel perdurans. Et cura eius, est humectatio et impinguatio corporis pro posse, & delectatio in cibis & potibus dulcibus vergẽtibus ad caliditatem aromatizantem in melancholico, vel ad frigiditatem in cholerico & addentibus in sanguine & menstruis: sicut plene docuimus capitulo de macie renum: & plura dicemus capitulo de febre hectica lib. 2. Signa eius propter sanguinis grossitiem vel viscositatem opilantem, sunt habitudo corporis squalida, flegmatica cum mollitie & multitudine pinguedinis: & si antecessit otium et quies plurima cum nauseatiua satietate ex cibis frigidis viscosis: sicut sunt pisces, & tortellæ, & caro porcina, & panis azymus, & risum, & milium, & pultes ex simila, & pultes, & fabæ, verior erit tua significatio. Et cura eius est talium postpositio omnino, & exercitium & labor in ieiunio, & regimen subtiliatiuum ex cibis & medicinis acutis calidis: sicut sunt omnia diuretica, & aqua decoctionis cicerum, faseolorum, & pisorum cum petrosil. cymino & aneto: et sicut porri, & caules recentes semicocti, & iura eorum condita cum pipere ruta, cymino: & sicut sunt carnes arietũ & pullorum coctæ cum origano, calamẽto, serpyl. mẽtast. & porris, similibus cõditis cum sinapi, allijs, vel succo rutæ, & iura eorum condita cum sale plurimo & pipere vel cymino. Si hæc non sufficiant: fiat flebotomia de saphena pedis in talo: quoniã a proprietate menstrua prouocat: quemadmodũ flebotomia ex manu ea abscindit: & proprie si fiat post sessionem in tina perdurantẽ, donec humores dissoluãtur. Et ponãtur ventosæ siccæ super sinum vẽtris vel sumẽ sub vmbilico. Et si hæc adhuc non sufficiant, fiãt omnia localia, quæ dicentur parag. Emperica. tam per interius quàm per exterius: ita tamen vt a lenioribus incipiamus, & gradatim per media tendamus ad fortiora: quoniam hic est ordo sapientiæ perfectæ. Signa eius propter diuersionem sanguinis ad loca alia, sunt exuberantia lactis in mamillis cum earum inflatione plurima: quemadmodum accidit nutricibus. Iuxta illud Hippocratis quinta particula apho. Mulier, quæ neque pregnãs est &c. Si vero sanguis ad renes diriuetur, apparebunt signa diabetis, & antecessio diureticorum vsu superfluo. Si vero ad caput, multiplicabitur fluxus narium secundum periodum menstr. Iuxta illud Hip. 5. par. apho. Mulieri menstruis deficiẽtibus, sanguis e narib9 fluit. Si vero ad epar & stomachum, fiet sanguinis vomitus periodicus. Si vero ad cutim, superueniet sudor exuberans plurimus omni die, & proprie in aurora. Si vero sang. diriuet̃ ad embryonẽ nutriendũ, antecesserunt signa impregnationis, quę dicent̃. Cura eius cõmunis est, vt fiat primo repercussio sanguinis a locis p̃dictis cũ emplastris & epithymatibus frigidis

dictis ca. de exuberantia lactis in mamil
lis. Secūdo vt fiat attractio ipsius ad infe
riora cū flebotomia saphenæ, & vētosa-
tione prædicta. Tertio, vt fiant omnia,
quæ dicentur. parag. Emperica. præterq̄
in pregnante, circa quam nihil omnino
fiat: ne prouocet̄ aborsus. Signa ei⁹ pro-
pter strictitudinē venarum, sunt: quoniā
si hæc insint ex generatione, apparebunt
venæ graciles, subtiles, velut chordæ: &
multitudo pinguedinis opprimentis eas,
et assiduus dolor hypochōdriorꝫ propter
oppilationem epatis & splenis: & ꝙ san
guis exiens est modicus & subtilis. Si
vero talis fuerit strictitudo aduētitia, fiet
propter apostema in matrice: de quo di-
cemus cap. proprio, vel propter flegma
grossum inducens coartationē vasis. Et
de hac strictitudine dictū est, vbi de san.
grossitie loquebamur. Et cura strictitudi
nis innatæ, prout fieri possibile est per ar
tē, est abstinentia a cibis & potibus gros
sis vel viscosis omnino, & cautela a nau
seatiua satietate pro posse & somno &
balneo, & potu vini plurimi super cibū:
Et vt nutriatur ex cibis & potibus cali-
dis, subtilibus, penetratiuis: sicut sunt iu-
ra carnium laudabilium condita croco
& cynamomo: & olera omnia præter
caules: & vinum album, subtile, aquo-
sum, & vsus frequens brodij, & omnium
diureticorum, cicerum, pisorum, & faba
rum, & faseolorum. Fiat prætereа post
tale regimen frequens flebotomia saphe
næ: neqꝫ extrahatur sang. plurimus hora
vna: sed fiat secundatio potius, & assue-
factio descensus materiæ ad inferiora:
Neqꝫ fiant a principio localia fortia, ne
forte agitēt materias intra loca angusta,
& dolorem inducāt in matrice. Quod si
omnia ista non contulerint, et sanguis in
ventre aggregatus consisterit, & dolorē
induxerit: flebotometur basilica dextra
& sinistra frequenter, & extrahatur san
guis pro posse, ne forte materia venas
rumpat, & suffocationem caloris natu-
ralis subitam inducat. Quod si sanguis
exiens fuerit grossius & difficilis transi-
tus, balneetur primo corpus in aqua tepi
da dulci, & post hoc fiat incisio venæ lar
ga cum flebotomo obtuso declinante ad
spissitudinem.

Emperica. Præsentis morbi cura dua
bus intentionibus indiget,
communi videlicet & propria. Commu
nis autē est præparatio & extractio chy
mi dominātis. Syrupus igit̄ digerens ma
terias frigidas & grossas in matrice & re
nibus, & menstrua & vrinā prouocās, et
lapidē frangens, & oppilationē difficilē
antiquā abscindens sic fit. ℞. liquir. ru-
beæ, diptami, peoniæ, aristolo. ro. valeri
anæ, pastinacæ, petrosi. apij, fen. cicoreę,
calamenti, origani, mētast. serpyli, arthe
mesiæ, rutæ, sauinæ, pullegij, betonicæ,
balsamitæ, ozimi, cauliculi agrestis, gra
minis scolopēdrię, tamarisci, camedreos,
chamepiteos, capill̄. vene. eupatorij, satu
regiæ, meliloti, prassij. an̄. oim, vel quo-
rundam, m. ß. succi borragin̄. porri. an̄. ℥.
2. se. anisi, fen̄. petrosil̄. carui, ameos, cy-
mini. an̄. ℥. ß. millij solis, saxifragiæ, iuni-
peri, amygdal. an̄. ℥. 1. & ß. seminum cō-
munium frigidorum nucleorꝫ cerasorꝫ et
persicorum. an̄. ℥. 1. myrrhæ, galbani. an̄.
℥. ß. fi. syrup. subtilis aquosus, clarificat⁹
cū albuminibus ouorū, addito zuccaro
quod ß. de quo bibatur bis omi die in au
rora, & ante cœnā circa. ℥. 4. nullo alio
addito. Extractio vero chymi grossi fit
vel cum hierapic. Gale. vel cum benedi
cta laxatiua, vel cum pillulis dictis cap.
de lapide in renibus. parag. Methodus.
Et iterum fortiores sunt illis de hermo-
dacty. quas dicemus ca. de arthetica pas
sione: propria vero intētio est, sanguinis
subtiliatio, oppilationis apertio, & mē-
struorum prouocatio, quæ fit per medici-
nas exhibitas ꝑ interius, vt sunt trochis,
& electuaria: & per exterius, vt sunt bal

nea &emplast.&'p inferi9, vt sunt suffu migatio, suppositoria, &pessaria. Trochisci meliores ad hoc sunt, trochisci de myrrha, qui sic fiāt. ℞.myrrhę ʒ.1.&ſ. farinæ lupinorum, vel amygdalarū amararum.ʒ.2.&ſ.foliorum rutæ siccæ, mentastri, pullegij, culeæ tinctorum, assæ, sesapim, oppoponacis.ʒ. 1. dissoluātur gūmæ in succo rutæ, &cum eo conficiantur trochis. quorum quilibet sit.ʒ.2. Detur vnus omni die in aurora cum aqua decoctiōis iuniperi, vel sauinæ, & propriè per dies aliquot ante tempus menstruorū. Sunt enim tantæ fortitudinis, vt si dētur prægnanti, faciant oborsum, & educent fœtum viuum & mortuum: Et si dentur difficulter parienti, velocitabūt partū, et educent secundinam. Trochisci de gummis ad idem sic fiunt. ℞.myrrhæ, oppoponacis, gallani, serapini.ana.ʒ. 1.assæ fœtidæ.ʒ,5.Aliqui addunt castorei. ʒ.ſ. croci.℈.1.cōficiantur cum succo rutę, dentur vt postea. Confectio bona ad idē est diatessaren, q̄ fit ex quatuor speciebus scilicet myrrha, gentiana, aristol. rotunda, bacci lauri.aā.par. æqualibus: confectis cū melle cocto, vel crudo lambendo ex ea in ieiunio. Electuaria vero optima ad hoc sunt antidotū hæmagogū, &nefrecatarum, &trifera magna, si detur ex eis omni die in ieiunio cum vino decoctionis sauinæ, vel iuniperi, vel fol. lauri, vel fumi terræ, vel rutæ, vel absynthij, vel azari, vel alterius acuti cuiuscū que. Puluis ad idem. ℞.cassiæ lingnę.ceræ cassiæ fist.ana.ʒ.2. detur ad potandū cum vino decoctiōis sauinæ. Puluis fortior sic fit. ℞.esulę consolatæ cum lacte vel cum oleo amydalarum dulcium exsiccatarum, ʒ.5.mesercō, serapini.℈.5.turbith.ʒ.1.cinamomi, nucis muscatæ, granorum apij.aā.ʒ.2.fiat ex omnibus puluis cribellatus, de quo sumat̄ in ieiunio ʒ.5.omni die cum decoctione liquiritiæ, vel sero caprino. Alius fortior, si teratur aristol. rot. piperis myrrhæ, se. cicutæ, centauriæ omniū.aā.ʒ.1.& si volueris, forma ex eo paruas pillul.cū succo prassij & da sero sine cœna, vt postea. Balneum ad idem fit ex aqua decoctionis sauinæ mentastri, pullegij, iuniperi, origani, roris marini, foliorum lauri, in qua sedeat ab vmbilico ifra, sed nō supra. Quod si post exitum a balneo flebotomentur ambę saphenę pedum, quæ sunt intus in talo cum incisione larga, beatificabitur operatio: quia dum sanguis sit subtilis, extrahetur facilius ad inferiora. Suppositoria sic fiunt. ℞.rad.maluę, vel malua uisci, vel thapsi barbati, & figuret̄ figura suppositorij, & inungatur cū oleo laurino, vel laterino, vel de costo, vel de euforb. vel bened. & intromittatur in vuluam, & deferatur post balneum assidue tribus diebus. Quod si adhuc nō sufficit: aspergatur post iniectionem ex puluere euforb. vel costi, vel castorei, vel cū trifera magna acuta cū scamonea, vel cū aloe epatico magno. Suffumigiū fit cū trochis. supradictis positis super carbones, & recepto fumo in vuluam cū traiectorio: vel fiat suffumigatio cum huiusmodi. ℞.cassiæ ligneæ, costi, cinamomi, myrrhæ, anethi, cymini, flammulæ. nepitiæ, calamenti, origani, mentæ, balsamitæ, granorum sauinæ, iuniperi, xilo aloes, xilobal. thuris, aliptæ, muscatæ, storacis siccæ omniū, vel quorundā, aā. part. vnam, armoniaci, serapini, oppoponacis.aā.par.ſ.conficiantur pillul. cū laudano vel vino aromatico, & fiat cū eis suffumigatio: quoniam vias aperit, & sanguinem colliquat, & matricem delectat, & ad inferiora trahit. Vnde Hip. 5.part.aphorismorum. Muliebria educit ex aromatib9 calefactio, multotiens vero & ad alia vtilis esset, si non capitis grauedinem faceret. Aspergāt̄ igitur facies & tempora cum aqua rosacea hora suffumigatiōis contra capitis dolorem.

Et si suffumigia fœtida fierēt circa os & nares, ex vngulis caprarum vel asinorū, melior fieret operatio: quoniā a forma specifica matrix prosequitur aromatica & fugit fœtida. Sternutatio pręterea conferens in hora eadem est ex cōdisi & pulvere piperis, pyrethri euforb. & similium naribus inflato. Vnde Hip. ibidē. Mulieri quæ a matrice molestatur, aut difficulter generanti, sternutatio superueniēs bonum. Licinium sic fit. ℞. ciclaminis, ellebori albi, calamenti, serapini, euforbij. aā.ʒ.2. terantur & conficiantur cū succo rutæ, vel aqua decoctionis sauinæ, donec ad formam mellis currentis reducātur, & supponantur cū lana vel coto intincto: quoniam est in prouocando menstrua adeo forte, vt pducat ad aborsum. Idem facit pul: aloes, myrrhæ, assæ fœtidæ, euforb. nitri aā.ʒ.1. si cū felle vno tauri, vel canis, vel vituli contēperetur, addito succo apij, vel hysopi, vel cicutæ, & lana carpinata imbibatur, & postea contorqueatur, donec rigescat, & supponat. Sed debilius istis est, si candela noua lini aī ex oleo nardino, vel de lilio, in quo dissoluta sint tria grana muschi, vel ambræ, & cōtinue deferatur intra vuluam, vel imbibatur petia linea in oleo prædicto, & ligetur circa candelam, & imponatur: sed ei filum appēdatur, quo extrahi possit: quoniā matrix eam sugeret ad interiora. Fricatio fit, si digit⁹, vel petia contorta in figurā digiti imbibatur oleo eodem sic aromatizato, & cū eo fiat vehemens fricatio intra labia vuluæ. Vaporatio fit, si nigella, artemesia, aristologia, ruta, & sauina bulliātur perfecte in aqua fontis & vino albo veteri, & cum immissione cannæ intra vuluam vapor calidissimus racipiat, corpore vndiquaque bene contecto: & si addideris folia lauri, pullegij, saluiam, mentastrum: & iterum si myrrham, & armoniacū, & assam fœtidam, melior fiet operatio. Et quidam addunt acorum, azarum, scolopendriam, tamariscum, sambucū, squilliticum, sinapim, baccas lauri, cyminū, & omnia acuta penetratiua. Sed necesse est vuluam inungere cum oleis frigidis, ne calefiat superflue, vel vlceretur: sicut est olioum rof. vel de nenuphare, vel cepum hircinum cū populeon permixtū, vel vnguentum album. Succus præterea rutæ, vel absynthij, bibitus frequēter in ieiunio: Similiter & aq̄ decoctionis azari, nepitæ, sauinæ & iuniperi, menstrua prouocat, & abortire facit. Similiter & aqua calida valde salita, donec fiat amara.

Canones. Omnia calida acuta, similiter & amara menstrua prouocant, sua caliditate materias colliquādo & sua acuitate excitando virtutem expulsiuam, sui penetratione vias elargando, & sua amaritudine humores despicabiles, & naturę odiosos reddendo pro corporis nutrimento. Dicit præterea Auerro. 10. colliget. quod omnis medicina prouocans vrinam, prouocat & menstrua: q̄re dicta ca. de lapide in renibus, & capitulo de dysuria & suria præsenti suffragantur doctrinæ. Est etiam sciendum, quod prouocatio menstruorum & aborsus non differunt nisi secundum magis & minus: quare illic dicenda præsenti curæ annectantur: & proprie in fine, postquam nihil prædictorum visum fuerit conferre, Et ex his quæ plurimum cōferunt, est coitus frequens cum viro tardæ pullutionis post fricationem perdurantem, & potus vini veteris potentis. Item si mulier sæpe ponatur in balneo aquæ dulcis tepidæ ante & post consumptionem medicinarum prædictarum: ita vt sitiat vehementer, melior fiet operatio, & virtutis medicinarū per venas delatio profundata.

Prognosticatio. Mulieri si mēstrua defecerint, vomitus san

guinis superueniens tollit ægritudinē & ecōuerso, vnde Hippocrates quinta particula aphorismorum: Mulieri sanguinē vomenti menstruis superuenientibus solutio fit. Mulieri menstruis deficientibus sanguinem fluere e naribus bonum est. Item in eodem. Menstruis plurimis euenietibus accidūt ęgritudines, &c. Quod quidem intellige: quoniam ex fluxu mēstruorum superfluo surgit marasmus propter caloris influentis euacuationē, item & hydropisim hys. Ex retentione vero menstuorum surgit mola, vel hydrops ascites propter regurgitationē sanguinis frigidi mortificantis, & sua grossicie oppilātis, sua multitudine opprimētis calidum naturale. Item retentio menstruorum cum signis aliis impregnationem certificat. Vnde Hippoc. 5. partic. aphoris. Si mulieri purgationes non exeant, neq; frigore, neq; feb. superueniēte, anxietates, abominatiōes, & defectiōes ei acciderit; repūta hāc in vtero habere.

De rectificatione matricis, & difficultate impregnationis. Cap. III.

Difficultas impregnationis & generationis, aut est ratione mulieris, aut ratione viri, aut ratiōe vtriusque. Si ratiōe mulieris habet causas sex. Prima est matricis distemperata caliditas, qua aduritur menstruum & sperma immissum: Secunda est intensa frigiditas mortificans & congelans: Tertia est exuberans humiditas, qua debilitatur retentiua: Quarta est siccitas extrema generationi materiam denegans: Quinta venarum strictitudo in matrice, similiter & oppilatio fœtui pabulum necessariū non transmittens, vel vuluæ coartatio vltra modum introitum virilis virgæ non admittens: Sexta & vltima est ęgritudo propria matricis, scilicet apostema vel vlcus ipsam prohibens ab operatiōe debita vel consueta. Si vero fuerit impedimentum ratione viri, causas habet quinq;. Prima est spmatis caliditas adurens: Secunda vero est frigiditas congelans: Tertia siccitas diminuens: Quarta humiditas dissoluens: Quinta virgæ breuitas vel curuitas sperma ad locum sibi proprium non perducens: Impedimentum vero ex parte vtriusq; simul prouenies, est vnicum: quod est æqualitas cōplexionis distemperatæ in vtrisque: verbi gratia: quoniam cholericus non generat ex cholerica, neque flegmatic⁹ ex flegmatica, cum ex eorum permixtione dicrasia vltimetur, & operatio naturalis auferatur. Omne nanq; naturale est temperatum, & omne temperatum est naturale: vt dicit Galen. prim de accidenti. 1. capite. Quapropter accidit vt masculus temperatus generet ex fœmella intēperata: Similiter & masculus calidus ex fœmella frigida, & econuerso.

Methodus. Signa eius propter caliditatem matricis, sunt habitudo corporis macra citrina cum multitudine pilorum circa sumen. s. nigrorum & grossorum vel rubeorum, & paucitas menstruorum cum nigredine & grossicie ipsorum, & ardor vuluę cum asperitate hora coitus. Et cura eius est, impinguatio corporis, & eius alteratio cum cibis infrigidātibus, non excellentibus: ne forto distēperantia deterior inducatur. Quoniam difficile est complexionem naturalem permutari. Sit ergo maior intētio in impinguando, quam in infrigidando cū oīs humiditas cum superfluit, obtundit caliditatem. Sitim & famem non toleret & gaudeat ocio & quiete & somno. Fomentetur quandoque vulua vel vaporetur cum aqua tepida decoctionis lactucæ, portulac. cucurbit. ros. solatri, semperuiuæ, myrtill. Et potest addi aliquid iusquiami, vel mandragoræ, vsu tamen moderato: similiter & viol. rubus, plan-

tago, malua, cicoreæ, acetosa, folia papaueris, & semen eius, nenuphar, & similia. Suffumigetur quandoque ex camphora, gummi arabici, vel ex sanguine draconis & bolo armenico. Vtatur sæpe in ieiunio triasandalis. zaccaro rof. zuccaro violarum, diarodon abbatis, rosata nouella, & similibus, si stomach' non contradicat. Signa eius propter frigiditatem matricis, sunt color faciei albus vel plumbeus, subtilitas menstruorum, & paucitas rubedinis eorum, & eorum modicitas & tarditas, & pilorum paucitas circa sumē, quorum color est flauus vel subalbidus cum eorum subtilitate: & quandoque inflatur matrix, & turget sumen ex ventositate frigida grossa intus retenta. Et cura eius est regimen calefaciens ex cibis & potibus cum virtute, & vsus assiduus diatrionpipereon, diacimini, & proprie si matrix sit turgida inflata circa sumen. Similiter diagallangæ, diacardamomi, electuarium ducis, & similia. Clysterisetur matrix quandoque cum vino rubeo, in quo bdellium vel mastix, vel thus sint dissoluta, vel cū aqua calida decoctionis carui, cymini, sizeleos, calamenti, pullegij, ameos, peoniæ, mentastri & origani. Vngatur vulua frequenter, & proprie post purgationem menstruorum cum oleo costino, vel nardino, vel cum oleo balsami, q̄d melius est. Et si dissoluatur in aliquo eorum puluere, peoniæ, vel sizeleos, melior fiet operatio. Vtatur sæpe diambræ, diamargariton, in ieiunio. Subfumigetur ex thure, mastice, alipta muscata, gallia muscata: quoniam conferunt. Signa eius propter humiditatem matricis, sunt vuluæ lubricitas apud coitum, & omni hora, mollificatio corporis, & proprie maxillarum, & coxarum cum pigritia & tarditate ad operationes: & si cōcipiat, abortit, priusquam embryo magnificetur, & proprie mense secundo vel tertio. Vnde Hippoc. quinta particula aphorismorum. Quæcunque vero graciles corpus moderate habentes, abortiunt secundo mense aut tertio sine occasione manifesta, his colydones muscillaginibus plenę sunt, & non possunt tenere præ grauedine fœtum, sed disrumpuntur. Et cura eius est, vt digeratur flegma in matrice & corpore toto: et purget, sicut diximus capitulo de fluxu mēstruorum. parag. de fluxu eorū propter multitudinē flegmatis aquosi & de empericis, & proprie ante horam impergnationis, & post purgationem menstruorū: quoniam hæc est melior hora in hoc casu. Et ad hoc conferunt purgatiōes, quas dicemus capite de passione arthetica. parag. de causa frigida, si de' voluerit. Regatur diæta calida & sicca in cibis & potibus, si epar non contradicat vel splen vel accidēs aliquod. Et si fuerit possibile prouocetur vomitus semel in mense duobus diebus super se: prout dicemus capite de fœtore nasi: quoniam materias euacuat & diuertit: post hoc vero fiant localia. Clysterisetur ergo matrix cum vino veteri styptico, in quo mastix vel olibanus vel bdellium fuerit dissoluta, & bullita, vel cum aqua calida decoctionis calamēti, absynthij, betonicæ, balsamitæ, mentæ, mentastri, nucis cypressi. Similiter & vaporetur, & fomentetur, & balneetur cum eisdem. Et si fuerit aqua pluuialis, vel aqua in qua fabri ferrarij ferrum extinguunt: fiet melius. Et si times calorem super fluū, adde ex frigidis stypticis: sicut sunt rosæ, myrtill', balaustiæ, cupullæ glandiū, & similia. Si q̄d aūt ex aromaticis apponatur, beatificabit̄ operatio, sicut sunt spica, xyloal'. cassialing. xylobalsamū, calamus aromaticus, cinamomū, gariofil'. cost. & similia. Subfumigetur frequenter cum pillulis factis ex thure, myrrha, bdellio dissolutis in vino rubeo styptico, & incorpora-

tis cum eodem, vel ex storace sicca, galbano, armoniaco, euforb. & nuce cipressi: & fiant omnia quæ dicentur. parag. Emperica. Signa eius propter siccitatẽ matricis sunt habitudo mulieris macra, & paucitas mẽstruorum, & siccitas vuluæ assidua: & si antecessit fames longæua, & labor, & exercitium, vel ægritudo chronica: verior erit tua significatio. Et cura eius est impinguatio corporis & humectatio pro posse ex cibis & potib9, & balneis dilatãtibus, quæ plene scripsimus cap. de spasmo. & ca. de phthisi. & ca. de macie renum. Et plura dicemus capitulo de fe. hectica. li. 2. si deus voluerit. Localia vero humectãtia, quæ post prædicta conferunt: sunt coitus assiduus cum fricatione perdurante cum viro plurimi spermatis: quoniam talis fricatio matricem delectat a proprietate, & roborat, & impinguat: queadmodum omnis operatio naturalis membrum confortat, cuius est propria, si fuerit vsu vel modo nõ disconuenienti. Similiter & linitio vuluę assidua cum digito inuncto in oleo communi et tepido, vel adipe anatis, anseris, & gallinæ. Similiter & suppositoria ex eisdem dissolutis & inunctis ex radice altheæ vel maluæ: vel candela assidue in vulua retenta. Ad hoc etiam conferunt licinia ex lana vel coto cõtorto in formã digiti, & cum eisdem illinita, & omi hora in vulua gestata vsq ad profundum. Similiter & clysteria ex aqua decoctionis maluæ, altheæ, scilicet foliorum, radicum, & seminum colata & condita, & commixta cum oleis & adipibus prædictis, & iterum parumper bullita & tepida iniecta frequenter. Confert etiam vnguentum dialtheæ. Quod si eius calidita tem timueris: adde ex oleo viol. vel vnguento populeon, quãtum est tertia pars ipsius. Signa eius propter strictitudinem ex opilatione venarum in matrice, sunt: quoniã si sit ex generatiõe, erit habitudo corporis totius, pinguis, squalida: & est quãdoq, cum mulier non est pinguis circa membra exteriora sed interiora tantum propter multitudinem adipis apud rete tegẽs stomachũ & intestina, & apud matricem, & proprie os eius: quare comprimitur vehementer, & impeditur virtus attractiua. Et signa eius sunt, distẽtio ventris vltra mensuram, & frequentia anhelitus cum mouetur: & quia læditur ex retẽtione fecũ & vẽtositate plus aliis humoribus grossiorib9 in ambitu totius. Si vero talis strictitudo venarum & opilatio fuerit acquisita, apparet vna alba cum multitudine contentorum. Et cura amborum communis est extenuatio corporis pro posse cum ieiunio, & labore, & vigiliis: & vsus ciborum subtilium, parũ & leuiter nutrientium: sicut sunt olera cõmunia, & iura carnium, & vinũ aquosum, & vsus acruminum: sicut sunt cibi valde saliti, & carnes siccæ conditæ cum sinapi & aceto: Et comedere omni die in ieiunio micam panis furfuracei infusi in aceto vel agresta. Confert etiã vsus acutorum: sicut sunt allia, cepe, porri. Et si opilatio fuerit acquisita, digerantur flegma grossum & viscosum, & euacuetur, sicut diximus capitulo de restrictione mẽstruorum. Et post purgationem vtatur diureticis penetratiuis dictis illic. Ad hoc etiã conferũt dicta capitulo de lapide in renibus, & capitulo de dysuria: quoniã oĩa, quæ renes purgant: aperiunt, exopilãt, et mundificant etiã matricẽ, vt dicit Auer. quinto colliget. In fine vero fiant localia circa vuluam aperientia, & abstergentia matricẽ & eius venas: quarum orificia terminãtur ad concauũ matricis, quare cotyledones Græce appellantur, & ad q vena vmbilicalis procedens a vẽtre embryonis attrahit alimentũ &c. Cuiusmodi remedia sunt suffumigiũ ex pyrethro, ruta sicca, pulegio, costo, mẽta, sarcocolla: ex quorum quolibet per se vel pluribus

simul positis super carbones, & recepto fumo calidissimo in matricē mediante traiectorio posito in profundum vuluæ. Et ad hoc cōfert suffumigium ex alipta muscata & gallia muscata. Similiter & suppositoria facta ex gūmis eisdem dissolutis in veteri vino claro, et inunctis ex radice vluæ vel altheæ, vel candela appēsa cum filo, quo extrahaē: Et licinum ex lana vl' coto linitum cum eisdem, vel cum vnguento arrogon, marciaton & agrippa actu calidū immissum: Similiter & vaporatio ex aqua decoctionis pulegij, sauinæ, & iuniperi recepta per traiectorium, quanto calidius est possibile. Post prædicta vero omnia, & cum matrix fuerit perfecte purgata, fiāt localia facientia ad impinguationem a proprietate, quæ dicentur. parag. Emperica. Si vero prædicta strictitudo prohibēs actū gignitiuū fuerit in vulua, oportet vt cū rasorio dilatetur, donec introitum virgæ virilis concedat. Signa eius propter ægritudines in matrice, sunt signa apostematis & vlceris in ea, quæ dicemus cum sua cura proprijs capitulis. Signa ei⁹ propter caliditatem superfluam spermatis virilis, vel frigiditatē, vel humiditatē, similiter & cura sunt penitus eadem cum his, quæ dicta sunt de muliere. Conferūt præterea plurimum caliditati vel humiditati dicta ca. de satyriasi: friditati vero & siccitati subseruiunt dicta ca. de impotētia coeundi. Signa eius propter breuitatē vel curuitatem virgæ, patent ex intuitu vel ægri narratione. Et cura eius est, vt si sit in ea breuitas, eligat ex mulierib⁹ curtis gracilibus: quoniā & in eis existimaē collum matricis curtum, & hora coitus eleuet anchas mulieris, et ad se trahat vehemēter manibus vtrisq;, & caput eius ad inferiora declinet. Si vero virga tortuosa fuerit: incidatur cum ferro ligamentum hoc faciens, & extendatur virga, et ligeē inter duas tabulas leues, donec consolidetur. Dicit nāq; Aristoteles lib. 2. de generatione animaliū, q̄ virgæ breuitas diminuta prohibet generationē: quoniā sperma nō venit ad concauum matricis locum sibi propriū ex forma suæ speciei: quare stans in collo matricis infrigidaē, & resoluitur & exit saliuatim. Similiter & hoc facit virgæ prolixitas immensa: quoniā in ea sperma moratur superflue, donec euaporet. Melior ergo in generatione est virga recta moderata. Quoniā sicut sanguis si exiterit extra venas, in saniem & rem malam conuertitur: ita sperma virile nisi sit in vasis spermaticis vel in concauo matricis locatum fuerit, necessario corrūpitur. Eligat igitur breuis ex breuibus, & longus ex longis & grossis circa coxas. Signa eius propter disconuenientiam amborum inter se, sunt: quoniā masculus ex alia generat, & fœmella ex alio cōcipit, licet inter se nō valeant generare. Et cura eius est, vt a principio contractus gignitiui vir cholericus eligat ex mulieribus flegmaticis, & ecōuerso: & temperatus ex temperatis cum iudicio medicorum perfectoꝝ in cognitione complexionū, licet hoc sit difficile: quoniam generatio cum sit operatio maxime naturalis, non perficitur, nisi ex temperata sanitate generantium. Quòd si conuenerint sub æqualitate complexionis distemperatę, alternum ædificēt commerciū lege permittēte. Verum si hoc nō fuerit possibile, conueniens videē, vt mulier ad contrariam permutetur dispositionem cum cibis & medicinis alterantibus vsu tamen moderato, & paulatino: quoniam mulier est sicut materia, & vir sicut efficiens atq; forma: quare melius est, vt mulier alteretur, & conseruetur. Istud etiam impedimentum quandoque natura per se rectificat, per mutationem complexionis ætatiuæ.

Emperica. Sicut experimentum & ratio testanē, præter causas di

ctas in methodo, sunt & causæ quatuor aliæ prohibētes impregnationem: quarum prima est, modus indecēs coeundi. verbi grā. Si mulier iacuerit supius & vir inferius: vel si vir plurimum festinet ad opus perficiendum priusquā mulier incitetur ad libidinem, & matrix ad auiditatem: vel si mulier iacuerit capite eleuato, & coxis depressis: quare oportet, vt eorum quodlibet in cōtrarium varieť: quod est, vt mulier subijciatur capite depresso, & hora coitus lacescať palpitationibus lasciuiæ cū manibus circa mamillas & pudenda: & vt vir suum non compleat desiderium, donec in vulua senserit humiditatem affluentem circa vuluam & mulierem delectātem. Tunc nanque sperma proprium effundat natibus diligenter firmatis super anchas mulieris. Talis nanque modus mulierem delectat, & opus beatificat: quod sagax natura prænoscēs ab æterno deus vtrique sexui delectationem atque libidinem ingessit, ne dolorem patientis & laborem nutrientis horrescens, opus negligeret gignitiuum. Fecit igitur eos delectari, quoniam sperma vnicuique propriū lene ac mulcebre trāsit sup mēbrum neruosum sensitiuum titillosum, quod in viro est caput virgæ, & in muliere os matricis, simile rostro tenchæ. Et licet sperma mulieris non sit ad generationem necessarium, neque sicut efficiēs, neque sicut materia, prout superius in anatomia matricis ostēdimus: est tamen vt plurimum ad generationem iuuamentum ferens. Secunda vero causa est indebitus modus se regendi post coitum. verbi gratia: Si mulier ilico se erexerit, & steterit, vel saltauerit: quare cadit ab ea sperma. Ordinetur igitur, vt remaneat sub eodem situ post coitum per tempus aliquod, quod diximus in coeundo, scilicet resupinata & capite depresso, & natibus exaltatis, & si possibile fuerit: dormiat sic iacens. Et in hoc casu multum conferunt ventosæ latæ capaces positæ super sumē cum igne sine scarificatione: quoniam adiuuant attractiuā & retentiuam. Confortant similiter & emplastra calida styptica in methodo iam dicta. Tertia causa est colli matricis & vuluæ spaciositas immensa: quare ingreditur aër frigidus congelans. Cui subuenitur cum balneis & fomentationibus calidis & stypticis: sicut est aqua decoctionis gallarum, nucis cypressi, gummi arabici, myrrhæ, ciperi, masticis, olibani, aluminis, sulphur. squinanti, artemesiæ, cālamenti, & similium, in qua frequenter sedeat: & cum petijs lineis mollibus in ea infusis actu calidis loca prædicta fomentet intus & exterius, & in fine rei ipsa cum linteo diligēter exiccet. Ad hoc etiam confert suppositio lanæ vel coti intincti in hac mixtura. Recipe galliæ musca. drachmas tres, gariofi. drachmā vnam, musch. drachmā, semis, terantur, & dissoluantur in drachma vna vini rubei pontici, & aliquantulum ad ignem calefiant. Aliud ad idem fortius. ℞. gummi arabici, masticis, gallarum, aluminis, nucis cypressi, ana, vnciam semis, terantur, & cribellentur, & bulliantur in libris quatuor vini rubei, & vncijs quatuor aceti, donec vnciæ quatuor consumantur. Et ex hoc liquore calido frequentetur vulua, abluatur vsque ad profundum, quo digitus possit elongari. Et post ablutionem singulis diebus factam locus aspergatur alternatim intus & exterius cum puluere styptico subtilissimo facto ex bolo armenico, mastice, gummi arabico, mummia, armoniaco, thure. anā. vnciam semis, tritis & cribellatis. Et post aspersionem epithymetur cum pannis lineis, infusis in liquore prædicto, vel vino rubeo styptico claro. Hæc nanque remediorum vicissitudo tantam stypticitatem & coartationem inducit, vt corrupta, vl' quæ peperit virgo videatur.

Quarta causa est hora non competens coeundi. Oportet nanq;, vt vir & mulier abstineant a coitu per tempus longũ: quoniam hoc vuluam exiccat, & eius retentiuam roborat, & sperma in testiculis decoquit, & maturat: propter q̃d accidit, vt mulieres se commiscẽtes pluribus non concipiant: lubricitate vuluæ simul, & menstruorum confusione prohibente. Oportet etiã, vt hora qua voluerint coire, caueant a tristitia & crapula, & ebrietate, & ira, & alijs animi passionib9. Hora prÿterea vniuersalis ad hoc conuenientior est post menstruorum purgationem completã: quare tunc balneetur in aqua decoctionis chamomillæ, meliloti, spicæ, celticæ, polij, sizeleos: & post hoc balneum, vuluam diligenter exiccet linteo, & subfumiget cum carpobalsamo, vel oppoponace, vel spica, vl' costo, vel alio aromatico: & tũc nubat. Hora præterea particularis ad hoc conueniẽtior est in ieiunio, et circa auroram, postq̃ somnus et tertia digestio perfecte fuerit celebrata. Tunc nanq; vir & mulier vrinam & feces emittant, & inter se colludant, & ad actum generatiuum procedant. Et dicũt qdã, ꝙ imaginatio figuræ pulchræ hora coitus prolem pulchram reddit, & turpis turpem. Remedia præterea ad impregnationem facientia sunt duorum generum: quædam nanq; hoc faciunt a proprietate, quædam a qualitate: Et quæ a qualitate: sunt duplicia: quoniã quædam delectationẽ faciunt in matrice hora coitus, & eius attractiuã excitãt: & quædã stypticitatem in ea conferunt. & retentiuam confortant: de quibus per ordinem dicamus. A proprietate conferens est balsamus, cortex mandragoræ, peonia, agnus castus, moschus, sizeleos, ambra, baucia, ameos, coagulũ leporis, stercus vulpis, & medulla ossis cerui, vel vituli, si ante horã coitus applicentˀ vuluæ quocunq; modo. Fit igitur suppositorium ex ipsis hoc modo. ℞. xylobalsami, carpobalsami, radic. peonię, sizeleos, storacis, calamitæ, bistortæ. añ. ʒ. i. terãtur, & cribellẽtur cum oleo balsami, vel cum oleo ros. in quo dissolutus sit muschus, donec ad formã mellis currẽtis reducatur, & in ea lana vel cotum vehementer contortũ in figuram digiti infundatur, & supponatur frequenter ante coitum. Trochisci ad idem fieri possunt ex eisdem, quorum vnum mulier recipiat om̃i die in ieiunio cum vino veteri, alb. aromatico. Suppositorium aliud ex eisdem sic fit. ℞. balsami. ℈. ß. xylobalsami, carpobalsami. añ. ℈. vnum, seminis sizeleos, peoniæ. ana. drachmam vnam, terantur & cribellentur, & conficiantur cum oleo ros. sufficienti, in quo dissolutus sit muschus, & fiãt formæ, sicut ossa dactylorum, & supponantur. Suffumigium fit ex carpobalsamo, spica nardi, vel gallia musc. vel alipta muscata: & proprie ante horam coitus frequenter. Liquor ad idem bibendus, fit ex semine bautię, croco, distemperatis cum vino albo veteri claro. Similiter & vinum de corticibus mandragoræ & agni casti in ieiunio. Confectio ad idẽ quæ comedit̃ in ieiunio, fit ex radice vel semine bautiæ per se, vel quando coquit̃ in vino aromatico cum spica & peonia & gariofil. & pistẽtur, & incorporentur cũ eodem. Suppositorium aliud sic fiat. ℞. ameos, spicæ. añ. partes æquales: terantur, & incorporentur cum medulla ossis cerui, vel vituli, & supponantur cum lana ante horam coitus frequenter. Et similiter coagulum leporis, quando permiscetur cum butyro cocto, & supponãtur cum lana: vel stercus vulpis distemperatum cum oleo ros. & suppositum cum lana ante horam coitus frequenter: quoniam hæc omnia conferunt a proprietate: vt dicit Ras. in diuisionibus ca. præsenti. A qualitate vero conferens matricem delectando & eius attractiuam

excitando, est cinamomum, & cubebe & aromaticū q̄nq;. Masticētur igit̄ cubebe in ore viri, & cū saliua inungatur virga tota, & proprie caput: quoniā apud coitum fortem inducit delectationem in muliere. Similiter & pyrethrū eodē modo masticatum, sub minori tamen quantitate, q̄ cubebe: quia faceret pruritū. Similiter & pillulæ factæ ex cinamomo, cubebe, zinzi. spica, gummi arabico. ana. dragmam vnam, ambræ, muschi. ana. granum vnum, tritis & incorporatis cū vino aromatico, vel aqua, in qua gummi arab. fuerit dissolutū. Ipsæ nāq; masticatę in ieiunio, et inunctæ super virgam hora coitus fortem inducunt in muliere delectationem. Idem facit oleum de lilio, vel de spica, in quo pul. cubebe, aut cinamomū fuerit dissolutus & per dies aliquot repositus, donec olea virtutem rerū assumpserint, si cum eis apud coitum virga liniatur. A qualitate vero conferēs matricē exiccando, & eius retentiuā roborādo, est oēe calidū siccū cū aromaticitate non mordicāte: sicut sunt balnea styptica, & fomētationes, quas diximus in methodo et empericis euidēter. A qualitate vero & proprietate conferens atq; omnium vltimum est, succus peonię masculi vel fœmellæ mixtus cum puluere seminis eiusdem: & supponatur continue diebus quinq; post menstruorum purgationem: & post hoc fiat coitus modo & ordine supradictis. Experimentum completum est, vt mulier purgetur ante tempus menstruorum cum apozimate quod sic fit. ℞. myrobalanorum indorum, kebulorum, emblicorum. an̄. ℥. vnam rof. rub. ℥. ß. decoquantur omnia in lib. tribus aquæ, donec medietas consumatur: tunc coletur, & in colatura addatur zuccari rof. ℥. i. detur totum ante diem cum reiteratione dupla vel trina ante purgationē menstruorum post purgationem balneetur mulier quinq; diebus vel sex in aquis stypticis: sicut est aqua decoctionis rof. balaustiarum, gallarum, myrtillorum, peoniæ, & similium: & hora qualibet post balneum exiccetur vulua cum linteo: Et supponatur lana infusa in balsamo, in quo dissolutus sit succus peoniæ, vel puluis seminis peoniæ: vel in oleo rosat. in quo dissoluta sint grana. 12. muschi. & grana 12. ambræ: vel supponatur aliud ex prędictis. Et sumat per superius omni die in ieiunio per mensem integrū, vnum ex trochiscis supradictis: vel sumat ℥. duas pulueris facti ex semine sizeleos & ameos. an̄. par. æquales. Et post hæc omnia coeat hora cōpetenti, & modo, & ordine supradictis, & concipiet si per artem fuerit possibile quocunq; modo, & filium generabit.

Canones. Remedia localia in empericis iam dicta melius operantur, si post menstruorum purgationem completam exhibeātur, & proprie quatuor vel quinq; diebus primis: quoniam tunc natura corpus mūdauit, & ad opus naturale præparauit: licet omni alio tempore videātur aliqualiter conferre. Affirmat Rasis in diuisionibus, q̄ mala complexio humida spermatis vel sicca non potest prohibere generationē, nisi parem inueniat in menstruo mulieris: tunc enim fortis fit atq; vltimata eius malitia: propter quod ait Galenus in commento illius aphorismi secunda particula: Quibuscunque iuuenibus existentibus &c. q̄ omnis mala complexio quando vltimatur, destruit actum propriæ virtutis. Asserit etiam eodem lib. ca. de sterilitate: q̄ quandoq; generatio prohibet̄ in viris & mulieribus absq; aliqua causarū hucusq; dictarū, primo ex proprietate, quæ est in spermate vel menstruo: sicut est dispositio arboris non fructificantis. Vbi sciendum, q̄ proprietas siue forma specifica est duorū generū: vt docet Aui. 1. can̄. fen̄. 2. ca. de eo q̄d comeditur & bibit̄. Est

enim in quibusdam forma substantialis, vt in quibus operatio ab ipsa proueniens, omnibus inest indiuiduis, verbi gratia. Omnis adamas attrahit ferrũ: & omnis salix est sterilis. Nullum nanq; accidẽs inest om̃ibus indiuiduis, nisi propria passio: quia accidentia communia materiam consequuntur: quæ diuersificatur in diuiduis, passio vero formã. In quibusdã vero proprietas est forma accidentalis, vtpote in quibus operatio ex ipsa proueniens quibusdam inest indiuiduis suæ speciei: quibusdam vero minime, vt quidam homines abhorrent caseum, q̃dam vinum. Et si quidẽ sit forma substantialis, non est forma quæcunq;, quia nõ est forma animati secundum q̃ animatum, sed est forma mixti, in eo q̃ mixtũ. Similiter si sit accidẽs, nõ est quãtitas vel relatio, sed quantitas, & non quæcunq;, sed vel complexio naturalis vel dispositio consequens complexionẽ innatam: Et hoc secundũ est verius, quoniam est naturalis potentia aliquid faciẽdi vel patiendi de specie qualitatis: propter quod ait Auicen. lib. suo de virtutibus materialib9 tractatu. 1. capite. proprietas est virtus quædam mixtis reperta corporibus, qua te agit operationes insuetas, & de quibus miramur.

Prognosticatio. Sterilitas non recipit curationem, quoniã proprietatis non habet cõtrarium. Item si sterilitas aut difficultas impregnatiõis fuerit propter verrucam, vel apostema durum vel cancrum in matrice, non curatur: quia causa remoueri non potest. Item si fuerit propter fluxum menstruorum assiduum, vel retentionem, curatur per eorum curam. Item si sperma viri fuerit proiectum in aquam claram & supernatet, non fructificabit, similiter neque si liquescat: quoniam sperma gignitiuũ oportet vt sit densum, grossum, gibbosum, vt dicit Hippo. in libello de natura fœtus. Item si vulua fuerit semper humida, lubrica, mucosa, difficiliter cõcipiet, propter cõtentiuæ defectũ. Quod si conceperit, ex omni leui causa abortiet: ideo caueat a statione multa & a saltu & vociferatiõe forti, & a cibis vnctuosis, & rectificet cum exiccantibus. Itẽ si matrix fuerit frigida, dẽsa, compacta non concipiet. Vnde Hippo. 2. particul. apho. Quæcunq; frigidas & densas habent matrices, non concipiunt. Itẽ si frigida & nimis rara, non concipit. Item in eodem: Si non conceperit in vtero, & velis scire si concipere possit: cõtegas eã vestimentis, fumiga deorsum cum aromaticis, & si quidem transierit odor per corpus ad os & nares, cognosces, quod p se non generat. Est ergo culpa viri: quod quidem verum intellige. quantũ ad impedimentum, quod fit ex oppilatiõe vel strictitudine venarum in matrice, sed nequaq̃ ex mala complexione vel proprietate. Item dicunt alij, quod si vterq; cõiugum minxerit super lactucam recentem, ex illo fit sterilitas, cuius vrina exiccauerit lactucam: quia in ipso est mala complexio parens.

De impedientibus impregnationem & facientibus aborsum. Cap. IIII.

Istud capitulum licet repugnet omni legi, est tamen necessarium ad artem complẽdam, & vtile propter debilitatem pregnantium. Mulier nanq; si ante tempus pubertatis quod est annus. 14. vel circa id, conceperit vel debilitata fuerit chronicis ægritudinibus, vel gracilis, vel viro non proportionata: aut abortiet, aut hora partus succumbet, & morietur cum fœtu. Vnde Hippoc. 5. particul. aphor. Quæ propter naturã tenues existẽtes cõcipiũt, abortiũt, anteq̃ crassescãt.

Methodus. Istud prohibet erectio mulieris post coitũ velociter,

AAA

& saltus eius ad posteriora frequens & fortis cruribus dispassis, & descendens a gradibus velox, donec in vulvam descẽderit humiditas: & exaltatio capitis hora coitus cum depressione coxarum, vel eius positio super virum, & vir festinet in coitu, & anchas eleuet hora illa, priusquam mulier spermatiset. Conferũt praeterea bibita & suppositoria, quod est: quia si mulier ante coitũ assiduet per dies plurimos in ieiunio sumere ex se. sauinae vel iuniperi, ve rutae, vel sinapis, vel piperis, vel ceparũ, vel alterius acuti, donec odor sentiatur in vrina, non cõcipiet: & si cõceperit, abortiet. Similiter si ante coitum & post supponat oleũ de iunipero, vel de salice, vel laterinum, vel laurinũ, vel fel vaccinum, vel succũ rutae, vel absynth. vel sauinae, vel iuniperi, vel salicis cũ lana vel coto infusis in aliquo eorum, & in vulvam bene profundato. Similiter etiam confert hora illa supponere aquam decoctionis azari, vel colloquintidae, rubeae tinctorum, aloes, scolopendriae, tamarisci omnium simul, vel quorundam. Confert praeterea suffumigatio post coitũ immediate ex myrrha, serapino, nuce cypressi, posito quolibet eorum super carbones, & recepto fumo calidissimo per traiectorium intra profundũ vulvae, donec senserit laesionẽ: Similiter & impositio salis gẽmae, vel nitri, vel aluminis iameni, factis ex eis formis oblongis tanq̃ digitorum. Confert etiam omni die in ieiunio potare p dies plurimos ante coitum succũ rutae, vel iuniperi, vel sauinae, vel salicis, vel aq̃ decoctionis azari, apij radic. leuistici, sauinae, ireos, granorum iuniperi, rub. tinctorum, & similium: vel aquam salitã plurimam. Valet etiam, si vir vnxerit apud coitum virgam totam, & proprie caput eius ex succo iuniperi, vel rutę, vel ex aliquo praedictorũ: & cum eis dirigat virgã in vulvam

Emperica. Electuarium sublime, quo similiter vtatur omni die in ieiunio per mensem vnum ante coitum, & non concipiet, vel abortiet secũdo mẽse vel tertio. ℞. granorum iuniperi, granorum sauinae, piperis nigri. añ. ʒ. i. rutae siccae, pullegij, mẽtastri sicci. añ. ʒ. ß. acori, azari, scolopendriae, tamarisci rub. tinctorum. añ. ʒ. 2. apij, carui. ireos. añ. ʒ. i. terantur omnia, & conficiantur cũ succo caricarum coctarum, & expressarũ, vel cum melle: detur ex eis ad modum auellanae cum vino decoctionis saluiae, vel alio liquorum supradictorum. Pillulae ad idẽ. ℞. myrrhae, piperis, pyrethri, aristologiae rotundae, seminis cicutae, centaureae. añ. part. ęquales: informentur pillulae sicut cicer cum succo prassij, vel mẽtastri: & dentur omni die tres vel quinq; in ieiunio. Sciẽdum praeterea, quod licet oĩa remedia dicta sint fortiora & in arte humana completa: cautius tamen est cũ talibus non coire, vel in eas sperma non proijcere, q̃ praetextu talium periculum incurrere. Quia est possibile aliquod sperma tantae virtutis reperiri, vt a nullo praedictorum valeat impediri adeo: vt et sperma proiectum in balneum aquae dulcis tepidae a malis hominibus repertũ sit mulierem impregnasse, quae sedebat in eo: vt dicit Auerr. 2. colliget. quoniam a proprietate matrix attrahit sperma, cui difficile est repugnare.

Canones. Omne calidũ acutum mordicatiuũ confert in hoc casu qualitercumq; fuerit applicatum: quoniam sanguinẽ amaricat menstrualem, & naturae odiosum reddit, & eius operationibus displicentem, si per interius sumatur: & sperma genitiuũ inficit, si per inferius ponatur. Sciendũ etiam, quod ista quatuor: vrinae prouocatio, menstruorũ eductio: conceptionis prohibitio, & aborsus inductio: non differũt nisi secundum magis & minus ordine iam notato, Ideo

dicta in ea. cuiuslibet eorũ subseruiũt cuilibet ipsorũ. Solicitandũ etiã in vsu prædictorum: quoniam si per superius exhibita fuerint, epar fortassis & splenem inflãmabunt, & si per inferius, vuluam vlcerabunt. Cum ergo aliquid eorum apparere cœperit, vsus modereẽ, & ilico accidẽtibus succurratur. Flebotomia etiam fortis post conceptionem, & proprie de saphena pedis, vel de basilica donec ex ea mulier debiliteẽ, facit aborsum, quia nutrimentum subtrahit embryoni: quare debilitatur & moritur, & matrici redditur onerosus, ita vt ad eius cõsurgat expulsionem. Vnde Hippoc. 4. part. apho. Mulier in vtero habẽs flebotomata abortiet: sed magis, cuius maior est fœtus. Farmacia similiter fortis & acuta primo vel secundo vel. 3. vel. 8. vel. 9. mense exhibita abortire facit: ligamenta fœtus dissipãdo. & sanguinẽ cõquassando.

Prognosticatio. Dicit Hippoc. 5. par. aphor. Mulieri in vtero habenti ab aliqua acutarum ægritudinũ accipi, mortale, supple vt plurimũ, & proprie, si feb. sit fortis, aliter vero minime. Idem in eodem. Mulieri in vtero habenti si multum venter fluat, suspitio est abortiẽdi, quod intellige de q̃libet fluxu forti durante & proprie in corpore sicco. Itẽ in eod. mulieri in vtero habẽti si subito mamillæ graciles fiant: abortit. Itẽ, Mulieri in vtero habẽti si altera mamillarum gracilis fuerit geminos habẽti, alterũ abortit: & si quidẽ dextra gracilis fiat, masculũ: si vero sinistra fiat, fœminã. Itẽ ibid. quæcũque corpus moderate habenttes abortiũt secundo aut. 3. mẽse ijs colydones muscillaginibus plenæ sunt, & nõ possunt retinere p̃ grauedine fœtũ, sed abrumpuntur. Item mulieri in vtero habenti tenasmon innatus aborsum facit. Itẽ idẽ in eod. Mulieri in vtero habẽti lac ex mamillis multũ fluens, fœtũ significat debilẽ: si vero vbera dura fuerint, sanũ significat fœtũ. Itẽ mulieri in vtero habẽti si purgationes exeãt, impossibile est fœtum esse sanũ, quod vero intellige tribus saluis cõditionibus. Prima, vt fluxus menstruorum sit plurimus. Secunda, vt mulier sit gracilis macra, nõ robusta: Tertia, vt sit post tertiũ mensem: quoniam primo & secundo mẽse possunt adhuc menstrua periodice fluere: quoniam fœtus paruus existens adhuc modico indiget nutrimento. Mulier præterea q̃ semel passa est aborsum & proprie difficilẽ, timorosum: secundo non concipit, si conceperit ex omni leui causa denuo abortit: velut sunt saltus, vociferatio, aut frequens statio: similiter & vsus ciborum lubricorum.

¶ De facilitantibus partum & educentibus secundinã. Cap. V.

RESidet fœtus in matrice cruribus attractis versus vmbilicum, & facie velata manibus suis, quasi in figura sphęræ cõpressæ, ita vt caput erectum habeat versus caput mulieris, & faciem ad anteriora mulieris. Extat autẽ tribus panniculis inuolutus, quorum primus est totum fœtum, & alios duos panniculos inuoluens ad defendendum a superfluitatibus pessimis sanguinis menstrui, quæ neque pro materia generatiõis, neque augmentationis, neque nutritionis aptæ fuerint, sed stantes inter matricem & panniculum expurgantur hora partus, simul cum fœtu. Et hic pãniculus dicitur secundina: quoniam est necesse, vt apud horam partus scindatur, vt exitũ fœtus assequatur. Secundus vero panniculus est velamen fœtum cooperiens ab vmbilico infra, quo vrina colligitur, & vsque ad horam partus retinetur, ne sua nitrositate corrodat embryonem, & nominatur bilis, neque indiguit panniculo cõgregante feces: quoniã fœtus quãdiu stat in aluo ventris, non nutritur cibo solum digesto in stomacho matris, imo sola

digestione secunda & tertia præparato, quæ est epatis et venarum: & hæc fit per venam vmbilicalem ortam ab vmbilico fœtus, & transeuntem per secundinā ad circunferentiā matricis omniquaque, vbi rami eius cum ramis venarum ab epate mulieris procedentiū habent orificia colligata, quibus sanguinem purissimū ab epate mulieris ad epar embryonis cursu recto traducunt: verum & si superfluitates primæ digestionis aliquæ congregētur in embryone, ipsæ tamē cum sint modicæ, cum diriguntur industria naturæ ad intestina embryonis, vt ex ipsis assuefiant. Et per hoc accidit, vt fœtus quandoque illico post partum feces egerat liquidas citrinas. Tertius aūt panniculus, qui altus dicitur, est partes embryonis super vmbilicum curtum voluens, mollis atque tenuis: vt membra fœtus fragilia nō opprimat, sed a duritie secundinæ defendat, & ne sudores sordidos imbibat embryonis. Appropinquante vero hora partus, & perfecto embryone, sentit ex ipso matrix dolorem grauatiuum ordine naturæ totum regulantis: quare ipsum obuoluit, ita vt caput ad os matricis decidat, & facies embryonis ad dorsum mulieris conuertatur: quoniā hic est modus leuior fœtū educendi, scilicet capite primo ad exteriora propulso, & omnis alter difficilis est & innaturalis.

Methodus. Hanc igitur pariēdi horā, cum mulier ex 40. septimanarum numero nouerit partum vicinari, intret omni die aliquoties ante horam partus per mensem integrum, balneum aquæ dulcis, vel in qua decocta sunt mollificatiua: sicut sunt maluæ, violæ, & althea: non tamen prolōgetur in eo sessio. Iste nanque mensis est tempus pariendi secundum suam totalitatem: quoniam in ipso est embryo cōpletus, proprie tamen circa finem. Et semper cū balneum exiet it: vngat spōdiles dorsi atque ventrē totū ex oleo nardino, vel chamomillino, vel de lilio. Et nutriatur hora illa cibis mollibus: sicut sunt pultes sorbiles, & iura pinguia. Cum autem hora partus iam aduenerit, non multiplicet reuolutiones de latere super latus, sed super lecto eleuato sedens extēdat pedes suos, deinde erigatur subito aliquoties super eos: & tunc humectetur os matricis omniquaque ex oleis tepidis prædictis, vel ex adipe anatis, anseris, & gallinæ: vel ex muscillag. fœnigræ. se. lini, altheæ, quoniam omnia ista dolorem rupturæ mitigāt leniendo. Et si difficilis fuerit scissionis secundina, scindat eam obstetrix vnguibus suis, aut cultello paruo. Quod si partus sit difficilis propter virtutis expulsiuæ debilitatem, vel embryonis grossitiem lacerantem in quibusdam aluum, vt anus & vulua efficiantur vna via: dentur in potu trochisci de myrrha cum aqua decoc. rutæ, iuniperi, & sauinæ: quos diximus de restrictione menstruorum. parag. Emperica. Vel detur in potu aur. 1. myrrhæ cū. ℥. 5. aquæ decoctiō. rutæ: vel detur in potu aqua decoctiō. rutæ, iuniperi, fœnigræci, dactylorum, & carica, quoniam prouocat et humectat. Et si virtus sit debilis ex dolore, detur in potu galliæ mus. 6. par. ℥. 1. dissoluta in vino aromatico vna vice post aliam: vel detur aqua carnis, vel vinum purum, prout maxime delectatur. Et suffumigetur cum myrrha, opponace, vel castoreo recipiendo fumum cum traiectorio in profundum vuluæ, quanto calidiorem poterit sufferre. Et fiat sternutatio cum condisi, vel pipere, vel euforbio: quoniam statim eijciet fœtum & secundinā. Si vero partus adhuc magis fuerit difficilis, & fœtus moriatur ex strictura, vel a principio mortuus fuerit: quod cognosces: quia mulier nō sentit eius motum: & dum reuoluitur a latere super latus, sentit quasi casum lapidis de loco ad locū: tunc fortioribus indigemus: q̄m nō

solum virtus expulsiua, quæ est in matrice, verũetia leuitas embryonis viui partum facilẽ efficit: quare dẽtur in potu trochis. de gũmis positis ibidẽ, et suffumigetur mulier ex eis. Ipsi nãq; statim fœtum eijciunt viuũ, & mortuũ, & expellunt secundinã. Et sedeat mulier quasi continue postq̃ fœtum nouerit mortuum in aqua decoctionis mentastri, sauinæ, rutæ, calamenti.

Emperica. Dicit Auicen. 3. canoñ. feñ. 21. de eductione fœtus & secundinæ: ꝙ suffumigium fœtidum ad os & nares exhibitum, aromaticum vero apud vuluã a proprietate matricẽ deorsum trahunt, & fœtum educunt: præter solas vngulas asinorum, quorum licet fumus sit fœtidus: a proprietate tamen habet, vt vuluæ applicatus fœtũ extrahat, & secundinã: quare confert suffocationi matricis. Item dicit Ras. in diuisionibus præsenti c. ꝙ radix bothormarien. i. ciclaminis a proprietate partũ efficit facilẽ, si sicca ligetur hora partus super coxã mulieris. Sed dicunt alij, ꝙ si collo appendať hora coitus prohibet conceptionem: qm̃ matricem ad se trahit omniquaq;. Item si post partum fiat exuberãs san. hæmorrhosaia, restringať: vt docuim⁹ de fluxu menstruorum. Si vero menstruũ retineret, vł diminute purgaretur: tũc prouocetur, vt suo scrib. ca. Si vero dolor fortificetur: dentur in potu vicibus pluribus ℥ .2. triferæ magnæ cũ vino calido, vel aqua decoctionis athanasię: & ex ea fomentetur vulua cũ lana vel coto imbibito frequẽter. Quod si non suffecerit, narcoticon donabis: sicut trifera magna data cũ aqua decoc. mãdragoræ vel iusquiami: ne forte dolor prosternat virtutem.

Canones. Omnia prouocãtia fluxum menstruorum cum fortitudine, conferẽtia sunt præsenti ca. quoniam virtutem retẽtiuam debilitant, & expulsiuam confortant in matrice.

Prognosticatio. Dicit Hippoc. 5. par. aphoris. Mulieri quæ a matrice molestatur, aut difficulter generãti sternutatio supueniẽs, soluit ægritudinem siue per se, siue ꝑ artẽ. Apostema accidens in matrice tempore impregnationis, est mortale. Si manus vel pes primo exierit vuluam, malum. Oportet enim in partu salubri caput embryonis, vt primo egrediať, vel man⁹ ambæ super caput extensæ: quare cum obstetrix sitũ eius peruersum cognouerit, manibus vtrisq; pro posse transformet. Itẽ si retineatur secundina post partum, neque ꝑ se, neq; per artẽ exierit: vel si partus vltra. 40. septimanas se tardauerit, fiet vt plurimum mortale. Item si menstruum retentũ fuerit, vel diminute purgatum, hydropisim, vel molam, vel suffocationem matricis inducit. Item si sanguinis fluxus exuberans fuerit, neq; restringi possit, mortale. Item si dolor rupturæ intolerabilis fuerit, mortale. Item partus est difficilior in fœtu mortuo q̃ viuo: propter q̃d aborsus est difficilior, cum in eo neq; matrix, neq; fœtus, neq; tempus regulariter operentur. Item dicit Auicenna. 3. canoñ. ca. de generatiõe embryonis: quod si partus fuerit in mense septimo: possibile est fœtum saluari in esse viuo: Si vero in mẽse octauo, necesse est, vt moriatur, quod est: quia sicut inter dies, sunt dies septimus & nonus cretici & beneuoli: dies vero sextus & octauus perniciosi. Similiter & in mẽsibus reperitur: quod totũ fit ex influentia corporũ supercœlestium: vt paret. 3. de creticis diebus, & proprie planetaru m.

De exitu matricis vel vmbilici. Cap. VI.

Accidit quãdoq; in mulieribus, vt earũ matrix inferiora petat, adeo vt extra vuluam pendeat, euidenter: similiter & vmbilic⁹, & proprie post

partum: quoniam a cõcauo matricis originatur. Fit autẽ ex aliqua quatuor causarum. Prima est apostema in matrice. Et signa eius atq; curam dicemus suo capi. Secunda est partus lacerans vuluam: ita vt quandoq; anus & vulua coniungantur, & debilitent matricẽ. Tertia est mollificatio matricis & ligamentorum atq; carnium eius ex mala complexione frigida & humida prouentiens. Quarta vero est causa primitiua, scilicet casus et percussio super dorsi spondiles aut sumẽ: Similiter et coitus cum viro, cuius virga grossa & longa est & lædens fuit: Et hic exitus a quibusdam appellatus est præcipitatio matricis. Signa eius patent ex re ipsa atq; infirmi relatione super causa.

Methodus. Cura eius eadem & cõmunis est ad oẽs causas: quæ est, vt a principio si necesse fuerit, & proprie in causa humorali digeratur, & purgetur flegma: prout docuimus ca. de fluxu menstruorum. Et confert ad hoc bene dicta laxatiua cum virtute & proprie apud necessitatem: post hoc vero balneetur, & vaporetur, & fomentetur ex aqs calidis stypticis, qualis est aqua cisternæ, quæ sic fit secundum Ras. ℞. nucis cypressi, costi, spicæ, celticæ, spicæ nardi, myrrhæ, ro. mentæ, balaustiæ, corticum granatorum, cupullarum glãdium, sumach. an. ℥. i. mespilorum, sorborum, prunorum immaturorum, si tẽpus fuerit. an. li. s. pistent grosso modo, & conquassent, & bulliãtur in aq̃ pluuiali sufficiẽti, & fiat encatisma. i. balneũ ab vmbilico infra in aq̃ calida: & cũ exierit vuluã, diligenter exiccet cũ panno albo lineo molli: & spergat super eam puluerẽ cribellatũ. ℞. olibani, gallarum, balaustiarum, antimonij, acatiæ, aluminis, nucis cypressi. an. par. æquales. & si volueris: adde boli ar. mũmiæ, cupullarum glandiũ, cerusę, masticis dragagãti. an. quantũ ex p̃dictis: & cũ pãnis calidis firmiter fasciet. Si vero matrix egressa fuerit, reducatur primo manibus calidis ad interiora. Quod si propter duritiẽ nõ introierit: mollificet cũ vino aromatico tepido, in quo butyrum fuerit dissolutũ: deinde reducat, & ponãtur vẽtosæ duæ, siccæ super duo inguina: & iaceat mulier capite depresso, et anchis exaltatis p dies plurimos: & emplastret locus cũ puluere iã dicto donec confirmet. Quod si laceratũ fuerit instuticũ, q̃d est inter anũ & vuluã, cõsuatur cũ filo serico forti quatuor vel quinq; foraminibus, vt oportet. Si vero vmbilicus solus exierit post partũ, sumatur tẽta gracilis dura, & inuoluatur pannus lineus mollis sup ipsam, & accipiat pul. cribellatus thuris, & conficiat cũ albumine oui in modum mellis currẽtis, & impleatur ex eo vmbilicus interius, & liniatur exterius, & sic intromittatur. Valet etiã ad hoc puluis supradictus: in alijs fiat, sicut prius.

Emperica. Cõmuniter operãtes præter p̃dicta, faciunt suffumigia aromatica superius ex thymiamate gallia mus. alipta muscata, & similib9: Fœtida vero p inferi9 ex assafœ. pice ligda, capillis capitis, fimo, & similibus. Quoniam a proprietate matrix prosequitur odorifera & fugit horribilia: præterq̃ suffumigiũ ex vngulis asinorum, cuius est specialis proprietas matricẽ ad se trahere, et fœtum mortuum educere: licet sit de maxime fœtentibus, vt dicit Auicen. 3. can. fen. 21. cap. de eductione fœtus vel secundinæ. In quibusdam etiã & proprie carnosis faciunt encatismata ex aqua frigida sine mora: qm̃ & si frigida noceãt matrici & ano & oibus neruosis particulis; breuis tamen in eis mora plus est iuuamẽti p antipistasim constringẽdo, q̃ nocumenti p se alterãdo: queadmodũ & in tetano. Itẽ ordinẽt diætã stypticã ex carnibus laudabilibus assis, & piris, coton. & ouis ass. & tortellis, & etiam ex vino ru. pontico in causa frigid, a vel cũ aqua

extinctionis calybis vel lapid. igniti in causa calida: & regimen subtilietur, qa frequens motus ad assellationē & vrinā plurimum retardat curā. Ex electuarijs conferunt diacytoniten, diamargariton, trifera magna, in causa frigida, sed diadraganti, & diarhodon abbatis, zuccari rof. in causa calida. Vnguentum stypticū sic fiat. ℞. mūmiæ. balau. alu. nucis cypressi, boli arm. thuris, lithar. galbani, bdellij, sarcocollæ, masticis, san. dra. añ. ʒ. 2. terantur & dissoluantur oīa ad ignē in casola cum oleo ro. vel myrtino, & cera sufficienti, & incorporentur perfecte: & pōt addi cerussa, si dolor fuerit fortis.

Canones. Quoniam anus & vulua ex natura sua sunt frigida, & orificia viarum expulsioñ. per naturam ad opus hoc fabricata, consequens est vt dicta cap. de exitu ani præsenti ca. sublimiter suffragētur. Similiter & cum vtrīusque exitus sit per essentiam mollificatio, necesse videtur, vt cura paralysis cō ferat iuuamentum.

Prognosticatio. Est eadē cū prognosticatione exitus ani.

¶ De signis impregnationis & sexus fœtus. Cap. VII.

Signa impregnatiōis certa, prout est possibile in arte humana, sunt octo: vt dicunt Raf. & Auic. ca. præsenti. Primum est vehemens adhærētia vuluæ sup virgā, & eius corrugatio apud coitū gignitiuū. Secundū est siccitas vuluę post talē coitū maior debito et solito: ita ꝙ in ea non reperitur humiditas: quēadmodū accidit labijs oris & linguæ post cibum comestū in fame plurima, Et si 4. die vel 5. antecessit purgatio mēstruorum regularis atq; cōpleta, verior erit tua significatio: quoniā talis purgatio disponit plurimum ad cōceptionem. Tertium est, ꝙ accidit mulieri pigritia, & tarditas, et declinatio ad somnum, Quartum est, vt si obstetrix immiserit in vuluā digitum lōgum, reperit os matricis adeo constrictū: vt neq; stylus ingredi posset sine læsione: vt dicit Gal. in de virtutibus naturalib9. Quintū est, quādo post dies aliqt & proprie post duos mēses, vel circa id, retinentur mēstrua, & incipiūt mamillæ ingrossari, et papillę eaꝝ denigrari: licet retētio mēstruoꝝ quibusdā accidat statim a principio, & proprie mulierib9 siccis & exanguib9. Sextū ē, ꝙ post duos mēses vltres aduenit appetitus corrupt9 & nausea. Septimū est, ꝙ post mēses illos fit scobs & pānus ī facie, q ē coloris mutatio: quēad modū a sole vel igne. Octauū est vrina subtilis propter viaꝝ oppilationē alba aquosa in mulieribus frigidis, & proprie in principio subcitrina ī calid. & proprie in processu cōceptiōis in sūmitate, cuius est nebula: & est eius liqr diuersi coloris, sicut iris. In medio eius est sicut cotū carminatū, et cū cōmouet, turbat minie: sed qto magis processerit impgnatio, magis rubescūt et turbant. Et est qnq;, cū in vrinis pgnantiū appebūt qdā granula ascēdētia & descētia alba, gracilia: sicut atomi: vt di. Auic. cañ. feñ. 2. ca. de signis impregnationis ex vrina. Et prima qdē signa quatuor sunt propria, certa atq; efficacia, q nō faciūt errare, cū siml' fuerint: reliqua vero dubia sunt cōmunia et probabilia. Signa fœtus masculi sunt: vt di. Hip. 5. par. apho. bonitas coloris in facie mulieris iuxta debitū et solitum, & paruitas appetitus coitus: licet omni mulieri accidit ardor, & pruritus titillosus in vulua post impgnationē ex caliditate fœt9, & siccitate vuluæ: qd impiti credūt desiderīū, simul & ingrossatio mamillæ dextræ amplior, & papillæ eiusdē rubificatio, & sensatio grauitatis ī latere dextro, & oculoꝝ rubor, & leuitas ad motū. Signa fœtus fœīni sūt, signa cōtraria, q sūt pānus faciei plimus, vl' color pallidus seu plūbe9, et appetit9 ad coitū, et iflatio ma

millæ sinistræ amplior cum denigratiõe papillæ suæ, & multitudo desideriorum malorum & fastidij & grauitatis in latere sinistro, & fluxus sanguinis ex nare sinistra, & plumbeitas oculorum cum pigritia ad motum. Signa gemellorũ sunt conplicatio signorum omnium cum per mixtione granorum.

Emperica. Si mulieri dentur ad potandum sero post cœnam cum vadit dormitum. ℥.2, hydromellis cum ℥ 2. aquæ pluuialis, & senserit per noctem torsionem circa ventrẽ, & proprie infra vmbilicum, tunc cõcepit: si vero nõ, tũc non concepit. Et opotet, vt hydromel cõficiatur ex part. 4. aquæ dulcis & part. 1. mellis crudi mixtis, neq; bullitis: vt dicit Galen. Istæ nãq; torsiones proueniũt ex eo, quod matrix corrugata super sperma minoratur secundum longum, & ingrossatur secundum profundum: quare comprimit longaonem, ne ventositates egredi valeant, qui surgũt ab hydromelle: nec sit mulier famelica, quando bibit melicratum: ne forte calor inflammat⁹ carminet ventositates. Vnde Hippoc. 5 part. aphoris. Mulierẽ si vis scire, an conceperit, melicraton cum vadit dormitũ, da ei bibere: Et siquidem torsiones habeat circa ventrem, concepit, si vero non, non cõcepit. Istud tamen intellige saluis tribus conditionibus. Prima ne sit apostema in intestinis, vel vlcus, vel humor acutus: secunda vero, ne sit venter constypatus & stercore plenus: tertia, ne mulier exercitata fuerit per diem, sed temperate viuens: tunc nanq; somnus & quies prædictam ventositatem eleuabunt a ciborum multitudine, & mellis cruditate, & verificat ibidem cõmentator. Dicunt experti, ꝙ purgare mulierẽ ante tempus menstruorum per. 10. dies, & matricem cum hoc præparare cum emplastris, suffumigijs, balneis & suppositorijs stypticis aromaticis post menstruorũ purgationem, & tunc cum ea coire, & ordine cõuenienti, & apud effusionem spermatis anchas mulieris ad se firmare cum inclinatione quadam super latus dextrum, facit ad masculi generationem, super sinistrum ad fœmllæ: Et hæc omnia scripsimus pro posse cap. de facientibus ad impregnationem.

Canones. Affirmat Galenus in commento illius aphor. 5. partic. mulier siquidem masculũ &c, quod nullum singulare signorum prædictorũ est omniquaq; certum. Potest nanq; splen mulieris esse calidus magis quam epar quare natura, quære reliqua ibidem. Cõcluditur ergo qd hęc signa pro certis non sunt habenda, sed soli deo est certum signum notum: quare medicus in huiusmodi retineat suum præsagium, donec signorum certitudo cum multitudine clarescat. ¶Sciendum præterea, quod gemellorum conceptio fit hora vna vt plurimum coit apud coitum, in quo spermatis fortitudo, & multitudo gradatim impellitur ad matricem: velut buccella inglutitur post buccellam: & proprie cum recipitur in cellulis diuersis, in quibus abundantiam reperit mẽstrui sanguinis attrahendi. Impregnationem fieri super impregnationem est possibile, licet raro, & hoc a prima die conceptionis vsq; ad diem, 40. ad plus: quare & talis fiet ipsorum exitus apud partum, si alterum ipsorum non acciderit orbarij. Gemellorum autem multiplicatio spetimum numerũ non transcendit: quoniam & plures non reperiuntur cellulæ seu interceptiões matricis notabiliter distinctę, quarum tres sunt in latere dextro, & tres in sinistro, vna vero in medio: veruntamẽ licet homo sit animal polygonum, est tamen vt plurimum vnũ fœtum generans ex nobilitate suæ complexionis, quandoq; vel 2. vel tres præter quod orbantur. Quod si hunc numerum transcendit: perparum

est, quin omnes vel plures orbentur vel moriantur.

Prognosticatio. Huius capituli, est prognosticatio cap. de aborsu.

¶De mola & inflatione matricis. Cap. VIII.

ACcidit quandoq; mulieribus post retentionem menstruorum plurimã, vel aggregationem sperma tis, & castitatem longam: vt ipsarũ vẽtres magnificentur, & surgunt dispositiones omnes, quæ sunt in pregnante. Et siquidem hoc fuerit a materia humorali mola dicitur. Si vero a ventosa, nuncupatur inflatio matricis: Signa aũt ipsius sunt signa discernẽtia inter ipsam & impregnationem, quæ sunt: quoniã in hac passione est magnificentia ventris cum mollificatiõe mamillarum: & quoniam post menses quatuor non sentitur motus embryonis omnino, vel si sentit aliquid, sentit quasi casum lapidis de latere super latus: & quoniam ventris grauitas est in directo suminis, magis quam apud aliquod laterum: quorum omnium contraria dispositio reperitur in pregnante. Certius autem signum est ex post apparentibus: vt quia post menses nouem nõ parit, sed remanet sicut est: vel si parit, parit post laborem plurimum frustum carnis durissimũ. cui non est forma generationis ex coagulatione vehemẽti materiarum prædictarum: vel forte emittit̃ sanguis niger grossus, vel ventositatum quãtitas immensa: & tunc residet venter & sanatur.

Methodus. Curà eius est cura retentionis menstruorum, quã diximus: & si non suffecerit, gradatim perueniatur ad illa, quæ prouocat aborsum q̃ etiã iam diximus ca. proprio supra. quoniam hæc passio sanatur, non nisi calidis acutis subtiliantibus & penetrãtibus cũ prouocatione. Quod si materia vnetosa cognoscatur ex loci motione, & sonorũ raucorũ multitudine, ministrent̃ p interius & exterius carminatiua dicta capit. de coli. parag. de coli. ventosa, &c.

Emperica. Accidit plerũq; mola post mulieris sanguineq; coitum cũ viro frigidi spermatis: quare attrahitur sanguis menstruus plurimus ad locũ generationis, & in rem duram carnosam cõdensatur, p̃ter q̃d a spermate valeat regulari: & sic deficit virtus informatiua spermatis eiusdẽ: & apud horã partus, vel prius egreditur fœtus orbatus. Accidit præterea mulieribus frigidis frequenter inflatio matricis post impregnationẽ & partum: quoniã cũ matrix & mirach fuerit p totum tẽpus impregnationis expãsa, remanet post partũ dura & inflata, sicut prius: nisi cũ emplastris calidis & vaporationibus succurratur, quæ fiũt ex ruta, origano, sinap. nigella, cymino, saluia, serpyllo & similibus.

Canones. In cura huius passiõis oportet, vt obseruetur ordo: primo nanq; exhibeãtur calida subtiliatiua p superius in potu. Post dies vero. 14. vel circa id, applicẽtur calida mollificatiua in emplastris: Deinde post dies. 4. vel circa id, fiat flebotomia de saphena pedis, si corpus sit carnosum, & exhibeant̃ acuta prouocatiua p inferius: & hæc oĩa scripsimus ca. de retentiõe mẽstruorum. Quod si p̃dicta oĩa nõ suffecerint: balneetur mulier diebus plurimis ab vmbilico infra in aqua decoc. maluæ, altheæ, fœnigræci, rutæ, sauinæ, iuniperi, mentastri, nasturcij, & ante introitum balnei per duas horas detur vnus ex trochiscis de myrtha, vel de gummis, quos diximus capite eodem. paragrapho. Emperica. vel puluis dictus ibidem cum vino albo veteri amaro, & egredietur quod intus est, si deus voluerit.

Prognosticatio. Mola si antiquata fuerit, vel post remediorum rationabilium administratione nihil exierit: materiã grossam, difficilẽ portendit. Mola præterea si antiquetur, hydropisim ascitẽ inducit mortalem. Post molam præterea rarum est, vt mulier impregnetur: & si conceperit, vel aborsum, vel morbidum fœtum parit, propter debilitatem matricis vehementem. Mola difficilioris est curationis q̃ inflatio: veruntamen inflatio si perduret, curam nõ recipit, sed remanet per totã vitã. Quod si ipsius malitia vltimetur, hydropisim inducit tympaniten timorosam.

De præfocatione matricis. Cap. IX.

ACcidit quãdoq; mulieri post retẽtionẽ mẽstruorũ diuturnã, vel abstinentiã a coitu, & proprie si fuerit multi sang. & spermatis, & nubere cõsueta, vt eius matrix grauitatẽ et lęsionẽ pcipiẽs sensu quodã naturali, quo et omẽ membrum spermaticũ siue carniforme sentit sibi nociua: & si plerunq; sensu careat animali: vt patet in pulmone, cerebro, & epate, & renibus, atq; splene: q̃rũ quidem substãtia non sentit, sed nisi mediantibus panniculis eorũ substãtiam & corpulentiã inuoluentibus: similiter neq; adeps, neq; pinguedo, neq; aliquod mẽbrũ carniforme sentit sẽsu aiali. Matrix aũt cũ sit mẽbrum neruosum, vtrarunq; sensationũ prædictarũ nocumentũ percipiens in se cõstringitur, & cum materias per deorsum expellere nequeat oppilatione prohibente, conatur sursum eijcere: quare sentit mulier quædã eleuari a sumine ventris vsq; ad os stomachi, comprimitur diafragma, & prohibetur anhelitus, & fit syncopis, & cadit quasi mortua: & tunc non sentitur eius pulsus: neq; anhelitus, vel difficile percipitẽ coto subtili naribus applicato: & quandoq; suffocatur & moritur: & q̃nq; sanatur post laborem et desperationẽ: & hanc passionẽ vocamus matricis præfocationẽ. Signa eius, sunt signa epilepsiæ præter q̃ mulieri nõ deficit ratio sua, neq; egreditur spuma ex ore, sicut in epilepsia: verum accidit hæc passio subito, & contorquentur membra, sicut in epilepsia. Et omnia signa distinctiua passionum, quibus priuatur corpus sensu & motu, iam diximus cap. de epilepsia: Et certior significatio est, quam ex relatione astantium percipies: scilicet quoniam antecessit retentio menstruorum difficilis, vel abstinentia a coitu post desiderium intensum.

Methodus. Cura eius est duplex: vna est hora paroxysmi, q̃ est, vt fricentur plantæ pedum vehementer cum sale & aceto acutissimo, & ligẽtur coxæ ligatura forti, & fricẽtur labia vuluæ vehementer cum digito vel candela noua habẽte figurã vuluæ inuoluta panno lineo imbibito in oleo nardino, vl' de lilio, in quo dissoluta sint tria grana muschi, vel ambræ, vel in oleo balsami, & profundentur hæ fricationes, vt tangant os matricis, & assiduẽt, donec mulier sentiat: Et si non sufficit, sternutatio fiat cũ condisi vel pipere: & ponaẽ ventosa magna sine scarificatione super pectinẽ, & vociferetur in aure eius: Et suffumigẽtur os & nares cũ assa fœtida, vel pilis adustis: vulua vero cum gallia muscata, vel thymiamate. Cura vero alia est ante paroxysmum & post, quæ est, vt prouocentur mẽstrua pro posse sicut docuimus, & coeat frequenter. Quod si coire noluerit: vtatur omi die electuarijs & pulueribus sperma diminuentibus: sicut est. 3. 1. & 5. agni casti sumpta omni die in aqua calida, vel vino lymphato: & alia quæ diximus ca. de satyriasi. parag. Emperica: et regimẽ subtiliet in q̃li & q̃to pro posse.

Emperica. Dicunt experti q̃ apud paroxysmũ nihil melius repe-

ries: q̃ vt vir cum muliere coeat, & fricationem prolõget, donec resurgat, & moueatur. Afferit pręterea Auic. 3. cañ. feñ. 21. ca. de eductione fœtus & secundinæ: ꝙ proprium est fœtidorum suffumigioꝶ per superius appositorum, & aromaticorum per inferius hora paroxysmi, matricem deorsum trahere, & eius superfluitates educere, præter q̃ ex vngulis asinorum, quoꝶ specialis est proprietas omniquacꝫ matricẽ deorsum trahere, & eius superfluitates trahere & mẽstrua prouocare, siue per inferius, siue per exterius superius applicentur.

Canones. Non festinetur ad sepulturã talium, nisi post duos dies, vt di. Raſ. quoniã potest calor naturalis tanto tẽpore in interioribus corporis occultari, & a materiebus frigidis euentari præter ꝙ suffocetur. licet exterius anhelitu & pulsu minime valeat deprehendi: post hoc vero tempus nulla visa est suscitari.

Prognosticatio. Mulier si per sternutatoria moueatur, vł sternutet: bonum. Vnde Hippo. 5. parti. apho. Mulieri quę a matrice molestatur, aut difficulter generãti sternutatio superueniẽs, bonum. Item si post fricationem vuluæ cum rebus odoriferis, sanguis, vel mucositas effluxerit: salubre. Item si nihil physicalium remediorum contulerit post diem primum, ipsam derelinquas. Item quantomagis retentio menstruoꝶ, vel spermatis præcesserit antiquata, tanto periculosior afflictio fiet. Item magis accidit hæc passio mulierib9 sanguineis, vel flegmaticis ex multitudine materierum: cholericis vero ex sensus bonitate: melãcholicis ex debilitate: & hoc magis in vere vel hyeme, minus aũt in æstate aut autumno. Fit præterea magis corporibus delicatis & otiosis strictas venas habentibus, quàm laborãtibus cum amplitudine venarum.

¶ De apostematibus & cancro matricis. Cap. X.

APostema omne fit ex decursu superfluitatum per venas capillares & arterias in spongiositates membroꝶ debilium, quæ sua quantitate soluunt eorum continuum, & sua caliditat alterant eorum complexionem naturalem, & sua substãtia virtutem & operationẽ mẽbri deijciunt cum putrescunt: verum quoniam matrix est mẽbrum solidum, neruosum: rarum est, vt materiæ grossæ, frigidę in ipsam penetrent, vt plurimum aũt subtiles, acutæ: quare fit hoc apostema magis ex cholera, vel sanguine, q̃ flegmate vel melancholia. Causa vero antecedens est retentio menstruoꝶ, vel plethoria corporis totius: causa vero primitiua est quãdocꝫ casus & percussio super alkatim & sumen ventris, vel difficultas part9. Signa apostematis in matrice sunt, feb. continua acuta valde, & pulsus velox, spissus, similiter & anhelitus, & vrina pauca, rubea, vel citrina, et nigredo linguæ cũ dolore capitis, & alienatione velut in frenesi: quoniã matrix extat neruis plurimis cerebro colligata. Et certior significatio est ex dolore circa sumen & alkatim dorsi, & ex difficultate egestionis & vrinæ. Ista nanque sunt propria signa apostematis matricis, vesicæ, renum & ani: vt dicit Hippocrates quinta particula aphorismorum: In ano flegmonem patieñ. &c. verum quanto calidior materia fuerit, signa fient fortiora: quanto vero frigidior, remissiora. Terminatur autem hoc apostema, quẽadmodum vel stomachi vel epatis aliquo trium modorum: aut enim resoluitur, aut saniatur, aut induratur: Et si induretur, aut per congelationem, & hoc est per parum: aut per adustionem, & hoc est vt multum. Si per adustionem, aut antiquatur adustio, & vltimatur,

& cancer appellatur: Aut non antiquatur, neque vltimatur adustio, & fit apostema durum, vel sclerosis nominatur. Est nanque sclerosis apostema durum, cuius subtile resolutum est, & grossum remansit non adustum vel parum adustũ. Cancer vero est apostema calidum, durum, cuius subtile exhalauit, & grossum adustum est in cinerem melancholiam nitrosam conuersum. Et cancer quidem curationem non recipit perfectam, nisi cum abscisione membri totalis, si fuerit membrum possibile truncari: sin autem, membra vicina putrefaciet, & mortem finaliter inducet. Et sic apparet, quod cancer consequitur apostema calidum induratum, verum frequentius fit per se incipiendo ex congestione melãcholiæ non naturalis adustæ in membro quocunque. Signa autem terminationum omnium istarum prædictarum, & tempus mensurans plene iã diximus ca. de apostematibus stomachi & epatis, præter quod signa cancri sunt hic dicẽda. Signa ergo cancri in matrice, seu alio membro sunt: quoniam siue fiat consequẽdo, siue per se incipiẽdo atque a principio rei est, quoniam incipit res nigra, liuida, dura, velut faba vel cicer, habens circa radices venas nigras vel liuidas circunquaque membro vehemẽter insertas, per quas melancholia adusta fluit ad locum cum ardore & pulsatione & pruritu: & hæ venæ sunt causa, quare cancer non curatur perfecte, nisi cum mẽbri mutilatione. Cum autem cancer confirmatur & antiquatur: aperitur & vlceratur, & virus fœdum, plumbeum, subtile, fœtidum, corrosiuum emittit: quare gradatim non subito circũuicinas circunquaque corrodit, & sic membrum & eius operationem destruit, & demum aliorum, donec finaliter membra destruat nobilia, et mortem inducat. Sunt autem eius labia nõ alba mollia, velut vlceris saniosi, sed dura, liuida, tuberosa, velut vlceris fistulosi. Et non differt hoc apostema a lepra per aliquam causarum essentialium, sed solo subiecto: quoniam vt ait Auicen. 4. cañ. feñ. 7. ca. de significationibus lepræ, cancer est lepra particularis, lepra vero est cancer vniuersalis corporis totius. Et hic quidem cancer, si sit in capite, dicitur a modernis noli me tãgere: Si vero in pectore seu ventre, dicitur herpestiomenus: Si vero in extremitatibus, & proprie in cruribus, dicitur lupus: vnde versus: In facie noli, medijs in partibus herpes: Si sit in extremis, dicit̃ esse lupus. Et licet cancer accidere posset omĩ mẽbro: sermo tamen est de ipso p̃senti ca. p̃cipue propter matricem esse receptaculum superfluitatũ pessimarũ, ex q̃bus & cancer gñatur.

Methodus. Cura apostematis in matrice est, vt a principio fiat flebotomia diuersiua de basilica dextra vel sinistra in brachio: prout dolor ad alterum laterum magis declinabit: & extrahat̃ san. plurimus, si virtus toleret, & corpus sit carnosum. Sequenti vero die flebotometur saphena pedis, & adhibeantur repercussiua per interius & exterius frequẽter. Injciatur ergo per vuluã cũ clyster aqua decoc. plantaginis, solatri, semperuiuæ, lentiũ excorticatarũ vel bis coctarum, prima aqua deiecta, postq̃ in ea dissolutum fuerit aliquid olei rof. & muscillagin. psyllij, vel camphoræ. Inungatur etiam sumen ventris, & vulua tota vsque ad profundum ex vnguento populeon subtiliato cum oleo rof. vel lacte papaueris, in quo camphora, & psyllium fuerint dissoluta. Emplastretur ex rof. viol. plãtagine, extremitatibus rubi, solatro, semperuiua, malua, coctis in aqua perfecte, & incorporatis cum oleo rof. & farina ordei. Epithymetur etiam locus intus & extra cum aqua rof. in qua dissoluta fuit camphora, & pul. sandalorum. Sumat illis diebus in aurora syrupũ ro. vel viol. cũ aqua frigida. Vtatur per diẽ zuccaro

rof. vel vio. tria sandalis rosata nouella, & similibus. Nutriatur lactucis, portulacis, pulmēto auenæ vel ordei cum aceto. Sorbeat ius casei: bibat aquā ordei, vel aquam decoctionis prunorum damascenorum siccorum, vel pomorum sapidorum: verum aqua frigida pura crudificat apostema: et sic regatur cum frigidis per dies quatuor, donec calor & febris mitigētur, & apostema euitetur, si fuerit possibile. Si vero dolor capitis, & insomnietas affuerit: succurratur, vt suis dicemus capitulis. Et si non aliter, saltem cum narcoticis, vt scripsimus cū de frenesi loquebamur. Si vero per hæc oīa non euitetur apostema, imo p hoc dolor & fe. augmētari cœperint: tūc post diem quartum, et cōfirmato iam apostemate, intendendū est resolutiuis modo & ordine, quos scripsimus de apostemate stomachi. Cum vero dies aliquot transierunt neq; dolor cessauerit ex resolutiuis: scias, q apostema tendit ad collectionem: quare procedendum erit ad maturatiua, & saniei generatiua, prout diximus ibidē. Et facta sanie atq; dubellati, solicitandum est de vlcere & ruptura, si apostema per se ruptum nō fuerit, neq; sanguis, neq; sanies visa sint egredi per vuluam, & vlcera: procedendum ad abstersiua & mundificatiua vlceris: sicut est aqua mellis iniecta cum clysteri: deinde ad exiccatiua, et consolidatiua, quæ dicentur ca. de vlceribus in matrice. Si vero fe. & dolor minorari cœperit, præter q visa sit euacuatio sensibilis omnino, & remaneat tumor, & grauitas circa sumen, quæ quandoq; tactu percipitur, si sit magna: tunc ad mollificatiua te transferas: quoniam apostema sclerotisatur: et hæc oīa scripsimus plene ca. dicto. Quod si sit tibi notū apostema induratū esse cancrū ex signis, quæ docuimus: tunc cum matrix abscindi non possit propter eius in interioribus latitantiā, ægrum desolatū derelinquas: quoniam vt ait Hip. 6. parti. apho. Quibuscunq; cancri absconditi fuerint, non curare melius est. Curati nanq; citius pereunt, non curati multum tempus perficiūt. Verum si ægro placuerit, curam facies blanditiuam atq; mortis dilatatiuā, quæ est, vt ægrū dormire non permittas, quantum sit possibile, & ab omni re calefaciente defendas, & corpus eius mundifices semel in mense vel bis cū medicinis lenibus euacuātibus melācholiā adustā vt sunt senæ epithymum, & similia, quæ diximus ca. de melancholia. Et vnguatur locus cū vnguento albo de cāphora facto ex cerussa &c. vel cum vnguento citrino Nicolai per se vl' permixto cū populeon & lacte papaueris, & similib⁹ frigidis repercussiuis. Et balneetur quandoq; & proprie apud dolorē in aqua dulci, decoctionis se. lini, fœnigræci, maluæ, viol. ros. psyllij & altheæ, & prohibeatur a rebus melancholiam generātibus, vt sunt caro salita, caseus antiquus, lentes, caules, acetum, agresta, piper sinapi, allia, vinum album, aquosum, carnes elixæ cū lactucis & cucurbitis. Cum autem cancer vlcerari cœperit: est in vltimo malitiæ, tunc igitur vti conuenit linitionibus prædictis frigidioribus: quoniā dolor fiet fortior. Addatur ergo in vnguētis prædictis aliquid opij vel iusquiami vel mandragoræ. Et si addatur aliquid croci, prohibetur mēbri mortificatio ex stupefactiuis, & beatificabitur operatio. Et in hoc casu multū confert iniectio collyrij albi cum lacte mulieris, quod scripsimus autoritate Ras, cap. de ophthalmia: quoniam vlcerationem retardat & dolorē mitigat euidēter. Quod si sit cancer huiusmodi in aliquo mēbro exteriori cōuenit vt in finibus ei⁹ labia circūquaq; cauterisent cū ferro ignito: qm̄ escharam faciet, & ambulationē eius refrenabit.

Emperica. In apāte matricis consueuit superuenire accidēs timoro

sum, scilicet retentio stercoris & vrinæ, cui succurrimus cum positione ægri in balneum aquæ dulcis vel aquæ decocti onis viol. altheæ chamomillæ, fœnigræci. se. lini: quoniam ventrem lenificat. vias elargat, & dolorem sedat: Et prohibeatur æger hora illa a potu donec egestio & vrina egredi videantur. Et eodem balneo vti conuenit in cura resolutionis, & proprie ab vmbilico infra: in cura vero repercussionis, similiter & in causa maturationis nequaq̃. Vnguentum quod inunctũ circa sumen & alkatim & suppositum cum lana vel coto intra vuluã, duriciem omnẽ matricis mollificat est hoc. ℞. adipis anseris, anatis, & gallinæ. añ. ℥. i. butyri recentis. ℥. iij. armoniaci, bdellij. añ. ℥. ß. olei de. se. lini, vel chamomillæ. ℥. 2 dissoluantur gũmæ in oleo, & liquefiant cũ adipe & butyro ad ignẽ in casola: præterea coletur, & reseruetur, Et si vis acuere: adde galbani, oppoponaci, añ ℥. ß. Item vnguentum mollificatiuum, si aliud præsto non sit, conficitur ex dialtheæ. p. i. populeon. p. ß. dissoluendo butyrum & adipem in casola simul ad ignem: postea deponendo ab igne, et dialtheæ & populeon cum eisdem perfecte miscẽdo. Et si volueris acuere, dissolue prædictas gũmas in butyro & adipe ad ignem, & fiat sicut prius. Emplastrũ mollificatiuũ conficitur ex mal. bismal. althea, absynthio. añ. manipulus vnus semin. lini, farina fœnigræci, semini. altheæ. añ. p. i. farinæ ordei, quantũ volueris, coctis om̃ib⁹ in aq̃, & pistatis pfecte & incorporatis cum oleis & adipibus iã dictis, & acuatis cum gummis eisdem & actu tepidum extensum super petiam applicetur ventri ab vmbilico infra cũ renouatione ipsius frequenter, postquã incœperit infrigidari. Fomentatio seu balneum refrenans malitiam cancri nondum vlcerati tempore longo, fit ex aqua decoctionis nenufaris, viol. papaueris, psyllij, foliorum populi, salicis, extremarum vitis & rubi. ros. plantaginis, se. altheæ, faciendo ex eo encatisma, aut infundendo in eo petias lineas molles & actu tepidas frequenter ponendo super cancrum: quoniam matricem mollificat, ardorẽ reprimit, dolorem mitigat, & vlcerationem retardat, licet cancer perfecte curari nequeat, nisi cum resectione totius membri. Vnguentum album de camphora & cerussa maliciam cancri iam vlcerati, sic fit, nec est in hoc ei simile. ℞. viol. ro. ℥. 4. ceræ. ℥. i. dissoluantur ambo in casola simul ad ignẽ, deinde ab igne ponãtur, & in paropside mũda ponãt̃, & cũ eis pulu̾e incorporet̃ ℞. cerussæ, plumbi vsti. añ. ʒ. 5. liturgyri. ʒ. 2. scoriæ argenti aure. vn. dragaganti, camphorę. añ. ʒ. i. continue misce cũ spatula, donec fuerit inspissatum & infrigidatum, deinde cum eis duo albumina ouorum bene cõquassata & incorporata. Hoc nanq; vnguentum mirabiliter ardorem reprimit, vlcerationem diminuit, & si non fuerit vlcus corrosum, consolidat perfecte, & si fortificare velis infringẽdo cancrum, & dolorem mitigãdo, adde opij grana. 12. sem. hyosciami grana. 24. mandragoræ. ʒ. i. & tunc vltimatur eius bonitas in imprimendo cancrum vlcerosum, & mortẽ hois differũt.

Canones. Cum matrix, vesica & stomach⁹ sint mẽbra spermatica, neruosa, truncosa, dilatabilia & constringibilia, concaua materierum collectiua, frigida per naturã, atq; acuta sententia: consequens est, vt cura apostematis vnius multũ sit vtilis curæ apostematis alterius, si propia proprijs applicent̃. Verũ in hoc videt̃ differentia: q̃a stomacho magis conferunt intrinseca remedia p superius, matrici vero & vesicæ p inferius: quia viæ breuitas virtutẽ custodit viatori. Et est differẽtia alia: quia stomachus cũ sit mẽbrum nobilius in eius em-

plastris magis solicitari oportet de virtutis custodia cũ stypticis. In matrice vero & vesica resolutiuis vti cõuenit fortioribus: cum eorum situs sit in profundo corporis per distantiam longã ab epate & corde, aut mẽbris nobilib⁹ quibuscũq;.

Prognosticatio. Apostema matricis si terminetur p resolutionem, salubre: si per saniationem, difficile: si per indurationem, mortale. Item cancer in matrice vel mẽbro aliq̃ intrinseco, siue recens sit, siue antiqua, mortale. Si in brachio vel crure superuenerit, mors effugitur non nisi per membri truncationem. Si stercus & vrinæ retineantur & dolor vltimetur, neq; p se, neq; p artem subito minoretur: mortale. In apostemate matricis frigiditas extremitatũ, vel sudor frigidus circa frontẽ & tempora, mortale: quoniam apostematis magnitudinem, & virtutis naturalis angustiã significat. Itẽ alienatio fortis cum instãtia vigiliarum, q̃ per artem remoueri non possunt, infra diem quartũ, mortale: quoniam apostematis confirmationẽ & virtutis animalis læsionem cõsignat. Item apostema accidens in matrice tempore impregnationis interficit matrem vel fœtũ, vel vtrũq; & proprie si fuerit confirmatũ: vt dicit Hip. 5. part. aphor. Si mulieri pregnanti erysipelas in matrice fiat, mortale.

De vlceribus & rhagadijs matricis. Cap. XI.

Vlcera fiunt in matrice aut per se incipiendo, & tunc fiunt ex materia calida acuta, corrosiua, vt sũt flegma salsum, & humores adusti: aut consequẽdo ad apostemata in matrice: & tunc fiunt post terminationem apostematis ad saniationem & rupturam. Signa vlceris in matrice sunt, ardor in vulua cum pruritu, primo quidem titilloso: quemadmodum & in satyriasi: post hoc vero dum fortificatur acuto pungitiuo: & forte nihil egreditur: & tunc appellantur rhagadiæ vel fissuræ: & forte egreditur sanies nigra, viridis, liuida, cenosa fœtens: & tũc vlcus appellatur: & forte sanguis niger, grossus, & tunc hæmorrhoides matricis appellãtur. Et si quidem fiunt per se incipiendo, apparebit priuatio signorum apostematis in matrice: Si vero consequendo fiant: antecessit significatio apostematis saniosi in matrice dicta ca. præcedenti. Et signa quædam distinctiua vlceris matricis, & vesicę sunt: quoniam si sint in matrice apparebunt exeuntia separata ab vrina, & dolor sentitur in profundo pectinis. & minorabit color albus: Si vero in vesica, apparebunt exeuntia mixta cum vrina, & dolor sentietur magis apud anteriora vuluæ, & multiplicabitur color albus in rebus exeuntibus, & alia accidentia diximus ca. de scabie in vesica.

Methodus. Cura vlceris in matrice, quod fit per se incipiendo, est vt digeratur a principio materia acuta cum syrupo de fumo terræ, quem dicemus cap. de pruritu & scabie, lib. 2. Post hoc purgetur bis vel ter de septimo die in septimum cum apozimate, quod sic fit. ℞. senæ, epithymi, myrobalanorum citrinorum, vel indorum. añ ℥. ß. bulliantur in aqua dulci, deinde manibus fricẽtur diligenter, & aqua coletur, & detur ex ea. ℥ 4. vel. 5. in aurora, postquam dulcorata fuerint cum zuccaro, vel tamarindis, vel melle ros. Remota causa antecedente, remoueatur coniuncta. Mũdificetur ergo locus cum clysteri, quod. ℞ ros. siccarum. florum chamomillæ, farinæ ordei. ana. part. 1. senæ. fumi terræ. añ. ℥. ß. bulliantur in aqua pluuiali. & modico vini rub. pontici, coletur, & in colatura dissoluatur aliq̃ mel. ℞. & terebentinæ iterum parum bulliendo, & colando, & tepidum frequenter inijciendo per

vuluam, donec sanies & sanguis minoretur. Si autem dolor & mordicatio vlceris fuerint aggregata: adde in decoctiõe prima seminis iusquiami, & foliorum eius, & papaueris, & psidiæ. añ. M. ß. In colatura vero, adde duo vel tria vitella ouorum, & cum eadem aqua fiat encatisma, ita vt in ipsa sedeat, & moretur hora doloris vehementis. Vel mundifice tur cum vnguento, quod sic fit. ℞. sarco collæ. ℥. ß. dissoluatur in aqua mellis ad ignem in casola, & incorporentur cum eis farina fœnigræci, & farina ordei, donec fiat sicut mel currens, in eo inuoluat licinia, & contenta immittantur in profundum vuluæ, & tunc circumcirca latera fricentur, & postea extrahãtur, & quãdoq; cum bombace extinguantur, & sic successiue fiat, donec perfecte locus exiccetur: Deinde consolidetur cum vnguento styptico, quod sic fit. ℞. thuris, lapidis hæmatitis, aloes, pulueris, chartiæ cõbustæ. añ. ℥. ß. terantur omnia & cribellẽtur. Et si vlc⁹ apparuerit exterius, aspergatur de hoc puluere super ipsum omni die bis: Et si ipsum fortificare volueris: adde boli armenici, sang. droc. thuris, aristologiæ, & similium. Si vero fuerit profundatum, conficiantur cum succo plantaginis vel consolidæ maioris in modũ vnguenti, & imponatur cum licinio: vel conficiantur cum aqua decoctionis corticis granatorum balust. & glandium, et risi in modum clysteris, & tepidum inijciatur omni die bis: &, in ipso mulier sæpius balneetur. Abstineat a coitu pro posse donec consolidatio cõpleatur: similiter & a rebus vrinam prouocãtibus acutis. Cura vlceris in matrice, quod fit consequendo ad apostema saniosum in ea est, vt postquam ruptum fuerit apostema ꝑ se vel per artem, vtpote per compressionem & motum corporis, & descẽsum velocem graduum, vel saltum, donec visa fuerit sanies egredi per vuluam & sanguis: & tunc in potu sumat aquam decoctionis seminum diureticorum calidorꝫ vel frigidorum, prout feb. & virtus consentiunt: quoniam mundificant vlcus cũ virtute, & hoc fiat tot diebus, donec sanies & sanguis minoretur. Deinde consolidetur cum incarnatiuis prædictis, & detur omni die in aurora vnus ex trochiscis de karabe dictis cap. de mictu sanguinis, & aqua decoctionis acatiæ vel vino rub. in q̃ zuccarũ ro. fuerit dissolutũ.

Emperica. Medicamina, bona mundificatiua vlceris, similiter et incarnatiua scripsimus iam capitulis diuersis scilicet ca. de vlcere in aure. & cap. de fissura labiorꝫ oris. & ca. de rhagadijs in ano: hic ergo dicta cũ illi alterentur.

Canones. Cura communis vlceris duplici intẽtiõe perficitur, Prima scilicet mundificandi cũ calidis acutis ripticis abstersiuis: Secũda vero incarnandi cum temperatis stypticis conglutinatis. Et intentio tertia lateralis, quæ est doloris mitigatio cum resoluentibus debilibus anodinis. Et hæc omnia plene iam diximus cap. prædictis.

Prognosticatio. Vlcera in matrice raro fiunt consequẽdo, vt plurimum vero per se incipiendo: Sollicitandum in moderatione & cura vlceris: quoniam si perdurauerit, feb. hecticã inducet: & si antiquetur, fistulam pariet timorosam: similiter & vlcera matricis a principio prohibẽt cõceptionem. Si vero pregnanti superuenerint: facient aborsum, nisi ilico succurratur: quoniam virtutem expulsiuam stimulant: quemadmodum & tenasmon.

Sectionis tertiæ finis.

SEQVITVR QVARTA.

PEr ueniendũ videtur ad curam passionum contingentium circa ramos corporis humani, postq̃ earum, quæ circa stipitem accidũt, & ra

dicem, descripsimus remedia pro posse. Vocamus autem ramos corporis, manus & brachia & crura atque coxas & pedes: verum quoniam diuinum auxilium cognouimus præsentis laboris initiatiuum fore atque productiuum hucusque, deuoto demum precamine gratiā eius poscimus: quatenus scribētis calamum dignetur ad finem volitum dirigere, verbum Auerrois scriptū septimo colliget orantis: Et deus nos ab errore eximat, & oculos nostros illuminare dignetur.

TRACTATVS VNICVS quartæ sectionis.

TRactatus iste vltimus, prout in libri istius proœmio diximus, concors est fen. vltimæ tertij can. Auic. Cuius quidem rationem nobis per hunc primum librum placuit obseruare. Passiones autem, de quibus in ipso dicemus, sunt quæ accidunt in extremitatibus mēbrorum: & sunt numero sex. Prima quidem est ramex & hernia. Secunda arthetica: Tertia varex & elephantia. Quarta dolores spondilium dorsi: Quinta gibbositas eorundem: Sexta labores spontanei currentes per musculos, qui sunt in ambitu corporis totius.

¶De ruptura siphac, & ramice, & hernia. Cap. I.

SIphac est panniculus magnus rotūdus stomachum, epar, atque splenem atque intestina omia totaliter amplectens: & ob hoc natura ipsum fabricauit solidum, quem Auicen. periteron nuncupauit. Ab hoc igitur pāniculo circa duo inguina, duo alij oriuntur panniculi, in corporibus virorum, figuram duorū cornuum habētes, quę didymi nuncupanť: ita vt conus eorum panniculo siphac affigatur, & basis per inguina descendens de testiculis ambobus cricundata oscheum construat, id est bursam testiculorū. Accidit autem plerūque & proprie pueris & humidam complexionem habētibus siue per naturam, siue per diætam impregnanti: vt siphac prædictum dilatetur, vel etiam rumpatur in locis prædictis: et materiæ descēdant per didymū in oscheum, & malam complexionem faciant cum tumore & inflatione inguinū & testiculorum. Et si quidem siphac dilatetur præter quod rumpatur, sic ramex ergo vel hernia nuncupatur. Si vero rumpatur, tunc id quod descendit, aut est intestinum gracile, aut zirbus adipinus. Est autem zirbus panniculus vnctuosus, latus, extensus super stomachum & intestina, vt eorum congreget calorem naturalē, & ad interiora reuerberet, & a frigiditate aeris continētis defendat: cum sint membra naturalia modicum calorem ex se habentia, licet non nisi per calorem operentur. Si vero dilatetur, pręter quod rumpatur: tunc res quę descendit, aut est aquositas, & tunc hernia aqsa dicitur: aut est humor frigidus, qui si antiquetur, conuertitur in carnem & duriciem per assationem & condensationem, & tūc hernia dicitur verrucosa. Signa distinguentia inter herniam & rupturam sunt: quoniam in hernia non fit dolor, quando res manibus sursum ducitur pe didymum in ventrem, vel qūolibet contractetur: in ruptura vero fit dolor: & adhuc magis, si res quæ descendit fuerit intestinum: quoniam membra neruosa habent sensum acutum. Et certior significatio est ex re, quæ descēdit: prout nūc dicemus. Similiter & ex figura: qnīā in ruptura siphac apparet tumor, & inflatio circa inguina, cū patiēs stat erect9. In hernia vero nō apparet tumor nec inflatio, nisi circa bursam testiculorū. Signa vero propria rupturæ sunt: quoniā si ægrū resupinatū iacere pceperis, anchis exaltatis, atque capite depresso, & rē in oscheo contentam duxeris sursum per

didymum manibus comprimendo, redibit, aut tota, aut pars eius cum difficultate multa, & sine rugitu omnino vel pauco: ita tamē vt si zirbus fuerit, tumor testiculorū, & inflatio fiet mollior, & subtilior ante reductionem, & dolor & rugitus minor. Si vero intestinū fuerit, tumor & inflatio fiet tangibilior & grossior, & apud reductiōem dolor & rugit9 maior. Signa vero propria herniæ sunt: quoniā si ægrū resupinaueris, sicut prius, & rem reduxeris, redibit tota aut pars eius cum facilitate & rugitu plurimo vel mediocri, ita tamen: si ventositas fuerit, fiet rugitus plurimus apud reductionem, & tumor & inflatio testiculorum dura, quæ tactui vix cedit, & sonat cum tangitur ante reductiōem. Si vero aquositas: fiet rugitus mediocris, & inflatio testiculorū immensa valde & mollis, splendens, sicut facies hydro. & vrina quę mingitur, fiet pauca. Si vero fuerit humor frigidus conuersus in carnem, ad tactum percipietur res dura inter testiculos & oscheum mobilis hinc inde, neq; reducitur quantumcūq; cōprimatur.

Methodus. Cura rupturæ duplex est: vna cum incisione & cauterio didymū penetranti, & proprie si fuerit difficilis, antiquata: & hanc chirurgico relinquo. Alia vero cū medicinis stypticis cōstrictiuis, & proprie, si fuerit parua recens, facilis curationis: & hanc pro posse dicemus. Euacuenť igitur a principio intestina & oīa pfecte cū suppositorio vel clysteri lenitiuo iniecto bis die vna: postea ponať æger in aq̄ dulci tepida tēpore lōgo: donec didymus & intestina fuerint cōplete mollificata: Deinde resupineť super lecto suo anchis eleuatis, & capite depresso & reducat medicus zirbum vel intestinū sursum per didymum in ventrem paulatim parum post parū, donec totū reducatur: Deinde ponat sup locū rupturę emplastrum stypticū, quod ℞. thuris, mastic̃is, gūmi arab. dragag. añ. ℥. 2. boli arm. sang. drac, aloes, myrtil. añ. ℥. iij. acatiæ, gallarū, cypressi, glādium, psidiæ. añ. ℥. 6. aristol. lōgæ, bdellij, galbani, sarcocol. resinæ, picis naualis induratæ. añ. ℥. 5. coloph. mūmiæ, visci cōfecti ex chartis. añ. ℥. 1. Confice sic. Infundantur bdelliū & viscus & galbanū & sarcocolla in aceto vini rubei per horas duas, postq̄ frustatim fuerit incisa: Deinde extrahantur, & cum resina & pice nauali colophonia dissoluantur simul ad ignem in casola, & post calefactionem omnium deponantur ab igne, & incorporetur cum eis puluis aliarum rerum subtiliter cribellatus, & fiant magdaleones, sicut in emplastro apostolicon: quorum vnus mollificetur ad ignem lentum & extendatur super petia linea molli & actu calidus firmeť super locum, & plumaceolo duplici supposito cum facia lata fortiter alligetur: & sit plumaceolum latum, ne faciat rupturam dilatari: & sic dimitttaur per, 10 dies, & æger omni tēpore iaceat supinus in lecto: post dies vero decem dissoluatur, & iterum remoueatur, sicut prius: & per dies 5, dimittatur, & tunc iterum remoueatur, & sic fiat, donec ruptura perfecte consolidetur. Diætetur cibis & potibus stypticis famosis, & quandoq; medullis & oleribus ventrem lenificantibus, vel suppositorio, vel clysteri: prout docuimus cap. de stypticitate ventris. parag. Emperica. Et cum sanatus fuerit: abstineat a crapula pro posse, neq; stet, neq; moueatur super cibum vł potum, imo sedeat vel resupineť, donec fuerit cibus in stomacho semidigestus: Abstineat a iurib9 pinguibus, & balneo aquæ dulcis tepidæ, & omnibus mollificantibus: Astineat a leguminibus, rapis, & omībus ventosis, a coitu, saltu, & vociferatione forti, & cursu veloci per gradus: quoniam omnis labor, cum quo retinetur anhelitus, & intestina cōquassam

tur: dilatat rupturam, si est: & facit, si nõ est: quare si quandoq; coire voluerit: fiat non nisi in ieiunio, & fecibus expurgatis & ventre vndiquaq; cincto fascia lata. Cura herniæ aquosæ est, si sit parua recens facilis: Emplastrentur testiculi cum emplastris calidis resolutiuis dictis cap. de hydropisi ascite. Si vero fuerit multa, antiqua, difficilis: perforetur bursa testiculorũ in loco commissuræ duorum testiculorum perforatiõe penetrante ex vtroque cum tenta aurea vel ferrea ignita: quoniam si fiat cum flebotomo, redibit hernia post dies aliquot: nisi subsequatur cauterizatio, & extrahatur aqua paulatim de die in diem, sed non tota subito: neforte accidat syncop. atq; mors: Neq; consolidetur donec aqua perfecte euacuetur. Retinetur etiam quãdoq; (cum cadit timor recidiuæ) vulnus apertum cũ filo laneo vel serico traducto cum acu, & omni die bis de extremo in extremũ refricato: diætet̃ sicut hydropicus oĩquaque. Cura herniæ ventosæ est, vt si sit recens, facilis: emplastrentur testiculi cum emplastris carminatiuis dictis cã. de colica ventosa: & diætet̃ sicut dictum est illic: Si vero fuerit antiqua, difficilis: curetur cũ perforatione iam dicta: quoniã sicut in aquosa dominatur aqua super vẽtum, sic in ventosa dominatur vent9 super aquam, Neq; æstimandum est in corpore hominis alterum sine altero reperiri: cum eorum sit idem efficiens, scilicet calor diminutus, eademq; materia, scilicet humor frigidus: vt dicitur. 6. de accidenti & morbo. Cura herniæ verrucosæ est vt si sit parua mollis, & facilis: emplastretur cum emplastris mollientibus simul & resoluentibus dictis de apostemate stomachi duro: Si vero fuerit magna, dura, difficilis: excorief verruca circũquaq;, & extrahat̃, & labia cutis cõsuant̃, & cũ vnguentis cicatrizatiuis cõsolidentur dictis capitulo de vlceribus in aure, & capitulo de scissura labiorũ oris, & capitulo de rhagadijs in ano.

Emperica. Emplastrum ad rupturam expertũ, sic fit. ℞. picis naualis, aloes, masticis, gallarum. añ. ℥. 2. boli armenici. ℥. 3. lithargyri, ceræ. añ. li. 1. resinæ colophoniæ, galbani. añ ℥. 4. visci quercini, vel succi eius, si tempus fuerit ℥ ß. gipsi. drachmas duas, aristologię longæ & rotundæ, drachmã semi, myrrhæ, thuris. añ. ℥. 6. terebentinæ. ℥. vnam, sanguinis hominis lib. vnam. Confice sic: decoquatur vellus arietis cum pilis, sicut abstractũ est ab ariete, in aqua pluuiali: deinde colet̃, & in colatura coquantur res supradictæ & bene & fortiter continue miscendo, & agitando cum spatula, ne comburantur: deinde colentur: Et fiat ex rebus emplastrum, & ex liquore epithyma cum lana prædicta infusa in eo, & expressa vehementer, donec sicca perfecte fuerit, et calida firmet̃ super locum. Emplastrum expertum ad herniã aquosam & ventosam scripsimus cap. de apostematibus virgæ & testiculorũ, parag. Emperica. Illuc recurratur. 175: 1 Emp

Canones. Est quãdoq; siphac apud didymũ fortis ac solidæ texturæ: quare accidit in huiusmodi corporib9 ruptura vł dilatatio apud vmbilicũ, & proprie si mot9 laboriosus, aut casus, aut percussio antecedat: & talis ruptura vt plurimum periculosa est & mortalis. Sciendum præterea, ꝙ in corpore debili vel delicato, & proprie cum ruptura fuerit magna, antiqua, difficilis: sufficit cura blanditiua, quæ est, vt patiens locum rupturæ fasciet cum plumaceolis duobus, inferiori quidem molliori ex bombace, superiori vero duriore ex lana vel pilis cum cingulo brachiali omni tempore firmando per dies residuos vitæ suæ.

Prognosticatio. Ruptura siphac ĩ pueris & mulieribus &

omnibus humidam complexionem habentibus per naturam,& proprie sanguineis,& carnosis,est facilis curationis: In adultis vero,& senibus,vel siccis per naturam,difficilis. Item ruptura recens & parua,& in qua nihil descēdit in oscheū, sed tumor solum in inguinibus nuper accidit,facilis est curationis: Antiqua vero & magna,& in qua testiculi sunt inflati atq; inguina,difficilis. Itē hernia aquosa præmonstrat hydropisim asciten: ventosa vero tympaniten. Et ex hoc consequitur, ꝙ aquosa deterior est ventosa: sicut & ascites deterior tympanite. Concluditur etiā, ꝙ in hernia aquosa peccat secunda digestio, in ventosa prima digestio: quare sicut in aquosa oportet, vt rectificetur epar cum vnguentis & emplastris calidis stypticis: ita in vētosa stomachus cū eisdem:& ista quidem plene docuimus suis locis. Itē hernia aquosa magna valde cum vrina pauca rub. vel diuersos colores habente secundum regionem infimā & supremā, mortale. Item prognosticatio hydropisis plurimū deseruit cap. præsenti:

De passione arthetica & speciebus eius. Cap. II.

DOlor articulorum communi nomine a medicis arthetica nuncupať. Quod si in manibus vel brachijs extiterit,chiragra proprie vocatur: Si vero in iunctura vertebri seu coxarū, dolor anchæ dicitur. Si vero in iunctura genuali,ischiatica nuncupabitur,licet & dolor ancharꝫ plerunq; ischiatica nuncupetur. Si vero in calcaneo,vl' digitis pedum: tunc podagra nominatur: vt colligitur ex mente Raſ. in diuisionibus cap. præsenti,& ex mente Auicennæ 3. canonis feñ. 22. capitulo præsenti. Fit autem hic dolor ex humore superfluo currente per venas capillares atq; membrorum porositates, donec perueniat inter os & os iuncturæ,& ibi stans inducat alienam complexionem in ligamento coniungente ossa prædicta: & sua quātitate ipsum extendat: & sua putredine substantiam ipsius destruat & corrumpat: & sic apostema faciat: & demum operationē mēbri prohibeat,& forte ossa iūcturæ distocet,si perduret. Sicut enim spasmus & tetanus fuit ex humore superfluo neruos, chordas & musculos occupāte: ita dolor artheticus ex humore iuncturas & ligamenta lædente: propter quod neq; in aliquo dolore arthetico spasmus accidere potest: vt dicit Galeñ. in commento illius apho. 6. par. Quicūq; podagrici fiūt &c. Fit igitur apostema iuncturarꝫ ex omni genere quatuor humorum simplicium, primorum,similiter & ex commixtione eorum adinuicē: verum quod maxime accidit, est ex humore crudo flegmatico viscoso, cui aliqd choleræ vel sanguinis acuti fuerit additum, vt ipsum veheret in loca profunda. Neq; potest hoc apostema, quemadmodum reliqua terminari per saniationem: quoniā materiæ grossities,& membrorꝫ frigiditas,& loci profunditas illud non admittunt: sed vel terminatur per resolutionem,vel lapidificationem. Istud etiam apostema certas habet periodos in quibusdam corporibus, qbus aduenit & recedit,scilicet de quarta in quartam. Et dicit Hip. ꝙ tempus resolutiōis ipsius cui accidit est quadraginta dierum,plus tamē vel minus secundū materiæ multitudinem & frigiditatem: vnde Hip. ait 6. parti. apho. Quibuscūq; podagricæ ægritudines fiunt, hæ in 40. diebus deferuescentes residēt. Hoc etiā apostema in quacunq; iuncturarum acciderit,tumorem facit & ruborem, & calorem,plus tamen vel minus secundū naturæ multitudinem & caliditatē, ~~postꝗ~~ in ancha,in qua tumor & calor & rubor apparere nō possunt exterius,carnis multitudine & loci profunditate prohibente.

Signa humorum calidorum sunt loci rubedo, & caliditas apud tactum fortis, & dolor pulsatiuus immensus cum tumore & inflatiõe & vrina ignita. Quod si materia fuerit cholerica, fiet dolor acutior, & rubor & tumor minor, & vrina subtilis citrina: & si antecessit vsus sinapis vł piperis, allij, vel vini veteris amari; & ætas & complexio & tempus anni cholerica fuerint, verior erit significatio. Si vero materia fuerit sanguinea, fiet dolor grauior, tumor & rubor maior, vrina grossa, rubea, et si antecessit vsus carniũ laudabilium, & ouorum sorbilium, & vini rubri, dulcis, et ætas, et cõsuetudo & tẽpus anni fuerint sanguinea, verior fiet significatio. Signa humorꝝ frigidorꝝ sunt loci rubedo, modica tñ vergẽs ad albũ, vel plumbum, & caliditas moderata, vel nulla, tumor magnus, et vrina remissa, & dolor non multum acutus. Quod si materia flegmatica fuerit, tumor & albedo fortificabũtur cum mollicie, & fiet vrina alba, grossa: nisi fortassis epar inflãmetur ex dolore: & si antecessit nauseatiua satietas assidua, & potus vini plurimi in ieiunio, & sumptio piscium, & olerum frigidorum, & ætas & complexio & tempus anni fuerint flegmatica: verior erit significatio. Si vero materia fuerit melancholica, tumor & plumbeitas fortificabuntur cũ duritie, & fiet vrina subtilis, subcitrina: & si pñsentia, præterita, & futura concordauerint, verior erit significatio. Signa humorꝝ compositorum, sunt cõmixtio, & alteratio signorum omnium prædictorꝝ secundum gradum proportionatum commixtioni. Sciendum tamen, ꝙ in passionibus mẽbrorum profundorꝝ nõ semper oportet colori exteriori credere: Potest em̃ humor contrarius interius latitare: propter quod ait Gal. in cõmento illius apho. 1. par. In perturbationibus vẽtris &c. Et Hip. qdẽ testatus est, ꝙ color corporis humorꝝ abundantiam ostendit, si non in profunditate accubuerint: quare pri⁹ inuestigare oportet consuetudinem, tempus, ætatem & regionem, atque morbi naturam, & ex vrina agnoscere, cum quibus humoribus dominetur.

Methodus. Cura passiõis artheticę duplex est. Vna quidẽ apud paroxysmum & afflictionem, quæ proprie curatiua dicitur: Alia vero est & ante & post paroxysmũ, quæ proprie præseruatiua dicitur. Et de ipsis ordinatim scribemus tam in calida q̃ in frigida vel cõmixta. Cura ergo ipsius hora doloris & paroxysmi, prout fit a causa calida siue cholerica, siue sanguinea, siue composita ex his est, vt a principio fiat flebotomia diuersiua de basilica sinistra si dolor est in brachio dextro, vel de basilica dextra, si dolor est in sinistro: & extrahatur sanguis sufficiẽs totus simul, vel cum secundatione: neq; negligatur a principio flebotomia talis, etiã si pauco tempore flebotomauerit patiens: quoniã est ex rebus maxime necessarijs in methodo curatiua: cum sine ipsa neque repercussio, neq; resolutio conferẽs videat̃. Et si corpus sit plethoricum, flebotometur a principio saluatella pedis dextri, si dolor est in manu dextra: vł pedis sinistri, si dolor est in manu sinistra: & econuerso fiat, si dolor est in cruribus aut pedibus. Et post istam flebotomiam, fiat flebotomia prędicta: qm̃ vt ait Auic. 1. cañ. feñ. 4. de flebotomia diuersiua, ꝙ flebotomia fieri potest per diametrum vnum, nequaq̃ vero per duas simul. Et post flebotomiã soluatur venter cũ medicina leniter educente choleram, & humores acutos: sicut est stomaticum laxatiuum, vel electuariũ de succo rosꝫ. vel alia ex eis, quas iam diximus in cura præseruatiua. Fortis nãq; medicina humores agitaret, & dolorem augmentaret & prosterneret forte virtutem. Fiant post euacuationes remedia lo

calia, primo quidem repercussiua: quare ponatur membrum patiens in aquam frigidam, vel fomentetur ex aqua frigida & aqua rof. añ. par 1. aceti. par. ß. vel ex succo solatri & semperuiuæ. añ. par. 1. aceti. par. ß, vel aqua rof. agrestæ. ana. par. semi, & modico aceti, vel epithymetur ex puluere rof. sandal. infuso in aqua rof. & agresta & modico aceti. vel liniatur ex oleo rof. vel nenuphar: quoniam omnis dolor iuncturarum sine vlcere mitigatur in principio ex rebus frigidis actu & virtute, licet earum vsus superfluus materiam ingrosset, & fortiorem faciat sequi dolorem. Vnde Hippocrates secũda particula aphorismorum. In articulis dolores & tumores sine vlceratione podragram & spasmum, & horum plurima, frigida, aqua infusa refrigerat & attenuat, & dolorem soluit: stupor eñ mediocris dolorem minuit. Emplastretur etiam ex rof. solatro, semperuiua, nenupha. plantagine, extremitatibus rubi. coctis in aqua pluuiali, vel ferrata, deinde pistatis, & incorporatis cum farina ordei, puluere mirtillorũ, acaciæ, lentibus bis coctis aqua prima reiecta, addito oleo rof. vel nenuphar, quod sufficit, & modico aceti vel agrestæ. Et si per ista dolor non cessauerit, neq; minoretur: addatur aliqd ex folijs, & se. iusquiami: & fortius illis, est cortex mãdragoræ & iterum fortius, est opium: moderetur tamen vsu narcoticorum: quoniã membra iuncturalia sunt ex natura frigida, & ad paralysim inclinata. Si vero per applicationem repercussiuorum dolor fortificetur, vel non minoretur, vel tumor induretur: nequaq̃ super locum ponatur sed circumcirca: & situetur membrum illud hora illa taliter, vt sit eleuatum: ne fluor ad ipsum transeat nocitiuus. In augmento vero, & cum cessat aggregatio fluxus & tumoris: fiat emplastrum ex stypticis permixtis cum resolutiuis sine attractione: sicut est emplastrum ex folijs rof. floribus chamomillæ, farina fœnigræci & ordei, radicibus altheæ coctis, & mundatis, ac pistatis perfecte, & incorporatis cum oleo chamomillino, vel nardino sufficienti, & tepidum applicetur. Confert etiã fomentatio mẽbri ex aqua decoctionis rerum earundem, & linitio sine scarificatione ex oleis eisdem. In statu vero, & cum securatus fueris a fluxu materiæ, adde plus ex resolutiuis in emplastro iam dicto: sicut est semen anethi cribellatum, semen lini, & oleum anethinum, folia & radices apij, & vltra id non transcendas. In declinatione autem perfecta, & cum tumor cœperit residere, & rubor pallescere & dolor mitigari: fiat emplastrum ex puris resoluentibus sine stypticitate omnino: sicut est stercus bouinum calidum, vel equinum, vel porcinum recens, & fortius illis est stercus columbinum. Et si in lib. 1. stercoris cuiuscunque incorporetur vncia vna, pulueris euforb. vel saponis, vel modicum fermenti, fortior fiet operatio. Cauendum tamen in vsu resolutiuorum immoderato, ne resoluatur ex materia subtile, & lapidificetur grossum. Illud nanque frequenter accidit in apostematibus iuncturarum calidis, et proprie sanguineis: quare postquam illud cognoueris ex paruitate caloris, & liuiditate coloris, & duritie tumoris, & insensibilitate doloris: postpone resolutiua, & vtere mollificatiuis cum caliditate temperata: sicut est adeps vulpis, vel canis iuuenis, vel mustelæ, vel gallinæ, vel anatis, vel anseris: & sicut sunt muscillagines fœnigræci, seminis lini, seminis altheæ, si cum prædictis resoluentibus misceantur in emplastro. Et iterum fortius est in mollificando atq; resoluendo, si addideris aliquid ex gummis calidis, sicut sunt serapinum, galba, armoniacum, oppoponacum. Et non negligas studium in mollificantibus

a principio: quoniam si remãserit in apostemate durities, disrumpentur fortassis iuncturæ, & exibunt velut margaritæ, & periclitabitur membrum, & spasmabitur, & fortassis dislocabitur os iuncturæ, & inducetur claudicatio perdurans omni tempore, & proprie, si passio sit in ancha. Artem vero mollificandi, & resoluendi apostemata dura plene scripsimus capitulo de apostemate stomachi. In fine vero declinationis conferunt balnea calida styptica confortatiua: sicut est aqua tinarum, vel aqua decoctionis aluminis, sulphuris, & salis communis: vel aqua decoctionis absynthij, arthemisiæ, saluiæ calamenti, mentastri, sauinæ, in qua dissoluatur aliquid salis gemmæ, vel salis nitri. Et si supercalefactionem ex eis timueris: adde ex stypticis frigidis in decoctione: sicut est plantago mirtilli, balaustiæ, glandes, rosæ, lentes bis coctæ & similia. Confert etiam hora illa fomẽtatio facta ex aqua ferrata, & modico vini rubei, pontici, vel succi citoniorum, vel berberis, vel ex aqua pluuiali postquam in ea cocta sint risum, milium, acacia, & gallæ cypressi, quoniam confortant iuncturas, ne alias recipiant superfluitates. Si vero post omnia prædicta tumor cum rubedine vel duritie remanserit aliqualis, apponatur sanguisuga, quę cum ceciderit, ponãtur super eius morsum folia sambuci, & permittatur materia fluere pluribus diebus: postea cum locus exiccatus fuerit, & tumor applanatus, ponantur folia quercus: quoniam indurant & cicatrisant. Quod si nihil physicalium remediorum contulerit, ad manualẽ operationem vltimo recurrẽdum cum sit omnium fortissima. Fiat igitur cauterium cum ferro ignito sub iunctura dolente, vel supra in loco maxime conuenienti, ita scilicet vt chordæ, vel nerui non tangantur, & profundetur vsq; ad os: nec permittatur consolidari tempore longo: sed ponatur super ea pillula ex cera, & pilis leporis, vel pilis lanæ constructa, & materia permittatur effluere per annum vel amplius: donec membrũ ab arthetica securetur. Et istud cauterium est maximi iuuamenti in dolore anchæ: cum in eo medicinæ parum conferant propter loci profunditatem: Nutriatur igitur patiens cum rebus frigidis, sicut sunt pultes ordei vel auenæ conditæ cum lacte amygdalarum dulcium, & lentes & risum, & iura casei recentis, & olus factum ex lactucis, cucurbitis vł portulacis. Abstineat a carnibus, nisi alteratis cum oleribus eisdem vel seminibus eorum. Vtatur saporibus ex aqua rosฺ. & agresta, & vino citoniorum, vel berberis, vel succo acetosæ, vel succo trifolij confectis, sed non ex aceto vel sinapi. Bibat aquam frigidam, vel quod melius est, iulep, vel aquam decoctionis prunorum dulcoratam cum zuccaro. Abstineat a vino pro posse, & vtatur melicrato. Quod si vino necesse sit vti ex debilitate vel consuetudine, bibat vinum lymphatum ad medietatem cum aqua extinctiõ. calybis igniti, vel cum aqua prædicta. Cura præseruatiua artheticæ de causa calida, est vt ante horam paroxysmi p dies plurimos, similiter & in principio veris & autumni fiat flebotomia basilicæ vel medianæ, modo & ordine, quem dixmus in actu curatiuo. Post flebotomiam vero digeratur humor acutus cum syrupo respiciente iuncturas a proprietate: qui sic fit. ℞. endiuiæ, absynthij, plantaginis, arthemisiæ, epaticæ, scolopẽdriæ, fumiterræ, violฺro. cicoreæ, añ. M. i. radicum quinq; communium, añ. vnciã vnã sem. communium frigidorum maiorum & minorum. añ. ℥. ß. sandalorum, berberis, semin s feniculi, seminis anethi, añ. ℥. quatuor: fiat syrupus cũ

lib. vna, zuccari & aceto citoniorum: & detur ex eo in aurora per dies septem cũ aqua decoctionis prunorum siccorum. Et sunt qui digestionem faciunt cum syrupo rosaceo, vel violaceo, sed eius virtus ad loca profunda non pertingit. Sunt alij, qui hoc faciunt cum syrupo acetoso quod etiam non placet: quoniam si simplex fuerit, materias perducit ad iuncturas, neruos, atque ossa vehementer congelat: cum illud insit aceto per naturam, et proprie acuto. Si vero compositum fuerit, vrinam prouocabit vehementer, & humores colliquabit. Purgetur post hoc cum pillulis de hermodactylis minoribus Ioannis Hebemesue in suo antidotario: quoniam sunt omibus meliores. ℞. hermodactylorum alborum & mundatorũ. ʒ. v. scamoneæ. ʒ. 2. & ß. ros. ʒ. 2. myrobal. citrinorum. ʒ. iiij. aloes. ʒ. 10. conficiantur cum syrupo rosaceo: dentur. ʒ. 2. sero cum itur dormitum sine cœna: vel cum pillulis de aloe expertis, quæ sic fiũt ℞. aloes, succo citrini tertiam partem. ʒ. vnius. myrobalanorum citrinorum. ʒ. 1. scamoneæ. ℈. 2. fiăt pillul. cũ succo citoniorum vel macianorum, vel vino, vel cũ aqua decoctionis eorum, & sint omnes vna dosis si corpus fuerit compactum, carnosum, difficilis solutiõis: Si vero macrum fuerit, laxæ carnis, & facilis solutionis, medientur. Pillulæ vero de hermodactyl. minoribus secundum excellentiã sic fiunt. ℞. hermodactyl. aloes. aã. ʒ. 1. scamoneæ. ℈. 1. rosarum, seminis apij, a. ʒ. ß. informentur pillulæ cum vino decoctionis hermodactylorum: detur ex eis. aã. ʒ. 1. vsque ad. ʒ. 1. & ß. vel si aliud præsto non fuerit: purgetur cum. ʒ. ß. benedictæ laxatiuæ acuatæ cum. ʒ. 1. myrobalanorum citrinorum, vel cum. ʒ. ß. electuarij de succo ro. laxatiui acuati cum eodẽ: & dentur electuaria post mediã noctem. Et sunt qui purgationem faciunt cum decoctione tamarindorum, mãnæ, cassiæ fistulæ, senæ, epithymi, prunorum, & omnium educẽtium humores acutos cum leuitate: sed illud non conuenit nisi corpori delicato: quoniam virtus apozimatum non attrahit a remotis: quare pillulæ sunt præ cæteris eligendæ. Et reiteretur purgatio de hebdomada in hebdomadam, donec corpus fuerit mundatum. Neque permittatur venter exiccari sub regimine diætę, sed leniatur cum medicinis, & cibis conuenientibus non acutis. Et partem illam plene scripsimus ca. de stypticitate ventris. parag. de emperi cis. Nutriatur cibis humidis temperatis in calido & frigido, vel parum tendentibus ad frigiditatem, præter quod calidũ naturale noceatur: sicut sunt pultes ex farina ordei vel auenę conditi cum lacte recẽti capræ vel vaccæ: Et sicut sunt carnes laudabiles elixæ, cum bleta, sicla, vl lactuca & pisces petrosi cum speciebus aromaticis dulcibus pręparati: Et pisces squamosi frangibilẽ atque albam habentes carnem. Bibat vinum aquosum per se, vel per artem. Faciat vomitum omi mense semel duobus diebus cõtinuis: vt docuimus ca. de bolismo. parag. de empericis. Abstineat a potu vini plurimi, & proprie in ieiunio: similiter & a nauseatiua satietate assidua, & coitu frequẽti, & proprie super cibum, & labore iuncturarum debilium, & proprie cum tempus paroxysmi fuerit ante vel post eius propinquum. Caueat ab excellẽtia qualitatum aeris continentis: quoniam si calidus fuerit, colliquat: si frigidus, mortificat: si siccus, indurat: si humidus, relaxat. Propter quod ab omnibus dictum est: quod frequens ablutio membrorum cum aqua calida mollificat mẽbra neruosa. Vnde Hippoc. 4. part. aphoris. Calidũ nocet hoc frequẽter vtentibus, carnium effœminationem facit, neruorum incontinentiam, mentis stuporem, fluxus sanguinis, deferens spiritus facit, quibus

dam vero mors sequitur: & postea subdit, Frigidum vero inimicum neruis, ossibus, dentibus, cerebro, spinali medullę: calidum vero amicum & vtile. Ex quibus colligitur, quod oportet, quod exteriores res non naturales sint omniquaque temporatæ cum declinatione quadã ad caliditatem & siccitatem moderatã. Sint eorũ vestimenta larga, longa, mollia: quoniam strictitudo cum duritie debilitat iuncturas. Confortentur quandoque iuncturæ debiles cum ablutiõe earũ ex vino rubeo styptico, vel vino citoniorum, in quibus bullitæ sint rosæ: plantago, balaustiæ, gland. gallæ, pira pontica, mala maciana, mespila, et sifia: vl' ex aqua decoctionis lentium bis coctarum (aqua prima reiecta) extremitatum rubi, foliorum vitis, postq̃ ferrum fuerit in ea aliquotiens extinctum, & lapides igniti: & in ea quãdoq; balneetur, & proprie post purgationem perfectam. Confert pręterea apud sanitatem exercitium temporatum in ieiunio, sed non hora paroxysmi vicinante, nec corpore repleto, similiter & fricationes in membro isto perdurãtes: quoniam materias diuertũt. Cura passionis arthetica de causa frigida apud horam paroxysmi siue sit de flegmate, siue de melancholia, siue ex aggregato ex his, est vt a principio fiat flebotomia, sicut in causa frigida: quoniã & si nõ euacuat qualitatem, tollit tamẽ multitudinem. Post flebotomiam purgetur cum. ℥. ß. benedictæ laxatiuæ, & prouocetur vomitus cũ oxymelle & aqua decoctionis raphani, vel seminis anethi vel atriplicis & sinapis, & ceparum super repletione ciborum diuersorum vicibus frequentatis. Et si vomitus fuerit facilis: ponatur cum decoctione. ℥. i. vel. ℥. ß. ellebori albi suspensi in petia alba linea, hora bullitionis. Post purgationes applicentur super locum & circumcirca repcussiua dicta in causa calida: sed modo

deretur eorum vsus magis quam illic: qm̃ maior est in ea timor de lapidificatione materiæ, quã in causa calida. In augmento vero misceantur resolutiua prædicta. In statu vero & declinatione magis ac magis applicentur resolutiua pura primo quidem debilia, deinde fortia, donec ad gũmas perueniatur: vt supra docuimus, Verum quoniam materia est frigida, addẽdum est in emplastris ex vitellis ouorum & croco: Et cum sit grossa viscosa, addendũ erit incessanter ex mollificatiuis supradictis, amplius quam in causa calida: quoniam si tumor cœperit indurari, & color offuscari, & membrũ infrigidari: raro fit eius resolutio completa: & ad hoc satis cõferre videtur inunctio partis ad ignem vel solem calidum cum vnguento marciaton vel agrippæ. Diætetur subtiliter ex cibis temperatis vergentibus ad caliditatem: vt sunt carnes laudabiles non suffumigatæ, sed elixæ cum fœniculo & petro. & oua sorbilia, & vinum album, clarum, lymphatum. Leniatur venter cum suppositorio vel clysteri frequenter vna vice acuato & alia non acuato: vt diximus ca. de stypticitate ventris. parag. de empericis: & dentur in potu liquores vrinam prouocãtes alternatim, modo hoc, modo illud, donec auferatur vel minoretur materiæ multitudo, præter quod ingrossetur. Caueat a potu aquæ frigidæ omnino, & aere frigido cum pellibus vulpinis, & ouinis, & vestibus largis, mollibus, rarificantibus poros membri cum euaporatione. Bibat melicratum aromatisatũ cũ pipere & cinamomo, & proprie apud declinatiõem. Famem & sitim toleret pro posse. In fine vero declinationis fiãt balnea calida styptica supradicta, similiter & cauteria dicta illic. Cura pręseruatiua artheticæ de causa frigida, est vt ante horam paroxysmi diebus pluribus, similiter & in principio veris et autumni dige

ratur materia frigida grossa viscosa cũ syrupo dicto capitulo de restrictione mẽ struorum. parag. de empericis: vel cum isto syrupo: recipe, pullegij, calamenti, saluiæ, rutæ, betonicæ, balsamitæ, primulæ veris, ozimi, origani, sileris, mõni. aã. M. 1. florũ boraginis, sambuci, scolopendriæ, tamarisci, foliorũ salicis. aãmanip. sem. ameos, amomi, ciperi, capp. acori, squillæ, polij. ana. vnciam sem. zz. cinamomi. ana. drachmas duas, piperis, baccarum lauri. ana. drachmas tres, fiat syrupus cum lib. 1. mellis, aut zuccari: detur omni die in aurora cum aqua calida decoctionis radicum vel seminum diureticorum. Et si laxatiuum facere volueris: adde in decoctione prima, senæ, turbith, agarici. ana. vnciam sem. myrobalanorum emblicorum, esulæ. ana. vnciam sem. masticis drachmã vnam: & detur ex eo per dies septem in aurora. Et sunt, qui materias frigidas in iuncturis digerunt cum oxymelle composito, vel squillitico: verum vsus aceti frequens debilitat iuncturas: quare multiplicetur in eis mel, & minoretur acetũ. Et post hoc purgetur cum pillulis de hermodactylis maioribus Ioannis hebem. quoniam alijs sunt meliores. ℞. hermodactyl. albor. mũdatorum a cortice exteriori, aloes epaticæ, myrobalanorum citrinorum, turbith albissim. colloquintidæ, bdellij, serapini. aã. drachmas tres, castorei, sarcocolle, euforb. harmel, apij, aã. ʒ. 2. croci. ʒ. 1, & f. fac pillulas cum succo porri: & da ex eis a ʒ. vna ad aureum vnum. Vel cum pillulis de oppoponaci eiusdem, quę a proprietate extrahũt materiam paralys. torturæ, artheticæ frigidæ difficil. eradicationis. ℞. oppoponacis, hermodactylorum, serapini, bdellij, armoniaci, colloquintidę. aã. drachmas quinque. croci, castorei, myrrhæ, zz. piperis, macropiperis, cassiæ, myrobalanorum citrinorum indorum, emblicorum, bellericorum. aã. drachmam vnam, scamoneæ, drachmas 2. turbith, drachmas quatuor, aloes, drachmas septem. Infundantur gummæ in aqua caulium, & fiãt ex eis pillulæ: dentur sicut priores: vel si præsto aliud non sit, purgetur cum pillulis cochijs, vel fœtidis, vel aureis, vel cũ vncia semis benedictæ laxatiuæ acuatæ cum drachma vna pulue. myrobalanorum emblicorum. Nutriatur cibis subtilibus calidis ad siccitatem tendentibus: vt sunt carnes laudabiles assæ, & oua recentia, & carnes elixæ cum petrosil. conditæ cum pipere & sinapi. Vtatur iuribus cicerum, & pisorum, & omnium prouocantium vrinam, reseruetur venter omni die laxus cum suppositorio vel clysteri acuto, prout docuimus capitulo de stypticitate ventris. parag. de empericis. Bibat mellicratum, vel vinum clarum, vetus, amarum, vsu tamen moderato. Caueat a satietate cibi vel potus pro posse. Vomat omni mense semel, vt supra diximus. Caueat a piscibus, & ab aqua frigida, & coitu omnino, & fatigatione iuncturarum ex motibus vel stationibus laboriosis, & proprie paroxysmo vicinante. Similiter a rebus frixis, viscosis, & pane azymo, & carnibus porcinis, extremitatibus animaliũ, & visceribus eorum: similiter & a caseo veteri, & a lotione mẽbrorum ex aqua frigida vel calida: sed cum necesse fuerit, sudet in stuphis siccis, vel sedeat in aquis tinarum & proprie post purgationes diuersas: & tunc vtatur electuarijs calidis: sicut sunt theriaca vetus, diatrion pipereon, zz. conditum & melius omnibus est pyrethrum conditum, & fit sicut zz. conditum: quoniam a proprietate fortificat cerebrum, neruos & membra iuncturalia frigida: vt dicit Mes. in suo de appropriatis, capitulo de epilepsia, autoritate Hippocratis.

Emperica. Arthetica cum sit passio articulorum timorosa sæpe contingens, nisi sunt cõmuniter operãtes localiũ remediorum conferentiũ post purgationes vniuersales, & proprie in declinatione adinuenisse genera diuersa, ex quibus sunt vnguenta, olea, balnea, fomentationes, suffumigia, quæ diximus. Vnguentum ranarum expertum, sic fit. ℞. adipis ranarum libr. vnam & ß. butyri recentis, vncias sex, marciaton, agrippæ, dialtheæ. aã. vncias tres: olei chamomillæ, olei anethi, olei castorei. ana, vncias duas, olei ros. vncias quatuor, olei costini, terebentinæ. ana. vnciam vnam. ceræ vnciam vnam, olei communis antiquissimi, lib. vnam. sepi castrati vetustissimi. lib. vnam. euforbij vnciam ß. resinæ pini, vncias duas, thuris vnciã vnã: conficiantur omnia simul ad formam vnguenti, & ex eo vngantur iuncturæ debiles ex causa calida vel frigida proprie tamen frigida hora declinationis ad ignem vel solem calidum leniter fricando, donec penetret cum reiteratione frequentata per dies plurimos: quoniã mollificat materias residuas, & insensibiliter resoluit. Vnguentum aliud expertum. ℞. vulpem viuam decollatam, extractis tamen intestinis, & ipsam fac bulliri cum pelle & pilis in oleo communi & sanguine suo, donec caro ab ossibus dissoluatur: tũc cola oleum, quod remanet, & dissolue in eo ceram rubeam sufficientem: & si fortificare volueris: adde serapini, euforbij, oppoponacis, postquam dissoluta fuerint ad ignem in casola, & incorporentur omnia simul perfecte. Eodem modo fac vnguentum ex adipe castoris, vel canis, vel mustellæ. Vnguentum aliud magistrale aggregatum ex rebus calidis aperientibus atque resoluentibus cum virtute: propter quod & conferens est plurimum in paralysi atque tortura & spasmo repletionali, & omniũ neruorũ passioni ex frigiditate. Recipe vnguentorum trium communium, scilicet marciaton, arogon, & agrippæ. aã. ℥. 4. olei laurini. ℥. iij. olei castorei, olei rutæ, olei benedicti, olei petrolei, & olei terebẽtinę. aã. ℥. 1, pinguedinis castorei. ℥. 1. misceantur prędicta cum istis rebus Recipe euforbij, serapini, galbani, assæfœtidæ. aã. vnciam vnam, castorei puluerisati. ℥ 1. pipis, pyrethri, sinap. cantarid. sulphu. aã. ʒ. 2. oppoponacis. ℥. sem. dissoluantur gummæ in vino, vel aqua decoctionis cantarid. ad ignem, & cum eis incorporentur omnes res aliæ subtilissime cribellatæ, & fiat vnguentum, vel extendatur super corio albo molli, & fiat cerotum. Si vero tumor durus fuerit, bonum videtur, vt aliquid ex mollificãtibus apponatur: cuiusmodi sunt adeps anatis, anseris & gallinæ, & axungia porcorum, & medulla ceruorum, & medulla crurum vaccarum, & storax liquida: verum quoniã assa est ex gummis maxime fœtẽtibus, negligatur in receptione: licet sit de maxime conferentibus in hoc casu, & apponat̃ aliquid ex aromaticis penetratiuis, ex qbus sunt gariofil. muschus, calamus aromaticus, costus, & gallia muscata, atque thymus: quoniam quod delectatiue sumitur, apud naturã melius operatur, siue per interius, siue per exterius offeratur. Item oleum de ranis conferens ad artheticam de causa calida in principio & augmento cũ infrigidatione & repercussiõe propria iũcturarum. ℞. ranarum aquaticarum capita circiter lib. ß. funde sup ea in vase vitreato terreo olei sizamini, vel olei cõmunis lib. ß. qd est põdus. ℥. 10. vl' circa id: & sit vas stricti orificij, qd diligẽter obturet̃, & decoquat̃ lento igne, vsque dũ capita dissoluãt̃, & totũ coctũ fuerit: dimittat̃ infrigidari, & recondat̃ oleũ in vase vitreo, & administretur liniẽdo cũ pẽna sine fricatione omnino. Oleum benedictũ conferẽs ad artheticam de causa

atio plurima in tina, & membrorum ablutio iuncturas relaxans. Sexta dormitatio immediate post repletionē. Septima mēbrorum articularium fatigatio ex cursu vel statione plurima, vel vestium strictura. Octaua est coitus: ipse nanque a proprietate ledit cerebrum, neruos, ligamenta, stomachum, atque omnia membra neruosa, & proprie si fuerit inordinat⁹ in quanto & quali.

Prognosticatio. Dolor articulorum si fortificetur ad vltimū difficultatem anhelitus & mortem subitā inducit. Itē si tremor cordis, & asthma & sensuū turbatio acciderint subito præ dolore, mortale. Item dolor articulorum quandoque terminatur ad paralysim & apoplexiam ex cerebri cōpassione. Item dislolocatio iuncturarum ex dolore fit maxime in iuncturis duabus scilicet anchæ vel cauillæ pedis, & hæc nisi statim a principio tollatur, paralysim & claudicationem inducit perdurantem. Si apostema iuncturarum terminetur ad resolutionē gradatim quaque die, salubre: si vero ad indurationem, quæ prohibere se non permittit per medicamina & remedia rationabilia, difficile: quoniā si antiquatur, ergo commoritur, nec curatur. Dolor anchæ vel alterius iuncturæ si fuerit in latere sinistro, vehementior est q̄ in dextro. Arthetica difficilius curatur in senibus & flegmaticis & melācholicis per naturā, & hyeme & autumno q̄ econuerso. Dolor artheticus antiquatus secundum periodum vel assiduitatem, raro recipit curam nisi blanditiuam. Item Hippocr. 6. parti. aphorismorum. Eunuchi neque podagrisant, neque calui fiunt: quod verificans Gal. in commento dicit hoc verum fuisse tempore Hippo. sed non nunc propter regimen hominum gulosum. Item mulier non podagrisat, si non ei defecerint menstrua, quod Gale. ibidem verificat in commento, vt in pluribus sed non semper. Item ibidem: Pueri non podagrisant ante spermatis emissionē, quod est anno 14. vel circa id. Quod Galenus verificās in commento ait se nunq̄ pueros podagricos vidisse, sed aliqñ tumorē in genibus accidentem propter eorum gulositatem. Item ibidē. Quibuscunque ab ischiatica molestatis cerebrum resilit foras, his tabescit crus & claudicāt, si non vrantur. Item dislocatio anchæ si fuerit recēs, curatur: si antiqua, non. Item in dolore fortissimo iuncturarum frigiditas extremitatum & sudor frigidus circa tempora, mortale.

¶De varicibus & elephantia Cap. III.

IStæ sunt passiones crurum atque pedū ex materia grossa causatæ, sed differunt. Nam varices dicuntur, si materia venas occupet: Elephantia vero, si musculos omniquaque comprehendat. Materia autem grossa, ex qua fiunt istæ passiones est duplex: vna quidem, quæ fit per adustionem: & hæc est lepra particularis: Alia vero per congelationem: & hoc rarius cōtingit. Signa varicum sunt: quoniam in cruribus, inter genu & talū apparent venæ grossæ vel virides, tortuosæ: & accidunt maxime viatoribus & onera portantibus & dimicatoribus, & fabris & ad mensas regum famulantibus & crura fatigantibus stando vel currendo. Si autem materia calida sit vel frigida, discernitur per tactum calidum & colorem nigrum, & vrinam rub. grossam, & antecessionem ciborum calidorum, & laborem, & ætatem, & complexionem cholericam vel melācholicam: quorum omnia contraria reperiuntur in causa frigida. Signa elephantiæ sunt, magnificatio cruris immensa a genu infra, adeo vt difficile sit stare vel ambulare: & iuncturæ rigescunt, quemadmodum in elephante. Si autem materia calida sit

vel frigida, discernitur: quia in causa calida adusta sentitur caliditas ad tactum, & color apparet rubeus, obscurus cum asperitate cutis & pustulis nigris fœtentibus: in causa vero frigida sentitur frigiditas ad tactum, & color apparet subalbidus cum leuitate cutis & inflatione non valde dura: neque fiunt pustulæ sed vesicæ.

Methodus. Cura varicum duplex est. Prima quidem leuior per medicinas resoluentes. Secunda vero fortior per incisiones. Flebotometur igitur a principio basilica brachij lateris eiusdem: deinde basilica pedis oppositi lateris cum flebotomo lato, & extrahatur sanguis grossus in quantitate multa, & proprię post colliquationem sanguinis melãcholici ex mora in balneo aquæ dulcis tepidæ. Si autem varices essent in ambobus cruribus, flebotomenť primo ambæ basilicæ in brachijs, & post hoc in pedibus inter digitum anularem & auricularem. Digeratur post hoc materia, & purgetur, sicut docuimus cap. de arthetica tam in causa calida, quàm in frigida. Deinde remota causa antecedente flegmatica, decidatur coniuncta: ligẽtur ergo crura sub iunctura genuali per tres digitos cum fascia linea forti, habenti latitudinem duorum digitorum, vt prohibeatur cursus humorum deorsum: & si fascia imbuta fuerit in aqua pluuiali cum vino ru. styptico, vł in albuminibus ouorum, in quibus puluis bo. arme. san. dra. terræ sigillatæ, balaustij, glandium foret dissolutus, vel in aqua decoctioñ. lentiũ excorticatarum, siliginis depilati, risi, milij, plantaginis, mirtil. acaciæ, prunorum immaturorꝝ, pirorum, mespilorum, marcianorꝝ et similium, melior fiet operatio. Et cum ligatura steterit per diem vnum cruribus eleuatis super lectum, flebotometur vena varicosa turgida in loco, q est super iũcturam calcanei incisione larga, & extrahatur sanguis totus melancholicus, qui fuerit in vena vna vel pluribus a ligatura prædicta. Post flebotomiam alligetur locus incisus sicut moris est, & epithymetur crus totum cum petijs lineis infusis in liquore styptico prædicto actu frigido, per dies plures quiescẽdo super lectum cruribus exaltatis, & emplastretur cum rebus eisdem, donec locus cõfortetur, & a fluxu securet. Post hoc fiat emplastrum resolutiuum acutum super locum totũ infra genua quod sic fit. ℞. florum chamomillæ, sticad. absynthij, rutæ, foliorum caulium, & stipitum eorꝝ, saluiæ, sauinæ, ana, M. i. decoquantur oĩa simul in lixiuio facto ex cinere quercus vel sambuci, vel vitis albæ: & deinde pistentur, & incorporẽtur cum eis pulueres istarum rerũ. ℞. aluminis, sulphuris, gallarum, cypressi, salis communis, añ. vnciam semis, aloes, baccarum lauri, pyrethri, seminis caulium. ana. ʒ. duas. In fine vero addatur stercus recens columbarum, vel caprarum, & actu calidum applicetur frequenter. Et cum eodem lixiuio calido mixto cum aceto acutissimo, vel vino veteri amaro vaporetur, & fomentetur, & epithymetur locus frequenter, donec tota materia fuerit resoluta: neqꝫ obliuiscere emplastrorum frigidorum stypticorum super coxam & genu positorum, ne fluor nouus attrahatur. Et si post ista reliquiæ aliquæ apparuerint in venis, apponantur sanguisugæ quinque vel septem a genu infra, & donec earum vlcera fuerint consolidata, nullatenus abluantur. Si vero post ligaturam fortem & styptica prædicta crus denigrari cœperit, & formicare, postponantur per dies aliquot, & liniatur ex oleis & vnguentis calidis: ne forte membrum paralyticetur: deinde veniatur ad methodum iam dictam. Si vero per omnia prædictà varices non cessauerint: imo latenter

atio plurima in tina, & membrorum ablutio iuncturas relaxans. Sexta dormitatio immediate post repletionē. Septima mēbrorum articularium fatigatio ex cursu vel statione plurima, vel vestium strictura. Octaua est coitus: ipse nanque a proprietate ledit cerebrum, neruos, ligamenta, stomachum, atque omnia membra neruosa, & proprie si fuerit inordinatus in quanto & quali.

Prognosticatio. Dolor articulorum si fortificet ad vltimū difficultatem anhelitus & mortem subitā inducit. Itē si tremor cordis, & asthma & sensuū turbatio acciderint subito prae dolore, mortale. Item dolor articulorum quandoque terminatur ad paralysim & apoplexiam ex cerebri cōpassione. Item dislolocatio iuncturarum ex dolore fit maxime in iuncturis duabus scilicet anchae vel cauillae pedis, & haec nisi statim a principio tollatur, paralysim & claudicationem inducit perdurantem. Si apostema iuncturarum terminetur ad resolutionē gradatim quaque die, salubre: si vero ad indurationem, quae prohibere se non permittit per medicamina & remedia rationabilia, difficile: quoniā si antiquatur, ergo commorit̄, nec curatur. Dolor anchae vel alterius iuncturae si fuerit in latere sinistro, vehementior est q̄ in dextro. Arthetica difficilius curatur in senibus & flegmaticis & melācholicis per naturā, & hyeme & autumno q̄ econuerso. Dolor artheticus antiquatus secundum periodum vel assiduitatem, raro recipit curam nisi blanditiuam. Item Hippocr. 6. parti. aphorismorum. Eunuchi neque podagrisant, neque calui fiunt: quod verificans Gal. in commento dicit hoc verum fuisse tempore Hippo. sed non nunc propter regimen hominum gulosum. Item mulier non podagrisat, si non ei defecerint menstrua, quod Gale. ibidem verificat in commento, vt in pluribus sed non semper. Item ibidem: Pueri non podagrisant ante spermatis emissionē, quod est anno 14. vel circa id. Quod Galenus verificās in commento ait se nunq̄ pueros podagricos vidisse, sed aliq̄n tumorē in genibus accidentem propter eorum gulositatem. Item ibidē. Quibuscunque ab ischiatica molestatis cerebrum resilit foras, his tabescit crus & claudicāt, si non vtantur. Item dislocatio anchae si fuerit recēs, curatur: si antiqua, non. Item in dolore fortissimo iuncturarum frigiditas extremitatum & sudor frigidus circa tempora, mortale.

¶De varicibus & elephantia Cap. III.

Istae sunt passiones crurum atque pedū ex materia grossa causatae, sed differunt. Nam varices dicuntur, si materia venas occupet: Elephantia vero, si musculos omniquaque comprehendat. Materia autem grossa, ex qua fiunt istae passiones est duplex: vna quidem, quae fit per adustionem: & haec est lepra particularis: Alia vero per congelationem: & hoc rarius cōtingit. Signa varicum sunt: quoniam in cruribus, inter genu & talū apparent venae grossae vel virides, tortuosae: & accidunt maxime viatoribus & onera portantibus & dimicatoribus, & fabris & ad mensas regum famulantibus & crura fatigantibus stando vel currendo. Si autem materia calida sit vel frigida, discernitur per tactum calidum & colorem nigrum, & vrinam rub. grossam, & antecessionem ciborum calidorum, & laborem, & aetatem, & complexionem cholericam vel melācholicam: quorum omnia contraria reperiuntur in causa frigida. Signa elephantiae sunt, magnificatio cruris immensa a genu infra, adeo vt difficile sit stare vel ambulare: & iuncturae rigescunt, quemadmodum in elephante. Si autem materia calida sit

vel frigida, discernitur: quia in causa calida adusta sentitur caliditas ad tactum, & color apparet rubeus, obscurus cum asperitate cutis & pustulis nigris fœtentibus: in causa vero frigida sentitur frigiditas ad tactum, & color apparet subalbidus cum leuitate cutis & inflatione non valde dura: neque fiunt pustulæ sed vesicæ.

Methodus. Cura varicum duplex est. Prima quidem leuior per medicinas resoluentes. Secunda vero fortior per incisiones. Flebotometur igitur a principio basilica brachij lateris eiusdem: deinde basilica pedis oppositi lateris cum flebotomo lato, & extrahatur sanguis grossus in quantitate multa, & propriè post colliquationem sanguinis melācholici ex mora in balneo aquæ dulcis tepidæ. Si autem varices essent in ambobus cruribus, flebotomenť primo ambæ basilicæ in brachijs, & post hoc in pedibus inter digitum anularem & auricularem. Digeratur post hoc materia, & purgetur, sicut docuimus cap. de arthetica tam in causa calida, quàm in frigida. Deinde remota causa antecedente flegmatica, decidatur coniuncta: ligētur ergo crura sub iunctura genuali per tres digitos cum fascia linea forti, habenti latitudinem duorum digitorum, vt prohibeatur cursus humorum deorsum: & si fascia imbuta fuerit in aqua pluuiali cum vino ru. styptico, vľ in albuminibus ouorum, in quibus puluis bo. arme. san. dra. terræ sigillatæ, balaustij, glandium foret dissolutus, vel in aqua decoctiō. lentiū excorticatarum, siliginis depilati, risi, milij, plantaginis, mirtil. acaciæ, prunorum immaturorꝫ, pirorum, mespilorum, marcianorꝫ et similium, melior fiet operatio. Et cum ligatura steterit per diem vnum cruribus eleuatis super lectum, flebotometur vena varicosa turgida in loco, q est super iūcturam calcanei incisione larga, & extrahatur sanguis totus melancholicus, qui fuerit in vena vna vel pluribus a ligatura prædicta. Post flebotomiam alligetur locus incisus sicut moris est, & epithymetur crus totum cum petijs lineis infusis in liquore styptico prædicto actu frigido, per dies plures quiescēdo super lectum cruribus exaltatis, & emplastretur cum rebus eisdem, donec locus cōfortetur, & a fluxu securet. Post hoc fiat emplastrum resolutiuum acutum super locum totū infra genua quod sic fit. ℞. florum chamomillæ, sticad. absynthij, rutæ, foliorum caulium, & stipitum eorꝫ, saluiæ, sauinæ, ana, M. i. decoquantur oīa simul in lixiuio facto ex cinere quercus vel sambuci, vel vitis albæ: & deinde pistentur, & incorporētur cum eis pulueres istarum rerū. ℞. aluminis, sulphuris, gallarum, cypressi, salis communis, añ. vnciam semis, aloes, baccarum lauri, pyrethri, seminis caulium. ana. ʒ. duas. In fine vero addatur stercus recens columbarum, vel caprarum, & actu calidum applicetur frequenter. Et cum eodem lixiuio calido mixto cum aceto acutissimo, vel vino veteri amaro vaporetur, & fomentetur, & epithymetur locus frequenter, donec tota materia fuerit resoluta: neqꝫ obliuiscere emplastrorum frigidorum stypticorum super coxam & genu positorum, ne fluor nouus attrahatur. Et si post ista reliquiæ aliquæ apparuerint in venis, apponantur sanguisugæ quinque vel septem a genu infra, & donec earum vlcera fuerint consolidata, nullatenus abluantur. Si vero post ligaturam fortem & styptica prædicta crus denigrari cœperit, & formicare, postponantur per dies aliquot, & liniatur ex oleis & vnguentis calidis: ne forte membrum paralyticetur: deinde veniatur ad methodum iam dictam. Si vero per omnia prædictà varices non cessauerint: imo latenter

post dies aliquot & mẽses redierint, opus erit incisione venarum: quare ligeẽ crus cum fascijs in locis duobus, vno quidem sub iũctura genuali ad 4. digitos, & alio super iuncturã tali, ad 3. digitos, & excorietur vena sub ligatura genuali, & sup ligaturam tali vł in altero loco tantum, ita vt nuda appareat: deinde eleuetur cũ vncino separando ipsam a carne circũquaq̃, & digitis apprehendendo, & ligetur cum filo vtrobique, & incidatur per trãsuersum, & exprimatur sanguis totus medius melancholicus: deinde emplastretur, & ligetur totũ crus cum stypticis prædictis: quoniam generabitur in venis porus durus. Et scias, q̃ iste modus vtilis reperitur in podagra, postq̃ venam cognoueris, per quam materia fluit. Nutriatur carnibus laudabilibus et earum iuribus, & vino albo subtili. Euitet cibos sanguinem grossum generãtes: vt sunt carnes, quæ venando capiuntur, & carnes bouinæ vel caprinæ, & caro porcorum antiquorum fumigata & salita, & vinũ dulce, rubeum, & panis azymus, & panis de siligine, & caseus, & similia. Caueat a labore cruris, vel statione perdurante. Caueat a lentibus, & milio, & riso, & similibus, & caulibus, & confectionibus de melle, & cibis assis, vel frixis omniquaq̃. Vtatur petrosil. feñ. sicla, spinargijs & similibus subtilibus, & ouis sorbilibus, & brodijs pisoꝝ, & pultibus subtilibus ex furfure, ordeo, farre, vel auena, conditis cum lacte caprarum, vel amygdalarum dulcium, vel butyro sine plurimo sale. Cura elephantiæ est, vt si sit de causa calida, flebotometur primo basilica, modo et forma dictis in varicibus. Et post flebotomiam digeratur & purgetur materia grossa, melancholica adusta, vt diximus capitulo de arthetica. parag. de causa calida. Si vero sit de causa frigida, digeratur a principio flegma gypseum, & educatur, vt docuimus ibidem de causa frigida. Post hoc vero frequenter fiat vomitus omni mense semel vel bis duobus diebus super se, successiue cum oxymelle squillitico, et aqua tepida, vł aqua decoctionis radicũ raphani, seminis attriplicis, & anethi, & modico aceti acutissimi super repletionem ciborum diuersoꝝ acutoꝝ ex oleribus & leguminibus conditis cum cepis & sinapi. Post tales autẽ purgationes, famem & sitim toleret pro posse, & quiescat omni tempore super lecto molli cruribus exaltatis. Post remedia dicta procedendũ est ad localia, quæ sunt fere eadem in vtraq̃ causa. Flebotometur ergo vena, quæ apparet sub iunctura genuali, deinde flebotometur, quæ est intus super talum, & extrahatur sanguis niger grossus: deinde vẽtosetur crus totum cum scarificatione profundata: et emplastretur cum emplastro resolutiuo supradicto in varicibus, donec crus totũ minoretur. Et si reliquiæ videanẽ remansisse: apponantur sanguisugæ, sicut diximus ibidem: neq̃ abluatur crus, donec earum morsus & vulnera scarificationũ perfecte consolideñ. In fine vero rei confortetur crus totum cũ emplastro styptico ex medicinis calidis & frigidis commixto. ℞. plãtaginis, absynthij, ro. añ. m. 1. decoquantur in aqua pluuiali, & vino rubeo pontico, & exprimantur & pistentur. & incorporẽtur cũ puluere istaꝝ rerum. ℞ acaciç, myrrhç, mirtillorum, aloes, gummi arabi. nucis cypressi. añ. ʒ. 2. & calid. firmetur fortiter cum fascia lata super locum. Epithymetur cũ lixiuio facto ex cinere quercus, & sambuci, & absinthij, & stipitum caulium, atq̃ vitis addito modico aceti. Si vero prædicta omnia non contulerint: fiat emplastrum rubificatiuum dictum cap. de arthetica. parag. canoñ. Et si illud iterum non profecerit: perforeẽ crus in duobus locis maxime distãtibus a neruis & chordis cum acu ferrea ignita traducto cum ea filo la

neo, quod omni die de extremo in extremū refricetur, donec materia tota effluxerit: neq; extrahatur, donec per se dissoluatur. Et sunt, qui loco eius faciunt cauterium, cum stilo ferreo ignito sub iunctura genuali per duos digitos ex altero laterum interius vel exterius, profundando vsq; ad os: neq; dimittunt consolidari per annum vnum vel duos, ponendo in vlcus pillulas ex cera & pilis lanæ cōfectas, vl' folia sambuci. Nutriatur sicut diximus in varicibus.

Emperica. Elephantia si fuerit recens, mollis, et parua, curat̄ quādoq; cum emplastris & remedijs macerantibus corpus crassum: sicut fit cum linitur membrum totum ex stercore columbino, vel caprino vel vaccino distēperato cum vino veteri amaro. Et deinde ponatur æger in stupham calefactam ex ligno sambuci, & quercus, & vitis: et sudet sudore plurimo, præter q ex aqua abluatur. Ad idem facit si membrum vl' corpus totum sepeliatur in stercore prædicto calido, recenti: vel in arena calida ad solem, vel calefacta ad ignem in fornace, vel in fornace, in quo herbæ calidæ prius fuerint combustæ: ita vt caput & pectus euententur, & venter & cruta marcescant ex calore. Et plura huiusmodi scripsimus, capitulo de hydropisi ascite &c.

Canones. Rationabile videtur, q hæmorrhoidarum & menstruorum prouocatio in corpore consueto post euacuationes vniuersales sit conferens plurimum in cura varicum atq; elephantiæ: cum per eas sanguis melancholicus adustus & non adustus sublimiter expurgetur.

Prognosticatio. Dicit Hippocrates sexta particu. aphorismorum: Maniacis, varicibus aut hæmorroidibus innatis maniæ solutio fit. Item in eodem. Quicunq; calui fiunt, his varices valde magnæ non nascuntur. Quibuscunque vero caluis existentibus, varices magnę innascuntur, rursus capillati fiunt. Quod quidem Galenus verificans in commento ait verum esse, si per caluiciem alopeciam intelligamus: quoniam alopecia curatur, caluicies nequaquam. Si splenetícis vel quartanarijs varices aut elephantia superuenerint: tollit ægritudinem. Item varices & elephantia in corpore consueto præseruant a multis malis passionibus, scilicet lepra, cancro, hydropisi, splenetica & melancholia & similibus: quare nullatenus restringantur subito, sed gradatim purgationibus & diuersionibus pluribus prius factis. Item varex si antiquetur, non curatur, nisi p incisionē. Elephātia vero si antiquetur &, magnificetur, atq; induretur, nullatenus curatur. Item in varicibus & elephantia si menstrua vel hæmorrhoides superueniunt post eorum restrictionem diuturnā, soluit ægritudinem. Item infrigidatis in niue & incarceratis consueuit superuenire elephantia, quæ difficile curatur. Item si in elephantia crus cœperit formicare, malum: quia calorem naturalis oppressionem portendit. Item elephantia de causa calida & cum pustulis fœtentibus, difficilior est ea, quę fit a causa frigida: quoniam lepram minatur affuturam.

De doloribus dorsi & spatularum. Cap. IIII.

Dolor accidit in dorso, aut a causa accidente intrinseca: & hæc est quadruplex, vna quidem humor calidus sanguineus extendens venam kilis extensam interius super spondiles dorsi a sursum vsq; deorsum, quam equitat arteria ad orti, sicut dominus iumētum: licet in exterioribus corporis sit econuer-

ſo vbi vena tegit arteriã per totum: ſicut ſeruus dominum. Sic nanque ſapiens natura venas & arterias fabricauit & ſimul ire iuſſit per ſingulas pertes corporis, donec in ramos deueniant capillares, quibus materiam & efficiens tribuant nutrimenti. Secunda cauſa eſt humor calidus cholericus acutus pungens neruos & muſculos, qui tranſeunt ſuper dorſum. Tertia eſt humor frigidus ex flegmate vel melancholia grauans & conſtringẽs neruos & oſſa, quæ ibi ſunt plurima frigida per naturam. Quarta eſt dolor renum ex opilatione vel arena. Aut ſit a cauſa primitiua & extrinſeca: & hæc ſimiliter eſt quadruplex. Prima eſt coitus ſuperfluus. Secunda eſt labor diuturnus in ſtando, vel corpus recuruãdo, vel onera portando Tertia caſus & percuſſio. Quarta qualitas aëris frigidi congelans.

Methodus. Signa eius propter ſanguinis multitudinem, ſunt dolor extenſiuus cum pulſatione & caliditate apud tactum, & vrina groſſa, & habitudo viuida, carnoſa, & anteceſſio otij & quietis perdurans cum aſſiduatione rerum ſanguinem multiplicantium famoſarum. Et cura eius eſt, vt a principio fiat flebotomia in die & nocte de baſilica dextra & ſiniſtra ſimul: ſi virtus et ætas conſenſerint, vel dextra tantum: & extrahatur ſanguis plurimus pro poſſe: & repercutiatur materia cum fomentatione dorſi totius ex aqua roſ. aceto, ſucco ſemperuiuæ, & ſimilibus: & iaceat æger ſupinus ſuper terrã frigidã, vel ſup folia populi, ſalicis nenuphar. vitium, rubi, plantaginis, ſolatri, roſ. ſi ſit tempus. Et ſi non ſuffecerit: proijciatur in aquam frigidam, vel ſuper niuem. In augmento vero fiat ſcarificatio profunda in natibus & ſpatulis. In ſtatu fomentetur, & emplaſtretur ex floribus chamomillæ, meliloti, ſeminis lini, roſ. coctis in aqua, & expreſſis, & tepide poſitis frequenter ſuper locum. In declinatione vero, ſi neceſſe fuerit: fortificetur emplaſtrum ex additione foliorum & ſeminis anethi. Nutriatur cibis acetoſis, & bibat aquã frigidam, vel aquam decoctionis macianorum, & prunorum, aut ordei, aut iulep. A carnibus vero & vino abſtineat omnino, & famem toleret pro poſſe. Sitim vero extinguat cum potibus iam dictis, prout neceſſitas poſtulauerit. Signa eius propter humorem acutum cholericum, ſeu flegma ſalſum: ſunt vrina citrina ſubtilis, dolor pungitiuus fortis cum caliditate ad tactum & mobilitate de loco ad locum, & habitudo macra, citrina, & anteceſſio ciborum acutorum, & expoſitio corporis ad ſolem calidum frequenter. Cura eius eſt, vt a principio purgetur cum vncia vna vel duabus, medullæ, caſſiæfiſtulæ, vel mãnæ, vel tamarindorum diſſoluta in aqua decoctionis prunorum colando, & dando in aurora totum, vel cum vncia ſemis electuarij de ſucco roſ. vel ſtomatici laxatiui, dando cum aqua calida ante diem. Deinde digeratur reſiduum materiæ cum ſyrupo roſ. vel viol. vel oxyzaccaro, & eradicetur cum pillulis de reubarbaro dictis capitulo de catarrho: Et fiant repercuſſiones dictæ in cauſa ſanguinea: Sed fortior fit earum vſus adeo, vt ſi neceſſe fuerit, cũ eis aliquid opij diſſoluatur. In alijs vero temporibus, fiat ſicut prius. Diætetur ex cibis et potibus frigidis prædictis, ſed non anguſtietur fame, neque ſiti, ſicut in prædictis, imo bibat aquam frigidam quantum vult. In fine vero, ſi reliquiæ remãſerint: flebotometur baſilica dextra: quoniam educit multitudinem, & infrigidat corpus vehementer & euidenter. Signa eius propter humorem crudum flegmaticum, vel frigidum melancholi

tum: sunt habitudo squalida, vel macra, plumbea, & vrina alba grossa, viscosa, vel subtilis, radiosa: & quia dolor aduenit paulatim, & perdurat tempore longo assidue: & sedatur post exercitium modicum & moderatum: & forte antecessit nauseatiua satietas assidua, & potus vini plurimi & proprie in ieiunio. Et solet hęc species doloris accidere in febre flegmatica vel quartana: quoniam circa spondiles & spatulas multiplicatur humor frigidus: cum sint membra neruosa, ossuosa frigida per naturam. Et in hac specie sentitur grauitas corpus constringens cum horripilatione: sicut accidit ambulantibus in niue. Cura eius est, vt a principio fiat vomitus frequens (si sit possibile) cum oxymelle & aqua calida tepida, vel cum aqua & aceto, addito modico salis & olei, vel cum aqua decoctionis raphani, & anethi post repletionem stomachi ex cibis & potibus diuersis. Vel purgetur cum vncia semis, benedictæ laxatiuæ, si vomitus non possibilis, sicut accidit habentibus pectus strictum, & caput debile cum gracilitate colli: Deinde digeratur residuum materiæ, & educatur, sicut diximus capitulo de arthetica frigida. Post purgationes vngatur collum & spina dorsi vnguento marciaton vel agrippæ ad ignem vel solem calidum frequenter in ieiunio: vel liniatur cum oleo de castoreo, vel de costo, vel de benedicta, & alijs calidis stypticis dictis ibidem: & capitulo de paralysi per totum. Sitim & famem toleret pro posse. Sudet & laboret in ieiunio. Nutriatur carnibus laudabilibus assis vel elixis cum feniculo, petrosilino, conditis cum sinapi. Sorbeat earum iura inspissata cum vitellis ouorum, condita cum speciebus calidis aromaticis. Bibat vinum album, vetus, purum, vel mellicratum. Abstineat a potu aquæ frigidæ omnino, & piscibus quibuscunque. Signa eius propter dolorem renum, similiter & curam complete iam scripsimus: vbi de renum passione loquebamur. Signa eius propter coitum superfluum, sunt narratio infirmi cum vrina subcitrina subtili oleaginea in superficie, & dolore circa locum renum, & concauitate oculorum, & habitudine sicca cum dolore fœtido citrino. Et cura eius est postpositio coitus omnino, & somnus, & quies, & omnia quæ diximus capitulo de macie renum: quod si non sufficit: recurratur ad capitulum de satyriasi per totum. Et si hoc iterum non sufficiat, & corpus marasmetur: ad capitulum de febre hectica transeatur. Signa eius propter laborem assiduum sunt: quia accidit plurimum onera portantibus, & nauem trahentibus, & athletis. Cura eius est, quies & somnus super lecto molli tempore longo: vt ait Hippocrates: Verum si labor antiquatus fuerit, debilitans substantiam neruorum & ligamentorum & iuncturarum omnium: confortetur cum balneis & vnguentis calidis stypticis cum aromaticitate dictis capitulo de paralysi: & de arthetica per totum. Et ad idem confert proprie balneum vulpinum dictum ibidem, ita vt post exitum balnei vngatur spina tota cum vnguētis marciaton agrippæ, vel de adipe vulpino, ad solem vel ignem, vel cum fricatione leni assidua penetrante Signa eius propter casum vel percussionem, patent ex relatione patientis. Et si epar vel splen vel renes læsi fuerint, vel vena rupta: exibit vrina rubicūda sicut sanguis. Cura eius est, vt ilico flebotometur basilica, vel mediana eiusdem partis. Deinde bibat aliquid aquæ frigidæ mixtæ cū aceto: quoniam agitationem humorum prohibet excellenter: & ponantur epithymata, & emplastra repercussiua famosa super locū ex ro. & solatro, & semperuiua, & lentibus excorticatis, & aqua ro.

& aceto, & bolo armenico, & terra sigillata, & sang. draco. & balaust. & corti. granatorum, & aliis, quæ nota sunt aliquid scienti: donec membrum contusum ab apostemate securetur: deinde ponantur resolutiua supradicta in causa sanguinea. In fine vero vngatur spina tota. & emplastretur cum stypticis dictis in cap. de paralysi, & de arthetica. Signa eius propter frigiditatē aëris continētis sunt, quia accidit post ablutionem in niue vel ablutionem in aqua frigida. Talis nanque frigiditas quandoque membra denigrat, & cadere facit propter mortificationem caloris naturalis, & proprie in extremitatibus membrorum distantium a corde & epate, quæ sunt fons caloris naturalis Et cura eius est eadem cum cura doloris ex humore frigido dicta superius, præter quod non est opus euacuationibus, sed calefactionibus confortātibus prædictis: verum si membrum aliquod fuerit mortificatū, necesse est vt abscindatur, si fuerit possibile: ne forte membra mortificētur vicina.

Emperica. Emplastrum cōpletum anodinum & mitigatiuum oīs doloris in quacunque particula corporis scripsimus ca. de dolore dentium parag. de empericis, cui potest aliquid subtrahi ex simplicibus, vel apponi, prout visum fuerit operanti.

Canones. Dicit Hippo. 6. parti. apho. Quibuscunque dolores a dorso in cubitos transeunt, flebotomia soluit. Quod intellige verum in omni causa humorali: quoniam flebotomia vel euacuat sanguinem, vel multitudinem: vt dicit Auicen. ca. de flebotomia. Si vero dolor dorsi descēderit versus inguina vel vmbilicum, soluitur cū farmacia. Quoniam vt ait Hippo. vndecunque natura recipit, illic & educere conuenit: dummodo conuenientia fuerint illa loca.

Prognosticatio. Dolor spontaneus in dorso sæpius fit a frigida causa, raro vero a calida: & iterum frequētius ex flegmate, quam melancholica: similiter & a sanguine frequētius, quam cholera: quoniam per parum est, vt in membris frigidis humor calidus dominetur. Dolor dorsi ex multitudine sanguinis illico perducit ad apoplexiam vel paralysim: nisi cum flebotomia forti subito succurratur. Dolor dorsi de causa calida, cito permutatur ad resolutionem vel perniciem: De causa frigida, cōsueuit perdurare. Item dolor ex humore frigido crudo plurimo si perduret, apoplexiam super totū, vel paralysim super mēbrum vicinum consignat. Item dolor ex casu vel percussione super dorsum cantus, inducit quandoque paralysim in manu, vel pede, vel digito: quoniam a nucha oriuntur nerui motiui trāseuntes ad membra juncturalia sibi deputata: quoniam tunc non tātum membro paralytico remedia fient apponenda, sed & spondilibus dorsi totius: vt dicit Galeñ. 3. de iuuamentis membrorum.

¶De gibbositate pectoris, & dorsi. Cap. V.

Accidit plerunque spondilibus dorsi & ossi lato pectoris, quod thorax dicitur, ad quod semicirculi costarum verarum terminātur, vt incuruentur intus & exterius, & fœdā corporis faciant figuram cum attractione colli, & eleuatione humorum atque exiccatione coxarum vel ancharum. Et si ista corporis tortura fuerit ante & retro, gibbositas appellatur. Et fit propter aliquam quatuor causarum. Prima est ossium prędictorum teneritas & mollities, similiter et ligamentorum eius, sicut accidit pueris & infantibus: quare non possunt molem capitis & grauitatem propriam sustentare. Secunda est ventositas grossa frigida.

ligamenta spondilium diuidens. Tertia casus & percussio super locum. Quarta est apostema latitans in profundo dorsi vel costarum, quod sua magnitudine ligamenta propellit ad extra, & spondiles dislocat, & proprie post eius terminationem ad duritiem, & in corpore laxo raro per naturã, siue fuerit apostema calidum, siue frigidum, siue commixtum.

Methodus. Signa eius propter ligamẽtorum & ossium teneritatem sunt, quoniam maxime aduenit infantibus & pueris, & est sine fe. & calore: nisi fortassis dolor assiduus febrem accendat. Et cura eius est, vt fascietur dorsum & pectus totum cũ fascijs latis mollibus omni tempore firmiter alligatis, donec dorsi spondiles indurẽtur, præseruentur a fletu & vociferatione & sessione et statione erecta pro posse: multiplicetur cibus secundum numerum non secundum magnũ: vtaĩ cibis solidis, si fuerit possibile, & proprie extremitatibus porcellorum: quiescat omni tempore super lecto molli in altero laterum, vel dorso. Et si dolor extensiuus fortis fuerit: emplastretur dorsum ex floribus chamomillæ coctis in aqua pluuiali & vino rub. styptico, in quibus pul. thuris et masticis fuerit dissolutus: deinde diligenter expressis, & tepidis alligatis super dorsum & pectus cũ fascia prædicta: sed non tangatur corpus ex alio liquore. Si vero illud nõ suffecerit: rectificetur corpus ligando ipsum fortiter inter duas tegulas planas solidas subtiles, stupa interposita carminata. Et si stupa imbibatur perfecte in liquore iã dicto & diligẽter expresso super tegulas firmeĩ, melior fiet operatio. Et si illud iterum non suffecerit: firmetur super locum emplastrum stypticum cõstrictiuum extremæ fortitudinis dictum ca. de ruptura siphac. parag. Methodus. Et dimittatur super locum decem diebus: Deinde reiteretur, & dimittatur diebus quinq;, & iterum remoueaĩ: & hoc fiat toties, donec corpus a tortuositate perfecte seruetur. Signa eius propter ventositatẽ grossam frigidam inflatiuã sunt: quoniã post dolorẽ dorsi assiduũ ꝑdurantẽ sine fe. accidit dorsi vł pectoris tortura: & si vrina fuerit alba, grossa, lactea, & ætas, & complexio, & tẽpus anni flegmatica, verior erit significatio. Cura eius est, vt si sit cũ humoris vitio, digeraĩ materia flegmatica, & euacuetur cũ medicinis fortibus frequentatis, quas diximus ca. de colica ventosa. Post hoc fiant localia super dorsum & pectus calida carminantia ventositates, atq; extrahentia cum virtute: sicut sunt ventosatiões siccæ, & saccellationes & emplastrationes dictæ ibidẽ. Et si non suffecerit: perueniatur ad emplastrum rubificatiuum dictum de arthetica. parag. Canones. Ista tamen remedia semper firmentur vehementer super locum cum tegulis & fascijs latis & fortibus. Et si dolor augmentaretur propter vesicationem ex emplastro, postponatur per dies aliquot, & inungatur cum vnguento albo, & cum vnguẽto de cerussa, vel oleo ro. deinde reiteretur sicut prius: in fine vero rei, & cum causa fuerit remota, fiant omnia localia ad curam pertinentia dicta in priori causa. Nutriatur cibis calidis & vino veteri amaro: famem & sitim toleret. Sudet in stupha sicca in ieiuno: habitet omni tempore in aëre calido vel calefacto. Vtatur sæpius ante diem diacimini, dyatrion pipereon, theriaca, methridato, & electuario anacardino posito cap. de apoplexia: Et ex speciebus vtatur pyrethro, pipere, cardamomo: Signa eius propter casum & percussionem, patent ex relatione patientis. Et cura eius est, vt a principio fiat flebotomia diuersiua de basilica: et alia singula, quæ diximus ca. de doloribus dorsi ex casu vel percussione. Postq̃ vero locus fuerit securatus ab apostemate per repercus

siones frigidas stypticas illic dictas, perueniatur ad remedia localia torturam respicientia: sicut ea per ordinē scripsimus in prima causa. Signa eius propter apostema, sunt feb. continua acuta cū dolore assiduo in dorso & pectore: Cum vero pertransierint: sedatur febr. continua, sed remanet dolor, & incipit dorsum & pectus eleuari. Et si apostema fuerit calidum: febris, dolor, & rubor acuentur. Si vero frigidum: feb. dolor, & rubor diminuentur, sed tumor & grauitas augmentantur, & vrina fiet rubea, grossa. Cura eius est, vt si apud principium apostematis fueris vocatus: procedas per eius quatuor tempora, sicut in apostemate pectoris vel stomachi: vel alterius membri intrinseci: quoniam omnium apostematū methodus curatiua vna est & eadem. In declinatione vero apostematis, & cum iam terminatū est ad indurationē, procedas alternatim cū emplastris & vnguentis mollificatiuis & resolutiuis: ita tamē vt dorsum continue fascieť inter tegulas supradictas: neq; causa dispositionis negligatur in mollientium atq; resoluentiū applicatione: quæ plene diximus in cap. de apostemate stomachi. In fine vero totius, intende soli dispositioni cum ligationibus & emplastris styptic. dictis in prima causa. Si vero non fueris vocatus, anteq̃ gibbositas cœperit apostemari: postponas curas apostematis, & intende curæ sclerosis primo, & gibbositatis secundo, vtriq; simul alternatim.

Emperica. In pueris, & proprie si causa nō fuerit fortis, antiqua, sufficit quādoq; cerotum confectum ex armoniaco, et laudano. añ. par. æqualib. dissolutis insimul ad ignem lentum, & incorporatis in mortario cum pistello, donec fiant sicut diaquilon, & extensis super corio albo molli, & cum tegulis leuibus et fascijs latis sæpius reuolutis firmatis super locum. Et si fortius volueris facere: adde in causa calida dragagātum, acatiam, bolum armenicum, terrā sigillatam, balaustiam, cortices granatorū, cupulas glādium. In causa vero frigida adde bdellium, oppoponacem, thus, masticem, viscum de querc. In causa dubia omnia simul misceantur.

Canones. Quoniam neruus, & cartilago, & ossa, atq; ligamenta in complexione frigida & sicca per naturam conueniunt: neq; in modo substātiæ differunt ex radice, sed secundum gradum duriciei, & soliditatis, consequēs videtur, vt rupturæ vel dislocationi alicuius eorum æquales medicinæ conueniāt: quare dicta ca. de ruptu. siphac. & capitulo de arthetica, præsentibus sublimiter suffragrantur.

Prognosticatio. Gibbositas si fuerit recens, parua, difficile curatur: si vero antiqua confirmata, nullatenus recipit curationem. Item in pueris & iuuenibus facilius tolliť, q̃ in adultis & senibus induratis. Item si corpori catarrhoso per naturam gibbositas acciderit: cadet in empima suffocās cor tempore non longo: vnde Hippoc. 6. particu. aphorismorum: Quibuscunq; gibbi fuerint ex asthmate, aut tussi, ante iuuentutem pereunt: quoniam calor naturalis acuitur, & eius euentatio minoratur. Itē gibbositas thoracis periculosior est ea, q̃ in dorso: quoniam comprimit pulmonē. Similiter & si tumor ad interiora processerit, periculosior est ea, q̃ si exeat ad exteriora: verum quomodocunq; se res habuerit, pulmonem angustabit. Interior nanq; motum eius secundum latum prohibet, exterior vero secundum longum. Item oēs gibbosi sunt asthmatici: quare vitam suam vt plurimum ex improuiso termināt ante senectutē. Item sunt vt multum iracūdi, luxuriosi, & elati: quoniā in eis calidū cordis effreniter inflammatur. Item gibbositas accidens in spon

dilibus colli extat omnium periculosissi ma:cito nanq; suffocat, velut squināatia: vnde Hippo. Si a fe. habito conuertatur collū,& vix deglutire possit tumore non existente in collo mortale.

¶De laboribus spontaneis cur rentibus super extremitates totius corporis. Cap.VI.

ACcidit frquēter, vt neq; exercitio, neq; casu, neq; percussione præce dente, subito sentiat quis dolores fortes in cruribus, vel brachijs, vel pecto re, vel spatulis, seu membris alijs exteri oribus: quasi sit ex apostemate, vel vul nere recenti: & talis dolor dicitur a medi cis labor spōtaneus: quēadmodum lassi tudo propter exercitium accidens, labor dicitur absolute: prout dicit Galenus in commento illius aphorismi: Labores spontanei narrant morbos. Fiunt autem isti labores ex humoribus superfluis cur rentibus per musculos et neruos, qui sunt in ambitu corporis totius sua caliditate pungentibus, sua frigiditate subito com plexionem naturalem membri immu tantibus, & sua quantitate continuum soluendo. Sunt præterea trium generum, vt Gal. asserit ibidē. Primum nanq; ge nus est labor vlcerosus, scilicet cum ma teria peccat in quali: Secundum, labor extēsiuus, scilicet cum materia peccat in quāto: Tertium vero apostemosus, cum peccauerit simul in vtroq;. Signa laboris de causa calida, sunt calor ad tactū me dici, cum rubore & dolore pūgitiuo, mo bili de loco ad locū, & videtur, q̄ sit ma teria furiosa. Signa de causa frigida, sunt vrina alba, grossa, vel lactea: & dolor grauatiuus, fixus vel parꝝ mobilis, & cū priuatione ruboris & coloris circa locū: Et si stupor vel formicatio superuenerit in membro, verior fiet significatio, Si militer & habitudo corporis, si fuerit squalida, & ætas, & complexio, & tem pus anni flegmatica, & antecesserit sati etas assidua ex cibis & potibus frigidis viscosis, cum indigestione diuturna, & potus vini in hyeme plurimi, seu ilico su per cibum ipsum fluctuare faciendo: si gnificatio fiet magis certa. Signa autem distinctiua laborum spontaneorum ab apostemate sunt: quoniam in apostema te statim a principio in quacunq; parti cula corporis totius acciderit, fit pulsus velox, frequēs, spissus: & sequitur febris, & tumor fortassis apparebit aliqualis, & vrina fiet rubea, vl' valde citrina, quę nullatenus labores assequitur: nisi fortis dolor humores & spiritus inflammet, & feb. per accidens inducat, & proprie effi meram, cum qua signa digestionis non minorantur in vrina: & si corpus consue tum fuerit huiusmodi sustinere labores periodice, & proprie post negligentiam flebotomiæ, vel balnei, vel exercitij con sueti, vel post restrictionem mēstruorum vel hæmorrhoidarꝝ, vel fluxum ventris consuetum vel sang. narium, vel sudorē, verior fiet distinctio.

Methodus. Cura doloris a causa cali da, est vt si sang. in culpa cognoueris ex habitudine viuida, carno sa, & vrina rubea, & grossa: fiat ilico fle botomia fortis de basilica partis opposi tæ secundum longum vel latum: deinde de basilica partis eiusdem. Si vero chol. vel flegma salsum in culpa deprehende ris ex habitudine macra, citrina & vri na ignita, subtili, citrina: statim venter soluatur cum vncia ß. stomatici laxati ui, vel cum electuario de succo rosꝭ. dan do cum aqua calida: & post purgationē, fiat sequēti die vel tertia flebotomia par tis eiusdem. A principio nanq; rei non cō petit flebotomia: quoniam vt ait Auic. primo cañ. feñ. quarta capit. de flebоto mia. Et summopere tibi caue, ne flebo tomando perducas ægrum ad alteram

duarum dispositionum, scilicet humorꝝ cholericorum ebulitionem, & flegmaticorum cruditatem. Primum siquidem accidit, cum ante purgationē choleræ fit flebotomia, qua sanguis extrahit, q est frenum choleræ. Secundum vero, cum ante purgationem flegmatis fit flebotomia, qua sanguis extrahitur, quo flegma coquebatur: In vtraq; autem causarum calidarꝝ prædictarꝝ fiat post euacuationes vniuersales repercussio super locum ex vnguento populeon, & oleo rof. & aceto, vel ex succo solatri vel semperuiuæ: deinde in augmento fiat emplastrum ex fo. viol. floribus chamomil. coctis & incorporatis cum farina ordei, & oleo chamomill. sufficienti, & modico aceti, & tepid. ponatur super locū. In statu vero fortificetur resolutio ex additione fœnigræci, se. lini. In declinatiōe postponatur omnis repercussio, & acuat resolutio prędicta, donec perueniatur ad semen apij & anethi: & si necesse videatur, fiat ventosatio particulæ cum scarificatione profundata. Diætetur ex cibis frigidis acetosis. Abstineat a carnibus, et vino pro posse: Sitim & famē toleret, & exercitetur omni die, donec sudet. In fine vero rei totius balneetur in aqua decoctionis florꝝ chamomillæ, maluarum bismaluarum, fumiterræ, violarum, foliorum salicis ac populi ac vitis albæ nouellæ, meliloti, & seminis lini: vel sudet in stupha sicca calefacta, donec omnes reliquiæ resoluātur. ¶Cura laborum de causa frigida, est vt a principio minoretur materia cum purgatione facta ex bened. laxatiua, vel hierapicra, vel pillulis cochijs: deinde si virtus & habitudo consenserint: fiat flebotomia supradicta. In remedijs vero localibus fiat sicut prius, præter φ non est opus tāta fortitudine in repercutiendo: quoniā dolor non est adeo vehemēs, sicut in causa calida. Et fortassis materia si grossa fuerit, induratur ex eis: quare in resoluendo apud statum & declinationem non sufficeret resolutiua leuia prædicta: imo procedēdum foret ad gummas calidas, quæ sunt armoniacum, galbanum, euforbiū, bdellium, serapinum. Et si necesse videatur, ad emplastrum rubificatiuum dictū capitulo de arthetica. In fine vero rei balneetur in aqua decoctionis origani, costi serpylli, absynthij, saluiæ, sauinæ, menta stri, artemisiæ, iuniperi. Et si fortificare volueris: adde aluminis lib. i. sulphu. lib. ß. salis communis lib. 2. in decoctione: vel balneetur in aquis tinarum multoties ante cibū: Diætetur cibis calidis siccis: Abstineat a potu aquæ frigidæ, & piscibus. Sitim & famem toleret pro posse. Exercitetur omni die post assellationem debitam vel consuetam & ante cibum, donec sudet omniquaq;.

Emperica. Communiter operantes in cura laboris cuiuscunq;, faciunt statim a principio flebotomiam supradictam: quoniam licet nō euacuet eligendo, velut farmacia, tollit tamen multitudinem: neq; medicinæ, antecessio videtur necessario præmittenda: quoniam regiminis malitia & ciborum varietas cum consuetudine flebotomādi illud nō requirunt: quemadmodum apud regimē electiuum sanitatis temporibus Gal. & Hippo. ad quotum mutationem loquuntur autores posteri, & eorum interpretes methodum aggregātes. Post flebotomiā vero si tempus, & ægri voluntas consenserint: digerunt, & euacuant materias radicitus tā in causa calida q̄ frigida, prout in capitulo de arthetica diximus. ¶In fine vero rei vel etiam a principio, si materia fuerit pauca, fomentetur particula ex vapore aquæ calidæ decoctionis florū chamomillæ, meliloti, rof. viol. in causa calida: sed iuniperi, absynthij, abrotani, artemisiæ, sauinæ in causa frigida: recipiendo vaporem super membrum vndiquaq; pannis coopertum, vel faciant

ægrum sudare in ieiunio in stuphis obturatis calefactis ex vaporibus aquarum iam dictarum extinguēdo lapides & calybes ignitos, vt vapores acuant. Et post hæc omnia, si aliquæ videantur reliquiæ remansisse, inungunt cum vnguentis calidis stypticis dictis ibidem, vel marciaton, vel agrippæ, vel dialtheæ & similibus puris vel commixtis, donec materię consumptæ fuerint, & membrum cōfortatum ne alias amplius recipiat vel retineat superfluitates.

Canones. Ad præseruandum corpora ab huiusmodi laboribus, & proprie periodicis consuetis, confert maxime flebotomare, et farmacare ipsa ante tempus paroxysmi per dies decem vł plures, & proprie in principio veris, & fine autumni. Vnde Hippo. 6. parti. apho. Quibuscunq; flebotomia aut farmacia confert, hos in vere flebotomare vel farmacare consueuit: quod ipse significās in 7. apho. eiusdem parti. dixit flebotomiā cōpetere, vbi dolor sursum ascendit: farmaciā vero, cum ad anchas vel ilia descēdit. Tunc nanq; purgatio concors est materiæ & regioni: vnde ait: Quibuscūque doloꝝ a dorso in cubitos transeunt, flebotomiā soluit: & farmaciā intentione cōtraria simul intellexit: cū fuerit vir diligens breuitatem. Et iterum completius pertrāctans dicit. Vomitum, aut flebotomiam in brachio faciendam, cum dolor est supra cingulum. Farmaciam vero vel flebotomiam in pede faciendā cum dolor fuerit infra cingulū: quare 4. ait par. apho. Supra diaphragma dolores sursum farmacia indigere significant, quicunq; vero inferius, inferius. In hoc nanq; loco per farmaciam omnem euacuationem intellexit. Sciēdum præterea, q; labor spōtaneus cum sit passio neruorum & lacertorum, quæ sunt mēbra sensibilia, motui volūtario subministrantia, non est inconueniēs si remedijs paralysis & spasmi & arthericæ medicetur, sic scilicet, vt calida frigidis, & frigida calidis applicentur, primum canonem in medicina sequentes, qui dicit: Contraria contrarijs curantur.

Prognosticatio. Dicit Hippo. 2. parti. apho. Labores spontanei narrant morbos. Et morbi, quos nuntiant, sunt apostemata & fe. & proprie si fuerint fortes frequentes. Item feb. continua, in qua labores huiusmodi frequenter accidunt: consueuerunt crisim facere laudabilem per apostema creticum in inguinibus, vel post aures, vł sub ascellis: quoniam hæc tria loca sunt emunctoria corporis totius: vnde Hippo. 4. parti. apho. Laboriosis in febribus circa articulos et maxillas, maxime apostases fiunt: quod verum intellige, nisi natura euacuetur in aliqua die cretica per vrinā grossam plurimā, vel fluxum san. exuberantem. Item si quis tempore sanitatis consueuerit pati labores spōtaneos in membro aliquo, feb. superueniens terminare cōsueuit vt plurimum per apostema creticum in eodem. Si vero & prius doluerit aliquid ante ægritudinem, illic confirmatur ægritudo: quoniam membra fortiora materias propellunt super debiliora. Item si quis conualescens in feb. conualescentia non vera, neq; corpore purgato per artem vel naturam, membrum laboriosum ex causa antecedente vel primitiua, recidiuam minatur, vel apostema in eodem. Vnde Hip. ibidem. Quibuscūq; resurgentibus ex morbis si aliquid laborauerit, ibi apostases fiūt. In quo cum dei auxilio librum primum cōpleuimus ad votum: quoniā ipse largus est dominus, qui iuste petētibus nil abnegat, nec retardat. Cui grās agentes dicamus cū Auic. 1. cañ. feñ. 1. ca. de humoribꝰ. Ipsi sit laus omnibus factoribus meliori.

Explicit primus liber collectorij Bertrucij.

FFF

BERTRVTII BONONIENSIS, Collectorij liber secundus.

¶Procemium secundi libri.


ERAMBVLAVImus curam morborum particularium iuxta posse, cum eorum accidētibus timorosis, quæ curā ad se trahunt, volumus nunc forma simili vniuersaliū atq; suorum accidentium curam attētare. Quod si quis ordinē nostrum reprehenderit confirmans, secundum doctri. Arist. vniuersalia particularibus præferendo: ei respō debimus, ꝙ in sciētijs quadruplex genus vniuersalium reperitur. Primum est vniuersale philosophorum, quod vniuersale causalitate dicitur, quemadmodum deus & intelligentiæ, & corpora cœlestia cum suis motoribus diuersis. Et hoc quidem vniuersale prius est apud naturam, posterius vero apud hominem cum ad ipsum omnis nostra cognitio limitetur. Secundum est vniuersale logicorum, quod est vniuersale prædicationis, & posterius dicitur quēadmodum genus, & species &c. Et ipsum quidem contrarium est priori: quoniam est posterius apud naturā, prius vero apud hominē, vt quod causatur per abstractionē a particularibus, a quibus omnis nostra cognitio depēdet. Tertium est vniuersale mathematicorum, quod vniuersale dignitate nuncupatur: quemadmodum prima principia siue dignitates. verbi gratia: Omne totum est maius sua parte, & ipsum quidem est medium prædictorum: quoniam est apud hominem & naturam prius: cū ab ipso vnaquęq; veritas roboretur. Quartum vero est vniuersale medicorum, quod vniuersale subiecti capacitate nominatꝰ: qualia sunt feb. decoratio, veneficium, solutio continui, dislocatio, similiter & apostema: quoniam vel totum corpus simul occupant, cum insunt velut feb. & veneficum: vel apta sunt quibuscunq; corporis partibus aduenire, velut continui solutio: similiter & apostema: vel pluribus partibus simul vel diuisim: quemadmodum dislocatio iuncturarum: & hoc quidem vniuersale postremum est prædictorum: quoniam & apud naturam, similiter & apud hominem posterius est: quēadmodum totum integrale scitur posterius sua parte. Scripturi itaq; de morbis vniuersalibus, non loquemur nisi de tribus, quæ sunt fe. venenatio, & decoratio: Alios vero manuali derelinquemus operationi. Verum quoniam de talibus aliquid boni scribere difficilimorū est. Est nanq; feb. morbus periculosior, qui est, vt ait Gal. 8. de inge. sani. quoniam actiuissima qualitate corpus afficit, singulasq; partes inficit, & opus virtuti denegat: neq; medicinæ præstat apparatum. Et quod omnium difficilimum est, abruptis prognosticantium sententijs, medicantis animum perterret. Idcirco diuinæ pietatis auxilium deuoto corde sedulus interpello: quatenus scribentis calamum taliter manuducat, vt nec in fe. cognitiōe deuiet, nec in curatione erret, neq; in futurorꝫ præsagio vacillet, offerens sibi verbum Gal. scriptum 3. li. de medicinis simplicibus parte procemiali: In primis deū protestor, cuius nomen sit benedictum.

¶De diffinitione & diuisione feb. Cap. I.


Ebris est calor omnino contrarius naturali: propter q̄d & feruor incommēsuratus etymologisatur. Hæc autē contrarietas attenditur in tribus. Primo quidem in forma & essentia: quoniam calor ~~vero~~ naturalis est ca-

lor mixti, secundum q mixtum: calor febrilis est calor elementi, secundum q elementum: quoniam est calor naturalis in igneum permutatus: vt dicit Galenus in commento illius aphoris. Qui crescūt &c. Secundo differunt in fine & operatione: quoniam naturalis calor operationes omnes in nobis perficit, & corpus custodit: calor vero febrilis destruit & corrumpit. Tertio vero in efficiēte atq; motu: quoniam calor naturalis mouetur a circunferētia ad centrum per viam vnionis: calor vero feb. a centro ad circunferentiam per viam segregationis mixti in simplicia elementa: propter quod & a philosophis calor putredinis appellatur: vt patet quarto meteororum. Non possunt autem prędicti duo calores subiecta materia differre: cum natura sit cōtrariorum eidē subiecto vicissim inesse: quapropter sicut calor naturalis primitus est in corde: cum sit fons vitæ, & ab ipso procedit per venas et arterias in mēbra corporis vniuersa, vitam ipsis tribuens & virtutem: ita esse oportuit & in feb. verum cum calor naturalis sit temperatus atq; in medio existens: quoniam omne naturale temperatum: & omne temperatum est naturale, vt ait Galenus primo de accidenti. Concluditur euidenter ergo, q quemadmodum calor febrilis ab ipso recedit per excessum: ita frigiditas complexionis æqualis ab ipso recedit per defectum. Et ista dicitur apud medicos hectica senectutis. Ex quibus quidem omnibus talis a Gale. primo de feb. descriptio febris colligitur aggregās omnia genera causarum. Febris est calor innaturalis, accensus primo in corde, procedens ab ipso per venas & arterias mediante spiritu & sanguine in totum corpus, nocens sensibiliter eius operationi naturali, non sicut calor ab ira, vel exercitio, vel ab igne: nisi cum fuerit vlterius permutatus. Neq; refragādum est tali diffinitioni, per hoc quod dicitur calor innaturalis: quemadmodum faciunt sophistæ putantes calorem naturalem in corde esse rem aliam a calore innaturali eiusdem: quoniam illud a superiori reprobatum est artifice, scilicet quòd duo accidentia solo numero differentia simul in eodem reperiri possint subiecto: quare sciendum quòd sunt vnus & idem velut in carbone ignito, & post hoc magis ignito, donec inflammetur. Similiter neque obijciēdum, quòd in feb. epiala & lipparia calor feb. non expanditur per totum: quoniam illud fit per accidens & a causa prohibente: prout explanabimus cum de eis differemus. Cuius quidem simile accidit in primo punctuali principio feb. cuiuscunq;, & proprie humoralis: quoniam tunc corpus infrigidatur exterius, & quandoq; superuenit rigor super totum, ita vt ex hoc stulti putēt esse paroxysmū feb. interpollatæ: quem frigus, & rigor, & horripilatio consueuerunt antecedere, priusquam feb. superueniat, vel materia putrefiat. Talis nāq; corporis frigiditas non accidit, nisi quia natura, febrilis caloris similiter & suæ causæ nocumētum percipiēs, per totum reuocat sua propria instrumenta, spiritum scilicet, & calorē, & sang. ad cor: vt ibidem vnita roborentur contra morbū: quare per accidēs depauperantur exteriora calore & colore. Ex prædictis ergo ostenditur: quoniam & si epar vel stomachus vel cerebrum vel splen, & vniuersaliter omnia membra corporis inflammentur, præterq̄ q cor inflammatum, non fiet vera febris, quemadmodum neque si epar & membra singula infrigidentur prætet cor, dicetur hectica senectutis, sed hydropisis vel cachexia: Quapropter seqtur, vt oīs feb. sit calor innaturalis corporis totius: licet illud nequaq̄ conuertatur. Concluditur etiam, quòd ex nullo accidentium cognosci possit feb. præter q̄ ex actione

lęsa virtutis vitalis, quæ pulsu percipitur arteriarum: quoniam immediate fe. defert a fonte & stipite in riuulos atque ramos: propter quod ait Gal. li. suo de pulsibus. Pulsus est præco fidelis super dispositiones cordis, qui non fallit: potest nanque vrina tingi plurimum: licet non sit in corde feb. omnino. Diuidentes autem febres dicamus, quod omne accidens diuiditur penes materiam subiectam, per quam & diffinitur in abstracto vel cõcreto. Subiectum autẽ febris completum est corpus humanum viuẽs: cum morbus sit passio viuentis: vt ait Aristotel. in lib. de causa longitudinis & breuitatis vitæ. Hoc vero corpus tribus tãtum partibus integratur, quæ sunt membra, spiritus, & humores: Quarum prima corpus constituit: Aliæ vero duę in esse viuo & operatione conseruant. Sic igitur erunt ea tres primę febris species siue differentiæ: quia si calefactum esse sit in membris & eorum humiditatibus secũdis: calefieri vero in spiritibus & humoribus primis, constituetur feb. hectica. Si vero calefactum esse sit in spiritibus: calefieri vero in membris et humoribus, constituetur febris effimera. Si vero calefactũ esse sit in humoribus: calefieri vero in membris & spiritibus, constituetur febris humoralis, quæ & putrida nũcupatur. Istarum autem specierum subdiuisiones pertractabimus inferius sigillatim, cũ in proprijs capitulis de qualibet loquemur. Signa febris in eo quod feb. sunt, caliditas corporis totius apud tactũ maior debito & solito sine causa manifesta: & pulsus maior, fortior, velocior atque spissior, quam sit per naturam: Similiter & anhelitus, & actio læsa in oĩbus operibus naturæ corrupta, diminuta, vel ablata omnino. Verbi gratia: quoniã apud actionem læsam virtutis animalis impedit imaginatio motus progressiui, visio, gustus & auditus: Sed apud actionem lęsam virtutis vitalis impeditur pulsus & anhelitus, & gaudium & delectatio consueta. Apud actionem vero læsam virtututis naturalis, impeditur appetitus et digestio, euacuatio stercoris et vrinę: verumtamen diuersificãtur hæc omnia accidentia per species fe. diuersas p̃dictas: prout suis capitulis enarrabimus. Et febrium quidem similitudinem, similiter & differẽtiam trium prædictarum talem nobis tradidit Gale. medicorum princeps, primo de feb. & eius interpres Auicen. quarto canõ. fẽ. 1. Et est, cum lebes calidus calefacit aquam in se & aërem extra se: quod est exemplum feb. hecticæ. Est etiã cum aqua feruẽs infunditur in lebetem, & ipsum calefacit, & aërem vicinum: quod est exemplum feb. putridæ. Est etiã cum lebes & aqua frigida calefiunt ab aere calido, quod est exemplum feb. effimeræ. Et ex hoc scire potes in opere, quod facilius est curare febr. effimeram quàm putridam, sicut & putridã, quàm hecticam nisi forte felicem hecticam primæ speciei: neque confirmatam comparare volueris feb. putridæ in vltimo malitiæ confirmatæ. Dicunt præterea medici, quod feb. putrida est feb. fiens: quoniam esse eius dependet a sua causa. Febris vero hectica & effimera sunt morbi facti: quoniam post earum impressionem amplius a causa non dependẽt. Ipsæ nanque sunt (vt plurimum) a causa primitiua cuius quidẽ nulla, vel modica reperitur intentio in curãdo. Feb. vero putrida fit (vt plurimum) a causa antecedente & coniuncta: quare indicatio præcipua reperitur in cura: vt ait Gale. 8. de ingenio sanitatis. Feb. ergo factæ vna intẽtione curantur, quæ est alteratio: Febres vero fientes duabus indigent intentionibus, quæ sunt euacuatio, et alteratio pfecta. Quęlibet præterea fe. si nondum impresserit eius dispositionẽ in corpus, & sit imprimere parata ex quacunque leui causa, dicitur febris futura fieri. Et indicatio eius in-

cura præcipua sumitur ab actu preseruatiuo, qui cõsistit in rectificatiõe talis causæ, vel eius euacuatione. ¶ Vlterius quoqꝫ sciendũ, ꝙ feb. est essentialiter mala complexio calida, prout ex dictis probatum est. Est tamẽ & mala complexio sicca per accidens & ex consequenti: qm̃ omnis calor cũ excesserit: exiccat, queãdmodum & frigiditas humectat: vt dicit Gal. loco prædicto: quare & res curantes siue sint cibi, siue medicinæ, oportet vt sint frigidæ & humidæ cum virtute. vnde ait Hippo. 1. part. apho. Humidæ diætæ oĩbus febricitantibus conferunt, explicans qualitatem dubiam, subticẽs vero certam propter breuitatem.

¶ De febre effimera. Cap. II.

FEbris effimera, prout in prioribus ostendimus, est mala complexio calida diuersa corporis totius, accensa tamen primitus in corde, habẽs radicem & calefactum esse in spiritibus, ramos vero & calefieri in humoribus atqꝫ mẽbris, nocens sensibiliter actioni naturali: sed quoniam vt ait Gal. primo de fe. melior febrium distinctio est, quæ sumitur a materia subiecta. Idcirco pro speciebus fe. effimeræ discernendis, spiritum capiamus dicẽtes, ꝙ triplex est spiritus, scilicet vitalis, naturalis, & animalis: non quidẽ quia differant essentiali forma, vel efficiente, vel materia, sed solo fine, similiter & modo cõplexionis. verbi grã: Omnis nanqꝫ spiritus per essentiam corpus mixtum, clarꝫ, subtile, calidum, vergens in similitudinem supercœlestium corporũ: vt ait Auicen. in lib. de viribus cord. Est etiã a corde & in cordis sinistro ventriculo generatus secundum formam substantialem, & complexionem perfectam ex sanguine purissimo in ventriculo dextro aggregato: veruntamen quoniã sub hac forma & complexione non poterit immediate operationes om̃es corporis exercere: quoniam eius caliditas superfluens prohiberet operationes animales, humiditas vero deficiens operationes naturales, transmittit ipsum sapiens natura ad membra duo principaliora post cor. scilicet cerebrum & epar, vt in ipsis nouum gradum complexionis induẽs prædictis operationibus aptaretur. ¶ Hoc igitur calefactum esse, aut extat infixum spiritui vitali, qui primus est, atqꝫ calidior & simplicior omnium: aut naturali, qui cõpositior: aut animali, qui omniũ est maxime refractus atqꝫ tẽperatus. ¶ Si quidem ergo infixũ fuerit primo spiritui vitali, consurgunt quatuor species. Prima quidem, propter iram inflammantẽ. Secunda, propter tristitiam constringentẽ. Tertia, propter aerem calidum perurentẽ. Quarta, propter aerem frigidũ oppilantem. ¶ Si vero calefactum esse fuerit infixum spiritui naturali, consurgunt quinqꝫ species. Prima quidem, propter famem vel sitim inflammantem. Secunda, propter cibum & potum calefacientem. Tertia, propter nauseatiuam satietatem opprimentẽ. Quarta, propter ventris fluxum vel stypticitatem superfluentem. Quinta, propter negligentiam exercitij, vel balnei cõsueti, vel flebotomiæ, vel sudoris, orificia venarum oppilantẽ: ad quod etiam reducitur omnis res oppilans, & p interius: vt cibus & potus grossus, viscosus: & per exterius, vt balneũ thermarꝫ, vel decoctiõis herbarꝫ. Quod si calefactũ esse sit infixum spiritui animali, surgũt sex species. Prima quidem, propter solicitudinem angustantem. Secunda, propter vigilias perdurãtes. Tertia, propter somnum excedentem. Quarta, propter catharrum calidum adurentẽ vel frigidum constringentem. Quinta, propter aerem calidum cerebrum colliquantem, vel frigidum comprimentem. Sexta, propter exercitium & laborem fatigãtem. ¶ Signa autem feb. effimeræ

Habens radicem & calefactum esse: Spiritus [illegible] causa materialis [illegible] immediata quidem: Causa vero immediata [illegible] substantie spiritali [illegible] raritate [illegible] spiritus [illegible]

communia, sunt pulsus non valde velocior neq; frequentior naturali consueto, similiter et anhelitus: & quoniam in ipsis diastole maior est, quàm sistole: cum necessitas euacuandi sit adaucta, præter q̃ necesse sit fumum expellere caprinosum; & vrina non perdit signum digestionis a principio neq; tingitur vehementer, & tactus quidẽ corporis est calidus a principio, qui manum pũgit: verùm statim remittitur, si manus in loco steterit tempore nõ longo: neq; lingua est vehementis siccitatis, vel asperitatis, vel nigredinis: & sitim eius extinguit magis aër frigidus, q̃ aqua. Et ex signis certioribus sunt post aperientia: quoniam in principio feb. non accidit horripilatio, vel pauca: neq; in declinatione fit sudor omnino vel paucus, roridus, subtilis. ¶Signa vero propria speciei cuiuscunq; trahuntur complete ex infirmi narratione super antecessione causæ primitiuæ cuiuscũq; supradictæ, quam decet medicum diligẽter indagare.

Methodus. Cura feb. effimeræ secundum omnes eius species fere est vna & eadem in genere, quod est: vt habeatur intentio super alienatione causæ primitiuæ, quæ febr. induxit, cum administratione rei omnis contrariæ, donec temperies inducat̃: quoniam vt ait Hippoc. In omni motione corporis cum cœperit quis laborare, statim quiescere remedium est: nec in hoc cadere potest error apud aliquem sciẽtem in medicina, præter quam in duabus eius speciebus, q̃ vlteriorem curã ad se trahunt. Quarum prima ea est, quæ fit ex nauseatiua satietate, in qua quidem oportet causam decidere, & post hoc dispositionem alterare: vt ait Gal. 8. de ingenio sanitatis. Verbi gratia: quoniam si crapula sit adhuc in stomacho, quod scies, quia recens est, neq; ante tempus longum assumpta: Similiter & sentit patiens dolorem grauatiuum apud partem ventris superiorem cum eructationibus diuersis: tunc non euadet alterum duorum modorũ: quoniã vel est cibus nõdum corruptus plurimũ, sed potest reduci ad benignũ: quod scies ex eructatione saporem cibi retinente: quare det̃ diatrion & piperion diagallãgę cũ vino veteri amaro puro, ĩ modica tamen quantitate, ne forte feb. dispositio augmentetur: & post hoc abstineat a cibo p duos vel 3. dies & dormiat pro posse vel exercitetur, donec tota crapula digeratur, & redierit appetitus: & fiant dicta ca. de debilitate stomachi. Vel cibus est corruptus, quod scies quod eructationes sunt fœtidę, horribiles, fumosæ quidem, si corruptio processerit a calido excedẽte: acetosæ vero, si a frigido deficiente, quare statim educatur a principio per vomitum: vt docuimus ca. de bolismo. ¶Si vero cibus ad intestina descenderit, distinguendum fiet hoc modo: quoniam vel stat adhuc in superioribus et gracilibus, quod scies: quia cessant eructationes, & dolor sentitur circa vmbilicum, et antecessit longũ tẽpus post cibũ assumptum: quare si sit beniuolus: detur diatrion pipereon, sicut prius: quoniam & in intestinis gracilibus quodammodo perficitur digestio prima: vt ait Gal. 8. de ingenio sanitatis cap. de fe. effici. ex satietate. Si vero sit maliuolus, & torsiones & angustias cum vigilijs patitur: educatur statim a principio cum medicina leui: sicut stomaticõ laxatiuum, & bened. & hierapicra: vel cum clysteri lenitiuo dicto ca. de stypticitate ventris: vel cũ suppositorijs dictis ibidem. Vel cibus descẽdit ad intestina grossa inferiora: quare tunc educatur per clysteria siue crudus sit siue corruptus. ¶Secunda vero species difficilis est, quæ fit ex oppilatione orificiorum venarum capillarium & pororum cutis, in qua quidem necesse est, vt medic⁹ statim a principio sagaciter pro-

cedat, ne forte in feb. putridam conuertatur, ad quam maxime prona est propter prohibitiuam humorum transpirationem. Primo igitur materias euacuet cũ flebotomia quidem, si sanguis solus, vel omnes humores simul æqualiter dominẽtur, q̃d scies ex habitudine carnosa, vł plethorica, & vrina rubea, vel cõfusa, & colore corpis viuido vel turbido: Cũ farmacia vero, si vnus humor solus alius a sanguine, vel duo dominẽtur: quod scies ex vrina citrina subtili, vel karapo, grossa & regimine præcedente: post euacuationem vero poros aperiat cum balneo aquæ dulcis tepidæ, vel aqua decoctionis florum chamomillæ, in quo totum corpus leniter fricetur tempore longo in ieiunio ex farina fabarum, vel furfure vel sale: similiter & per interius cum syrupo acetoso, vel oxymelle, & cibis subtilibus: ita tamen, vt si oppilatio fortis fuerit, quod scies, quia fe. est fortis, fortioribus est vtendum, sed si oppilatio modica fuerit, quod scies, quia febris & anxietas est modica: leuioribus insistẽdum est medicinis.

Emperica. In cura omnis feb. effimeræ, prçterquam in illa, quç fit a fame, vel siti, vel exercitio excedente, conferre videtur euacuatio cum flebotomia, vel farmacia iuxta electionem prædictam. Similiter & diæta tenuis in quanto atque quali: quoniam & si non quçlibet febr. effimera sit cum materia plurima sine repletione, in qualibet tamen ipsarum læditur virtus digestiua: quare cibum simul plurimum vel grossum non potest elaborare: neque per hoc timendum est de virtute, cum tempus huius feb. sit breue: vt infra iam dicetur. In declinatione vero cuiuslibet ipsarum competit balneum aquæ dulcis tepidæ: quoniam calorem feb. alterat, & reliquias insensibiliter resoluit. Sciendum præterea, quòd in feb. effimera prædicta quandoq; surgunt accidentia mala, quæ sunt dolor capitis, vomitus, fastidium, sitis, & similia: quibus succurrendum est, prout in singulorum capitulis docuimus pro posse.

Canones. Dicit Galenus octauo de ingenio sanitatis, ꝙ proprium feb. effimeræ est, non transire tertium diem: quòd si cessauerit die secunda, breuior & leuior dicetur: Si vero prima die cessauerit, verissima atq; purissima nuncupatur: cum nomen feb. effimeræ tempus vnius diei a Græcis interprætetur: nec est aliqua febris effimera quæ diem tertium transire possit: præter quòd in febrem putridam conuertatur, excepta ea, quæ fit ex oppilatione orificiorum venarum & pororum: quæ quidem durare potest vsque ad diem quintam: quòd si tunc non resoluitur in putridam est conuersa: quare & hæc febris non est vere effimera, sed quasi media inter effimeram & putridam iudicatur. Dicit etiam Galenus ibidem, quòd proprium est feb. effimeræ, non habere periodos, neque paroxysmos: quoniam periodus a materia dependet humorali, præter quam in febre effimera ex oppilatione, quæ quidem periodos habet. Verbi gratia, quoniam si materia oppilans fuerit grossa, flegmatica: fiet periodus diurna: Si vero cholerica subtilis, fiet periodus de tertio in tertium: Si melancholica, de quarto in quartum: si sang. affliget assidue, velut synocha cum acerbatione apud auroram. Istis nanque alterationum temporibus materia parum post parum oppilat: & parum post parum euaporat. Dicit præterea Galenus ad istud propositũ, ꝙ ad apostema intrinsecum in quocunq; membro, non potest accidere feb. effimera: ad apostema vero extrinsecũ, et proprie paruũ, et in aliquo emunctoriorum, non sequitur nisi fe. effi

mera, quod est: quoniam in eo non peruenit vapor putridus ad cor cũ sua substantia, sed cum virtute & alteratione sola, quod est proprium effimerarum.

Prognosticatio. Solicitandum in cura feb. effimeræ statim a principio: quoniam si diem quartã vel quintam ad plus transierit, fe. putridam inflammabit. Item si effimeræ calor & omnia accidentia de die in diem minorẽtur, salubre. Si vero calor fortificetur, et pulsus diuersificetur, & diastole minoretur, cum augmẽtatione sistolis, & vrina tingatur, neq; in ea signa digestionis perseuerent cum fœtore corporis & omniũ exeuntium amplius debito: significant, quoniam apud diem quartum vel quintum cõuertitur in putridam timorosam, si non superuenerit sudor roridus, aut vomitus spontaneus, aut fluxus vẽtris, aut exitus sanguinis narium, aut alia euacuatio sensibilis eradicans causam antecedentem feb. putridæ fieri futuræ. Item si in apostematibus interiorib⁹, signa fe. effimeræ puræ apparuerint, paruitatẽ apostematis, & salutem significant. Econtra vero si ad apostemata exteriora velut in emunctorijs, signa febris alterius apparuerint, præter q̃ febris effimeræ magnitudinẽ apostematis timorosi significat. Vnde Hippocrates 4. parti. apho. In bubonibus omes feb. malę, exceptis effimeris. Item corpus sanguineum per naturã si febriat feb. effimera propter nauseatiuam satietatem, pronum est labi in feb. putridam timorosam, & proprie, si ventrem habuerit constypatum, & demum hecticam perniciosam. Item corpus flegmaticum per naturam febricitans feb. effimera ab æstu sol. vel negligentia purgationis, & exercitij cõsueti, pronum est labi in fe. putridas chronicas malignas, nisi apud diem tertium, vel quintũ euacuatio supuenerit sensibilis copiosa. Itẽ corpus melãcholicum per naturam maxime potens est omni febri effi. resistere, & hoc quidẽ ratione cõplexionis: quẽadmodum corpus temperatum potẽs est illud facere ratiõe fortitudinis virtutis. Itẽ corpus calidum siccum per naturam facilius a fe. effimera curatur, q̃ corpus frigidum & humidum per naturã: quemadmodum & facilius labitur in ipsam. Vnde Hippo. 2. part. apho. In morbis minus periclitantur ægrotantes &c. Item feb. effimera propter oppilationem venarũ & poro℞ corporis est omnibus alijs difficilior in cognoscendo atq; curãdo: vt di. Gal. 8. de inge. sañ. quapropter ad ipsius cognitionem plenius habendam scire cõuenit: quoniam hoc genus feb. nõ accidit corporibus extenuatis, sed repletis. Ad ipsius curationem purgationibus statim a principio fortibus est insistendum.

¶De febre hectica, & eius speciebus. Cap. III.

Febris hectica (vt in principio diffinitionis fe. ostendimus) est mala cõplexio æqualis calida & sicca habens calefactum esse in cordis substãtia primo & in substantia alio℞ membrorũ omnium ex consequẽti, calefieri vero in humoribus & spiritibus. Fit autem hoc genus feb. raro per se incipiendo, vt plurimũ autẽ consequendo ægritudines alias. Cum autem fit per se incipiendo: fit ab ira assidua, vel labore, vel fame, vel coitu cor & membra inflãmante atq; exiccante. Cum vero fit cõsequendo: fit altero duorum modorum: quoniam aut consequitur ægritudines vniuersales, & hoc vt plurimum. Omnis nanq; feb. putrida cum perdurat, & proprie in corpore cholerico, vel melancholico, transit in hecticam: aut cõsequitur ægritudines particulares, & sic accidit propter debilitatem quinq; membrorum principalium, præcipue cordis, pulmonis, epatis, & stomachi, atq; renum, cũ super aliquod ipso℞

mala complexio calida & sicca longo tempore durauerit: vt ait Gal. 3. de inge. sanita. Et in isto quidem sermone comprehendo intestina, & venas, & miseraicas: quoniam stomacho & epati alligantur. Sunt autem feb. hecticæ tres species, siue gradus. Prima quidem incipiens: & est, cum humiditas quæ ros dicitur, mẽbris circũfluens depascitur: quemadmodum cũ lucerna depascit oleum circũnatans: & hæc est cura communis facilis, sed cognitionis difficilis. Secunda vero procedens: & est, cũ humiditas illa, quæ cambium dicitur, membris imbibita cõsumitur: quemadmodum cum lucerna consumit oleum imbibitum in lychnio: & ipsa est facilis cognitionis, difficilis vero curationis. Tertia autem est perficiẽs: cum humiditas illa, quæ glutẽ dicit̃, mẽbrorum substãtiam conglutinans inanitur: quemadmodum cum lucerna inanit humidũ radicale lychnij: & hæc est manifestæ cognitionis, sed impossibilis curationis. Quoniam licet humidum influẽs restaurari possit, humidum tamen radicale nequaq̃: propter quod ait Auicẽ. 4. cañ. præsenti ca. ꝙ si tertia species hecticæ posset curari, posset & senex per naturam iuuentutem induere, & se in esse viuo perpetuare. Signa propria fe. hecticæ trahũtur a rebus quinq;. Quarum prima est caliditas corporis infixa, quam æger non sentit, vel parum: & cũ medicus manum apponit, sentit a principio calorem lentum, nisi feb. putrida complicetur: sed si manus diutiùs immoret̃, sentit augmẽtum caloris, velut puncturam acuum: cuius contrarium est in feb. effimera & putrida. Secunda est, quoniam hæc feb. nõ habet paroxysmos, nec exacerbationes aliqua horarum diei: imo est fixa æqualis tẽpore assiduo, nisi forte per accidens. Verbi gratia: Quoniam vt ait Gale. 1. de febribus. Feb. hectica semper fortificatur per duas horas a cibo assumpto: licet diuersis horis inordinatis sumantur. Et ideo: quoniam tũc calor bullit ex aduentu humidi nutrimentalis super membra, velut cum aqua spargitur super calcem viuam. Tertia est pulsus spissus, velox, durus, debilis, subtilis, & longus ex caliditate & siccitate arteriaꝝ & cordis cum debilitate virtutis: quapropter si filum humidum circũdatur brachio citius exiccabitur apud arterias: similiter si vnguentũ, vel liquor liniatur super corpus totum, citius exiccabitur apud thoracẽ. Quarta est, vrina velut corporis sani, & proprie in principio: verum cum processerit, fit vrina citrina intense cum oleaginеitate superficiei: & cum maxime processerit, fit aquosa cum vnctuositate plurima, propter caloris innati extinctionẽ, & humiditatum radicalium membroꝝ spermaticorum consumptionem. Quinta ab habitudine corporis trahitur: vt si cum prædictis corpus de die in diem extenuatur sine causa manifesta, & vigiliæ superfluant cum prostratione appetitus & desiderio assiduo attrahendi aërem frigidum. ¶Signa autem distinctiua triũ specieꝝ prædictaꝝ, sunt additio & remissio signoꝝ pdictoꝝ. Verbi gratia: Quoniam si signa priora omnia fuerint recentia atq; remissa, est prima species. Si vero fuerint fortiora & facile apparentia, ita vt vrina sit oleaginea, & adeps ventris & musculorum minoretur, & oculi concauentur, fiet secunda species. Cum vero fuerint vltimata, ita vt facies sit tornatilis, & caro musculorum omnino consumpta, donec ossa & nerui apparere cœperint præter consuetudinem, & cutis sit tensa velut corium ad ignem arefactum, quę cum extenditur, redit cum plurima tarditate, & vox fiat gracilis, & venæ apparentes vacuæ a sanguine: tũc erit tertia species mortis vicinæ p̃saga.

Methodus. Feb. hectica, cũ sit febris facta: vt diximus capitulo

de diuisione feb. autoritate Galeñ. 10. de ingenio sanitatis, solis indiget alterationibus ad frigiditatem & humiditatem, nec est opus euacuatione causæ: quoniã post suũ esse non dependet amplius a causa, nisi forte per accidens: vtpote quando consequitur ad feb. putridam illa remanente. ¶Hæc aũt alteratio cõplete tribus rebus perficitur, quæ sunt balneum, cibus & inunctio. In aurora igit̃, & post somnũ & digestionẽ duplicẽ cõpletam, surgat a lecto suo morose sine strepitu, et exoneret ventrem suum, si fuerit possibile, ab egestione & vrina, tunc intret balneum humectatiuum, lenitiuũ, quale est proprium balneum aquæ dulcis tepidæ, sub aëre tẽperato: & fortius illo est aquæ decoctionis maluarum, foliorũ salicis, populi, & cucurb. papa. & nenuphar. viol. & ordei depilati. Et iterũ fortius est balneum ex lacte dulci recenti, aut ex lacte & aqua simul mixtis: & ex balneis humectantibus (vt dicit Mes. in suo de appropriatis ca. de spasmo) est quod fit ex aqua dulci, in qua cocta sunt capita & pedes hœdorum, & agnorum, & arietũ pinguium: propter quod & quandoq; fiunt clysteria cum huiusmodi, & conferũt vehementer: & in tali balneo leniter fricetur sine mora in ipso: quoniã nutrimentum digestum trahit ad membra, & corpus rubificat, atq; dilatat: quemadmodũ mora longa in balneo & fricatio aspera cum sudore, corpus reddit euaporabile. Cum autem balneum exierit vnguatur pectus, & spina tota ex oleo communi, & ex oleo viol. & populeon, & cum butyro recenti dissoluto cum lacte recenter mulcto. Et post vnctionem fundatur supra totum corpus aqua temperata multa vergens parumper ad frigiditatem: tunc quiescat & dormiat vndiq; pannis cõtextus super lecto molli sub aëre temperato vergẽte ad frigiditatẽ & humiditatem aliqualem, quã attrahat cũ anhelitu suo, præter q̃ corpus non tangat circũquaq;. Talis nãq; ordo balneationis & vnctionis corpus impinguat: calorẽ feb. alterat, & naturalem conseruat. Et si corpus fuerit catarrhosum, non fundatur aqua prædicta super caput, sed super corpus residuum omniquaq;. Et si aer habitationis suæ nõ fuerit huiusmodi p naturã, fiat talis per artem fundendo aquã ros. & sternendo folia viridia populi, & salicis, & vitis albæ. Cum aũt bene quieuerit, & dormierit super lecto suo, exercitetur parũper in camera, donec calor naturalis excitatus fuerit, & appetitus comedendi redierit: tunc sorbeat aliquid lactis dulcis recentis per se, vel cum mica panis de simila, & proprie si cõsuetus sit in vsu lactis, & in ipso delectetur: nec sumat cum eo cibum alium: quoniã de facillime corruptibilibus, vt dicit Gale. 7. de ingenio sanitatis, sunt lac, sang. sperma: quare in stomacho calido lac cõuertitur in fumosum, in frigido ad acetosum, & sic nõ nutrit, sed corpus aggrauat, & virtutem lædit naturalem. Si igitur lac corrumpi consueuit in stomacho suo, quod scies ex eructuationibus, oportet vt sugatur ex mamillis priusq̃ alteretur ab aere continẽte. Quod si fieri non est possibile, detur ilico cum mulsum fuerit cum modico zuccari, si stomachus sit calidus, vel modico mellis, si stomachus sit frigidus: neq; conueniẽs est in hoc omne genus lactis, imo pręcipuum omnibus est lac mulieris propter homogeneitatẽ sui ad nostrum corpus: & post hoc lac asinæ: quoniam omnium est subtilissimum, & minime caseatur in stomacho: & post hoc lac capræ pãstæ ex herbis frigidis & humidis, & bono fœno: & post hoc vaccæ, & post hoc lac ouium. Sed oportet, vt ipsius lactis pars superior tunicosa, siue vnctuosa separet̃ cum cochleari, postq̃ per vnam horã cõstiterit: vel oportet, vt ipsum cum ferro vel lapide ignito, donec

acescat, aliquantum vstuletur, & partes eius butyrosæ consumantur, quæ sunt in eo plurimæ facilis inflammationis. Et cum huiusmodi balneo, & sorbitione lactis alternatim regatur per tres dies sine omni cibo alio, donec virtus confortetur: tunc nanque ad cibos alios gradatim transferatur. Si vero non sit consuetus in vsu lactis, neque stomachus in ipso delectur: sorbeat post balneum loco lactis ex iuribus hœdorum vel pullorum coctis cum portulacis, lactucis, cucurbi. vel similibus: vel sumat ex pultibus ordei, vel farris, vel auenæ conditis cum lacte amygdalarum dulcium, & penidijs: vel sumat micam panis lotam bis vel ter in aqua frigida. Et oportet, vt omnis cibus eorum sit actu frigidus, cum administratur. Et cū post dies aliquot per huiusmodi confortatus sit: nutriatur cancris fluuialibus, vel piscibus petrosis assis supra prunas, vel elixis conditis cum vino granatorum, donec ad vsum carnium processerit hœdorum, agnorum & pullorum. ¶Ex fructibus vtatur pomis sapidis, & piris, & citonijs assis, & pineis & amygdalis dulcibus, & auellanis mūdatis, & nutritis per noctem in lacte dulci, & sic eum balneis & vnctionibus & sorbitionibus prædictis alternatim factis omni die naturali bis vel ter regatur tempore longo, donec feb. extinguatur & corpus resumatur. Tunc caueat omnino a coitu, ira, & labore, sed gaudeat solatijs, & tripudijs, ocio & quiete, & somno plurimo pro posse. Si vero calor feb. intensus fuerit: quemadmodū accidit in specie secūda, epithymetur pectus, & cor cum petijs lineis infusis in aqua rof. in qua dissolutus sit puluis rof. & sandalorum actu frigidis vel tepefactis, si corpus ex eis rigorem senserit. Et in hoc casu præcipit Rasis in almam: vt induant camisias sandalatas, & proprie cum exeunt a balneo, in quibus dormiant tempore longo. Et vngatur pectus & spina tota cum vnguento isto actu frigido. ℞. populeon. ℥. 2. olei viol. olei rof. & salicis, olei nenuphar. aā. ℥. ß. muscillaginis dragaganti, muscillagiñ. seminis citoniorum, & maluæ. aā. ʒ. 2. ceræ albæ. ʒ. 2. conficiantur omnia simul in forma vnguēti: quoniam consumptionem corporis prohibet excellēter. Et alienetur in eius medicinis cāphora: quoniā licet sit frigida, tamē vehementer exiccat. Hæc est ergo methodus fe. hecticę ratione sui. Verum sequuntur ipsam quandoque accidentia, quæ curam ad se trahunt: & sunt sitis vehemens, fluxus ventris, & stypticitas. Ad sitim igitur extinguēdam vtatur ante cibum per duas horas trochis. de camphora dictis cap. de phthisi. Et fiant omnia dicta cap. de phthisi. Ad fluxum vētris vtatur trochiscis de karabe dictis ibidem: & in hoc casu præcipuum est lac vstulatum, & pultes ex eo facti cum riso, vel farre, vel auena: quoniam stypticat, & nutrit, & alterat, & confortat. Ad stypticitatem ventris vtatur prunis, cerasis, vuis maturis, ficubus ante cibū, & si necesse fuerit, leniatur cum suppositorio ex penidijs, vel sapone, vel lardo, vel cum aqua dulci calida, in qua dissoluta fuerit manna, cassiafistula, tamarindi. Sed nequaquam procedatur ad acuta: quoniam febrem inflammarent, & virtutem deijcerent. Extat præterea febris hectica plerunque cum putrida, vel ægritudine alia complicata, quam sequitur ipsa remanente: & tunc fiet cognitionis atque curationis difficilioris, propter intentionum multitudinem, & virtutis oppressionem. Oportet igitur, vt dicta in hoc casu, & dicta in sequentibus capitulis vbi de febre putrida loquemur, debite misceantur. Ita vt si febris hectica dominari cognoscatur ex corporis arefactione plurima, magis insistamus alteratiuis

q̃ euacuatiuis. Si vero feb. putrida domi nari cognoscatur ex vrinæ confusione, et corporis plethoria, magis euacuationibus insistamus: in neutra tamẽ neutram partiũ negligam⁹, sed vtrisq; gradatim parum post parum intendamus: quod vt melius fieri possit, virtutem cõfortemus cum cibis sufficientibus appropriatis: ne deficiat in via. Et in hoc casu penitus alienandus est lactis & aquæ frigidæ vsus: quoniam materias putridas augmentaret, postq̃ eis admisceretur in stomacho, vel intestinis: sed loco ipsius ptisana colata capiatur, vel iulep, vel mellicratũ, prout materia calida vel frigida postulauerit.

Emperica. Electuarium restauratiuũ quo corpus hecticum impinguatur, & infrigidatur: sic fit. ℞. succi liquir. dragaganti, gũmi arabici, rof. sandal. al. & rub. añ. ʒ. 2. se. portulacæ, seminis papaueris al. seminũ cõmunium frigidorum mundatorum, seminis maluarum, seminis bombacis excorticati, seminis citoniorum. añ. ʒ. 4. spondĳ, reuba. berberis. añ. ʒ. iĳ. penid. amyli, ordei depilati, pinearum amygdalarum dulcium, auellanarum excorticatarũ. añ. ℥. 1. zuccari albissimi lib. 3. Et sunt, qui addunt lactis papaueris, & vini granatorũ. ℥. 2. propter infrigidationem: & sunt, qui addunt succi cancrorum fluuialium elixorũ in aqua dulci, & post contusorum in mortario, & expressorum: vel succi cortucarum, vel succi limacium, vel succi pullorum, vel hœdorum, vel agnorum lib. ß. propter resumptionem. Et fiat ex omnibus electuarium durũ, vel confectio mollis vel zuccarum ro. prout ægri desideriũ postulauerit: & potest addi aliq̃d ex speciebus dulcibus non acutis: sicut sunt cynamomum, gar. spica, propter aromatizationem: de quo sumat patiẽs post exitum cibi a stomacho, & ante balneum, & bibat post ipsum aquam zuccari frigidam, vel aquam puram. Electuarium aliud restauratiuũ, & infrigidatiuum fit ex huiusmodi mixtura. ℞. zuccari rof. si vẽter sit fluidus, vel zuccari viol. si sit stypticus dragaganti, tria sand. añ. par. ß. electuarĳ ducis quartam par. si stomachus sit debilis in digerendo.

Canones. Rationabiliter dubitatur, vtrum in cura feb. hecticæ debeat balneum antecedere cibum, vel econuerso? Videtur em̃ autoritate Gale: 7. & 10. de ingenio sani. quẽ in methodo sumus assecuti: cui & ratio suffragatur, q̃ balneum antecedat: quoniam si cibus antecederet balneum, raperetur crudus ad membra. Sed huius contrarium videtur: quia cũ cibus restauret, balneum vero inaniat, & corpus hecticum restauratione sola indigeat non autem euacuatione: videtur q̃ cibus sit balneo pręmittendus. Dicendum autem videtur, q̃ quodlibet potest cuilibet anteferri: vt est de mẽte Auic. 4. cañ. feñ. 1. Veruntamen in hoc accidit distinctio: quoniam in hoc corpore necessaria est restauratio, similiter et alteratio. Si igitur medicus intendit restaurationi, vtpote si corpus sit consumptũ, & virtus debilitata, conuenit vt cibus præmittat̃: Si verò intẽderit alterationi, vtpote si febris sit intẽsa, & multũ processerit, ita tamen vt virtus adhuc tolerare possit, conueniens fit, vt balneum præmittatur. ¶ Sciendum tamen q̃ cibus, qui potest pręcedere balneũ, non est quicunq; neq; quandocunq; offerendus, sed debet esse modicus quãtitate, & facilis digestionis ex sua substantia & qualitate: velut est lac recens, vel succus ptisanæ, vel ius carnium laudabilium, scilicet pullorum & hœdorum: & debet offerri per tres, vel quatuor horas ante balneum, vt perfecte digeratur, neq; crudus virtute balnei ad membra rapiatur. Ex quibus apparere potest, q̃ corpus hecticum potest tribus vicibus cibari in die naturali

& vicibus totidem balneari, sed nõ pluribus, si rationabiliter procedatur: scilicet prima in aurora, secunda in vesperis, & tertia in media nocte: Ita tamẽ ꝙ hæ horæ anticipentur, & retardẽtur secundum elongationem diei super noctem in æstate vel ecõuerso in hyeme. Dicit præterea Gal. 10. de inge. sanitatis: ꝙ maius oportet esse tempus humectandi q̃ infrigidandi propter frigiditatem esse qualitatem actiuam valde: quare medicus intendat & extẽdat multum humectatiua super infrigidatiua cum virtute. Subdit ibidẽ, ꝙ licet omnis cibus & potus, & aër continens corpora hecticorum sit actu frigidus offerendus: non tamen oportet, vt sit frigidus vltimate: velut est aqua frigida: quoniam & si febrili dispositioni conferat, membra tamen destruit nutritiua. Aqua nanque si frigida potetur, & in stomacho remãserit frigida tempore longo digestionem prohibet, ventositatem eleuat, & transire moratur per meseraicas ad epar: vt ait Hip. 3. regiminis acutorum. Est tamẽ cum aqua frigida potata ilico inflãmatur, & febrem accendit, & quandoque fluxum ventris: & proprie in vẽtre cholerizante. Sit igitur aqua ipsorum, similiter & potus alij & cibi temperati cũ vergentia ad frigidum: quia & alterant actu & virtute: neque conuenit, vt sint tepidi: q̃m tepida sunt facile vomitiua.

Prognosticatio. Prima species hecticæ facile curatur sed difficile cognoscitur: secũda species facile cognoscitur, sed difficile curatur: tertia spẽs est cognitionis manifestæ, sed curationis impossibilis oĩquaque. Itẽ hectica febris maxime accidit infra annum 18. et 35. quoniam est tempus feruoris: quare in ea corpus cito marasmatur & moritur. Ante vero hanc ætatem & post, quandoque curatur facile, vel palliatur tẽpore longo, & proprie in mulieribus, & sanguineis, & flegmaticis per naturam; vnde Hip. 5. parti. apho. Phthisis fit maxime ætatibus a 18. annis &c. Item feb. hectica vt plurimum interficit in autumno: quoniã tempus est siccum inordinatum & præcessit æstas calida, resolutiua humiditatum naturalium influentium & radicalium. Vnde Hippo. 3. apho. Autumnus phthisicis malum. Item si cœperit appetitus prosterni, crura inflari, venter fluere, capilli cadere, cutis arescere siue arefieri, ita, vt splendeat velut pergamenum, in quo non apparent rugæ omnino: propinquius erit morti: Vnde Hip. 5. par. apho. A phthisi habito diarria superueniens, mortale. Itẽ solicitandũ in cura hecticorum: quoniam moriendo loquuntur, & loquẽdo moriuntur. Item feb. hectica facilius accenditur in corpore cholerico per naturam, vel sexum, vel ætatem, & facilius curatur: & difficilius curatur & accenditur in flegmatico: In corpore vero sanguineo, vel melancholico medio modo se habet: vt patet 2. par. apho. In morbis minus periclitantur ægrotantes. Item feb. hectica si fuerit complicata cum feb. putrida, & ægritudine alia quacũque, difficilioris est curationis, q̃ si sit sola, preter q̃ cum hyposarca.

De hectica senectutis. Cap. IIII.

HAec ægritudo non est fe. sed propter similitudinem nõis ad fe. hecticam, similiter & dispositionis, quæ consistit in extenuatione, consumptione, et arefactione corporis, ab Auic. sub sermone febris hecticæ collocatur. Est aũt hectica senectutis mala cõplexio frigida, sicca, dominãs super cor & corpus totum, ex qua fit habitudo macra, rugosa cũ colore pallido vel plumbeo, velut in corporibus senum accidit per naturã: propter q̃d hectica senectutis dicitur. Fit aũt hæc passio aut p se incipiẽdo, & hoc vt raro: aut consequendo ægritudines alias, & hoc vt plurimum. Et cum sit per se

incipiendo, fit propter frigiditatem cordis naturalem & epatis siccitatem. Hæc nãq; duo membra principalia sunt fons & origo duarum qualitatum principalium, quibus virtus naturalis perficitur, & vita conseruatur: cor quidem caliditate, epar autem humiditate: velut accidit proprie in corporibus melancholicis per naturam, vel ætatem, vel solicitudinem perdurantem. Et sicut accidit illi simeæ, de qua loquitur Galen. 5. de interioribus: quòd sine causa manifesta extenuabatur quacunq; die, donec moreretur: quã dum præcepisset anatomizari, nihil humiditatis reperit in capsula cordis. Et ex hoc cognouit, quoniam cor propria humiditate priuatum (quam sibi natura tribuit, ne propter motum assiduum & calorem spirituum consumeretur) deficit necessario in sua substantia & operatione. Cum autem fit consequendo, fit propter debilitatẽ stomachi, & intestinorum, & meseraicarum assiduam perdurãtem: quoniam scilicet super eadem dominatur humiditas cruda, extranea propter indigestionem & crapulam perdurantem: velut accidit pueris post vsum fructuum plurimorum, & adultis, & senibus habentibus naturaliter virtutem stomachi defectam. Signa hecticæ senectutis in communi: sunt habitudo macra perdurans assidue cum colore fœdo & debilitatione virtutis quaq; die præter solitum manifesta. Et est quandoq; cum appetitu sufficienti, quãdoq; vero cum prostratione appetitus, & proprie, cum stomachi frigiditas, & virtutis eius debilitas vltimãtur. Signa autem distinctiua per se incipiendi, vel alias agritudines consequendi, trahuntur ex narratione patientis super debilitate stomachi, vel digestionis eius priuatione, & antecessione ægritudinum chronicarum: sicut de fe. quotidiana & quartana & similibus.

Methodus. Intentio curationis huius ægritudinis duobus perficitur, scilicet humectatione & calefactione: & hæc proprie fiunt cum balneis, cibis, & vnguentis: quare curatur omnino cura feb. hecticæ, præter q̃ opus est calefactiuis. In aurora igitur post somnum & digestionẽ completã & stercoris euacuationem, balneetur in aqua dulci tepida, in qua cocta sint malua, althea, artemisia, calamentũ, balsamita, vel in qua cocta sint capita & pedes hœdorum, & agnorum, & arietum pinguium, in qua fricentur leniter cum farina fabaꝝ excorticataꝝ, vl' furfuris sine mora in ipso: qm̃ dum membra rubere cœperint, atq; dilatari ex nutrimẽto attracto per balneũ & fricationẽ, ilico cessandũ est: ne forte balnei vel fricationis superfluitas poros dilataret, corpus inaniret. Tunc igitur inungatur pectus, & spina tota cum dialtheę mixta cum modico populeon, vel cum oleo nardino, vel butyro recenti sine sale: & post vnctionem fundatur super corpus totum aqua dulcis tẽperata, vel frigida, si ex ea nõ senserit horrorem: & ponatur in lecto molli in quo pannis mollibus vndiq; coopertus dormiat, & quiescat sine sudore. Postea vero parumper exercitetur sub aere temperato, donec calor naturalis similiter & appetitus excitentur, & tunc comedat ex cibis facilis digestionis calefacientibus moderate: sicut sunt iura pulloꝝ & hœdoꝝ & agnorum annalium inspissata cũ vitellis ouorum, & cõdita cũ zinzibere, cinamomo, croco, cardamomo: & sicut sunt oua sorbilia, & pisces petrosi recẽtes assi, vel elixi conditi cũ specieb⁹ aromaticis nõ acutis: & sicut sunt bucellæ panis de simila condita cum butyro: nec cibum vna vice multiplicet, donec digestio stomachi confortetur. Postq̃ autem cibus talis digestus fuerit, quod est apud horam ve-

sperorum, redeat ad balneum supradictum: & sic pergatur per plurimos dies cum balneis & vnctionibus, & cibationibus alternatim bis vel ter quacunque die naturali, donec corpus perfecte resumatur, & dispositio permutetur: quemadmodum plene scripsimus capitulo de cura feb. hecticæ. Quod si stomachus & intestina fuerint humoribus crudis repleta, digerantur statim a principio & educantur (prout docuimus capitulo de sto. debilitate) & post hoc perueniat ad balneationem supradictam: Et cum ad sanitatem redierit debitam vel cõsuetam, abstineat a coitu, vl' labore superfluo, & vigilijs, & ira, & solicitudine pro posse: Gaudeat otio, tripudijs & quiete: exercitetur omni die gradatim ante cibum incipiendo motum a debili, tendẽdo ad fortem & redeundo ad debilem. Sed post cibum exercitari nõ conuenit omnino aut parũper: vt scilicet cibus ad fundum stomachi descendat, præter ꝙ ad eius latera conquassetur. Ex fructibus vtatur pineis mundatis, & amygdalis dulcibus, & auellanis, & fisticis, et ficub⁹, & vuis maturis: Et quandoqꝫ si venter restrictus fuerit, sumat ante cibum ex prunis & cerasis, sed eorum vsum deuitet assiduum: leniatur quandoque natura cum cassiafist. tamarind. manna, sed non cum acutis.

Emperica. Regimẽ istius ægritudinis, est regimẽ impinguationis corporis macri, frigidi, debilis, melãcholici per naturam. Hoc autẽ regimen maxime completur cum cibis & medicinis sanguinem & sperma multiplicantibus: vt sunt pisces laudabiles, & dia satyrion, & dianthos: quare dicta capitulo de defectione coitus, & quæ dicentur cap. de ingrossatione corporis macri, sublimiter hic suffragantur. Ex cibis præterea multum & subito nutrientibus est lac butyrosum recenter mulsum, quale est vaccinum, vel ouinum: quemadmodũ & lac nõ butyrosum in cura feb. hecticæ commendatur: velut est lac muliebre, vel asininum, vel caprinum. Oportet autem, vt qui ex lacte nutriri, & impinguari voluerit, sit in ipso consuetus, & in ipso stomachus, & os ægri delectetur: quod si non fuerit, corrumpetur in stomacho calido quidem ad fumosum, in frigido vero ad acetosum: quare non nutriet, sed eructuationes & angustias inducet. Ars autem lac conseruandi, ne corrumpatur extra stomachum, vel in stomacho, hæc est vt sugat a mamillis: quod si abominabile fuerit, sorbeat ilico cũ mulsum fuerit per se, vel cum mica panis de simila, præter ꝙ alius cibus omnino ei misceatur: nisi forte stomachus fuerit cholericus, tunc conuenit vt aliquid zuccari tabarzeth misceatur, vel flegmaticus: tũc conuenit vt aliquid mellis purissimi misceatur. Si vero lac recens haberi non sit possibile, poterit hoc modo per horas sex, vel circa id in bonitate sua conseruari, videlicet vt ilico cum mulsum fuerit ponatur in vase ligneo bene obturato, in aqua calida temperata: quoniam naturalem facit calorem remanere.

Canones. In cura huius ægritudinis tempus calefaciendi breue est, tempus vero humectandi longum valde, quod est: quoniam humiditas est qualitas tarde imprimens in corpus, & siccitatem deuincens: propter quod ait Galenus septimo de ingenio sanitatis: quòd facilius est humidum exiccare, quàm siccum humectare: verum cum caliditas fortis exiccet, conuenit hunc patientem abstinere a rebus acutis: vt

sunt pip.,allia,sinap̄:similiter & ab acruminibus,vt acetū & agresta, succus berberis: & a cibis valde salitis,vel fumigatis:nisi forte quandoq; ex eis parum gustauerit ad prouocationē appetitus: sed nutriatur rebus dulcibus aromatizantibus facilis digestionis: sicut est vinum rubeum dulce clarum:similiter & clarerū: quoniā solum dulce nutrit,vel per se purum vel prædominans in mixto: vt ait Gale. 3. de simpli.medicinis. Sciendum præterea,ꝙ cum hectica senectutis non sit aliud, ꝙ defectio virtutis nutritiuæ:necessarium est,vt in eius cura rectificationi & cōfortationi membrorum naturalium insistamus, & proprie circa stomachum & epar cum vnguentis & emplastris calidis stypticis aromaticis:quæ suis capi.tractauimus pro posse.

Prognosticatio. Hectica senectutis maxime accidit ante 18.annū & post 35.annū modo quasi contrario fe.hecticæ: quod est, quoniam ante tempus 18. annorum est humidum radicale adhuc plurimum,cui nondū accidit diminutio,de qua curandū sit:quare calidum naturale remanet oppressum ad quod deseruit plurimum humidum influens nutrimentale, & proprie in pueris gulosis. Sed post tēpus 25. annorum, quod est terminus perfectionis & consistentiæ, diminuitur humidum radicale, atq; depascitur a calore:quare deficiente pabulo, deficit & calor naturalis. Item hæc ægritudo maxime accidit corporibus melancholicis per naturam,vel regimen,vel ætatē, & quādoq; flegmaticis. Item hæc ægritudo (vt plurimum) succedere consueuit ægritudinibus chronicis apud declinationem: quoniam tūc est in eis sang.modicus & calor naturalis defectus ex ægritudine præcedenti:quare sagaciter succurrat. Item hectica senectutis est tardioris terminationis ad mortē, citioris vero ad salutem:cuius contrariū in fe.hectica reperitur.Sunt eius præterea tres species siue gradus:quemadmodum & feb.hecticæ: quarum prima est facile curabilis, sed difficile cognoscibilis: secunda vero econuerso:tertia autem nullius latet cognitionē, sed nequaꝙ recipit curationem:quemadmodum neq; seniū naturale. Neq; differūt hi gradus,nisi secūdum magis & minus vel antiquius & recentius:vnde Hippo.2.par.apho. Quæ ex multo tempore extenuātur corpora, tarde reuerti consueuerunt.

¶De cura feb.putridæ. Cap. V.

Licet omnis feb. per naturam rei sit calor putredinalis,& omnino calori naturali contrarius vt ostēdimus cap.de diffi.feb.veruntamen apud medicos illa feb.proprie dicitur putrida:cuius calefactum esse est in humoribus, calefieri vero in spiritibus ac membris,quæ et feb.humoralis nuncupatur. Ad sciētiam autem perfectam nominis & diffinitionis feb.putrid.dicamus: quoniam ista 4. habēt se per ordinem: vt dicit Gal.11. de ingeñ.sanit.Primo nanq; humoralis materia collecta ex cibis & potibus superfluis in corpore, replet ipsum secundum vasa,sua quantitate,& aggrauat secundum virtutem,sua qualitate: deinde vero talis repletio & grauitas poros cutis, & ora venarum capillarium oppilat:tertio vero talis oppilatio transpirationem & euentationem caloris naturalis prohibet:quarto autem calor naturalis humorum ex hoc ebullit,neq; regulatur a natura: quare fumum capniosum a cētro eleuat ad circunferentiam: velut accidit in stercoribus,et alijs rebus cum putrescūt: qui perueniēs corporaliter ad cor, ipsum inflāmat vltra sui debitū: deinde procedens ab ipso per venas & arterias in corpus vniuersum, febrem putridam inducit. ¶Causa igitur feb. putridæ triplex est, scilicet primitiua, antecedens & con

iuncta: quæ & sunt causæ omnium morborum, neq3 sunt plures aliæ. Primitiua quidē, est causa extrinseca, veluti æstus solis, carētia exercitij vel balnei, vel euacuationis cōsuetæ: similiter & antecessio crapulæ perdurantis, & proprie ex rebus facile putrescentibus, vt sunt lac & fructus, olera & pisces: & sicut est motus inordinatus super cibum, & assumptio vini plurimi vel confectionum calidaꝝ et fumosarum post cibū. Antecedens vero, est causa intrinseca mediata quæ cum facta fuerit immediata, vocabitur coniūcta causa. Verbi gratia: humor vel cibus superfluus aptus putrescere, donec etiam putrescat. ¶Ad completum igitur intellectum feb. putridæ & suarum specierum: dicamus, ꝙ secūdum Gale, primo de differentijs febrium, differentiæ multipliciter inquiruntur. Primo quidē, ex materia, & hæc est melior illarū distinctio: quoniam aut est humor simplex, aut mixtus: & siquidem simplex, sic fiunt quatuor species. Prima ex sanguine: Secūda ex cholerica: Tertia ex flegmate: Quarta ex melancholia. Si vero commixtus, sic fiunt diuersæ species, quæ calamo scribi non possunt, nisi in genere: prout dicemus ca. de cura febrium putridarum & compositarum. Secunda diuisio feb. putridæ est ex forma afflictionis: quoniam aut eius materia est intra venas & arterias, & sic fit feb. continua, quæ semper affligit: aut est extra venas, & sic fit feb. interpollata, quæ ga certis periodis fluit ad mineram putredinis, idcirco quietem interponit. Tertia vero diuisio ipsarum, & quæ est maxime necessaria cognosci a medico ipsam curare volēti, est ex qualitate materiæ & modo cursus eius in pugna contra naturam, quæ est: quoniam materia aut est acuta, calida & sicca, & sic febr. facit acutam: aut frigida grossa, & sic febrem facit chronicā: aut medio modo, & sic feb. facit tropicā seu cōuersiuam. Hanc autem pro posse pertractabimus capitulo de significatione feb. an termināda sit per crisim, vel sine crisi: quoniā non est possibile ipsam perfecte intelligere sine crisis cognitione.

¶Signa feb. putridæ communia, quæ nō faciunt errare, cū simul fuerint sunt hæc: pulsus velocior & frequentior debito vł consueto, in quo systole maior est ꝙ diastole, propter minorem necessitatem expellendi fumum capniosum, ꝙ euacuādi calidum: similiter & anhelitus inordinatus, & vrina rubea confusa, in qua non apparet digestio statim a principio vel parum apparet, & proprie cum materia fuerit pauca, & virtus fortis cum regimine bono, & tactus quidem corporis apud manū medici sentitur calidus, mordax, acutus, vaporosus: & permutatio linguę ad sapores alienos sine causa manifesta, cum siti et fastidio, et anxietate plurima & lassitudine membrorum corporis totius, & permutatione somni & vigiliaꝝ secundum ordinem nō consuetum, & dolore capitis pulsatiuo, & fœtor exeuntiū plus debito vel cōsueto. ¶Signa distinctiua feb. putridæ, an sit cōtinua, vel interpollata, non possunt trahi, nisi ex post apparentibus: quoniam in principio oīs feb. putridæ sentit patiens horripilationē & rigorem: hoc tamen non est in feb. cōtinua, propter reuocationem caloris naturalis ad interiora, propter sensationem nocumēti, sed in fe. interpollata, propter sparsionem materiæ, nondum putrescentis, aptæ tamē putrescere super membra sensitiua musculosa, quæ sunt in ambitu totius corporis: similiter & in declinationibus earum fit (vt plurimum) sudor exuberās, vaporosus, vel alia euacuatio sensibilis manifesta: nisi fortassis materia sit pauca & benigna, & virtus fortis insensibiliter ipsam resoluēs: quare oportet vt talis distinctionis signum capiatur ex afflictione fe. Verbi gratia: Si desinit

aliqua horarum febris tendens ad quietē pfectā, vere erit interpollata: Si vero nūq̃ perfecte desinit eius afflictio, licet exacerbet magis vna horarum diei altera, vere dicetur feb. continua proportionata. Quod si omni tempore æqualiter affligat, velut synocha, dicit feb. cōtinua, nulli interpollatæ feb. proportionata.

Methodus. Cura febr. putridarum in generali duobus perficit instrumentis, diæta videlicet & medicina. Operatio nanq; manualis ad ipsam curam nō pertinet: nisi cum fuerint cum apostemate: de quibus nos iam expediuimus lib. 1. veruntamen de his duobus instrumētis autores medicinæ, & maxime Hippo. & Gal. canones scripserunt vtiles atque necessarios diuersos. Nos ergo vt eorum dicta breuiter perstringamus, nihil vtilium præmittentes duas pro posse tractem⁹ quæstiones. Quarum prima est de diæta, qualis, scilicet, & qua hora diei vel morbi sit offerēda a medico methodum obseruanti. Ad quod videtur respondendū, ꝙ canon perfectus de modo cibationis in feb. putrid. quibuscūq; tam continuis q̃ interpollatis cōplectens oēs regulas autoꝶ gñales, habet septem partes. Quarum prima est, ꝙ in nullius feb. paroxysmo seu exacerbatione, dādus est cibus, neq; ilico ante ipsū, neq; ilico post ipsum: nisi fortassis accidēs aliquod magnum timorosum ad hoc necessitauerit. Verbi gratia, syncopis, quæ consueuit quibusdam accidere, vel defectio in principio paroxysmi, vel augmento, vel statu, vel declinatione, non solū propter inanitionem, sed propter feb. molestiā: quare tunc qualibet horarum cibus erit offerendus: & adhuc magis, si sit propter inanitionem. Hic tamē cibus oportet, vt sit paucus, facile transmutabilis habēs virtutem alterandi, atq; confortandi potentem: sicut est mica panis pluries lota in aqua frigida, vel vino albo, claro, ponticolymphato: & si est intentio vomendi in paroxysmis feb. interpollataꝶ de cho. vel flegmate: quoniam in eis facilior fiet vomitus, si cibus offeratur. Et hanc partem cañ. tradidit nobis Hippoc. parti. 1. apho. cum dicit: In paroxysmis subtrahere oportet: apponere enim læsio est: quod Gal. pertranctans ibidem in commento ait. Quoniam dum cibus subtrahitur, calor totaliter super materiam morbi conuertit & paroxysmū abbreuiat bono fine. Secunda pars cañ. est, ꝙ magis debemus eligere vicinari declinatiōi paroxysmi vel exacerbatiōis (si oportet) q̃ principio: q̃a calor naturalis minus impedit facta pugna, q̃ ante pugnā: propter q̃d ait Hip. 1. reg. acutoꝶ. Dandus est cibus postq̃ calor in calcaneum declinauerit. i. postq̃ calor fe. expassus fuerit perfecte a centro cordis ad circunferentiā oīquaq;: sicut fit in declinationibus omnium fe. et paroxysmoꝶ. Tertia pars canonis est, licet principiū paroxysmi debeat magis fugi, q̃ declinatio regularis: est tamē in casu quandoq; necesse fieri, si molestior accidentia (vtpote syncopis vel debilitas plurima, non tamen facta propter inanitionem: sed propter fe. molestiā) superuenire consueuerunt in declinatione magis q̃ in principio: quoniam vniuersaliter in omni fe. hora conuenientior & tranquillior est eligenda. Aliter nanq; cibus nō digeretur, sed corrumperetur, & materiam fe. augmētaret. Quarta canonis pars est, ꝙ hora crisis & per totum statum, donec tota crisis cōpleatur, in fe. habentibus verā crisim, est tenuissima diæta vtendū. vnde Hip. 1. par. apho. Quādo ægritudo est in statu, tenuissima diæta oportet vti. Tenuissima autem, diæta (vt dicit Gale. in commento illius apho. 1. partic. Tenues & certæ diætæ &c.) consistit in omnino nihil dādo de cibo: istud tamē q̃nq; fallit in casu. Verbi grā: si accidentia cretica fuerint malitiosa virtutē deijciētia: tunc

nanque cibus in hora status, imo & hora crisis non est denegandus: cum virtus sit a medico præ cunctis præseruãda. Sciendum tamen, quod accidentia crisis duorum sunt generum: quędã sunt signa crisis tantũ, sicut dolores capitis, anxietas, alienatio, difficultas anhelitus, rigor, et similia, per quæ nihil euacuat̃ de materia: & ex talium apparitione, & virtutis fatigatione, non debet dari cibus apud crisim: quoniã impediretur natura. Signa nanque talia non fiunt ex virtutis defectione: sed ex pugna naturæ contra materiam morbi, quam patitur in eius separatione post digestionem & expulsionem subitã ad exteriora. Alia vero signa sunt & causa crisis: sicut est sudor, fluxus narium, fluxus vẽtris, vomitus diarria vrinæ, & generaliter omnia, per quæ euacuat̃ aliqd de materia a corpore. Et ex tali defectione virtutis facta per aliquod istorum vel plurima simul oportet cibare ægrum in statu & in ipsa crisi. Ista præterea quarta pars cañ. licet sit vera in statu fe. acutę cũ determinatione iã dicta: non tamen propter hoc est vera in statu omnis fe. Fallit nãque in tribus casibus. Primo quidem in statu sumpto penes digestionem tãtum sine difficultate accidẽtium: vt diximus ça. de pleuresi. Secundo vero in statu, qui extenditur vltra spacium quatuor dierũ: quoniã sicut dicit̃ primo de crisi, & sicut patet de anxio in commẽto illius apho. paroxysmos & consistentias &c. Status quãdoque durat per septem dies: sed diæta tenuissima nõ debet dari, nisi per spaciũ 4. vel 5. dierũ ad plus, & maxime in processu morbi cum virtus est iam debilitata: vt patet per Hippocr. & Galenum in tota prima particu. aphori. Tertio fallit in statu, quem non sequitur declinatio: qa morituri solis prognosticis sunt relinquendi. Quinta pars cañ. principalis est, quod si febr. putrida curanda, sit feb. acuta simpliciter, quæ terminatur in die 14. tũc ab hora status vsque ad finẽ crisis, & principium declinationis est vtendum diæta tenuissima, sed in principio & augmẽto diæta absolute tenui. Si vero sit febris peracuta, quę terminatur in die septima: diæta tenui est vtendum. Si vero sit feb. perperacuta, quæ [illegible] in quarta die futura est facere crisim: tunc a principio vsque ad finem diæta tenuissima est vtendum. Et hanc partem canonis tradidit nobis Hippocrates prima particu. aphorismorum, cum dicit: Quibus continuus est status, continuo & tenuiter reficere oportet. Est autem diæta tenuissima (vt dicit Galenus ibid. Tenues & certæ diætæ &c.) cum totus cibus aufertur, aut solum mellicratum, aut iulep, vel succus granatorũ offertur. Diæta tenuis, cum ptisana colata, vel mellicratum nõ aquosum offert̃. Est autem tenuis absolute, cum ius pullorũ, vel ptisana non colata, vel cibus grossus in substantia, paruus tamen in quantitate donatur. Et ex contrario intellectu istius canoñ. cognoscimus: quoniam fe. putrida chronica, vel tropica est a principio grossæ diætanda, prout signat nobis Hippo. particula prima aphor. cum ait: In tenuibus diebus peccant ægrotantes &c. In ista tamen quinta parte canonis sunt septem conditiones obseruandæ, scilicet complexio, consuetudo, ætas, tẽpus anni, regio, habitudo corpis, virtus: qm̃ si oĩa ista aut plurima eorũ inclinẽt ad cibum, erit diæta minus subtiliãda. Verbi gratia: Complexio cholerica, cõsuetudo gulosa, ætas iuuentutis & pueritiæ. In istis nanque casibus Hippocratis canoñ. non debent obseruari. Sexta pars canoñ. principalis est, quód si possibile fuerit, & paroxysmus, vel exacerbatio febr. non prohibuerit, cibetur hora sanitati consueta: quoniam tunc natura magis in cibo delectatur. Septima pars canonis est, quód sicut tempus digestionis primæ cibi in stomacho non est idem apud

omnes homines tēpore sanitatis (vt ait Gal. in cōmento illius apho. 5. part. Si inebriatus &c.) ita neq̧ tēpore ægritudinis: & ideo tarde digerenti plus temporis reseruetur. Licet autem de hora digestionis non possit dari certa & vniformis mensura: communiter tamen & vt plurimū requiritur spacium decem horarum inter cibum & cibum ad minus. Canones aūt proprios in quibuscunq̧ feb. putridis interpollatis, aut continuis, acutis vel non acutis: dicemus capitulis singularꝶ. Quęstio secunda est de secūdo instrumento curationis feb. putridarum (quod est medicina) qua scilicet horaꝶ ægritudinis, conueniens sit morbi materiam euacuare, et cū quali medicina: & proprie in feb. acutis: quoniā in illis maior cadit timor. Ad quam videtur taliter respondendum, ꝙ considerando debitum processum artis, & naturæ non debet euacuatio fieri, nisi digesta materia, excepto solo casu furoris: quod nobis Hippoc. 1. parti. apho. in primo cañ. vbi dicit: digesta medicari, & mouere non cruda: neq̧ in principijs, nisi materia fuerit furiosa: multa vero non sunt furiosa. Redditur autem materia furiosa quinq̧ modis. Primo quidē ex sua qualitate, vt si sit calida cholerica, subtilis & naturæ rebellis, quā sine nocumento non potest expellere: vt est cholera proprie zinaria, id est prassina. Secundo ex sua substantia venenosa, quam natura perhorret a forma specifica: vt melācholia adusta, quę dum funditur super arenā ebullit, & ab ea fugiunt muscæ. Tertio ex sua quātitate: vt in synocha inflatiua, vel synocho patrescēte: quia timetur suffocatio calidi naturalis, vel ruptura venarum. Quarto propter dolorē prosternētem virtutem: vt in colica, vel iliaca, vel arthetica. Quinto propter nocumētum cadēs in membro nobili necessario pro toto: vt in squinantia, & frenesi. In omibus enim istis euacuamus ilico, digestionem nullatenus expectādo: veruntamen in hoc cadit distinctio non modica, quæ plurimum est necessaria atq̧ vtilis medico operanti: & est, sicut dicit Gale. 11. de inge. sanita. & Auicen. 4. cañ. fen. 1. ꝙ duplex est euacuatio, scilicet minoratiua, & eradicatiua. Euacuatio minorationis habet fieri in principio, vt natura reddatur potētior super residuum materiæ, digerendæ & expellendæ. Et licet principium sit triplex, scilicet principiū digestionis, & principium (quod est spatium trium dierum) & principiū (quod est punctum indiuisibile tēporis, quo primum cœperit æger sentire nocumētum: vt distinguit Galeñ. in commento primi progno.) Intelligo tamen hic spaciū triū dierum: nisi fortassis feb. esset chronica, in qua principiū digestionis vlterius perdurat. Ista etiam euacuatio minoratiua qñq̧ fit cū flebotomia, et proprie si solus san. peccauerit: velut cōtingit in fe. san. vel si omnes humores simul dominētur: velut in quibusdam feb. compositis, & erraticis. Veruntamen Gal. 11. de ingeñ. sanita. præcipit hanc euacuationem fieri in omni feb. cum flebotomia, & proprie in corpore sang. iuuene, carnoso. Et hoc quadruplici de causa. Primo quidē propter consuetudnem: secundo propter minorem eius timorem: tertio propter eius subitum apparatum: quarto, quia & si nō qualitati cōferat, confert tamē quantitati: quoniā educit multitudinē: quare potest fieri a principio omnis feb. putre. continuæ vel interpollatæ, & proprie in corpore habente sang. multitudinē, præterq̄ in causone, & tertiana puta: quoniā ex ea timetur ebullitio & furor choleræ: & præterq̄ in feb. flegmatica pura: quoniam in ea timet̄ flegmatis incrudatio, & morbi prolōgatio cum debilitate virtutis. Fit autem euacuatio minoratiua cum farmacia, quando alius humor solus a sanguine, vel duo simul dominan-

tur: velut accidit in causone, & tertiana pura, & quartana pura, vel notha: Similiter & in feb. flegmatica pura, vel non pura. Ista tamen farmacia nō debet esse quæcunq; medicina, sed tātum lenitiua: sicut est ea, quæ soluit lubrificādo, vel lubricum faciendo: vt cassiafi. manna, tamarindi, violæ, pruna, succus granatorū dul. Non autem quę soluit comprimēdo, sicut mirobalani: quoniam post solutionem derelinquūt stypticitatem, quod est periculosum in omni feb. nisi fortassis fuerit cum fluxu ventris superfluo: neq; q soluit attrahendo, sicut scamonea, agaricus, turbith: quoniam habent virtutem venenosam, quę virtutem membrorum naturalium debilitat & feb. inflammat, & destruit loca sana: vt ait Auic. capitulo præsenti. Veruntamen & in hoc cadit distinctio necessaria: quoniam & si ratione huiusmodi venenositatis nocumēta prædicta inferāt: prosunt tamen in alio, scilicet euacuando, vel minorando causam fe. quare eisdem conuenit vti quandoq; in principio feb. & proprie reubar. & turbith & diagridij, cum sint minus venenosæ tunc scilicet, quando videmus q plus adueniat ex eis iuuamenti, q̄ nocumenti. Et hæc omnia plene trahuntur ex illo apho. primæ parti. In acutis passionibus raro & in principijs, farmacijs vti, & hoc prius dijudicātes benefacere, Similiter & ex alio 2. particulæ. Inchoantibus morbis, si quid videtur mouēdum, moue. ¶ Euacuatio vero eradicatiua habet fieri apparēte digestione facta: quapropter ait Gale. 11. de inge. sanit. q neq; screatiua, neq; vrinatiua, neq; sudorifera, neque secessiua donabis, nisi materia apparente prius quodammodo digesta: & Auic. præsenti cap. dicebat. Oportet igitur, vt in principio des syrupum ace. compositum siue simplicem: in augmento vero atq; statu syrupum aceto. cōpositum dabis. In ista tamē euacuatione eradicatiua cadit distinctio vtilis & necessaria: & est, cū virtus per se suffecerit: tunc non debet fieri per artem, sed naturæ cōmitti in hora crisis: vt dicit Hip. 1. parti. apho. Ea quorum crisis fit, aut facta est æqualiter &c. vel virtus sola non suffecerit, & hoc dupliciter: quia vel hunc defectum præcognoscimus ante statum scilicet, quia scimus ex debilitate virtutis, q ipsa motura ē impfecte ad crisim apud statum: & tunc debemus euacuare in augmento, vt natura postea super residuū valeat per crisim perfectam & completā causam omnino eradicando: vel hūc defectum non præcognoscimus ante statum, sed solum cognoscimus ipsum præsente crisi, quę est hora stat⁹, et proprie circa finem eius, & hoc regulariter: quia vł certe scimus mensuram illius defectus: et tūc debem⁹ euacuare hora crisis & auxiliari naturæ, non tamen quomodolibet, sed per eandem regionē cū natura. Verbi gratia: si natura cupit facere sudorē, da in potu iulep calid. & pone vesicas plenas aqua calida circa corpus totum, atq; ipsum pannis calidis lenibus mollibus cooperi, & præcipue vt eius astantes dirigant anhelitum versus lectum ægri. Si autē cupit facere fluxum san. narium, intinge setas porcinas ītra nares, & emūge eas. Si vero vomitum, pone digitum vel pennam oleo tepido inunctam intra gulam, & da in potu aquam tepidam cū aceto. Si vero fluxum vētris ilico fac suppositorium ex sapone, vel melle vel felli bus: vt docui cap. de stypticitate ventris: propter quod ait Hippoc. 1. parti. apho. vndecunq; reperit natura &c. & Auicē. ca. præsenti. Et si natura non mouet, moue tu hora motus eius: vel non certe scimus mēsuram illius defectus hora crisis & motus: & tunc debemus auxiliari naturæ post crisim & motum, ne fiat recidiua: quapropter ait Hippo. 2. parti. apho. Quæ relinquuntur in morbis &c. quare

euacuabimus post crisim hora declinationis, non quia sit vera declinatio: quoniam neque vera cris. antecessit, sed declinatio non vera. Et adhuc euacuatio, quę fit hora crisis, non debet fieri quandocunque, sed hora qua accedentia crisis minus infestant. Vniuersaliter tamen sciendum, quod tutius est atque melius ægro, & medico hanc euacuationem fieri post crisim, & cum iam apparuerit operatio naturæ diminuta manifeste, quàm hora crisis: quoniam non est possibile nobis perfecte cognoscere perfectionem euacuationis hora qua fit: saluo tamen semper iudicio medici prognostici de crisi diminuta, quam non sequitur declinatio: quoniam morituri solis prognosticis sunt relinquendi. Ex quibus omnibus ostenditur, canones euacuationis in feb. putrida supradictos non esse intelligēdos de crisi permutationis, id est, quæ fit per apostema creticum. Veruntamen rationabiliter videtur dicendum, quod etiam in hoc casu auxiliari possumus naturæ post huiusmodi crisim diminutam, & hoc quidem cum emplastris calidis attractiuis ex fermento & cepis crudis confectis, & cum fricationibus illius membri, & proprie si sit membrum ignobile, vel emunctorium doctrinam Auicennæ sectantes primo canon. fen. quarto capitulo de cura apostematum dicentis: quod est, quandoque cum volumus huiusmodi apostemata & ipsa prouocamus, si non sunt: & augmentamus, si sunt, scilicet cum per ea corporis membra intrinseca exonerabuntur. Restat autem hoc quoddam de euacuatione minoratiua pertractandum, quod est: quoniam cum ipsa sit quandoque possibilis fieri in eadem feb. putrida cum flebotomia & farmacia (vt ostēdimus in prædictis) dubium adhuc videtur, an flebotomia sit præmittēda farmaciæ, vel ecōuerso: quādo scilicet vtraque ipsarum vti volumus apud minorationem. Ad quod dicendum videtur, quod si fe. sit interpollata farmacia est præmittenda flebotomiæ, ne forte flebotomia trahat materiam ad venas vicinas vi vacui, et ex fe. interpollata faciat continuam: quoniam hæc est permutatio maligna. Si vero sit fe. continua, præmittēda est flebotomia, & proprie si medicina subsequens debeat esse fortis, agitatiua: quod si fuerit debilis, lenitiua, non refert, quid de eis antecedat. Conueniēs est etiam (vt dicit Gal. 9. de inge. sanitat.) vt in omni fe. putrida curanda, sit aer continēs frigidus & humidus temperate, per se vel per artem, corpore tamen assidue cum pannis calidis cooperto: quoniam sic euentabitur cor per inspirationem: neque tamē prohibeatur assidua resolutio materiæ per poros cutis & venarum. De somno præterea & vigiliis scire conuenit, quod sunt sibi inuicem concausa: vt ait Gal. 11. de ingenio sanitat. Somnus nanque deseruit in fe. putridis ad digerendum, vigilię vero ad resoluendū, & proprie, si fuerint naturaliter se habentia in quāto & quali: quare prohibeatur æger a somno diuturno pro posse nisi forte consuetudo, vel necessitas propter vigilias nocturnas, vel debilitatem virtutis ad id instigarit: tunc nanque possibilis est fieri ab aurora vsque ad horam tertiā diei: vt ait Hippo. 2. prognostic. Verum quomodocunque res se habuerit, nullatenus dormire permittatur in principio, vel augmento paroxysmorum & exacerbationum: quoniā virtutem debilitat, materiam incrudat, labores multiplicat, & paroxysmum & to. feb. elongat, vt ait Gale. in commento illius apho. 2. partic. In quo morbo somnus &c. In statu vero & declinatione similiter & in crisi dormiat quantum potest, quia virtutem fortificat in expellendo materiā, & sensum læsionis obtundit. Quia si vigiliæ superfluxerint methodo succurratur, vt docuimus in cap. vigiliarum lib. 1. ne forte vir

tutem debilitent, & morbum abbreuiēt ad perniciem sui resolutione potēti. Hac igitur methodo curatiua regatur omnis feb. putrida per diætā, & medicinas vsq ad declinationem perfectam: quod tempus conualescentiæ nuncupatur. Tunc nanq confortetur, & resumatur corpus cum cibis & potibus laudabilibus consuetis, donec omniquaq restauretur. Et scias, q in finibus omnium febrium putridarum competit balneum aquæ dulcis tepidæ cum sudore rorido sine mora multa: quoniam reliquias materiæ resoluit, & virtutē excitat attractiuā subseruientem nutritioni membrorum.

Emperica. Scripsimus in methodo de instrumentis principalibus in cura fe. putridarum, quæ sunt diætatio, & euacuatio: volumus nūc describere de instrumento quodam minus tamē principali, quod est potus sitis extinctiuus: quoniam sitis est ex accidentibus febris, quibus necesse, vt debite succurratur. Circa quod sciendū, q (sicut ait Gal. 8. de ingenio sanitatis.) Sitim tolerare in feb. est martyrium sine iuuamento: quoniam virtutem debilitat, feb. inflāmat, vigilias cum angustia multiplicat, vias stypticat, digestionem & euacuationem retardat. Dicimus igitur, q potus famosi in feb. sunt quatuor, duo quidem in fe. de causa calida, videlicet iulep, id est, aqua zuccari, & ptisana id est aqua ordei: duo vero alij in feb. putrid. de causa frigida, scilicet hydromel, vel mellicratum, quod latine aqua mellis interpretatur: similiter aqua cicerum & pisorum: Neq conuenit, vt detur aqua frigida pura in fe. putrida, præterquam in synocha et causone: quoniam materias incrudat, vias oppilat, & morbos elongat. Iulep. conficitur ex libr. vna aquæ puræ dulcis fontanæ vel fluuialis: & vncia vna zuccari albissimi mixtis, & aliquantulum bullitis ad ignē lentum, & spumatis & colatis: q si magis additum fuerit de zuccaro, fiet magis confortatiuum, et magis lenitiuum, sed minus extinctiuū. Hydromel fit eodem modo, si pro zuccaro mel coctum despumatum capiamus. Aqua cicerum vel pisorum fit ex decoctione lib. vnius cicerum cum corticibus exterioribus & substantia integra: quæ sic fit. In aquæ puræ fontanæ lib. 20. bullierint donec medietas consumatur: tunc coletur, & reseruetur: & confert in feb. flegmaticis. Habet enim virtutem deoppilandi, subtiliādi, atq vrinam prouocandi, & proprie si aliquid apponatur ex feniculo, vel petrosil. sitim tamen non tollit. Aqua ordei (quæ ptisana dicitur colata) fit dupliciter in genere: quoniam aut medicus intendit cum ea potum medicinalem, aut cibalem: Si medicinalem, fiat sic, ℞. ordei boni excorticati & fricati cum panno aspero, donec cortex interior crepetur, libr. vnam aquæ fontanæ lib. 20. decoquantur simul lento igne vel super carbones, donec media pars aquæ vel duæ partes consumantur: coletur, & reseruetur in vase vitreo, donec infrigidetur, & sic construit ipsam Mes. in suo de appropriatis, cap. de pleuresi. Est nanq lenitiua, abstersiua, vrinatiua, similiter & ventris lubrificatiua, & oppilationū aperitiua, nec non & screatiua. Veruntamen Auerrois septimo colliget. aliter ipsam construit. ℞. ordei boni nō excorticati sed integri, sicut seminatur in terra li. 1. aquæ puræ, lib. 20. imbibatur primo ordeum in aqua per sex horas, donec dilatetur, & mollificetur: deinde bulliatur simul ad lentum ignem, sicut prius. Et si volueris magis clarificare, consue ordeū post imbibitionem in panno lineo denso. Si vero volueris facere potum cibalem. ℞. ordeum & aquam sub proportione prædicta, & frica ipsum cum panno aspero fortius quàm prius donec scilicet cortex interior separetur: quod

si non sit possibile fieri cum panno, fiat cum mola: deinde medullam albam ordei laua cum aqua calida ter vel quater semper aquam renouando: Vltimo vero bulliatur lento igne cum aqua frigida pluuiali prius calefacta, donec medietas vel tertia pars aquæ remanserit: deinde coletur, & reseruetur in vase vitreo. Hæc aqua sedat sitim, lenit asperitatem gutturis & linguæ, calorem mitigat, sputū prouocat, nutrit & ventrē lubrificat. Et si per amplius decoxeris, magis nutriet, & minus ventrem inflabit: Et si pultem ex eo facere volueris, adde oleum & sal, neq; cola, & reperies bonitates easdem: & tunc dicetur ptisana non colata.

Canones. Necesse est in fe. putridis vt viscera illa lędant, quæ sunt receptacula propria materierum. Verbi gratia: In febr. de cho. epar. in feb. de flegmate, stomachus & pulmo. in fe. de melancholia splen in feb. de sang. cor & venæ corporis totius: quare oportet, vt in curis singulorum talibus membris cum alteratiuis & cōfortatiuis assidue succurratur: vt dicit Auer. 7. sui colliget ca. præsenti. Horum autem copiam reperies in capitulis singulorum libro 1. Sciendum præterea, q̄ licet in cura oīs morbi intentiones sunt 18. attendēdæ, quæ sunt morbus, causa morbi, virtus, ætas, complexio, consuetudo, tempus anni, & regio, corporis habitudo, situs membri, varietas membri, sensibilitas membri, operatio, atq; necessitas, nobilitas membri, colligantia, constitutio aëris, & antecessio diætæ, prout nos docet Gale. 5. de ingeñ. sanita. Veruntamen in cura feb. putridarum duo sunt ex eis pręcipue, scilicet causa morbi, & virtus ægri. Hæc nanq; duo sunt, quæ pugnant inter se pro pernicie, vel salute conferenda: ita scilicet vt in digestionibus & alterationib⁹ causam magis attendamus, sed in diæta atq; in euacuatione virtutem magis inspiciamus: ne forte virtutem simul cum morbo prosternamus. Scire etiam cōuenit, q̄ diætæ ordinatio in feb. putrid. est duplex. Vna quidem vniuersalis respectu totius ægritudinis: Alia vero particularis respectu cuiuscunq; diei. Vniuersalis autem est triplex: quoniā aut trahit̄ ab essentia morbi, quia aliter diætamus in feb. acuta, & aliter in peracuta, & aliter in perperacuta, & aliter in tropica, & aliter in chronica: Aut trahitur a quatuor temporibus vniuersalibus morbi: quia aliter diætamus in principio, & aliter in augmento, & aliter in statu, et aliter in declinatione. Aut trahitur a virtute: quia aliter diætamus in virtute constanti, & aliter in debili. Particularis vero similiter est triplex: aut eñ trahit̄ ab interpollatione paroxysmi, aut consuetudine numeri cibationū quacq; die tempore sanitatis: aut ab accidentibus paroxysmi: & hæc omnia plene tractauimus in methodo vestigijs autorum fideliter inhærētes. Cura præterea in feb. est triplex. Vna quidem gratia dispositionis. & sic in omni feb. competunt frigida & humida per naturam: secunda vero gratia causæ, & sic in fe. quibusdā competunt calida & sicca, puta flegmaticis: quibusdam frigida & humida, vt cholericis: quibusdam calida & humida, vt in melancholicis: vnde frequenter accidit, vt medicina conueniens causæ, noceat dispositioni, & econuerso. In hoc tamē casu quod eorum magis timueris, magis attēdas. Verbi gratia: dispositionē in fe. de cholera, ne fortē calorem inducat: Causam vero in feb. de flegmate vel de melancholia, ne forte morbum prolonget: vtrunque vero simul in feb. de sanguine, ne fortē suffocationem subitam inducat. Tertia autem cura est accidentium consequentium febrem, scilicet sitis, dolor capitis, fastidium, stypticitas ventris, vel fluxus eius, & similia. Et quēadmodum est cura triplex, vt scri

psimus cap. de ardore vrinæ. Demum sciendum, q omnis feb. putrida, quemadmodum & omnis morbus materialis salubris, quatuor habet tempora vniuersalia, prout sæpius tactum est ca. præsenti: verum quomodo distinguantur, & quomodo per signa propria cognoscantur, diximus cap. de pleuresi pro posse.

Prognosticatio. Priusq̃ prognosticare possumus in fe. putrid. scire oportet, quæ & quot sint genera signorum attendendorum in feb. & qualia sint eorum fundamenta, a quibus trahuntur, & quid habeant significare. Ad cognitionem igitur signorum quæ et quot sint in genere, duplex est diuisio necessaria: quarum prima est, q signorum (vt patet 3. de accidēte & morbo) quædā signāt ægritudinem, quędā causam ægritudinis, quædam longitudinem & breuitatem ægritudinis, quædā tempora vniuersalia ægritudinis, quædam salutem vel mortem. Secunda diuisio est, quòd quædam sunt accidentia, ægritudinem antecedentia, vt rubor faciei synocham: quædam coexistunt ægritudini, vt dolor lateris pungitiuus in pleuresi existit coæquus: quædam vero concomitātur ægritudinem, vt ictericia quandoq sequitur feb. de cho. & vomitus feb. de flegmate: & hydrop. feb. de melancholia, & variolæ feb. de sanguine: & ex huiusmodi signis post apparētibus sunt omnia signa exeūtium a corpore, scilicet, vrinę, sputi, egestionis, & sudoris: a quibus digestio et indigestio, salus & mors significantur. Ad cognitionem aūt signorum, a quib9 trahuntur, & quæ sunt eorum fundamenta, scire nos oportet: q omne signum aut trahitur a substantialibus morbi, vtpote ab actiōe læsa, ablata, diminuta vel corrupta: aut trahitur a casibus & accidentibus morbum consequentibus, vtpote a qualitate corporis permutata, vel exeuntibus a corpore mutatis. Ad cognitionē autem signorum, cuius causa quæratur & quid habeant significare, sciendum: q vltimate nihil aliud significant nisi vel virtutis dominium super causam morbi (quoniā in hoc est salus atq vita ægri) vel causæ dominium super virtutem, in quo consistit pernicies: quare volentem prognosticare in feb. putrid. primo scire conuenit fortitudinem causæ morbi. Dicamus ergo q virtus dicit debilis & fortis dupliciter. Vno mō formaliter, prout est potentia animæ, & sic nunq̃ variatur virtus in ægritudine: Alio modo materialiter, scilicet ratiōe suoꝶ quatuor instrumentorum, quibus agit cōtra morbum, quæ sunt calor innatus (qui cōplexio dicitur) & calor influēs (q spūs dicit) & mēbra & humores, prout hæc oīa vel plurima eorum sunt bene se habētia in quanto & quali: similiter & in modo substantiæ & situ: & ad hoc non modicum deseruit influxus astrorum infortunatorum: vt dicitur primo prognosticorum, vel eufortunatorum: vt dicitur ibidem, & 3. de creticis diebus: & eodem modo dico de morbo. Cum autem dicim9 virtutē esse fortem in se, nō sufficit illud ad salutem: sed requiritur q sit fortis per comparationem ad morbum, & eius causam. Potest nāq virtuti forti fortior morbus obuiare, qui mortē infert: propter quod ait Hippocr. 1. prognosticorum, q in signis prognosticis non sufficit bonitatē & malitiam perpendere signorum, imo neque ipsorum multitudinem, sed eorum inter se comparationem. Potest namq vnum bonum signum efficax pluribus malis signis debilibus resistere, similiter & ecōuerso. Et ex hoc manifeste apparet causa, quare in feb. & proprie in feb. acutis, æger plerūq moritur: cuius pulsus est magnus, fortis, ordinatus: & alter ecōtra saluatur, cuius pulsus extat paruus, debilis, inordinatus. Quod si qs obiecerit. Quid ergo fiet, cum virtus & morbus fuerint

æqualis fortitudinis omnino ꝗ dicemus, ꝙ illud tempore longo stare non potest, quin alterum ex eis dominetur. Ad quod facit regimen medici, similiter & aspectus astroꝝ. Volentes igitur in speciali oĩa signa prognostica generalia fe. putridarum tam bona q̃ mala sub compēdio cō stringere, & proprie Hip. & Gal. qui plurimum in eis sunt conati. Dicamus, ꝙ cū signum nihil aliud sit per essentiam, q̃ accidens consequens morbum velut vmbra corpus: vt probat Galenus. tertio de accidenti & morbo: oportet necessario, vt quemadmodum accidēs, ita & signū trahatur ab aliquo istorum trium in gñe quę sunt actio læsa, qualitas permutata, & exiēs permutatum: de quibus per ordinem dicamus. Neq; putet aliquis in signis huiusmodi certā fore fidem, sed probabilem solum atque æstimatam: quoniam vt ait Hip. 2. partic. apho. Acutoꝝ morborum non omnino certæ sunt pronuntiationes, neq; sanitatis, neq; mortis. Signa igitur prognostica in feb. putri. in communi sumpta ab actione læsa, sunt in genere tria bona, & totidem mala eis opposita: quoniā aut trahuntur ab actione læsa virtutis animalis: sic vt sunt omnia signa significantia ablationem, vel diminutionem, vel corruptionem sensus & motus volūtarij super corpus totum: & hæc quidem sunt septem numero bona, & totidem mala eis opposita. Primū est confortatio mentis interioris secundū discretionem, & imaginationē, & locutionē, & memoriā perfectā: similiter & claritas sensuum exterioꝝ sine errore circa sua sensibilia propria. Secundū est somnus naturalis vel consuetus tēpore sanitatis secundū quantū & quale, & hora diei & noctis sine stupore, vł læsione post ipsum. Vnde Hip. 2. par. apho. In q̃ morbo somnus laborem pręstat, mortale. Et subdit in proximo: vbi somnus desipientiam sedat, bonū: vbi vero præstat, mortale. Tertium est decubitus ægri super alterum laterum non super dorsum, nisi quandoque propter consuetudinem, vel lecti declinationem. Quartum est mobilitas facilis & leuitas corporis totius atque laterum, cum se reuoluit de latere super latus. Quintum est absentia sapoꝝ alienorum apud gustum sine causa manifesta, vel eorum præsentia debilis vel diminuta. Sextum est fortitudo capitis, ita vt neq; dolorem sentiat, neq; angustiam omnino vel paucam. Septimum est fortitudo virtutis expulsiuæ cerebri sup omnia sua emunctoria, & proprie cum sternutatione temperata. Si autem signa trahantur ab actione læsa virtutis vitalis: sic fiunt quatuor salubria, & totidem mala eis opposita. Primum est pulsus magnus, fortis, ordinatus cum spissitudine moderata: quoniam fortitudinē virtutis certificat: similiter & diastole maior, q̃ systole, & tempus quietis post diastolen: quoniam caloris feb. declinationem significat confidenter: sicut apparet in finibus paroxysmorum feb. interpollatarum. Secundum est anhelitus ordinatus facilis non intersectus ex suspirijs vel asthmate vel orthopnoia. Tertium est trāquillitas cordis in suo motu, ita vt neque saltet, neque tremat, neque cadat. Quartum est pulmonis & cannæ facilitas, ita vt neq; tussi, neque siti mendosa, neq; caumate affligantur, neq; vocis generent sonum maiorem, vel minorem solito. Si vero signa trahantur ab actione læsa virtutis naturalis, sunt septem numero bona, atq; vitalia, & totidem mala eis opposita. Primum est bonitas appetitus ad cibum debitum vel consuetū secundum substātiam, & quantitatem, & qualitatem, & numerum, & ordinē, atq; horam sumptionis. Secundum est paucitas sitis, & desyderium ad motus naturales debitos, & cōsuetos. Tertium est absentia inflationis, & rugitus & an-

gustiæ circa ventrem post cibum assum ptum: quoniam fortitudinem virtutis digestiuæ stomachi significat. Quartum est absentia doloris pungitiui vel grauatiui in alterutro hypochondriorum: quoniam fortitudinē virtutis digestiuæ epatis & splenis significat. Quintum est expulsio superfluitatum primæ & secundę digestionis debita vel consueta secundū quantitatem & substantiam cibo proportionatam, & secundum qualitatem materiæ congruentem, & secundum horam naturæ & consuetudinis conuenientem. Sextum est titillatio virgæ & testiculorum ad coitum: quoniā significat virtutem gignitiuam in eis nōdum fore sopitam, quæ est melior significationum. Septimum est priuatio sensationis malæ circa musculos, q sunt in ambitu totius corporis: velut horripilatiōis, vl' rigoris, aut tremoris, aut ardoris, aut pūctionis: nisi fortassis aliquod talium acciderit vi naturæ pugnantis contra morbum: sicut fit in principio paroxysmorum febrium interpollatarum & in crisibus feb. acutarum: quoniam bonitatem significat sensus naturalis. Signa vero prognostica generalia in feb. putridis tracta a qualitate corporis permutata, sunt tria in gñe: qm̄ aut trahuntur a colore, aut a calore, vel frigore, aut ab habitudine. Si quidē a colore, sic sunt duo numero bona, & totidē mala eis opposita. Primum est, color faciei debitus & consuetus, ita vt neq; liuore neq; pallore, neq; rigore, neq; rubore, neq; squalore, neq; vario colore sit mutatus propter ægritudinē, & proprie infra 3. dies a principio ægritudinis, sed sicut color sanorum, vel similis colori sanoꝶ. Secundū est, vt icteritia vl' citrina vel nigra non superueniat, nisi forte post septē dies, & antecedentibus signis digestionis perfectæ, & virtute cōstante. Vnde Hippocrates quarta particula aphorismoꝶ: Icteritia si superuenerit ante septimum diem, malum. Istud tamen dictum Hippocratis pertractione indiget: vt ostendimus cap. de icteritia lib. primo. Si vero trahātur a calore vel frigore sic sunt duo signa bona, & totidem mala eis opposita. Primum est, vt calor sit æqualis super corpus vniuersum, neq; extrema frigeāt, & viscera adurantur: quoniam quanto extrema calidiora fuerint cum signis bonis aliis, tāto foret amplior spes salutis. Vnde Hippocra. quarta partic. aphorismorum. In non deficientibus febribus, si quidem quæ extra, fuerint frigida, quæ vero intus, ardeant, & sitim habeāt, mortale. Et ratio est, quoniam proprium est calori putrido moueri a centro ad circunferentiam in mixto, cum non fuerit prohibens aliquod: vt est apostema magnū in corporis profundo. Secundum est, vt rigor vel tremor non superueniat, & proprie in feb. acutis, nisi fortassis post signa digestionis, & in die cretica, quam præcessit dies sua indicatiua cum sudore lento & cum virtutis constantia, quæ cum simul fuerint: crisim significant ad salutem. In aliis vero mortem festinam ex effrenitate materiæ, vel morbi longitudinem ex grossitie atq; multitudine materiæ demonstrant. Vnde Hippoc. quarta particula. apho. Si rigor inciderit feb. non deficiente, iam debili existente virtute, mortale, intelligens hoc de crisi symptomatica. sed tamē in 1. apho. eiusdem particulæ ait. A causone habito rigore superueniente, solutio fit, intellexit hoc de crisi naturali. Si autem trahantur signa hæc ab habitudine corpis, sic sunt signa quatuor numero bona, & totidem mala eis opposita, quæ ponit Hip. primo prognostic. Primum est, dispositio faciei, vt scilicet sit facies similis sanoꝶ, neq; sit facies similis cadauerum mortuoꝶ, quæ facies tornatilis nuncupatᵣ: cuius hæc est dispositio, vt statim a principio fe. & proprie infra tres dies, fiāt oculi concaui, lipposi,

qui lumen videre perhorrescunt, & sint inæquales, vtpote vnus maior & eminē tior altero, vel sint inuersi, ita vt sola eorum alba videantur, vel sint tremuli, lachrymosi, vel fixi, cōgelati, & tempora sint, velut lamina ferrea, & aures frigidæ, & earū pulpæ abbreuiatæ, & nares acutæ eminentes atq; porrectæ cum angustia foraminum suorum, & frons arida, tensa, velut corium torrefactum ad ignē, quod nullatenus rugas habet, neq; plicatur, neq; redit in situm proprium subito, si trahatur, & mentum longum, & genæ prominētes propter consumptionē maxillarum, & os amplum & curuatū cum distorsione labiorum, & assiduitas anhelandi per os, non per nares: Hæc em̄ omnia, similiter & extenuatio corporis totius subita præter debitum vel consuetum mortem propinquam significāt ex feb. fortitudine corpus & virtutem marismante, & proprie, si causa non antecesserit primitiua. Verbi gratia: Vigiliæ assiduæ, sudor plurimus, fluxus vētris superfluus, ieiunium cum prostratione appetitus, & similia: quoniam in eis minor cadit timor, q̄ ex feb. Secundum est habitudo corporis totius, vt scilicet sit corpus totū molle, tractabile, flexibile, neq; sit vēter inanitus, velut vesica vacua, neq; crura rigeāt, velut lapis aut lignum: qm̄ talis est dispositio cadaueris, cum infrigidatur. Vnde Hip.2. parti. apho. In oibus morbis, ea quæ circa vmbilicum & pectinē spissitudinē habere melius est &c. Veruntamen oportet, vt corpus ex feb. extenuetur magis vel minus, prout feb. maior vł minor fuerit, & corpus rarū, incompactū. Quapropter ait Hip.2. part. apho. Febricantibus non omnino in superficie permanere, vel nihil minuere corpus, aut contabescere magis eo, quod fit secundum rationem, malum: hoc em̄ longitudinē ægritudinis, hoc vero imbecillitatem virtutis significat. Tertium est, habitudo testiculorum in viris, & mamillarum in mulieribus, vt non sint dilatata, mollia, pendētia, neq; sint arefacta, corrugata: quoniam consumptionem humiditatum radicalium demonstrant. Quartum est, habitudo iuncturarum & membrorum articularium, vt sint leuia, flexibilia ante & retro, neq; rigeant, velut in tetano: neq; recurrētur, velut in spasmo. Vnde Hippo.2. parti. apho. Feb. in spasmo melius est, q̄ spasmum in feb. Signa autem tracta ab exeuntibus mutatis, licet sumantur a septem, quæ sunt sudor, vrina, sputum, egestio, & fluxus mēstruorum, & fluxus sang. narium, atq; vomitus: Nos tamen de sudore & vrina solum loquimur præsenti sermone: quoniā de sputo diximus cap. de pleuresi. de egestione vero capitulo de fluxu ventris: & sic alia etiam suis capitulis proprijs diximus. Sudor igit̄ si superuenerit in die creticā, & post signa digestionis, & fuerit neq; ardēs, neq; frigidus, neq; subtilis imbibitus, neq; viscosus fluens (sicut oleū) neque modo appareat, modo delitescat: neq; in quadam parte corporis accidat, & in quadam parte non, sed fuerit copiosus, assiduus, æqualis per totum, quē bene sufferre potest virtus ægri, neq; fuerit fœtidus magis solito vel debito: omnia ista bonū significant, contraria vero malum. Sudor circa caput solum exiens, debilitatem significat cerebri: & si circa pectus & thoracem acciderit, oppressionē significat cordis: si vero circa mirach vētris & hypochondria se tenuerit, debilitatem virtutis, atq; multitudinem materię significat circa membra nutritiua. Vnde Hippo.4. part. apho. Vbi sudor in corpore, illic ægritudinem demōstrat. Est ergo malus sudor, si fuerit circa vētrem solum: peior vero, si circa pectus solū: sed pessimus omnium atq; mortalis, si circa tempora atq; frōtem. Sudor præterea frigidus timēdus est, ex multitudine & gros

sitie materiæ, & morbi longitudine, quā significat. Sudor calidus timendus est, ex furore materiæ, & virtutis subita suffocatione. Vnde Hippo. 4. parti. apho. Sudor multus, calidus & frigidus, superfluens, frigidus maiorem, calidus minorem significat ægritudinem. Item sudor frigigus generaliter in omni feb. malus est, atque timendus: quoniam aut caloris naturalis extinctionē, aut materiæ signat multitudinem. Vnde Hip. 4. parti. apho. Frigidi sudores cum feb. quidem acuta mortem, cum molliori vero longitudinē ægritudinis significant. Vrina si statim a principio infra primos tres dies incipiat apparere digesta, & de die in diē eius digestio augmentetur, atq; perseueret cū constantia virtutis, salubre. Dicitur autē digesta ex signis quatuor: primo quidem ex substātia temperata inter grossum & subtile: secundo ex colore temperato, scilicet citrino vel ru. claro: tertio ex quantitate proportionata materiæ & diætæ: quarto ex cōtentis, quę sunt tria, scilicet, nebula pendens in superficie, quæ inchoatam digestionē significat: & nubes natans in medio, quæ augmentum digestionis signat: similiter & hypostas. alba, lenis, æqualis in fundo residēs, in figuram pyramidis ascendens, quæ vere significat complementum digestionis. Vrina cruda & indigesta velut alba lactea vel karopos vl' palearis, & cuius cruditas de die in diem augmentatur: neq; cibi, neq; remedia rationabiliter exhibita proficiunt ad producēdum digestionem, vel cōformādum virtutem, mortem signat affutur. Vrina quæ diuersificatur in digestione secundum se, vel secūdum tempora, morbi malitiam & materiæ diuersitatem, & virtutis angustiam demōstrat. Verbi gratia: si sit digesta secundū substantiam, sed non secundum cōtenta: vel sit digesta secundum calorem, sed non secundum suam substantiam; vel si modo digesta fuerit, modo cruda redierit alternatim. Vrina diuersicolor: verbi gratia: rubens inferius, liuens superius, aut cōuerso hæterogeneam materiam, & virtutis angustiam demonstrat: quare si pars vrinæ superior, peior apparuerit, frenesim vel lethargiā, vel subeth ex feb. minatur. Si vero pars inferior, deterior euenerit, nefresim, vel icteritiam, vl' epatis & splenis duritiem promittit. Si vero pars media, cordis minatur suffocationem. Vrina viridis spasmum de inanitione, & mortem ex adustione significat. Vrina nigra in feb. putridis secundū substantiā vel contenta, mortem ex adustione significat, & proprie, si præcesserit eam viridis. Quod si liuida antecesserit, mortem ex congelatione, & caloris naturalis extinctione demonstrat. Et quanto magis nigredo descēderit ad fundum vrinalis, eo magis malū pronūtiabit: vt di. Galen. 2. de crisi. Est tamen frequenter cum in feb. putrid. & proprie melancholicis, vrina nigra expulsionem naturalē significat & salutē, tunc scilicet cum euenerit post signa digestionis, & cum alleuiatione virtutis ex ipsa quaq; die, & fuerit plurima perdurans, neq; delitescat subito post eius apparitionem. Caue præterea in feb. putrid. vt di. Hippo. 2. progno. ne renum, vel splenis, vl' vesicæ vitio capiaris, attribuens feb. quod est aliorum. Est nanq; cū in fe. egreditur per accidēs vrina nigra, vitio renum vel splenis vel matricis, cum eorū oppilatio tollitur per naturam. Et est cum in fe. apparet vrina lactea vesicæ vitio. Distingue ergo vrinam albam ex fœtore & contento albo, squamoso residente in fundo vasis, velut furfures super cutē. Vrinam vero nigrā ex sensatione doloris circa renes vel hypochondrium sinistrū, vel sumē ventris: quoniā talia non sunt proprie in feb. Et ex melioribus significationibus est, quas patiens refert super cōsuetudine tales vri

nas faciendi periodice, vel assidue. Ex signis igitur huiusmodi prognosticare possumus in feb. putrida quacunq;, mortem vel salutem: verum si diem & horā mortis vel salutis præscire volueris, ad signa prognostica, quę dicemus in crisibus, erit recurrendum. Quoniam vt ait Gal. 3. de crisi. solius ægritudinis diem & horam est scire possibile, cui⁹ est vera crisis. Hęc igitur de fe. putrid. in generali dicta sufficiant, quæ necesse est, vt omnia vel plurima in illius mente resideant assidue, qui ipsas curare methodo, vl' in ipsis prognosticare rationabiliter attentat.

De febre sanguinea. Cap. VI.



Ebris ex sanguine non est fieri possibilis interpollata, sed tantum continua: quoniam sanguis non remanet sub propria forma, nisi cū est intra venas: & ilico cum venas exierit in stomachum vel intestina vel spongiositatem membrorum, necesse est vt in virus & saniem conuertatur: vt dicit Hippo. sexta particula aphoris. quod totum accidit ex temperamento suæ complexionis, & debita habitudine suæ compositionis: quemadmodum apparet in lacte & spermate. Hæc feb. non complicatur cum feb. alia, vel non manifeste. Quod quidem accidit propter multitudinem sanguinis in corpore nostro sup hu mores omnes. Connumeratur præterea hæc fe. inter feb. continuas acutas valde, quas Gal. arsiuas, vel conclusas appellauit. Auic. vero peracutas vel perperacutas: & sunt fe. quæ terminātur in quarta, vel. 7. die, vel ad plus 14. quod tēpus nulla fe. peracuta potest trāsire, siue sit mortalis, siue salubris: propter quod ait Hip. 2. partic. apho. Acutæ ægritudines in 14. diebus terminantur. Est autem feb. sanguinea duarum specierum: quoniam vel sanguis peccat in quanto: quare cum sit per naturam calidus. feb. inducet, quæ dicit synocha inflatiua: Vel peccat in quali: quare cū a natura nō regit, putrescit, et feb. efficit, quæ synochus appellatur. Vnde versus: Synocha de multo, sed synochus ex putrefacto. Non potuit autē hæc diuersitas in alijs humoribus reperiri: qm̄ neq; sunt in corpe plurimi, neq; benigni, velut san. propter quod Gal. 9. de ingeñ. sanitatis. Hanc feb. mediam inter febres putridas, & effimeras ordinauit. Hæc etiam feb. siue sit inflatiua, siue putrida tres habet species. Vnā quidem, quæ statim cum incipit, acuitur assidue: quoniā in ea plus reperitur putrefactionis, q̄ resolutionis: & ista acmastica appellat. Aliā vero, quæ econuerso procedit: quoniam statim a principio de die in diem mitigatur, cum in ea plus resolutionis, q̄ putrefactionis reperiatur: & hæc peracmastica dicitur. Tertiam vero mediā inter istas, scilicet quæ semper affligit æqualiter, quasi sit semper in statu: & hæc homotenus nuncupatur. Neq; potest ista diuersitas in humoribus alijs reperiri: quoniam illud vel subtilitas, vel grossities, vel viscositas, vel modicitas impedit. Signa feb. de sanguine in communi sunt: quoniam ipsa non accidit corporibus macris frigidis per naturam, vel regimen, vel ætatem, vt ait Galenus nono de ingenio sanitatis: quapropter non accidit senibus, vel melancholicis, sed sanguineis carnosis rubicundis per naturam, atque adolescentibus vel iuuenibus perfectis. Quod si corporibus flegmaticis vel cholericis acciderit: fit hoc ex antecessione otij & quietis, & somni plurimi, & ciborum sanguinem multiplicantium: vt sunt proprie vinum, & carnes laudabiles: quare cum post ista neglexerint exercitia, vel balnea consueta, vel euacuationes cum flebotomia, surgit febris. Et ad hoc disponit plurimum pororum densitas, velut in corpore musculoso, denso,

compacto, puræ carnis aqud tactum: similiter & pororum oppilatio ex balneis stypticis, vel vnguentis prohibentibus inspirationem. Significant autem hanc feb. in communi vrina rubea grossa, & facies rubea cum inflammatione maxillarum, & imaginatione rerum rubearum: & pulsus magnus, latus, longus, fortis, velox, atque spissus: & dolor capitis fortis, grauis, pulsatiuus, cum instãtia vigiliarum assidua: & sitis intẽsa cum dulcedine saliuæ sine causa manifesta: similiter & grauitas plurima corporis totius: ita vt anhelitus fiat strictus, velut præfocati: & est eius caliditas vehemens, velut in causone, sed est cũ humiditate. Signa vero propria distinctiua inter synocham & synochum sunt quatuor: quorum primum est: quoniam in synocha inflatiua apparet vrina rubea, clara, grossa non confusa: In synocho vero putredo fœtida, confusa propter humoris ebulitionẽ. Secundum vero, quoniam in synocha sentitur pulsus ordinatus, & æqualis: In synocho vero diuersus, & inordinatus: quoniam in eo virtus magis fatigatur: & in synocho systole est maior, quàm diastole: cuius contrarium reperies in synocha inflatiua: & similiter fiet apud anhelitum. Tertium vero: quoniam in synocha sentitur ad tactum calor corporis vaporosus, suauis: in synocho mordax, durus, acutus propter fumos putridos capnios. Quartum vero: quoniam synocha non habet periodicationes diurnas: quoniam ipsa est febris non proportionata ad materiam: Synochus vero exacerbatur de tertio in tertium: quoniam sanguis cum putruerit, similitudinem choleræ assumit: vt dicit Galenus loco supradicto. Et duo quidem vltima sunt certa, quæ non faciunt errare. Potest autem & quintum addi, quod est: quoniam vt plurimum synocha incipit calida sine tremore & rigore, synochus vero cum rigore: quemadmodum & aliæ febres pũtridæ: quod quidem accidit propter vapores putridos dispersos super musculos, q sunt in ambitu totius corporis.

Methodus. Cura vtriusque febrium sanguinearum, vna fere est atq; eadem: vt docet Galenus nono de ingenio sanitatis, similiter & Auicenna capitulo pręsenti: quorum doctrinam assequimur pro posse. Cum igitur hanc febrem primo cognoueris: fac ilico flebotomiam basilicæ dextrę, vel simul vtriusque cum incisione larga, siue fuerit in die, siue in nocte. Neq; refert an in principio vel augmento vel statu illud facias, si prius non fueris vocatus: quoniam a prima die vsque ad septimam potest in hac febre fieri flebotomia, in qua quidẽ tantum de sanguine subtrahatur, siue per assiduationem hora vna, siue per secundationem horis diuersis, donec æger ad syncopim conuertatur: si tamen virtus & ætas consenserint, & proprie in corpore compacto & robusto: veruntamen oportet, vt magis vicinemur syncopi in synocha inflatiua, quàm in synocho: quoniam in ea virtus magis fortis est, & citius per flebotomiam exoneratur, quàm in putrida, in qua sanguis dupliciter peccat. Oportet etiam, vt stomachus sit vacuus a cibo, ne forte crudus rapiatur ad venas per flebotomiam. Vnde confortetur os stomachi, & virtus cordis cum mica panis lota pluries in aqua frigida, vel infusa in succo agrestæ, vel berberis, vel granatorum: quoniam hic cibus refrigerat & a syncopi præseruat, si non est: vel ipsam abbreuiat & alleuiat, si est. Demum quiescat, & dormiat super lectum suum in aëre frigido per se, vel infrigidato cum aqua rosace, vel folijs recentibus populi, vel salicis, atque vitis albæ. Et si per solam flebotomiam corpus extenuatum

fuerit, bene erit: quoniam significat feb. esse curatã: quare regatur cum succo ordei, vel auenæ, & potu iulep, & alienatione rerum calidarum, donec ad perfectã sanitatẽ redierit. Si vero flebotomia prædicta non suffecerit, vel quia virtus ægri ipsam fieri non permittit, vel quia pusillanimus fuisti aut æger: quia febris est maligna, quod scies ex calore forti corporis & saltu atque tremore cordis, adustione linguæ, & siti intẽsa: tũc da in potu aquã frigidam: sed non paucam, ne forte cito inflammetur in stomacho, & febrem augmẽtet, sed plurimam valde, tantam scilicet quantam æger desiderat, vel tolerare queat, donec facies liuescat, & oris labia tremant, & totum corpus infrigidetur: quoniam in hac feb. non cadit timor incrudationis materiæ cum sanguis sit humor temperatus in substantia, in quo nõ expectatur digestio, nisi pauca, & proprie in synocho putrescente: vt dicũt Gal. & Auicen. locis supradictis. Veruntamen si acciderit incrudatio, & morbi prolongatio, atque eius permutatio in febrẽ flegmaticã, ita vt & permutandum foret regimen feb. sanguineæ in regimen febr. ex flegmate cum digestionibus & euacuationibus & diæta calida: illud tamẽ minus foret malum, quam ægrum subito suffocari, vel eius venas crepari: quoniã melius est aliq̃d malũ ægris inferre, quã sinere eos in mortẽ cadere: vt dicit Gale. 9. de ingenio sanitatis: loquẽs de cura huius febris: quapropter & Ras. in diuisionibus cap. præsenti, ait, quod per huiusmod viam incrudationis materiæ cum potu aquæ frigidæ, & post hoc cõuersiõis regiminis ad febrẽ flegmaticã, plurima gens est per me curata. Et licet huiusmodi potus aquæ frigidæ, similiter et flebotomia fortis supradicta corpus sanum interficerẽt: huiusmodi tamẽ corpus alleuiant: & cõfortant: quẽadmodum & ieiunium triduanum in febre peracuta. In potu tamẽ aquæ frigidæ tres sunt conditiones attendendæ. Prima est, vt materia sit digesta, si fiat in synocho putrescẽte: quare nõ detur in principio, sed in augmento digesta iam materia cum oxyzaccaro, si fuerit imbibita: vel cum syrupo acetoso, si fuerit grossa viscosa, præmissa tamen minoratione eius in principio cum flebotomia forti supradicta. Secunda vero, vt nõ sit apostema in aliquo viscerum: quoniam eius maturationem impediet, nisi fortassis foret cholericũ purum, quod raro est. Tertia vero, ne stomachus & diafragma sint debilia per naturã, & proprie in corpore macro: quoniam forrassis ex eo spasmarẽtur, & accideret malitia anhelitus, & spasmus vniuersalis corporis totius, & demum suffocatio: quare necesse videtur, vt ægrum interroges, si consuetus sit in potu aquæ frigidæ tempore sanitatis, similiter & cibus frigidis acetosis regatur vsque ad sanitatem perfectam.

Emperica. Communiter operantes nõ faciunt flebotomiam vsque syncopin, sed flebotomiam satis fortẽ, vel secundationes tres tribus diebus continuis a principio: Et si virtus ægri sit debilis per naturam, vel ex timore flebotomię: sicut quibusdam accidere consueuit apud omnem flebotomiã videlicet, vt syncopisent: tunc ante flebotomiam dãt aliquid ex mica panis infusa in aqua frigida, & vino põtico, vel aceto simul mixtis: quoniã præseruat eos a syncopi, os stomachi confortando, & cordis feruorẽ reprimendo. Quod si adhuc flebotomiæ secundationem perhorruerint, faciũt scarificatiões profundas. Primo quidem in pulpis crurum. Secundo in natibus: & tertio in spatulis, donec sanguis minoretur, & assidue cum flebotomia: & post frigidam aquam tribuunt in potu per se vel mixtam cum aceto. Cum huiusmodi igitur regimine flebotomiæ, & potu aquæ frigidæ, & cibis acetosis, atque diæta tenui

regant eos vsq; ad horam status, & crisim: quod quidẽ tẽpus in synocha inflatiua est dies quarta (vt plurimũ) vl' quinta. In synocho vero putrido dies septima vel vndecima, vel ad plus decimaquarta. Consueuit nanq; pluribus superuenire hora illa sudor creticus, vl' fluxus sanguinis narium materiã febris eradicãs perfecte: quibusdam vero sola superuenit resolutio materiæ insensibilis paulatina, et proprie, cum antecessit euacuatio fortis supradicta. Medicina præterea lenitiua ventris, & sanguinis mundificatiua est melior in hac febre ex cassiafistula, tamarind. & mãna dissolutis in aqua feruẽti decoctionis prunorum siccorũ: sed non fiat euacuatio cum acutis: quoniam feb. & eius causam redderẽt furiosam. Medicinæ vero confortatiuæ per interius sunt trochisci de cãphora & spodio, dicti supra, & zuccarum rosaciũ, & violaciũ, diaprunis, triasandal. diarodon abbatis: ex quibus detur in aurora cum aqua frigida, & meridie & sero cũ itur ad lectũ. Medicinæ vero cõfortatiuæ per exterius sunt epithymata frigida posita super cor epar & tẽpora ex aqua rosacea, & aceto, vel succo solatri & semperuiuę, postq̃ in eis puluis ro. sandal. antheræ, camphoræ fuerit dissolutus. Accidentia præterea feb. hanc consequẽtia, & proprie fortia, quæ ad se curam trahũt, sunt duo, scilicet sitis, & vigiliæ, de quibus diximus lib. I.

Canones. Excusamur quandoq; a potu aquæ frigidæ, tunc scilicet cum in ea corpus non est consuetum, & est ratum laxum, non valde carnosum, & proprie cum antecesserit flebotomia fortis supradicta, quam ilico cõsequitur fe. extinctio, & virtutis exoneratio. Excusamur etiam quandoq; a flebotomia plurima, cũ scilicet corpus ipsam abhorruerit, & potus aquæ frigidæ sibi fuerit delectabilis consuetus. Excusamur præterea quandoq; ab vtrisq;, scilicet flebotomia, & potu aquæ frigidæ, vt vel oĩno non fiant a medico, vel parumper, tunc scilicet cum natura per se materiam eduxerit & feb. fugauerit in toto, vel in parte: quod quidem fit per aliquam quatuor regionum, quæ sunt fluxus san. narium, fluxus plurimus ventris sanguineus, mictus san. copiosus, & sudor vniuersalis corporis totius: de q̃ quidẽ sudore in hac feb. refert Gal. 5. de accidenti & morbo, similiter Aristotel. in lib. de animalibus: q; est visus in quibusdam corporibus, velut sanguis aquosus, & proprie in corporibus raris, quorum pori, & ora venarũ sunt larga, & sang. subtilis aquosus. Dubitatio pręterea difficilis cadit inter medicos de flebotomia forti supradicta in hac feb. quoniam Gal. Ras. & Auic. in præsenti capit. præcipiunt ipsam vsq; ad syncopim fieri, sed Auer. 7. colliget. fortissimis rationibus refutat: quoniam neque natura facit crisim vsq; ad syncopim, nisi symptomaticam & mortalem, quam ars imitat, cum rationabiliter processerit: neq; decet medicum virtutem naturalem deijcere, sed potius cõfortare: cum sit eius custos: neque fiendus est a medico actus curatiuus, in quo plus cadit timoris & nocumenti, q̃ salutis & iuuamẽti. Timor nanq; redundat ad inglorationẽ medici: nocumentum vero ad perniciem ægrotantis. Sanguis præterea cum fuerit ex flebotomia fortiter minoratus, eradicabitur faciliter per naturam: quemadmodũ accidit & in causone, in quo quidem non eradicamus statim totam choleram a principio, sed ipsam solummodo minoramus committentes residuum operi naturæ. Simliter & in fe. de flegmate, vel de melancholia: verum cum non sit possibile rationibus necessarijs contra dicere, neque credere autoritates principis medicorum omnino fore falsas, dicamus quoniam eorum discordia cadit super solo verbo. Noluit enim Gal. flebotо

miam supradictam fieri vsq; ad syncopim inanitionis: queadmodum fit in crisibus malignis: sed ad syncopim permutationis. Omnis nanq; permutatio cum fortis fuerit et subita, virtutem debilitat: quoniam vt di. Hippo. 2. partic. aphoris. secundum multum & repente euacuare, aut replere &c. Quod si permutatio fuerit ad bonum ab inconuenienti ad conueniens, debilitatur quidē virtus hora breui, sed post hoc ilico fortior, atq; exonerata resurget. Si vero fuerit ad malū, quēadmodū a conuenienti ad inconueniens, debilitatur virtus hora illa, similiter & post ipsam. Voluit ergo dicere Galeñ. q̄ debeat fieri flebotomia vsq; ad syncopim, idem vsq; ad euacuationem plurimam, ex qua corpus sanum syncopisaret propter inanitionem: illud corpus tamen syncopisat tātum propter subitam mutationem: & aliam solutionem diximus capitulo de syncopi.

Prognosticatio. Synocha inflatiua minoris est timoris, q̄ synocha putrescēs: quoniam peccatum duplex fortius est se solo. Itē synocha inflatiua (vt plurimum) terminat̄ in die quarta, vel quinta vel ad plus in septima vel ad bonum vel ad malum. Synochus vero in septima vel 11. vel ad plus in 14. si non fuerit erratum super ægro, neq; materia incrudata fuerit ex potu aquæ frigidæ: quoniam tunc potest durare vsq; ad 40. dies, vel plures: quēadmodum in feb. flegmaticis chronizañ. Item si statim a principio supueniat fluxus sanguinis narium plurimus, vel sudor copiosus, vel alia euacuatio sensibilis vna vel plures simul, constante virtute, salutem significat, & crisim perfectam. Si vero sanguis niger, paucus exierit, vel si lucidus, subtilis exierit, qui restringi non potest, arteriȩ rupturam, & crisim symptomaticam significat superfluam vel diminutam, & per consequens mortem festinam. Quod si talia apparuerint die quarta, crisim bonam vel malam significat in septima: si vero in vndecima, crisim in quartadecima promittit. Item si statim a principio virtus debilitetur, neq; remedia rationabiliter exhibita contulerint de die in die, & vrina confundatur, & pulsus diuersificetur, & calor augmentetur, & cor tremat, neq; sitis extinguatur, & lingua denigretur: mortale. Item si pustulæ nigræ vel liuidæ exeūt a corpore, mortale: si vero rubeæ, salubre, & proprie virtute alleuiata per ipsas, prout dicemus ca. de variolis & morbillis. Item asthma si perdurauerit cum dispositione præfocatiua, & facie adusta, mortale. Item feb. sang. est a tota sua specie timorosa: quoniā est fe. peracuta, vel perperacuta, quarū velox atq; fortis est crisis: quapropter in eis volens prognosticare, necesse est, vt omi hora ægro assistat: ne forte propter illarum motū subitū medici iudiciū pturbēt: vt di. Ra. i almā. Itē signa prognostica cōia di. ca. de fe. pu. in gñali psentib⁹ sublimiter suffragāt̄: qm̄ scire faciūt futurā mortē vel salutē. Quod si diē certā pscire volueris, ad capitulū quartū tractat⁹ de crisibus erit recurrendū. Itē di. Auic. psenti ca. q̄ si in vētre fuerit sonus & rugitus cū pulsatione venarū & angustia, mortale: qm̄ vl' sanguinis ebullitionem maximā in vena kili & arteria adorti significat, transeuntibus interius super dorsum, vel apostema magnū cōfirmatum. Item inter huismodi feb. species acmastica est omnium periculosior, peracmastica securior, sed homotenus est medius ipsorū.

¶De febre cholerica interpollata. Cap. VII.

HOc genus fe. fit ex cholera rubea putrescente in stomacho vel intestinis, seu alio loco corporis extra venas: quoniam ebullitio choleræ putrescentis obseruat periodum de tertio die

in tertium, ita scilicet vt die vna qescat, & altera bulliat: propterea quòd cholera vna qualitate præparāte ad putredinem participat, quæ est caliditas: & altera prohibente putredinem, quæ est siccitas: idcirco febris tertiana nominatur. Est autem duorum modorum, qui sunt pura et non pura: pura quidem, cum eius materia est cholera rub. cui nihil aliorū humorum fuerit permixtum: Non pura, cui aliquid flegmatis, vel melancholiæ sit admixtum: quare tertiana notha id est adulterina nuncupatur. Signa tertianæ puræ sunt, q̄ incipit eius paroxysmus cum rigore simili puncturæ acus, & non est in ea frigus vehemens, neque pulsus valde paruus, neque concutiuntur dentes in ea, sed est frigus remissum in qualitate, & breui duratione, ita vt festinet ad augmētum: quare tunc festinat inflāmatio, & magnificat̄ pulsus, & fit velox, spissus, non diuersus valde, sed fortis, ordinatus, similiter & anhelitus: deinde apud statū fit vehemens caliditas, & sitis & angustia, ita vt quādoq; accidat alienatio, & soda pulsatiua fortis: et sentit manus tangentis calorem siccum mordicantem. Et tempus quidem augmenti, vel status excedit valde tempus principij: quoniā in ea frigus est transiens, calor vero perdurans. In declinatione vero paroxysmi eleuatur sudor plurimus subtilis vniuersalis totius corporis. Et fit quandoq; vomitus rei liquidæ citrinæ subtilis vel viridis amaræ, similiter & egestio: quare minoratur pulsus, & fit rarus: & magnificatur systole, & euaporat calor putridus a centro corporis ad extrema: & sic terminatur paroxysmus: & spacium paroxysmi est ad plus duodecim horarum naturalium: verum (quod vt plurimum accidit) est, vt sit eius paroxysmus octo horarum, & affligit apud meridiem: & est vrina subtilis, citrina vehementer: & lingua nigra, adusta, & os amarum sine causa manifesta: & si fuerit corporis habitudo, et ætas, et tempus anni cholerica: similiter & regimen antecedens, & multiplicatio caloris feb. in corporibus: verior erit tua significatio. Signa tertianæ nothæ, sunt refectio, atque obscuritas omnium accidentium prædictorum cum elongatione paroxysmi, & proprie apud eius principium.

Methodus. Cura tertianæ puræ est, vt dicit Ras. in almā. vt statim cum feb. cognoueris: euacues materiam solutione minoratiua cum cassiafistula, māna, tamarind. dissolutis in aqua decoctionis prunorum, et viol. sed non in die paroxysmi: deinde digerat̄ materia omni die cum syrupo acetoso simplici, vel ozyzaccaro dando in aurora vncias duas cum aqua plurima frigida, vel cū aqua prædicta per tres vel quatuor paroxysmos. Et cum vrinā videris perfecte digestam, euacuetur materia solutione eradicatiua, cum stomatico laxatiuo, vel cum electuario de succo ros. vel cum ʒ. ʒ. reubarbari optimi puluerisati & commixti cū solutione minoratiua prędicta. Nutriatur ex mica panis lota in aqua frigida, & post hoc imbibita in vino granatorum, vel ex pultibus ordei vel auenæ conditis cum lacte amygdalarum dulcium, vel ex lactuca portulaca, bleta, spinarcha, cucurbita, coctis, & cōditis cum aceto, aut ex carnibus laudabilibus coctis cum eisdem. Vtatur pro sapore succo granatorum, vel berberis, vel trifolij, vel acetosæ. Bibat aquam frigidam, vel aquam decoctionis prunorum siccorum aut ordei. Confortetur hora, qua non sumit cibum cum zuccaro ros. vel syrupo ros. si venter sit obediens: vel cum zuccaro viol. vel syrupo violato, si venter fuerit cōstypatus: Et leniat̄ cū suppositorio vel clysteri: & sit totū studiū tuum in extinctiōe caloris cū rebus frigidis & humidis: qm̄ conueniunt materiæ & dispo-

sitioni: nisi fortassis apostema in visceribus, seu oppilatio illud prohibeat. Et voluit quidem Auic. ca. praesenti, vt statim a principio istius fe. vsq; ad tres paroxysmos fieret flebotomia de basilica dextra: quoniam materiam diminuit, & reprimit calorem. Verum in hoc cadit timor furoris cholerae, cum extrahitur eius frenum, similiter & raptus ipsius ad interiora venarum vi vacui trahentis: quare ex fe. interpollata fieret continua, quae est permutatio maligna. Quod si corpus fuerit sanguineum robustũ, flebotomiã non abhorremus, quoniam est conferens quodammodo in principio om̃is feb. vt ostendimus de cura feb. putridae in generali, cap. de methodo. Cura tertianae nothae ẽ, vt a principio ad tres paroxysmos fiat minoratio materiae cum flebotomia basilicae, vel cũ aqua medicinarũ praed. cui ℥. 1. turbith. pul. & ℥. ß. zinzibe. sint commixta: Deinde digeratur residuum materiae cũ syrupo acetoso, & oxymelle simul mixtis, & cum aqua calida bibitis in aurora: Post septem vero paroxysmos vel nouem, et cum vrinam videris digestam, eradicetur materia cum hiera picra Gal. vel benedicta laxatiua. Alijs vero diebus, & proprie si venter sit constypatus, leniatur ante paroxysmum cũ suppositorio vel clysteri: prout diximus capitulo de stypticitate ventris. Nutriaẽ aqua decoctionis cicerum vel pisorum, vel iuribus pullorum alteratis cum petrosil. hysopo & lactuca. Bibat vinũ album debile lymphatum, vel aquam decoctionis prunorum & passularum, vel aquam decoctionis ordei, hysopi, & anisi. Confortetur virtus hora, qua non sumpserit cibum vl' medicinam cũ huiusmodi mixtura. ℞. diarrodon abbatis, rosatae nouellae, triasand. añ. ℥. ß. electuarij ducis. ℥. 1. & sic tam in nutrientibus virtutem, q̃ curantibus morbum calida frigidis adiungantur, ita tamẽ vt a principio aegritudinis frigida dominẽt: In fine vero calida: qm̃ huõres calidi sũt facile mobiles furiosi, frigidi vero adhęrẽtes viscosi.

Emperica. Ars faciendi syrupum digestiuum cholerae, & euacuatiuum a quacũq; particula nostri corporis, hęc est. ℞. rof. viol. endiuiae, lactucę, portulacae, plantaginis, trifolij, acetosae, scariolae, antherae, nenuphar. cicoreae añ. M. vnã prunorum damascenorum 40. numero, seminum quatuor cõmunium frigidorum maiorũ, quae sunt cucur. cucu. melon. citruli añ. ℥. ß. seminũ quatuor cõmunium frigidorũ minorum: vt se. endiuiae, lactucae, scariolae, portulacae, se. papaueris, vel corticis eius añ. ℥. 1. sandalorum alborum & rubeorum & citrinorũ, cãphorae, spodij añ. ℥. 2. ordei p. 1. psyllij. p. ß. decoquãtur omnia in lib. 8. aquae purae fontanae, postq̃ in ipsa fuerint infusa p noctem, & in ℥. 1. aceti, donec tertia pars fuerit consumpta: tunc coletur, & cũ infrigidatum fuerit, & clarificatum, addatur libra ß. vini granatorum, vel berberis, & reducatur ad ignem, & syrupiseẽ cum lib. duabus zuccari, & aromatizeẽ cũ cinamomo, ligno aloes, calamo aromat. folijs cardamomi añ. ℥. 2. terẽdo oĩa grosso modo, & ligando in panno lineo mundo, raro & suspendendo in syrupo apud decoctionem secũdam. Dentur ex eo omni die ℥. 4. per se in aurora, si fuerit subtilis aquosus, vel cum ℥. duabus aquę calidae, si fuerit spissus, & bene decoctus apud syrupisationem. Et si vis, vt a proprietate caput respiciat: adde herbis praedictis flores chamomillae, meliloti, sticad. ex speciebus nuces muscatas & cubebas. Si vero ad pectus, pulmonem & cor, adde capil. vene. enulam campanã, ordeum, foenumgraecum: ex speciebus, liquiritiã, passulas & iuiubas. Si vero stomachum & intestina, adde herbis praedictis cotonea, pira, mala maciana: ex speciebus masticẽ, & grana granatorũ, &

omnia styptica, quæ virtutem syrupi re tineant in loco. Si vero epar & meseraicas, adde cuscutam, epaticam, ameos, amomum, & multiplica endiuiā: ex speciebus spicam nardi, & multiplica sandalos. Si ad splenem, adde ciperi, capparis, et aliquid scolopēdriæ vel tamarisci. Si ad matricem, adde pulegium, calamētum: ex specieb⁹ grana iuniperi: sub modica tamen quātitate: quoniam raro est, vt in splene, vel matrice cholera dominetur. Si vero ad renes & vesicam: adde ex seminibus diureticis. Si ad medullas ossium et iuncturas: adde poliū montanū, artemisiā, fumūterræ in decoctiōe prima: ex speciebus se. calida cōmunia in decoctione secūda: & si laxatiuum facere volueris, adde in decoctione prima cassiæ fistulæ, tamarind. añ. ℥. iij. & in decoctione secunda reubarbari. ℥. 2. diagridij ʒ. ß. terēdo & ligando in panno lineo, & suspendendo in syrupo, donec ipsorum virtus transeat in syrupum: & tunc detur de eo sicut prius: quia facit leniter ascellare bis vel ter quaq; die. Iste nāq; syrupus est fere continens omnia digerētia choleram, vel euacuantia cum ipsorum directiuis. Artem autem faciendi syrupum digestiuum & euacuatiuum choleræ & flegmatis simul, describemus de fe. compositis. Dicunt quidā experti, q̄ hoc emplastrū super epar in die paroxysmi remouet, vł mitigat paroxysmum feb. tertianæ. q̄m choleræ putrefactionē refrenat. ℞. sandal. alb. & rub. añ. ʒ. 2. farinæ ordei. ʒ. iij. aloes. ʒ. 2. cōfice cū succo solatri et absynthij & modico aceti. Alij vero dicunt, q̄ mica panis lota in aqua frigida pluries, deinde expressa, & imbibita in vino granatorum, vel berberis, vel aceto, & ante paroxysmum comesta per vnam horā, vł etiā apū paroxysmū, cū adustio sit vehemēs, idem operat̄. Vniuersaliter nāq; frigida & sicca prohibēt putredinē, quēadmodū calida & humida causāt ipsā.

Canones. Scripsimus superius cañ. necessarios in cura feb. tertianę cuiuscunq; dirigentes medicum in administratione debita cibi vel medicinæ ca. de cura feb. in generali: Attamen illis dictis generaliter vidētur duo specialia pręsenti capitulo apponenda. Quorum primū est de hora cibationis in hac fe. Vbi sciēdum prout colligitur ex mente autorum, & proprie Auic. Cibus debet offerri ante paroxysmum regulariter 2. horis vel quatuor ad plus, prout ægri virtus digerens, vel cibi quantitas, & qualitas postulauerint. Dico autem regulariter: q̄m est, cum in principio paroxysmi cibus cōpetit, tunc scilicet cum vomitum intēdimus prouocare: est etiam, cum in medio paroxysmi, tūc scilicet cum virtutem ex inanitione seu morsu choleræ defectam volumus cōfortare. Inter hos cibos cadit differentia secundum substantiā & quantitatē: quoniam primus oportet, vt sit ex oleribus, vel leguminibus plurimus atq; vndosus: secūdus vero ex mica panis infusa in aq̄ frigida, vel vino granatorū in quātitate valde parua. Et numer⁹ quidē cibationū regulariū inter paroxysmū et ꝑoxysmū est, vt ter vł quater reficiātur. Verbi grā: Si virt⁹ sit debilis, & cōsuetudo crapulosa, & materia feb. plurima vł non pura, oportet vt quatuor vicibus cibus offeratur: primo quidē 3. horis post desinentiā paroxysmi: deinde vero transactis decem horis, dabitur secūdus: deinde iterum 10. trāsactis, tertius: deinde iterum 10. trāsactis, dabitur quartus, tribus ante principium paroxysmi: cum principium paroxysmi sit 12. horarū ad plus. Tempus vero quietis 36. horarum, licet (vt plurimum) tēpus paroxysmi apud communiter febrientes hac feb. 8. horarū reperiat̄. Et tūc inter cibationē et cibationē cadere pōt spaciū 11. horarū. Et ex hoc exēplo distinguere potes horas trium cibationū: veruntamē siue ter, siue quater

cibus fuerit offerēdus, hoc diligenter obseruandum, vt cibus multum elongetur a principio paroxysmi: quoniam est res conferens in cura feb. proportionalis. Declinationi vero si vicinari oporteat, non erit adeo verendum: quoniā vt ait Hip. primo regi. acutorum. Ilico post paroxysmum cibus dari potest cum calor fe. ad calcaneum declinauerit: & hoc quidem est, cum hora declinationis nōdum bene trāsiuit. Secundum est speciale addendū de hora euacuationis in hac fe. quod est, vt nō detur medicina laxatiua in die paroxysmi, sed quietis: ne forte motus periodi impediat motum medicinæ, & ne virtus duplici labore fatigetur. Et vtile consilium videtur, vt non fiat euacuatio cū myrobalanis: quoniam soluendo ventrē inducunt stypticitatē, similiter & sodā, q̄ sunt accidentia maligna in quacūq; feb.

Prognosticatio. Fe. tertiana vero nō durat vltra septē paroxysmos, imo (vt plurimum) infra terminatur, prout cholera sit plurima, vel pauca: sed tertiana non pura potest per duos vel tres menses durare. Ex quo scire potes, q materiæ viscositas peramplius fe. elōgat, q̄ ipsius multitudo quantumcunque. Vnde Hippocra. 4. particula aphorismorum: Tertiana vero si non iudicatur septem periodis, longissima est. Item in omni feb. tertiana, similiter & in omni feb. interpollata, si aduentus paroxysmorum anticipet a principio, breuitatē ægritudinis significat: si vero retardet, præcedenti euacuatione sensibili, declinationem præsentem significat: si vero æqualiter stet, longitudinem protendit. Vnde 4. particu. apho. Quibuscunq; exacerbationes fiunt, si qua hora feb. dimiserit, in crastinum eadem hora accipiat, discreta erit. Itē feb. tertiana pura, est ex tota sua specie salubris, non pura vero timorosa. Morbi nanq; prolixitas, & medicinarū diuersitas virtutem naturalē prosternūt. Item in feb. tertiana pura, primus paroxysmus est principium, quare fit facilis: secundus aut tertius augmentum, quare fit fortior: quartus vero & quintus est status, quare fiunt in vltimo furoris & malitiæ: sed sextus & septimus declinatio, quare minorabuntur omnia accidentia gradatim: quæ si medicus a principio huius feb. prædixerit, sapiēs apparebit. Itē feb. tertiana non pura (vt plurimum) cum elongatur: conuertitur in quotidianam, & fortassis ad hecticam & mortē.

De febre cholerica continua & causone. Cap. VIII.

Fit hæc feb. ex cholera rub. putrescente intra venas & arterias atq; vasa conclusa: quapropter est de genere feb. cōtinuarum acutarum, quemadmodum & feb. de sanguine. Est autem duorum modorum: quoniam aut cholera putrefit in venis distantibus a corde, vtpote quę sunt in ambitu corporis totius: tūc tertiana cōtinua nūcupatur, & absolute acuta iudicatur. Aut cholera putrefit in venis propinquis cordi, vtpote, quæ sunt in pectore & pulmone, epate & splene, & ore stomachi: & tunc causon vel causonides appellatur, & peracuta & perperacuta iudicatur. Et dixerūt prouecti in medicina, q vtraq; istarum fieri potest ex flegmate salso puro, vel choleræ permixto: quoniam flegma non fit salsum, nisi per adustionem plurimam, & commixtionē choleræ rubeæ multæ. Signa tertianæ continuæ sunt omnia signa tertianæ interpollatæ, cui extat proportionabilis: præter q in ea non accidit horripilatio, neq; rigor, neq; sudor, nisi cum sit cris. calor autem, & alienatio, & sitis, & vigiliæ, & linguæ nigredo, similiter & omnia signa alia sunt in ea vehemētiora. Signa causonis, sunt signa eadem, cum fuerit in vltimo vehementiæ malignitatis, & pulsus spissus, velox, diuersus, inordina-

tus: similiter & anhelitus, & vrina subtilis citrina vehemēter, vel rufa vel liuida, radiosa. Et istæ quidem feb. sunt in omnibus accidentibus (vt plurimum) similes feb. de sanguine: quoniam sang. & cholera sunt humores calefacientes: verum differunt: quoniam synocha non excrescit aliqua dierum periodice, cum sit feb. non proportionata ad aliquam febrium putridarum interpollatarꝫ. Feb. vero cholerica fit periodice fortior de tertio die in tertium: quēadmodum & tertiana interpollata, & non sunt cū ea rubedo faciei superflua, neqꝫ corporis repletio plurima extensiua cum dispositione præfocatiua assidua, velut in sanguinea. Quod si tempus anni, ætas, & cōplexio, atqꝫ regimē antecedēs cholerica fuerint, & habitudo corpis macra: verior fiet tua significatio

Methodus. Cura vtriusqꝫ fe. continuarū de cholera est, vt statim a principio minoreť materia cū medicina lenitiua: qualis est cassiaf. manna, tamarind, cū in aqua decoct. prun. & viol. dissoluuntur: qm̄ leniendo ventrē, alterāt calorē. Et non detur medicina fortis: qm̄ materiam agitaret indigestam, & frenesim induceret pniciosam. Post hoc vero per totū tempus princip<u>ij</u> & augmenti, donec status accesserit, & signa digestionis perfectæ apparuerint in vrina, quod est apud diem quartum, vl' ad plus septimum: sit tota intentio tua tam in cibis q̄ medicinis ad infrigidandū & humectandū, & proprie in causone: cū proprie alterantia dispositionem febrilē, digerāt materiam, cū choleræ digestio sit eius ingrossatio, donec redierit ad moderamen. Detur igiť omni die ante aurorā syrupus de prunis vel syrupus de nenupha. vel syrupus acetosus simplex vel oxyzaccarum ad potandum cū aqua frigida in æstate, & calida in hyeme. Quod si venter fuerit obediens quaqꝫ die plus duabus vicibus, nō erit opus medicina laxatiua, sed extinctiua tantum, adeo vt si plurimum fluxerit, ad stypticas recurrať: quas diximus ca. de fluxu vētris. Apud vero ortū solis, q̄d est post duas horas a sumptione syrupi, tribuatur in cibo pulmentū ex farina ordei vel auenæ conditum cū aceto vel lacte papaueris albi, vel lacte amygdalarꝫ dulciū: vl' deť mica panis infusa in aqua frigida, vel vino granatorꝫ, vel nutriať ex cucurbitis, melonibus, lactucis, portulacis, malis macianis coctis, & conditis cum aceto vel succo berberis & granatorum. Bibat apud comestionem aquam frigidam puram, vel mixtā cum aceto, vel aquā decoctionis ordei & prunorꝫ siccorꝫ. In meridie vero, cū est vehementia sitis & furoris, bibat syrupū ros. vel viol. cū aqua frigida pura: vel bibat iulep aquosum. In sero aut, cū petitur somnus & quies: bibat syrupum de papauere, vel de psylio cū aqua frigida pura, vel cum aqua decoctionis semi. lactucæ & portul. & illiniaň frōs & tēpora atqꝫ nares cum oleo de mādragora, & fricentur volæ manuum, & plantæ pedū cū sale & aceto, & fomenteň crura cū aqua tepida, in qua cocta sint folia salicis & populi, vitis albæ, viol. & folia papa. cū corticibus: qm̄ hæc omnia calorem febrilem extrahunt, & somnum inducūt. Cōfortetur virtus hora, qua cibū nō sumpserit, ex zuccaro ro. vl' viol. vel triasan. & diarodō abbatis puris vl' cōmixtis. Neqꝫ prohibeať æger ab esu fructuū frigidorꝫ humidorū, vt sunt pruna, pira, persica, & mala acetosa: quoniā alterant & confortant. In statu vero subtilietur regimē vltimate, q̄d est nihil dare in cibo, neqꝫ in potu, neqꝫ in medicina: si virtus consenserit, donec superuenerit crisis, & transierit cōplete. Si igiť apud crisim vomitus cholericus supuenerit: adiuueť natura cū impositiōe digiti, vel pēnæ linitæ in oleo in profundū gulæ. Si vero fluxus san. nariū; iuuetur natura cum setis porcinis missis

in nares, & emunctione vehementi. Si vero sudor vniuersalis apparuerit: confortetur natura, si pigra vel insufficiēs videatur cum potu iulep feruentis: & quāto calidius potest, bibatur, & cooperiatur diligenter vndiq; pānis calidis mollibus: & assint eius amici vel astantes, & pannos calefaciant manibus tractando, & anhelitum illuc dirigendo: & aperiantur pori cutis cum fricatione leui facta cum pannis lineis mollibus infusis in aqua & aceto, postq̄ in eis cocti fuerint furfures, & flores chamomillæ, deinde expressis diligenter, & tepidis & roridis per longum refricatis. Ad hoc plurimum confert etiā ponere vesicas siccas semiplenas ex aq̄ calida circa latera patientis omniquaq;: quoniā ilico facit sudare. Sternatur prætere a camera ex folijs ro. & vio. populi & salicis & nenuphar. vitis albæ, & similibus: Et aspergantur eius parietes ex aqua ros. & aceto, vt aër inspiratus infrigidetur: quoniā illud est necessarium in omni febre pro cordis euentatione. Completa vero crisi perfecte, resumat virtus ex carnibus hœdorum, pullorū coctis & conditis cum rebus frigidis sæpe dictis.

Emperica. Hæc igitur est cura vera fe. continuæ de cholera cuiuscūq;: quoniam morbum & eius causam euacuat, & remouet cū virtute. Verum præter ipsam est etiā cura accidētiū cōsequentiū vehemētiā huius fe. q̄ sunt dolor capitis, vigiliæ, sitis, alienatio, icteritia, syncop. & debilitas virtutis: de quibus omnibus iam sufficienter dictum est lib. primo suis proprijs capitulis. Ad confortationem igitur virtutis, quæ est medicatrix principalis, hic reliqua referemus. Confortatur autem virtus, non nisi per confortationem organorum, quæ sunt cerebrum, cor, epar, & testiculi, cum rebus alterantibus eorum complexionē distēperatam in feb. Epithyma confortans cerebrum, fit ex aqua ros. & aqua solatri, semperuiuæ, & iusquiami, si in ea puluis ros. & sandalorum distemperetur addito modico aceti, & actu frigidū super verticem, vbi sunt commissuræ cranei abrasis prius capillis sæpius cum pānis lineis emplastretur: similiter & super frontem, & tempora circūquaq;: similiter & odorare aquam rosaceam, in qua sandali, et aliquid calami aromatici fuerit dissolutum, confert: quoniam calorem alterat, materiam repercutit, frenesim prohibet, & somnū inducit. Epithyma confortans cor, sic fit. ℞. aquæ ros. aquæ buglossæ. añ. ℥. 4. aceti ℥. ß. amphoræ ʒ. ß. croci ʒ. 1. & in isto actu frigido petiæ de syndone, vel scarleto, vel serico infundātur, & super pectus frequētentur. Epithyma confortans epar, sic fit. ℞. aquæ ros. aquæ endiuiæ, aquæ solatri. añ. partes duas, aq̄ absynthij partem 1. aceti acutissim par. ß. distēperetur in eis puluis earundem rerum, & frequentetur super epar. Epithyma confortās testiculos, sic fit. ℞. aquæ ros. par. vnam vini puri aromatici veteris & potētissimi partes duas, aceti par. ß. pulueris diamargariton. quar. vnius partis, distemperētur omnia simul, & cū pannis lineis actu frigidis emplastrētur super testiculos virorū, & mamillas mulierum, frequenter reiterando, postq̄ fuerint exiccata. Et potest fieri etiā hora crisis, si virtus videatur debilis.

Canones. Hæc febris est proprie species eius, quæ causon dicitur: cum sit peracuta, quæ terminatur in die septima: vel perperacuta, quæ terminat in die quarta: tenuissima diæta erit regulāda, ita vt si terminatio sit in quarto, nihil detur in cibo statim a principio vsq; declinationem perfectā: Si vero in septimo, nihil detur post diem quartū, prout diximꝰ capitulo de febre in generali. Veruntamen huiusmodi canones Hippoc. Rasis in diuisionibus præsenti capitulo refutat, dicens, & nō attendas illud, quod

dicit a stultis medicis: quod multitudo extinctionis a cibis & medicinis exhibitis tardat crisim: ego iam expertus sum ambas vias, scilicet et regiminis extinctiui dicti in methodo, & regiminis subtiliatiui, quod dixit Hippo. & viam extinctiuam reperi securiorē: Et qui mortui sunt in hac febre sub regimine extinctiōis, sunt multo pauciores eis, qui mortui sunt sub regimine subtiliatiuo: quoniam si nō dabuntur extinctiua, assabitur cerebrū, & nerui, & stomachus, & accidet spasmus, & frenesis mortalis. Ex quibus scire potes canoñ. Hippo. esse veros regulariter: quoniam morbum et eius causam decidunt, falsos vero accidentaliter: quoniam virtutem prosternunt, & proprie in corporibus delicatis, assuetis multo cibo tempore sanitatis. Dicit praeterea Ras. loco praedicto, quod non debet prohiberi in hac aegritudine, quin aeger bibat aquā frigidam cū vult, & quātum vult: quoniam extinguit vehementer. Quod intellige verum, si corpus in ea fuerit cōsuetum, & delectetur, nec sit in visceribus oppilatio, seu aposte ma: quoniam licet incrudet materiam et morbum prolonget & crisim retardet, maius tamen confert iuuamentum: quoniam prohibet marasmum: de quo potu aquae frigidae loquens Galenus 9. de inge. sani. ait: quod melius est aliquod malum aegris gignere, quam sinere eos in mortem cadere. Congruit igitur, vt potus iste sit plurimus simul vna hora: quoniam aqua modica facile inflammatur. In cura praeterea huius feb. nō competit flebotomia: quoniā educit multitudinē humorum oīm, de quibus cholera refrenatur: propter quod ait Auic. 1. canoñ. feñ. 4. capitu. de flebotomia: quod summopere cauendū est a duabus rebus ex flebotomia, scilicet humorum calidorum ebullitione, & frigidorum incrudatione: veruntamen si corpus fuerit sanguineum & consuetum in flebotomādo, & vrina rub. obscura videatur: competit a principio materiā minorari cum flebotomia, nō quidem forti simul plurima, sed eadē die bis vel ter gradatim secundata: quia confert quantitati, sed nō qualitati.

Prognosticatio. Feb. cōtinua de cholera timorosa est atque suspecta de tota sua natura: quoniam morbi velocitas, & materiae fumositas virtutem deijciūt regitiuam. Item prima eius species, quae quidem tertiana cōtinua nominatur, terminatur vt plurimum in 7. die ad mortem vel salutem, & proprie si signa digestionis, vel indigestionis cū cōuenientia particularium coeperint die 4. vel 5. manifeste apparere: veruntamen si prolongetur 14. non transit: quoniam vt ait Hip 2. parti. apho. Acutae aegritudines in 14. iudicanī. Secunda species, quae causon dicitur, vt plurimum in 4. terminaī, & proprie si statim a principio & infra primas duas dies signa digestionis vel indigestionis in vrina cum conuenientia particularium manifeste coeperint apparere. Item in quacunque istarum feb. fluxus sang. narium copiosus, aut vomitus cholericus, aut sudor calidus vniuersalis totius corporis, aut fluxus ventris cholericus superuenerit, statim a principio, vel in aliqua die cretica, quam praecessit indicatiua, post signa digestionis perfectae, cum constantia virtutis, & alleuiatione infirmi, salubre: contrarium vero mortale. Item si remedia rationabiliter exhibita quaque die, cōtulerint, & accidentia fuerint remissa, salubre: contrarium mortale. Item si lingua nigra fuerit & adusta cū asperitate multa malignior, atque deterior fiet feb. Si vero alba erit leuior: si vero citrina, media fiet inter vtraque. Item si spasmus, aut tortura superuenerit, aut oculorum contortio, mortale: quoniam significat spasmum de inanitione. Vnde Hippo. 2. parti. apho. Febrem in spasmo melius est fieri, quam spasmum in feb. Item si vrina rubea fuerit, vel citrina vehemē

ter, & in crastino alba subtilis euenerit, mortale: quoniã frenesim significat perniciosam: vnde Hip. 4. parti. apho. Quibus vrinæ lympidæ aut albæ, malũ: maxime vero si in freneticis appareãt. Item si patiens statim a principio imaginationes habeat extraneas cum soda vel sine soda, frenesim significat affuturam: nisi cũ repercussiuis circa cerebrum, ilico succurratur. Item si extrema frigida fuerint & pectus & venter adurantur, mortale: quoniam apostema magnum in interioribus demõstrãt: vnde Hip. 4. par. apho. In non deficientibus feb. siquidem quæ fuerint extra, frigent: quæ vero intus ardeãt, & sitim habeant: mortale. Item si rigor supuenerit in aliqua die cretica vel non cretica, neq; ipsam vera crisis subsequat̃, mortale: qm̃ materiæ multitudinẽ, & virtutis significat defectionẽ, q̃ crisim attentat, quã pficere non põt: vnde Hip. ibidẽ: Si rigor inciderit fe. non deficiente, iã debili existente corpore: mortale. Si vero crisis fida atq; cõpleta subsequat̃, cũ sudore calido vniuersali totius corporis, atq; fluxu san. copioso, salubre: qm̃ virtutis expulsiuæ significat fortitudinẽ, & crisis bonitatẽ: propter q̃d ait ibidem: A causone habito rigore superueniẽte, solutio fit ægritudinis. Item si hæc feb. crisim faciat p icteritiã in die 7. 9. vel 11. vel 14. salubre: si vero ante 7. diẽ, mortale. Vnde Hip. ibidẽ. Icteritia si superuenerit in feb. acuta añ. 7. malum. Istud tamen ampliori indiget tractatione, quã iam scripsimus li. 1. ca. de icteritia. Item si stupor, aut alienatio, aut asthma vehemens superuenerit, aut inquietudo iacendi diuersa, anteq̃ signa digestionis perfectę cœperint apparere, mortale: quoniam crisim symptomaticam significat malignam: propter quod ait Galenus tertio de crisi: q᷑ omne signum creticum, si ante signa digestionis euenerit, malum est atque timendum.

¶De flegmatica interpollata Cap. IX.

Accidit hæc ex feb. flegmate putrescẽte extra venas, vtpote ĩ stomacho, intestinis & spongiositatibus membrorꝫ: verꝫ qm̃ ebullitio flegmatis putrescẽtis redit periodice quaq; die: propterea q᷑ flegma participet vna duarum qualitatum præparãtium ad putredinẽ: cum humiditas sit velut materia patiẽs magis q̃ caliditas, quæ est causa efficiẽs. Idcirco hæc feb. quotidiana interpollata nũcupatur. Est aũt duorꝫ modorꝫ quẽad modum et fe. interpollata de cho. scilicet pura & nõ pura. Pura quidem, cũ fit ex flegmate puro, cui nihil aliorꝫ humorũ, vel alienæ qualitatis est cõmixtum: cuiusmodi est flegma dulce, vel vitreum, siue acetosum. Non pura vero, quæ fit ex flegmate, cui aliquid choleræ vitellinæ vel melãcholiæ reperitur cõmixtum: vel fit ex flegmate salso. Flegma nanq; nõ fit salsum, nisi per adustionẽ vel humorꝫ adustorꝫ commixtionẽ: licet prima atq; propria flegmatis qualitas, sit frigiditas cum humiditate, q̃ minime in flegmate salso reperiuntur. Signa feb. quotidianæ interpollatæ puræ sunt, q᷑ incipit eius paroxysmus cũ horripilatione veri frigoris super dorso & extremitatibus mẽbrorꝫ, præter q᷑ sentiat patiens velut acuũ puncturam tremorem vel rigorem vehemẽtem, sed grauitatem solam extrema constringentem: & durat ista frigiditas tempore longo. Et fit pulsus, paruus, velox, spissus, mollis, diuersus, inordinatus: deinde cum peruenit ad augmentum, tardatur eius calefactio: neque fit vehemens, imo fortassis non calefacit, & proprie si flegma sit vitreum grossum: quare neq; magnificatur pulsus vehementer apud statum. Et est tẽpus principij lõgius multo tẽpore status vel augmenti: qm̃ est in ea caliditas trãsiens, frigiditas vero pdu

rans. In declinatione aũt non aduenit sudor, nisi fortasse paruus viscosus adhærens, & proprie apud principium ægritudinis, cũ materia nondũ est digesta, neq; subtiliata: et magnificatur apud declinationem diastole cum sua quiete, & minoratur systole & eius quies: & expanditur calor ad manus & pedes: & est cũ ea vomitus flegmatis, & humiditas in ore, & prostratio appetitus, & sitis paucitas: Et spacium quidẽ paroxysmi est 18. horarum, vł circa illud: spaciũ vero quietis, sex horarum: quare aduenit (vt plurimũ) circa occasum solis, & durat vsq; ad meridiem, priusq̃ reliquæ perfecte resoluãtur: & forte non resoluunt̃, donec alius redierit paroxysmus. Et accidit (vt plurimũ) hæc fe. pueris & mulieribus & crassis laute fer culantibus, cũ multiplicatione somni & quietis, & vtentibus in cibo fructibus humidis, & piscibus, & lacte. Et in principio qdẽ huius ægritudinis est vrina alba grossa spumosa: In augmẽto vero ruffa vł subcitrina grossa: sed cũ ad statũ puenerit, fit rubea, clara, subtilis cũ hyposta si alba leui æq̃li pluria. Verum dũ hypostasis minorat̃ in vrina, et p̃cessit euacuatio plurima p sudorẽ, vomitũ, & secessum flegmaticum: tũc vera morbi declinatio indicat̃. Et cũ pdurauerit hæc fe. tpe longo, mollificatur ex ea corpus, & albescit facies, & citrinatur, & palpebrę inferiores inflãtur: velut in hyposarca. Signa fe. q̃tidianæ nõ puræ, sunt refractio signorum oĩm p̃dictorum cũ vergẽtia ad caliditatẽ, & sitim vehementẽ, & abbreuiationem paroxysmi & proprie apud principium ægritudinis vniuersale.

Methodus. Cura fe. quotidianæ puræ est, vt statim a principio minoretur materia cum benedicta laxatiua, vł medicamine de turbith, dicto capitulo de soda: dando ex eis modicũ hora maioris quietis. Confortetur etiam natura quaq; die ad vomitum in principio paroxysmorum, si fuerit possibile, cum aqua tepida mixta cum sale & aceto, vel cũ aqua decoctionis raphani & anethi mixtis cum eisdem, præmissa saturitate ex leguminibus & cepis & oleribus salitis, si conferens videatur: & secundũ q̃ exiẽs fuerit magis grossum, vel viscosum, tribuãtur ei medicinæ fortiores. Digeratur ergo materia cum syrupo acetoso composito, vel cum oxymelle squillitico, dãdo ex eis in matutinis aliquid cũ aqua calida primo: deinde apud statum cum aqua decoctionis seminis feñ. & radicum petrosil. & omnium prouocantium vrinam: quoniam plurima pars huius materiæ educitur per vrinam: & tunc eradicetur materia cum katartico forti: sicut hierapicra Galeñ. & pillulæ coch. & medicamen de myrobala. kebulis, & pillulæ stomaticæ, quæ omnia diximus capitulo de debilitate stomachi. Et si vẽter fuerit restrictus, leniatur quaque die gradatim cum suppositorio, vel clysteri, donec ad acuta perueniatur. Nutriatur ex carnibus hœdorum vel pullorum coctis cũ petrosil. conditis cum sinapi & melle vel melle & aceto, vel succo berberis & trifolij, faciendo ex ipsis salsamentum. Bibat vinum album clarum parumper adaquatum: vel bibat mellicratum, si caput ex vino noceatur. Confortetur virtus hora, qua cibum non sumpserit, cum electuario ducis, & diarhodon abbatis simul mixtis: vel cum zuccaro rof. & diagallan. simul mixtis, bibendo post illud aliquid vini prædicti. Abstineat a fructibus, oleribus, & piscibus pro posse, neque bibat aquam frigidam: quoniam materiam incrudat, & feb. elongat, quæ per se naturaliter chronisat. Cura feb. quotidianæ non puræ est, vt in cibis & medicinis caliditas remittatur: quare detur pro digestiuo syrupus ace. simplex primo: deinde apud augmẽtum syrupus acetosus compositus, neq; vltra oxymel

compositum transcendatur. In cibis vero dentur pultes ex ordeo & auena conditi cum vino pōtico vel aceto. In potu vero tribuatur iulep vel melicratum aquosum: Et gargariset sæpius cum aqua frigida & aceto: quoniā sitim reprimit excellenter. Medicina præterea materiam digestam eradicans melior hæc est. ℞. turbith alb. & electi atq; mūdati ʒ.i. reubarb. boni ʒ.i.ß. cinamomi aā.ʒ.ß. zuccari.ʒ.i. fiat ex omibus puluis, qui sit dosis vna: & si reubarbar. habere non poteris, sumat loco eius diagridij.ʒ.ß. & vniuersaliter conferunt in hoc casu omes medicinæ tam digestiuæ q̄ solutiuæ, quæ dicentur cap. de scabie & pruritu corporis.

Emperica. Ars faciendi syrupum digerentem atq; educentem flegma ex quacūq; particula corporis hęc est. ℞. pulegij. calamēti, mentæ, saluiæ, maioranæ, satureiæ, primulæ veris, balsamitæ, abrotani, rorismarini, absynthij, fumiterræ, basiliconis, artemisię, origani, costi, serpylli, sileris montani: oīm vel plurium aā. m. i. rad. quatuor communium calidorum, scilicet anisi, apij, feniculi, petrosil. aā.ʒ.i.ß. cinamomi, xyloaloes, xylobalß. folij indi, gariofi. aā.ʒ.ß. mellis despumati, lib. i. vel mellis & zuccari aā. li.ß. fiat syrupus bene coctus, & clarificatus: quemadmodum fiunt & alij syrupi, de quo potentur ʒ.iij. actu calidæ omni die in aurora. Et si laxatiuum facere volueris, adde turbith, hermodactilorum, agarici, myrobalanorum emblicorum & kebul. aā.ʒ.i. in decoctione prima: quoniam faciet bis vel ter leuiter assellare quaq; die, donec sufficere videatur. Et si volueris, vt a proprietate caput & eius partes respiciat: adde herbis prædictis sticad. peoniam, flores chamomillæ, meliloti, chamedryos. chamæpityos, nasturcium, rutam, senecion. Ex speciebus adde nuc. musca. cubebas, carpob. anacard. thus, laudanum, atq; castoreū. Si vero pectus & pulmonem & cor, adde hysop. ireos, enulam campanam, ca. ve. prassium albū, ordeum, fœnūgræcū, anethum. Ex speciebus adde, liquir. passusas, iuiubas, sebestē, caricas, dragagantum, penidias, dactylos pingues, amygdalas dulces, pineas, & fisticos. Si vero stomachum & intestina, adde citonia, mentam, masticē, olybanum, gallangā. Si vero epar, & venas totius corporis, adde epaticam, endiuiam, squinantum, eupatorium, cuscutam, ameos, amomū, & duas spicas. Si vero splenem, adde scolopendriā, polytricum, tamariscum, adiantum, squillam, rubeam tinctorum, cyperi, capparis acor. azar. folia vel flores sambuci. Ex speciebus, adde zedoarium, & baccas lauri. Si vero matricem, renes, & vesicam: adde saxifragam, milium solis, sauinam, grana iuniperi, macedonicum. Ex speciebus cantarides sine capitibus & alis: quoniam sua fortitudine vlcerant renes & vesicam. Si vero ad iuncturas, adde polium mō. azar. amomum, acor. piper, & squillam, similiter acetum plurimæ acuitatis. Est nanq; fere continens omnia simplicia digerentia atq; educentia flegma cuiuscūq; modorum a proprietate. Dicunt pręterea excellentes in hac arte, q si omni die ministretur. ʒ.ß. de myrrha & thure sero cum itur ad somnum, abbreuiant paroxysmum huius fe. similiter & totam feb. quoniam stomachum corroborant, putrefactionē prohibēt, & materiam flegmaticā exiccāt, & proprie post purgationes. Et ipsas iam descripsim⁹ ca. de catarrho. & alias dicemus ca. de feb. pestilentiali.

Canones. Minera putredinis in hac febre, est vt plurimum in stomacho & intestinis atq; venis meseraicis, & quandoq; in concauitatibus plurimis: quare necessarium videt̄, vt in eius cura membra talia nullatenus negligantur. Confortentur ergo stomachus & in-

testina per intus, & exterius cum calidis stypticis: velut sunt olibanum & mastix, & trochisci de reubarbaro, et trochisci de eupatorio dicti capitulo de oppilatione epatis: si materia vicerit dispositionem: sed cum zuccaro ros. & trochis. de ros. et rosata nouella, si dispositio magis fatigarit. Et hos trochiscos iam scripsimus ca. de oppilatione splenis. Docuimus cō fortantia stomachum in ca. eius proprio. Confortentur meseraicæ cum aperientibus & exoppilantibus, quæ diximus ca. de oppilatione epatis & venarum. Confortatur autem pulmo cum exiccātibus catarrhum, quę diximus ca. de catarrho. In cura præterea huius fe. non conuenit euacuatio cum flebotomia regulariter: quoniam procurat incrudationē: veruntamen in casu possibilis est fieri, & proprie in principio apud minorationem: cū scilicet hæc febris est de flegmate non puro, & in corpore carnoso viuido, cuiꝰ venæ sunt tumidæ apparentes, & quod cō suetum est in fleborotomādo. De hora etiā cibationis in hac fe. sciendum, ꝙ sicut dicunt Auicen. & Isaac, conuenitentior cibus est, qui datur tribus horis ad minus ante paroxysmum, vel sex ad plus: verꝶ cum spacium quietis fit breue valde, cū sit, scilicet sex horarum tantum: videtur de mente ipsorum, vt cibus ilico post desinentiam paroxysmi extet offerendus. Quod si quis obijceret, quoniam sub hac via dabitur semel tantum cibus quacꝫ die: quare fiet tenuis diæta in fe. chronica quod est contrarium canonibus Hippo. qui in huiusmodi fe. grossius iubet reficere, ne virtus deficiat in via. Respondendum videtur, ꝙ si virtus fortis est, & materia pauca, sufficiet talis diæta: quoniā etiam flegma nutriet, cum fuerit digestū ante putrefactionē ex eo, q̄d flegma est sanguis non complete digestus: necꝫ virtus deficiet, cum sub huiusmodi regimine morbus acuet̄. Si vero sit virtus debilis, vel materia multa: erit grossius diætandum: quare conuenit, vt detur semel, bis, vel ter: semel in medio declinationis perfectę, & iterum ante principium paroxysmi futuri per duas horas. Et oportet, vt sit cibus paruus quātitate, sed magnꝰ virtute, qui cito & multum nutriat, & facile digeratur: cuiusmodi sunt iura carnium laudabilium, & oua sorbilia, & testiculi galloꝝ nondum coeuntium, & carnes auium syluestriū paruatum. Et qm̄ ad oblationem debitam cibationum in feb. interpollata vel continua necesse est quatuor tempora paroxysmi vel exacerbationis cognoscere (sicut nanque diæta vniuersalis in fe. regulariter dirigitur ad elongationē, & viciniam status vniuersalis: ita & diæta particularis dirigitur quacꝫ die ad statum particularem paroxysmi.) Dicamus ergo eorum notitiam per signa distinctiua. Cum igitur vadis ad infirmum, & tangēdo corpus circunquacꝫ reperis brachia, & manus, & pedes frigida, vel minus calida, ventrē vero & pectus calidum sufficienter: scias, ꝙ est principium paroxysmi fe. interpollatæ, & principium exacerbationis continuæ febris sibi proportionatæ: similiter & si repereris frigiditatem, vel diminutā caliditatem in ambitu corporis totius. Si vero repereris corpus æqualiter calidum per totum: scias, quoniam est status vel augmentum: cum non differant, nisi modo gradatiuo. Si vero manus & pedes repereris calidiores trunco corporis, declinationem certificabis: in qua calor putridus motu proprio agitatur a medico ad circunferentiam omniquacꝫ. Est autem & alia ipsaꝝ distinctio per pulsum: quoniam in principio paroxysmorum pulsus profundat̄, & fit paruus, debilis, spissus, in quo systole & quies post ipsum est maior, q̄ diastole: quoniam est maior necessitas expulsionis fumi putridi, q̄ euentationis caloris naturalis oppressi. In au-

gmēto verò & statu magis ac magis diastole augmētatʳ, sed systole cōtrario modo. In declinatione fit valde manifestus, & dilatatur arteria, & diastole fit maior q̄ systole: similiter & eius quies. Ex quo scire potes, ꝙ magnificatio diastoles in pulsu statim a principio feb. breuitatem morbi significat: quemadmodum & subita apparitio digestionis in vrina.

Prognosticatio. Feb. interpollata de flegmate, & proprie, quæ est de flegmate puro, durat (vt plurimū) vsqꝫ ad quadraginta dies, & quandoqꝫ per tres menses: quoniā est feb. chronica per naturā. Quod si apud diem. 14. vel infra terminetur, non erit ex qualitate materiæ, sed diminuta quantitate: verbi gratia, cū flebotomia a principio modica fuerit, vel euacuatio fortis plurima quaqꝫ die apud paroxysmum cū vomitu, aut fluxu ventris, aut sudore. Et si paroxysmi statim a principio ægritudinis anticipent atqꝫ accurtentur: breuitatem ægritudinis significant: Si vero retardentur, aut æqualiter stent, non præcedenti aliqua sensibili euacuatione copiosa, materiæ grossitudinem, & morbi longitudinem pręfigurant: quare si cum his virtus fuerit defecta, & appetitus prostratus, mortem expectabis. Item si paroxysmi anticipent, est angmentum: si postponantur, & euacuatio sensibilis præcesserit copiosa, ē declinatio: Si vero æqualiter euenerint, & signa digestionis perfectæ nōdum appuerint, & accidentia malignentur, statum maxime dubitabis. Et idem intelligendum est in tertiana interpollata, similiter & in quartana. Verum & in exacerbationibus fe. continuarꝫ proportionalium idē iudicandum. Item hæc feb. si multum perdurauerit: perducet ad feb. hecticam, dispositione vincente sup materiam: sed ducet ad hydropisim, materia super dispositionem dominante: similiter & ducet ad feb. erraticas & demum ad quartanam. Vnde Hippocra: 3. prognost. Febribus inordinate vagantibus, quartanæ sunt futuræ. Item si patiens ex ea somnolentus fuerit omni hora, & grauitatem senserit circa caput: subeth aut stuporem prędicat futurum, nisi cum medicinis euacuātibus per inferius vehementer succurratur, & cerebrum ex rebus calidis fortiter exiccetur & confortetur, prout docuimus lib. primo.

¶ De febre flegmatica continua quæ latica nuncupatur. Cap. X.

HAec febris extat proportionabilis feb. flegmaticæ interpollatæ: quoniā fit ex flegmate & humoribus crudis frigidis intra venas putrescētibus: Similiter & exacerbatur quaque die, & proprie apud occasum solis: quēadmodum & feb. illa: verum quoniam modica est eius caliditas respectu feb. cōtinuarum de cholera, latica nominatur. Signa eius sunt signa feb. flegmaticæ interpollatæ, præter ꝙ horripilatio non est cum ea periodice: quemadmodum nec in alijs feb. quibuscunqꝫ continuis: sed est velut similitudo horripilationis in corpore ex sua diminuta calefactione: & nō est in ea sudor, nisi fortassis apud statum, cum fit crisis: sed est cum ea vomitus, & solutio flegmatica ante crisim, similiter & post. Hæc præterea fe. vt multum est similis feb. hecticæ, & proprie quando prolongatur: sed discernitur inter eas ex pulsu & vrina, atqꝫ exacerbatiō. forma: quod est, quoniam in hac feb. pulsus est mollis, paruus, latus, & vrina alba grossa in principio, sed rufa vel liuida post augmentum, & exacerbatio fit maxime versus noctem, siue aliquid assumptum fuerit in cibo, siue non: & est cum ea cutis mollis laxa, non tensa, neqꝫ arida: quorum omnium contrarium reperies in fe. hectica, prout descripsimus suo

loco. Verum si acciderit ipsarum complicatio, difficilis erit earum cognitio, atque curatio.

Methodus. Cura hmōi fe. est cura feb. interpollatę tā in cibis q̄ in medicinis, p̄ter q̄ magis necesse est cautelam obseruare in administratione medicinarum calidarum, & proprie si caput est debile, vł si æger est ex his, quibus ægritudines cerebri sunt consuetæ: ne forte materia flegmatica calore feb. & medicinæ leuigata, sursum per venas rapiatur, & faciat lethargiam: quare confortetur cerebrum statim a principio cum stypticis temperate calefacientibus: & abradantur capilli, & frequentetur humorum diuersio, atq; extractio per inferius cum suppositorijs & clysterijs acutis, si per se non assellauerit bis vel ter quaq; die. Quod si vomitus fuerit laboriosus & difficilis, ilico restringat̄: & hæc oīa pro posse iam diximus ca. de lethargia.

Emperica. Omnia quæ scripsimus emperica in ca. fe. flegmaticæ interpollatæ, conferentia sunt p̄senti. ca.

Canones. Oportet, vt in hac feb. multiplicētur omnia, quæ prouocāt vrinā tā in cibis, & potibus, q̄ in medicinis: quoniā plurimū materiæ flegmaticæ purgatur per vrinā quaq; die: quia minorabitur materia atq; diuertetur a cerebro & sperabitur crisis futura fida: nisi materia fortassis insensibiliter resoluatur. Nec prætermittendus est stomachus, quin confortetur cum stypticis modo calidis, modo frigidis, vt remaneat naturaliter appetitus, prout materia, vel dispositio postularit: quoniā est magis necessarium, q̄ in fe. flegmatica periodica: cum sit magis timorosa.

Prognosticatio. Hæc fe. chronica est, & perdurās: quare nō terminatur ante diem quadragesimum: imo vt plurimū prolongatur vsq; ad diē sexagesimum; nisi fortassis materię paucitas, & euacuationum pluralitas morbū accurtarint: & idcirco durat eius principiū vsq; ad 20. diē vel sibi vicinā. Item di. Ras. in diuisiōn. ca. p̄senti: q̄ parŭ accidit. vt fiat in ea crisis cū sudore: qm̄ vt plurimū est vt fe. chronicæ, q̄ sunt de flegmate vel melancholia, cū resolutione terminentur, siue fuerint periodicæ, siue continuæ: quare euacuatur in eis materia parŭ post parum quaq; die cretica per fluxum ventris, aut vomitum, aut sudorem. Et vomitus & fluxus ventris vt plurimum accidunt a principio, sudor aūt in fine post digestionē. Item in oīi fe. chronica si virtus fuerit debilis statim a principio, vel appetitus prostratus, mortale: quoniam deficiet in via. Item dicit Hip. 4. parti. apho. Quibus in dentibus limositates fiūt in febribus, diuturniores & fortiores fiunt feb. quod est: quia dentiū & linguæ muscositas significat materiam in stomacho plurimā viscosam. Item si in fe. vrina fuerit ampullosa vel turbida cōfusa lethargiam aut subeth minat̄, & proprie si æger somnolētus fuerit, aut frigid⁹ circa caput: quare succurrat̄ cū ligationibus extremorŭ, & fricationibus fortibus, & suppositorijs acutis atque clysteribus: & prohibeatur a somno, donec materia diuertatur, atq; minoret̄. Vnde Hip. 4. par. apho. Quibuscunq; in fe. vrinæ conturbatæ & cōuersæ fuerint, velut subiugaliū, his capitis dolores aut assūt, aut aderūt, aut p̄fuerūt. Itē si color faciei liuescat, & palbebræ tumescāt futuram hydropisim significat & proprie hyposarcam: nisi cum remedijs ad hydropisim conferētibus, aut calidis aut frigidis prodit feb. aut materia consenserint, ilico succurratur. Item si facies citrinetur, & oculi concauētur & cutis tendatur velut coriū arefactū, fe. hecticā significat accessisse. Omnis nanq; fe. chronica cū perdurat, adducit hecticā: si dispositio vicerit materiā, aut hydropisim: si super disposi

tionem materia dominetur. Item hæc fe. si complicetur cum hectica, mortale: q̄m fiet opus curis cōtrarijs, quibus virtus fatigatur. Febri nanq; flegmaticæ copetit calefactio atq; euacuatio, febri vero hecticæ infrigidatio cum humectatione.

De febribus epiala, liparia, & horripilatione, cui caliditas non succedit. Cap. XI

ISTæ tres passiones fiunt ex eadem causa: quoniam ex flegmate gipseo, grosso, viscoso, adhærēte stomacho & intestinis & venis meseraicis: quare fiunt huiusmodi feb. interpollatæ. Neq; potest hæc materia generari in epate & venis: quoniam vt ait Gal. primo de complexionibus. Vita non sustinet in mēbris principalibus tantā frigiditatem: & hæc quidem materia cum nō putrefit: causat colicam malignā: vt de seipso testatur Gale. loco supradicto. Verum differūt quodammodo: quoniam vt ait Auic. quarto ca. feñ. primo ca. de cura fe. istarum. Febris liparia dicitur, in qua partes exteriores corporis frigescunt, venter vero & pectus exardescunt: quoniam in ea flegma grossum, dum putrescit: efficit velut carbo ignitus in visceribus, a quo dum fumi putridi eleuantur ad extrema corporis circunquaq; musculos grauant sua quantitate: deinde cum in loco steterint, & calor putredinalis exhalarit debiliter insertus, infrigidant sua qualitate: velut apparet in vaporibus aquæ ebulientis: & ad id operatur plurimū oppressio caloris naturalis, atq; eius reuocatio ad corporis interiora: quoniā ex his infrigidantur exteriora, depauperātur spiritu & calore. Feb. vero epiala dicitur, in qua modo cantrario partes extremæ calescunt, interiora vero frigescunt: quoniam in ea calor putridus debilis a principio nō obtinet super flegma grossum, sed solūmodo super partes ligdas & subtiles: quare fumantes ad extrema calefaciunt ea vehementer, partibus grossis viscera infrigidātibus: velut glacies dura congelata: q̄ materia licet fuerit ante paroxysmum frigida: tamen cum mouetur aut agitatē ad putredinem magis ex ea corpus infrigidatur. Horripilatio vero dicitur, cum corpus sentit frigiditatem cum grauitate quadam membra constringente: quare ex ea horror fit cutis, & pori coartantur, donec pili, qui stant in eis rigere videantur. Verum differunt horripilatio, rigor, tremor atque typus: quoniam & si quodlibet eorum significet dispositionē corporis frigidam in se. tamen aliter & aliter illud accidit: vt ait Auic. 4. canoñ. feñ. 1. ca. de differentia ipsorum. Dicitur nanq; horror siue horripilatio, cum talis frigiditas aduenit sine punctura: quoniā accidit ex materia grossa frigida flegmatica currente super musculos, qui sunt in ambitu totius corporis: quemadmodum contingit in feb. flegmatica. Rigor vero dicitur, cum aduenit frigiditas, velut cū acuum punctura: quoniā accidit ex materia chole. subtili musculos stimulante: quemadmodum contingit in feb. choler. Tremor autem esse dicitur, cum ad tantam malitiam processerit frigiditas, vt medullas ossium conterat, neque corpus continere se possit, quin moueātur omnia sua membra, & labia oris, atque dentes concutiātur: quoniam fit ex materia frigida grossa melācholica: velut apparet in quartana. Typus vero dicitur dispositio quædam leuis frigida cum halationibus & oscitationibus diuersis: velut accidit in declinationibus feb. apud materiā paucam: similiter & in earum principijs cum materia nōdum fuerit complete ad putredinem agitata. Signa prædictarum fe. sunt signa feb. flegmaticę puræ interpollatæ cum additione signorum prædictorum apud principium paroxysmorum, cum redierit periodice quaq; die, & pro-

prie post occasum solis, qui est hora diei flegmati deputata.

Methodus. Cura istarum omnium vna est atque eadẽ, quod est, vt tã in cibis et potibus q̃ in medicinis æger regatur velut est in feb. flegmatica pura interpollata: sed necesse est, vt in eis caliditas magis augmentetur, & virtus medicinarum soluentium vltimetur, & regimen subtilietur: quapropter perueniendũ videtur in digerentibus ad oxymel squilliticum: In medicinis vero soluẽtibus ad pillulas hermod. maiorum, et ad pillulas de opoponace, et ad pillulas de colloquintida: quas oẽs diximus ca. de arthetica.

Prognosticatio. Hæ sunt fe. maxime chronisantes: quoniã grossicies & viscositas, similiter & frigiditas prohibent materiæ consumptionẽ: quare non terminãtur ante diem 40. vel 60. nisi materia fortassis fuerit modica a principio, & virtus expulsiua fortis cum euacuatiõe sensibili plurima diuersa per vomitum, vrinam & secessum. Neque oportet vt expectet̃ in eis sudor, nisi fortassis tardus, paucus, frigidus, viscosus, cum quo crisis nõ completur. Item si virtus fuerit debilis a principio, aut plurimum deficiat in processu, & appetitus prosternatur, mortale: quoniam deficiet ante crisim, & resolutionem completã. Item hæ fe. cum perdurauerint tempore longo, perducũt ad hydropisim, materia vincente: aut ad hecticam & marasmũ, calore putrido dominante. Item ex huiusmodi febribus feb. erraticæ procedere consueuerunt: quoniã pars materiæ subtilior prius inflammabitur, & faciet paroxysmum, quo desinente vel in medio existente, pars grossa putrefiet, & alium faciet succedere paroxysmum, & putabitur, q̃ sunt duæ fe. cum nõ sint: & hoc potest accidere in fe. quartana vel tertiana nõ pura, cũ materia fuerit hæterogenea, seu commixta.

¶ De febre melancholica interpollata, quæ dicitur quartana. Cap. XII.

CAusatur hæc feb. ex melancholia putrescente in aliquo loco corporis extra venas, velut in stomacho & intestinis et cauernositate splenis, atque ossium medullarum: verum quoniã ebullitio melancholiæ putrescẽtis tardum habet reditũ, scilicet de quarto die in quartum inclusiue, propterea q̃ humor melancholicus tam ex modo substantiæ, q̃ ex sua qualitate causis putredinis repugnat. Idcirco fe. hæc quartana nuncupatur. Est autem duorum modorum: quẽad modum & febr. interpollatæ, quæ sunt quartana vera & non vera. Vera dicit̃, cum humor feb. efficiẽs est melancholia simplex naturalis, cui nihil, aut parum accidit ex admixtione aliorum humorum, et quę neque per adustionem, neque per congelationem plurimam perdidit propriam naturam: & hæc est melãcholia, quæ est sicut fex massæ sanguineæ: quemadmodum in oleo fit amurca. Non vera autẽ dicitur, quæ fit ex melancholia non naturali vehemẽter ingrossata per adustionẽ, vel cõgelationẽ, vel humorum valde grossorum admixtionẽ: cuiusmodi sunt flegma vitreum, aut gipseum in intestinis frigidis generatum. Et licet huiusmodi feb. distinctum nomẽ obtineat ex periodis, nõ tamen distingui potest a feb. quartana per naturam rei: quoniã humores principaliter distincti in massa sanguinea nr̃i corporis, non sunt nisi quatuor, qui sunt flegma, cho. sanguis purus, & melãcholia: quare sub eodem ca. sunt reponendæ. Signa quartanæ veræ sunt, quoniam incipit eius paroxysmus cum horripilatione difficili, vehementi, cui succedit tremor corporis totius, & dentiũ concussio quærens profunditatem ossium & medullarum, & proprie post tres vel quatuor pa

MMM

roxysmos, & nō sentit patiēs velut acuū puncturam sed lassitudinem & grauitatem plurimam, quasi sit infrigidatus in niue, aut cæsus fustibus, aut in carne laceratus: & fit pulsus hora illa valde paruus: ita ꝙ licet in principio paroxysmi cuiuscunꝗ feb. pulsus minoretur, non tamen sicut in hac minoratur, adeo vt per solum pulsum cognoscere posses hanc febr. si pulsum ægri consuetum nouisses apud sanitatem. Deinde cum calefacit, & venit ad augmentum, fit vehens eius caliditas, adeo vt in statu iuxta caliditatem synochæ & tertianæ, & causonis, parum differat ab ea, & vltra caliditatem feb. flegmaticæ qualiscunꝗ: sed est eius siccitas, sicut siccitas tertianæ, & eius vrina aquosa in principio, & proprie si sit in principio oppilatio: post hoc fit rufa grossa, cum materia digeritur, & calor infigitur in rem durā, velut in carbonem: & quandoꝗ fit nigra, rubea, obscura. Et illud quod errare nō facit in hac febr. est, vt dicit Auerro. quarto colliget. quoniā redit periodice de quarto in quartum inclusiue, & proprie apud octauam horam diei: quod natura alia feb. facere potest, neꝗ simplex, neꝗ composita. Signa quartanæ non veræ sunt, oīa signa prædicta, præter quôd tardatur eius periodus: quoniam redit de quinto in quintum, aut de sexto in sextum, aut amplius propter grossitiem vel frigiditatem vltimatā: quare tales feb. non sunt quartanæ, sed quintanæ, & sextanæ nominantur. Et dicit Raſ. in diuisionibus: O quàm parum euenit feb. cuius paroxysmus pertransit quartum diem. Verum ego iā vidi multoties paroxysmos pertranseuntes.

Methodus. Cura quartanæ veræ est, si vrina sit rubea grossa in principio, & habitudo corporis sanguinea: minoretur statim a principio materia (sed non in die paroxysmi) cum flebotomia basilicæ sinistræ primo, deinde cum flebotomia saphenæ sinistræ: & fiat incisio venæ larga, vt sanguis grossus extrahatur. Ad quod confert plurimum, vt æger sedeat in balneo aquæ dulcis tepidę ante flebotomiam, vel in aqua decoctionis maluarum, maluauisci, ordei depilati, & fœnigræci: quoniam tunc melancholia sanguinea, id est ex sanguine adusto, vel congelato genita iudicabitur esse causa antecedens huius feb. quæ proprie cum flebotomia separatur. Si ergo nigrū grossum fuerit, quod egreditur, plurimū ex ipso extrahatur, aut simul, aut apud secundationem factam aliquoties vsꝗ ad septem aut nouem paroxysmos. Si vero subtile, clarum fuerit, ilico restringatur. Si autem vrina fuerit a principio subtilis, aquosa, habitudo corporis macra melancholica aut squalida flegmatica, non fiat flebotomia, sed euacuatio cum medicina lenitiua: vt est apozima de myrobalanis indis, & apozima de elleboro nigro: quæ diximus capitulo perturbatione sensuum: vel cum apozimate de polypod. quod ℞. polypo. vnciam vnam myrobalanorum indorum vnciā vnā & ſ. senæ, epithymi. an̄. drachmas duas, roſ. rub. scolopendriæ. an̄. vnciam ſ. pistentur grosso modo myrobalan̄. & buliantur cum polypodio & scolopend. in lib. I. aquæ claræ, donec consumantur ex aqua partes duæ: tunc addantur senæ, epithymum, atꝗ rosæ: & iterū aliquantulum super carbones leuiter excoquantur: quoniam perderēt virtutem in decoctione forti: tunc fricentur res manibus vehementer, & exprimatur earum virtus, & aqua coletur cum vnc. dua. syrupi roſ. vel vioľ. aut cum aqua decoctionis prunorum & zuccari: & detur totum ante diem: Deinde digeratur residuum materię cum oxymelle composito, aut squillitico, aut cum syrupo acetoso, dando ex

tis omni die in aurora cum aqua decoctionis cyperi, capparis cum zuccaro dulcorata: & alternetur prædicta purgatio omni septimana semel post huiusmodi maturationem, ita vt balneum aquæ dulcis tepidæ omni die frequentetur, præterquam in die paroxysmi: quoniam est vehementer conferens in digerendo materias grossas cum sua humectatione & subtiliatione mensurata. Et si materia fuerit adusta, quod scies ex rubore vrinæ & febr. caliditate apud paroxysmum, sint omes medicinæ leuiores, ita vt in eis humiditas super calefactionem dominetur: quare sufficit syrupus acetosus in digerendo, & aqua casei, in qua infusum sit epithymum per noctem in soluendo. Si vero materia non fuerit adusta, quod scies ex albedine vrinæ & febr. remissa caliditate apud statum paroxysmi, oportet vt sint omnes ipsarum medicinæ fortiores, ita vt in eis caliditas cum humiditate æqualiter dominetur: quare requiritur oxymel in digerendo, & myrobala. & senæ, atque polypod. in acuando, donec gradatim ad lapidem lazuli & elleborum nigrum perueniamus, & proprie apud statum ægritudinis, cum materia perfecte fuerit digesta. Tunc nanque conuenit ipsam eradicare cum medicinis fortibus: vt sunt pillulæ de lap. armeno, & pillulæ de elleboro nigro, quas diximus capitulo de melancholia. Et medicinæ communes vsitatæ conferentes in hoc, sunt hieralogodion, hierarufi. diasenæ, cartaticum imperiale. Hac igitur methodo reguletur patiens, ita vt solutio iteretur post digestionem, et digestio post solutionem, licet non videas in eis magnum profectum statim a principio: quoniam est morbus difficilis eradicationis: veruntamen sub hoc regimine nequaquã prolongetur, & hæc est eius cura per medicinas. Dicamus igitur consequenter de diæta. Sit omnis cibus eorum humidus cum caliditate temperata: sicut sunt pisces parui petrosi elixi cũ petrosil. aut conditi cum zinzibere & cinamomo, aut assi super prunas: carnes hœdorum, pullorum castratorum, agnorum annalium, & vitulorum lactentium coctæ cum petrosil. & sicut sunt bletæ, spinarch. rapæ dulces coctæ cum carnibus eisdem. Et ex cibis ventrem leuiter soluentibus, sunt aqua decoctionis cauliũ recentiũ cõdita cũ sale & butyro: similiter & ius galli vetustissimi decocti cum aqua & sale, in quo proiectum fuerit aliquantulum polypod. quoniam in eis sunt partes acutę secessiuæ, & proprie si parum ex eis ante cibum sumatur, vel e malis sapidis dulcibus post cibum. Abstineat a cibis & potibus sanguinem grossum generantibus: quoniam multiplicant melancholiam: ex quibus sunt caro ferina, caro bouina, caro porcina & hircina, & omnis res vehementer salita, panis azymus, & res frixæ in sartagine, quales sunt tortellæ. Et ex oleribus sunt allia & caules, ex seminibus lentes & fabæ: nisi fortassis cum corticibus lentium intendat leuem ventris solutionem. Et ex potibus, sunt vinum rubeum album grossum, ceruisia, vel aqua frigida pura. Abstineat a coitu superfluo, & ira, & tristitia, & labore. Habitet assidue sub aëre temperato: & gaudeat solatijs, tripudijs, otio, quiete, & somno plurimo pro posse: nisi cum appropinquauerit paroxysmus: tunc nõ competit, vt dormiat, donec totum principium transierit, & paroxysmus peruenerit ad augmentum. Hæc est ergo huiusmodi feb. cura per omnes dies quietis, sicut requiritur. Sed nunc dicamus de regimine ipsius in die paroxysmi. Cum igitur accesserit tempus paroxysmi: sit venter eius omnino vacuus a fecibus atque cibis, & si non aliter, saltem cum suppositorio & clysteri: & cum su-

peruenerit tremor, aut horripilatio mitte ipsum in tinnam aquæ dulcis calidæ aut totum aut saltem manus & pedes; quoniam facilitabit paroxysmum, & faciet festinare caliditatem. Et prouoca in eo vomitum, si fuerit possibile; & si non aliter, saltem cum oxymelle composito, aut syrupo acetoso in potu exhibito cum aqua calida decoctionis seminis anethi, aut radic. raphani, præmissa saturitate ex oleribus & cepis & leguminibus & piscibus salitis, & proprie si materia non fuerit adusta. Quod si vomitus facilis fuerit & consuetus, frequentetur multoties in diebus quietis. Cum autem frigus trãsierit, & paroxysmus peruenerit ad augmentum: extrahe ipsum a balneo, & pone ipsum super lectum mollem, & pãnis calidis cooperi ipsum diligẽter, vt calor acceleret ad statum: & tunc in potu tribue aliquid ex prouocãtibus sudorẽ, & proprie apud statum ægritudinis, cum materia perfecte fuerit digesta: qualis est potus aquæ calidæ, in qua pul. cardamomi. aut gariofil. cum zuccaro fuerit bullitus. Et pone circum corpus vndiquaqȝ vesicas, in quibus sit aqua decoctionis origani, calamenti, & flo. chamomillæ: quoniam faciet sudare: & cũ sudor fluxerit, abstergatur gradatim cum pannis lineis calidis: quoniam poros aperiet, & alium faciet succedere sudorem: & sic regatur, donec paroxysmus perfecte declinarit, & calor naturalis ad interiora fuerit reuocatus: tunc nutriatur cibis suis dictis. Cura febris quintanæ, & sextanæ eadem est cũ supradicta: sed necesse est vt in eis virtus medicinarum calefacientium atque subtiliantium vltimetur.

Emperica. Scripsimus in ca. de melancholia syrupum nobilẽ ad omnem ægritudinem ex melancholia: quoniam est potens in digerẽdo, exoppilando, ventrem leniẽdo, atqȝ splenẽ confortando: quare illuc recurramus. Dicamus & hic artem faciendi syrupos digerentes atqȝ euacuantes humorem melancholicum a quacũqȝ particula nostri corporis, siue adustũ, siue condensatum. ℞. florum borraginis & buglossæ (si tẽpus fuerit) vel herbæ recẽtis añ. M. i. florum sambuci (si tempus fuerit) vl. cortic. eius medianæ, flor. genestæ, foliorum salicis, corticis medianæ fraxini, scolopendriæ, tamarisci, cortic. rad. apij recẽtis añ. M. s. chamedryos, chamepyteos, cuscutæ squinanti, eupatorij, hysopi añ. M. vnius quar. par. ciperi, capparis, acori, azari, squillæ, añ. ℥. ß. ameos, amomi. añ. ℥. ij. pyrethri, gentianæ, zinziberis, cinamomi, baccarum lauri. añ. ʒ. ij. vini albi dulcis clari aromatici lib. ß. mellis albi, & zuccari añ. lib. ß. fiat ex omibus syrupus bene coctus subtilis & bene clarificat⁹ modo & forma, quibus fiunt alij syrupi: de quo potetur omni die in aurora aliquid per se, vel cum aqua calida. Et si laxatiuum facere volueris, adde thymi, epithymi ℥. iiij. sene ℥. ij. polypodij. agarici, hermodactyli añ. ʒ. i. esulæ. ℥. ß. in decoctione prima: & da ex eo sicut prius, quoniã faciet egestiones liuidas vel plũbeas bis vel ter quaqȝ die leuiter assellare. Et si volueris, vt a proprietate membrum aliq̊d respiciat: adde ex directiuis, quæ dixim⁹ in ca. de febre flegmatica interpollata. Est namqȝ fere continens omnia simplicia digerentia, & euacuãtia melancholicos humores: verum quoniam melãcholia maxime dominetur in splene, conueniens videtur, vt medicinæ dirigentes ad splenẽ, multiplicẽtur in syrupo. Dicũt præterea experti, qȝ si tria grana myrrhe subtiliter conterantur, & cum ℥. duabus vini albi vetusti ante paroxysmum potenter combibantur, vsque ad tres paroxysmos, febrẽ illico decidũt, vel abbreuiant, vel alleuiant euidenter: quod est, quoniam myrrha ex proprietate subtiliat, prouocat, exoppilat, & putrefactionem prohibet: ad quod etiam de-

seruit sua complexio calida & sicca vehementer. Idem operatur vrina propria calida bibita omni die in ieiunio, & proprie cum in die præcedenti potauerit vinum potens. Et idem facit vinum decoctionis absynthij colatum, & cum melle aut zuccaro dulcoratum, & bibitũ in ieiunio. Similiter & aqua decoctionis pyrethri & gentianæ dulcorata, sicut prius. Similiter & ista confectio. ℞. pyrethri, gentianæ, chamedryos. añ. ℥. ß. mellis albi lib. ß. si ex ea sumpserit omi die in ieiunio. ℥. ß. cum. ℥. 2. aquę decoct. hysopi, aut cum ℥. 2. aquæ rutæ: quoniam in breui tẽpore rectificat melancholiam. Similiter & ista cõfectio. ℞. assæ fe. foliorum ru. siccæ, piperis lon. añ. ℥. 2. cõfice cum melle, & da patienti ante accessionem per 2. horas ad modum castaneæ.

Canones. In cura istius feb. oportet, vt cum cautela procedat̃, tam in cibis q̃ in medicinis, plusq̃ in febribus al' chronicis propter difficultatẽ suæ eradicationis. De modo igitur cibationis, est sciendum, prout docet Auicen. 4. canoñ. vbi loquitur de hac febre: ꝙ oportet, vt ipse ieiunet in die paroxysmi: quod sic videtur intelligẽdum, vt si venturus sit paroxysmus in die, tunc prandiũ dimittat, necꝫ cœnet, donec declinatio trãsierit cõplete: Si vero feb. sit ventura de nocte, tunc omittat cœnam, necꝫ prandeat, donec paroxysmus ꝑfecte declinarit, quantumcuncꝫ fuerit prolongatus: & sic per diem paroxysmi intelligimus duodecim horas ante paroxysmum. Nam si 24. horas vellemus intelligere, cõtingeret ægrũ duobus diebus assidue ieiunare: cum paroxysmus veræ quartanę. 24. horas occupet naturales, quod absurdum videret̃: verum communiter operantes cibum offerũt 6. horis ad minus ante paroxysmũ: sed oportet, vt talis cib9 sit paruus quantitate, & magnus virtute, qui cito digeratur, & corpus multum nutriat, & virtutem conseruet, quod est necessarium in omi feb. chronizante: sicut sunt iura carnium laudabiliũ, & caro auiũ paruaꝝ, & pisces recentes petrosi assi vel elixi, nisi fortassis vomitum intenderet: quoniã tũc cibum ex oleribus in principio paroxysmi sub multa quãtitate donarẽt. Post declinationem vero paroxysmi similiter & diebus quartis nutriat̃ ex cibis grossis supradictis. De qualitate ciboꝝ aduertendum, ꝙ oportet, vt omnis eorum cibus sit fortis in humectando, sed temperatus in calefaciendo, & proprie si melãcholia fuerit adusta. Vehementer nancꝫ calida sanguinem adurũt, velut allium, sinap. & piper. quando assumuntur vsu non moderato. Vehementer autem frigida san. condensant, velut lactu. portula. Sicca vero comprimunt, vt assaturæ & tortellæ: ex quibus omnibus humor melancholicus augmentatur. De medicinis præterea sciẽdum, ꝙ necꝫ digestiua, necꝫ solutiua, necꝫ vrinæ prouocatiua fortia sunt a principio ægritudinis offerẽda, ne educatur subtile, & remaneat grossum lapidificatum: quare gradatim erit a leuioribus ad fortiora transeundum, donec hora status apparuerit, in qua virtus oĩs rei vltimari poterit: quapropter ait Aui. ꝙ a principio dãdus sit syrupus acetosus simplex, sed compositus in processu. Sciendum etiam ꝙ medicinæ curantes hãc fe. oportet, vt sint calidæ subtiliatiuæ penetratiuæ cum virtute: verum si materia adusta fuerit, cõuenit vt earum caliditas refragantur, nõ tamen omnimode postponatur: quoniam licet repugnet dispositioni materiæ secundum qualitatem, cõfert tamen secundum modum substãtiæ, cum sit grossa cinerosa: propter quod ait Auicen. in hoc casu danda ptisana cum pipere: qa natura sagax vtetur ptisana contra dispositionem feb. et materiæ, sed pipere cõtra grossitiem humorum. Cum autem splen sit receptaculum proprium

melancholiæ, necessarium erit, vt eius cõfortatio non postponatur in hac fe. quare rectificetur prout docuimus ca. de debilitate splenis: vt massam sang. mundificet, & melãcholiam ad se trahat. Item licet omnis melãcholia sit frigida & sicca per naturam propriam: magis tamen solicitãdum tam in cibis q̃ in medicinis ad remouendũ siccitatẽ q̃ frigiditatẽ: qm̃ tempus humectandi longius est valde tẽpore calefaciendi, vel infrigidandi, vel exiccandi: vt ait Gal. 7. de ingeñ. sanitatis: quapropter oĩa q̃ dicentur infra cap. de impinguatione corporis macri, præsenti cap. sublimiter suffragantur.

Prognosticatio. Dicit Ras. in diuisionibus, ꝙ feb. quartana raro fit per se incipiendo, vt plurimũ vero ad fe. alias chronicas consequendo: quoniam ex huiusmodi feb. melancholicis humor multiplicatur in corpore propter incinerationem humorum ex febrili calore, qui post q̃ humores subtiles accenderit, & consumpserit, etiam grossos inflãmabit. Cum aũt fit consequendo, fit post fe. quotidianã et tertianã nõ puram, & proprie cum earum periodus cœperit oberrare: quoniã vt ait Hip. 3. prognost. fe. inordinate vagantibus quartanę sunt futuræ. Cum aũt fit per se, accidit plurimum in autũno & hyeme: qm̃ hoc tẽpore cholera nigra dñatur ex incensione calor. aëris post æstatẽ præteritã, & vnione caloris naturalis in visceribus animaliũ apud hyemẽ præsentẽ. Item hæc fe. accidit (vt plurimum) in senibus, aut melancholicis per naturam: veruntamen cũ fit in iuuenibus, antecessit regimen ex potu & cibo melancholico, & labor & vigiliæ & solicitudo plurima perdurãs. Item hęc fe. ex tota sua specie chronica est valde, ita vt annum integrum obtineat per naturã: Verum si patiens erret in regimine, poterit (vt Auicenna testatur) annis 12. perdurare, nisi fortassis virtus deficiat & morbus ad mortem accurret. Quod si feb. huiusmodi contingat prius terminari, non accidet hoc, nisi quia materia fuit pauca statim a principio, vel virtus expulsiua fortis, & euacuatio sensibilis plurima apud paroxysmum cum vomitu & fluxu ventris, & sudore: quoniam vt ait Galenus tertio de creticis diebus: quemadmodum acutæ ægritudines motum lunæ sequũtur, ita chronicæ motum solis. Item hæc fe. facilius terminatur vere & æstate, quàm hyeme vel autumno: quare si continuetur vsque ad hyemem, consueuit vsq; ad veris principium aut æstatem subsequentẽ durare. Vnde Hippocrates secunda particula aphorismorum: Estiuæ quartanæ vt multũ breues sunt, autumnales vero longę, maxime si ad hyemem coniungantur: quod pertractans Galenus in commento illius, dicit idem de morbis omnibus materialibus iudicandum. Citius nanq; resoluitur materia, vel virtus in aëre calido dissoluente, q̃ frigido constringente: quare morbus citius finietur ad mortem vel salutem. Item omnes quartanarij sunt splenetici, & per consequẽs icterici icteritia nigra: quare cum rectificatione splenis succurratur. Item leprosi non valde fiunt quartanarij. Quod si feb. quartanam habuerint, & in eis multum perdurauerit, lepram curat inchoatam. Item si prolongetur hæc feb. perducit ad duritiem epatis & splenis, & deinde ad hydropisim timorosam. Itẽ si vrina fuerit alba, subtilis, aquosa statim a principio, & perdurauerit sub hac forma tempore longo, morbi longitudinem & materiæ duritiẽ significat: Si vero gradatim coloretur quaq; die cum ingrossatione substantiæ, & bonitate contentorum, morbi significat breuitatem. Item vrina nigra, aut plumbea in colore cum sedimine grosso liuido aut rubeo arenoso, post signa digestionis perfectæ gradatim eueniẽs qua-

que die, morbi declinationem significat, & salutem. Si vero ante signa digestionis subito euenerit talis, & modo appareat, modo delitescat, materiæ multitudinem, & virtutis naturalis angustiam repræsentat. Item feb. quartana (vt plurimum) est salubris ex interpositione diuturnæ quietis: ꝙ si periculosa quandoqꝫ fuerit, ex defectione virtutis hoc continget. Item maniæ & melancholiæ si febr. quartana superuenerit, tollit ægritudinē. Item quartana quæ fit de melancholia adusta vehementius affligit, & citius terminatur: quæ vero de non adusta, moderatius affligit, & tardius terminatur.

¶De febre melancholica continua Cap. XIII.

FIt hæc feb. ex humore melācholico putrescente intra venas, sed rarissimus est eius euentus, adeo vt conuenientius dicatur senium naturæ. Et signa eius sunt, signa feb. quartanæ periodicæ, præter ꝙ non accidit in eius exacerbatione tremor, aut horripilatio: quemadmodum nec in alijs febribus continuis: verꝫ exacerbatur de quarto in quartum, sicut & fe. quartana periodica, ad quā existit proportionata, sed tepescit in alijs diebꝰ.

Methodus. Cura eius est cura fe. quartanæ periodicæ, sed magis confert in ea euacuatio cum flebotomia ǭ in periodica: quare flebotometᷣ in principio basilica sinistra in brachio, & post hoc saphena pedis sinistri cum cautela, quam diximus in extrahendo sanguinē grossum nō subtilem, & post hoc gradatim procedatur ad medicinas digestiuas, & deinde ad solutiuas, atqꝫ vrinatiuas, primo quidem leuiores, secundo fortiores: prout diximus in cura feb. quartanæ interpollatæ.

Prognosticatio. Non fit hæc fe. per se incipiendo, sed consequendo ad feb. continuas, & proprie acutas. Item hæc fe. lentum habet calorem, vehemēter tamen profundo corporis insertum: quēadmodum & hectica: quare cauendum, ne fortassis ad illam trāsmutetur: verum si non transmutetur ad hecticam, vt plurimum fiet salubris.

¶De febribus compositis, & commixtis & erraticis, quæ planeticæ dicuntur. Cap. XIIII

DIxerunt medici, ꝙ species feb. nō simplicium plurimæ sunt valde, & proprie nr̄o tēpore: qm̄ ex inordinato regimine atqꝫ confuso generātur humores, qui putrescētes cōfusas fe. inducunt: quēadmodum enim humor qlibet cuilibet est possibil. cōmisceri: cū sint corpora liquida facile terminabilia termino alieno, similiter & oportet febrem quālibet cuilibet copulari: verū in quibusdā hic noscitᷣ, in quibusdā minime, q̄d qdē accidit ex prædominio alterius ipsarum super alteram excessiue: quapropter ait Auer. 4. coll. O ǭ paruus est numerꝰ morboꝝ simpliciū a nobis repertꝰ: Sed hm̄oi specierum numerus ad ternariū reducitᷣ apud nostrū intellectū: qm̄ aut cōpositæ, aut mixtæ, aut erraticæ nūcupantᷣ. Cōpositas vocamus, cū duo vel tres humores simplices distinctis locis putrescūt simul hora vna vel propinqua: quare duas vel tres feb. faciunt simul in tempore vno vel tēpore propinquo: verbi gratia, vt si tertiana continua cum flegmatica cōtinua coplicetur, aut fe. sanguinea cū flegmatica, vel quōlibet cōtinua cū interpollata, seu econuerso. Et huiusmodi species famosior est hemittritæus verus, & non verus. Verus quidem componitur ex tertiana cōtinua & flegmatica interpollata, sed nō verꝰ ecōuerso. Cōmixtas vero dicimus, cū fe. aliqua vna & eadē fit ex flegmate vel melācholia, vel alio quis mō diuersoꝝ humoꝝ gn̄ibus siml in minera putredis copulatis; q̄lis fe. tertiana notha

vel quotidiana vel quartana continua,
vel interpollata, cum fuerit non pura. Er
raticas autem dicimus, cum fit fe. ex hu
more vnico, verum hæterogeneo ſecun-
dum partes ſuas. Verbi gratia: ſi ſit ex
flegmate groſſo & ſubtili, aut ex melan
cholia ſimiliter, aut ex cholera pura &
vitellina: quare ſi partem ſubtilem con-
tingat prius putrefieri q̄ groſſam, proce-
derēt ei⁹ periodi poſtponēdo: ſi vero groſ
ſa prius putruerint, procederēt anticipan
do: neq; eſt neceſſarium, vt pars ſubtilior
ſemper prius putrefiat: quoniam poteſt
pars groſſior prius abijci a regimine na-
turæ: poteſt etiam calor naturalis eſſe mi
nus in ea contemperatus, quare facilius
euaporat. Signa feb. cōpoſitarum ſunt,
vt non confidas in cognoſcenda feb. per
periodum ipſius, imo ſecundum acciden
tia ſibi appropriata: quandoq; enim eue
nit ex compoſitione duarum tertianarū
paroxyſmus omni die, qui eſt periodus
feb. flegmaticæ: ſed cum videris paroxy
ſmum omni die cum accidētibus tertia-
næ euenire: ſcias, quia ſunt duæ tertianæ,
quarum vnus paroxyſmus accedit, cū
recedit alia tertiana. Et itē aliter. Quan
doq; enim accidūt in corpore ſimul duæ
feb. interpollatæ, vna ex cholera, & alia
ex flegmate, quæ faciunt paroxyſmum
omni die, ſed cum videris paroxyſmum
vnius diei tardum in calefactiōe, & val
de perdurantem, paroxyſmum vero al-
terius diei calefactionis vehementis cū
ſiti & alienatione plurima: ſcias, ꝙ non
eſt feb. ſimplex. Quandoq; etiā accidunt
ſimul in corpore duæ fe. quarum vna eſt
continua, & alia interpollata: vt patet in
hemitritęo vero et nō vero: quare poſtq̄
videris feb. nulla horarum omnino defi-
cere, neq; corpus infrigidari, & cum hoc
accidunt paroxyſmi periodice: ſcias in
corpore duas fore fe. vnam continuam,
& aliam interpollatam. Quod ſi feb. cō
tinua fuerit valde arſiua cum ſiti & oris
amaritudine, interpollata vero leuior cū
reditione paroxyſmorū omni die & pro-
prie apud occaſum ſolis: ſcias, ꝙ eſt he-
mittritæus verus: ſi vero fuerit ecōtrario,
fiet hemittritæus nō verus. Veruntamē
ne cadat in cognitione duarum febrium
interpollatarum compoſitarum: eſt ſcien
dum, ꝙ paroxyſmi talium feb. tribus cō
ponuntur modis: quoniam aut ſunt con-
comitantes, aut ſubintrantes, aut ſubal-
ternantes. Concomitantes dicimus, qm̄
cū incipit paroxyſmus vnus, incipit ſimi
liter & alius, vel parū poſt, ita ꝙ fit addi
tio manifeſta in frigore, rigore & horripi
latione. Subintrantes dicimus, quando
vnus paroxyſmus deſinit, & alter ſtatim
incipit, vel parum poſt. Subalternantes
vero dicimus, quando inter paroxyſmū
& paroxyſmum cadit quies media ma
nifeſta. Et quemadmodum diximus de
paroxyſmis feb. interpollatarum, intelli
gimus etiam de exacerbationibus ſeu ſu
pexcreſcentijs feb. continuarum propor
tionatarum ad illas. Et feb. quidem con-
comitātes difficilis ſunt cognitiōis, ſubin
trantes facilis, ſubalternātes vero medię
ſunt earum. Signa feb. compoſitarū, ſunt
ſigna feb. quotidianæ nō puræ vel quar
tanæ non puræ. Signa feb. erraticarū quę
planeticæ dicuntur, ſunt: quoniam proce
dunt earum periodi ordine turbato: Ver
bi gratia: nunc anteriorādo, nunc poſter
gando: verum in hoc cadit error: quoniā
ſi fuerit illud ſecundum ordinem digeſti
onis, nō ſignificabit fe. erraticam. Om̄is
nanq; feb. interpollata cum ad augmen
tum peruenerit, anticipant eius paroxy-
ſmi: cum vero declinarit, poſtponūt: ſed
cum in principio fuerit aut ſtatu: accidūt
vna hora, aliter tamen & aliter, prout in
cap. de fe. flegmatica interpollata diſtin
ximus, cap. de prognoſticatione.

Methodus. Cura omnium iſtarum fe.
eſt compoſitio medicinarū
ſimplicium ſub proportione, quā requi-

rit fe. dispositio, & eius causa antecedēs: verbi gratia, si feb. sit composita de feb. de cholera, & fe. de flegmate qualicūq; continua vel interpollata: tunc oportet, ꝙ in digerentibus misceatur syrupus acetos. & oxyzaccarum cum oxymelle, similiter et in euacuationibus turbith cum reubar. vel agaricus cum diagridio misceatur: similiter et in cibationibus lactuca cum feñ. & in saporibus agresta cū sinap. & in potibus vinum & aqua misceantur. Cautela tamen huiusmodi est semper obseruāda, vt si dispositio magis infestauerit, quod scies ex ardore, & siti vehementi, magis alterantibus insistamus. Si vero materia, quod scies ex angustia corporis ex repletione venarum, & vrina grossa, magis euacuantibus vtamur. Si vero virtus debilis fuerit, ipsam præcipue confortemus cum cibis & potibus, pro tunc morbum & eius causam negligendo.

Emperica. Ars faciendi syrupum humores compositos digerentem quoscunq;, similiter & ipsos extrahēs a particula nostri corporis quacūq;, hæc est. ℞. calamēti, origani, mentæ, pulegij, herbæ paralysis, betonicæ, balsamitæ. añ. m. ß. ratiōe flegmatis: ros. viol. endiuiæ. lactucarum. añ. m. ß. ratione choleræ: herbæ vel florum boraginis & buglossæ, scolopendriæ, sticad. arabic. rorismarini. añ. m. ß. ratione melancholiæ: se. anisi, feniculi, sileris montani. añ. ʒ. 2. ratione viarum oppilatarū: zinz. cinam. xyloaloes, xylobalsami, folij indi. añ. ʒ. 2. ratiōe aromatizationis & confortationis virtutis: mellis & zuccari. añ. lib. ß. fiat ex omnibus syrupus bene coctus & clarificatus modo & ordine, quo fiunt alij syrupi: & ex ipso potest omi die in aurora per se, si aquosus fuerit: sed cū aqua calida, si fuerit per decoctionem inspissatus. Et si laxatiuum facere volueris: adde turbith, agarici. añ. ʒ. ß. ratiōe flegmatis, cassiæ fi. tamarindorum. añ. ʒ. 1. ratiōe cho. hermod. senę, thymi epithy. añ. ʒ. 1. ratione melancholiæ, myrobalanorum kebulorum, vel mastices. ʒ. iij. ratione cōfortationis mēbrorum nutritiuorum: & ponantur omnia in decoctione prima, postq̄ fuerint in mortario aliquantulū contusa: & fiat syrupus, sicut prius: quia faciet ægrū assellare bis vel ter leuiter quaq; die. Et si volueris, vt stomachum aut caput vel membrum aliquod respiciat a proprietate, adde ex directiuis, quæ diximus capitulo de feb. flegmatica interpollata.

Canones. Scire oportet, ꝙ in cura feb. compositarum vel commixtarum insistendum est a principio circa rectificationē humorum calidorum subtilium, & post hoc grossorum cum digerētibus atq; euacuātibus appropriatis: qm̄ illud quod plurimū accidit, est vt humores subtiles agitentur statim a principio, grossiores vero tarde in processu. Aduertēdum præterea, ꝙ humores calidi subtiles plus indigent alterantibus q̄ educentibus: grossi vero frigridi econuerso: vt ait Auicen. & Auer. autoritate Auēzoar. 5. sui colliget. Nunq̄ visa est medicina laxatiua ministrari, apud cuius operationē nō euacuaret cho. rubea in principio: q̄d quidem accidit propter eius subtilitatē & caliditatem: quoniā disponunt ad motum. Solicitādum etiam statim a principio fe. putridarum in confortatione stomachi, epatis & splenis, & vniuersaliter omnium membrorum naturalium, atque ad eorum exoppilationem. Quoniam vt ait Ras. in diuisionibus cap. præsenti. In omni huiusmodi fe. inflatur facies, & corrumpuntur viscera, & debilitanī & infrigidantur stomachus & epar: quare cum calidis stypticis hora vna, deinde penetrātibus diaforeticis hora alia subtiliter succurratur: & hanc artem iam descripsimus cap. de flebotomia.

Prognosticatio. Feb. compositæ aut commixtæ vel erraticæ ex tota sua specie difficiles sunt, et malignæ: qm̃ in eis virtus opprimit̃ et corrũpitur: neq; medicinæ rationabiliter exhibitę poterunt ilico subuenire. Quod totũ ex hoc accidit: quoniam causæ cõtrariæ secundum complexionẽ vel substãtiam similiter æqualiter dominantur: quapropter omnes feb. huiusmodi prolixæ sunt, & malignę. Item dicit Ras. in diuisionibus cap. præsenti: ꝙ plures feb. compositæ quæ accidunt, sunt illæ quæ fiunt ex cho. rubea & flegmate continuæ vel interpollatæ: quoniam omnis cibus vel humor dum corrũpitur, trãsit (vt plurimũ) in hos duos, in choleram quidẽ per adustionem, in flegma vero per incrudationem vehementem. Item dicit Hippo. 3. prognosticoꝝ. Febribus inordinate vagantibus quartanæ sunt futuræ, & proprie apud autumnum: cũ sit tempus inordinatum. Item si febris hectica complicetur cum putrida, mortale: quoniã hectica restauratiõe indiget, putrida vero inanitione. Item ad febres compositas, cum perdurauerint, accidere consueuerunt oppilationes & durities in epate & splene, & demum hydropisis ascites.

De febre pestilentiali. Cap. XV.

ACcidit interdum aëri, qui est hic apud nos circa terræ superficiẽ, vt corrumpat̃ & putrescat: quẽadmodum accidit & aquæ, quæ stat in paludibus & stagnis: quare cum attrahitur per anhelitum spiritus corrumpit & humiditates, quæ sunt in corde & capsula eius, & febrem inducit quæ epidemia græce, & pestilentia latine dicit̃. Et numeratur hęc feb. inter cõtinuas acutas q̃ apud diẽ 14. terminatur vel prius. Hæc aũt aëris corruptio, aut fit ex causa manifesta, vt a cadaueribꝰ mortuoꝝ nõ defunctoꝝ, & infusione lini, vel canabis in aqs vicinis hoĩm habitationi, & proprie cum a locis huiusmodi peruenerit flatus vẽtoꝝ austrinoꝝ: Aut fit ex causa occulta, vt ex influentijs orbium & astrorum. Quapropter ait Hip. 1. prognost. Est aũt quoddã cœleste sydus, q̊d latere nõ oportet. Signa fe. epidemialis sunt, ꝙ est getæ caliditatis cũ tangit̃ exterius, sed est difficilis & perturbãs interius, & proprie circa thoracẽ & pectus, vbi est suæ putredinis minera: quapropter est cũ ea lingua nigra, adusta, & pulsus spissus paruus debilis, in quo systole maior est, q̃ diastole: sed fortificatur apud noctẽ: similiter & anhelitus, sed est fœtoris horribilis: similiter egestio & vrina: & adhærent ei præcordioꝝ dolores, & tristitia & vomitus, & sitis: & vrina ipsoꝝ est laudabilis, digesta paꝝ differens ab vrina sanoꝝ: veruntamẽ est interdũ ru. grossa cũ liuiditate, & proprie cũ fe. est malignantis vehemẽtiæ: & est cũ ea prostratio appetitus, ita vt si vehementer ab astantibus non resistatur, moritur sine cibo, & multiplicantur in ea vigiliæ, & inquietudo iacendi super lecto suo, & dolor oris stomachi, & tussis sicca, & tensio, vel spasmus mẽbrorum neruosorum, ita vt ex illis omnibus æger cadat frequenter in syncopim, & debilitationem virtutis vltimatam. Cum igitur videris febrem sic inquietã cum nausea frequẽti, & signis omnibus, aut pluribus iam dictis: tunc scias, ꝙ ipsa est feb. pestilentialis: verum si cum prædictis multiplicatur hæc fe. in hominibus, & sunt signa pestilentiæ manifesta in aëre circundante, vt caliditas plurima cum turbulentia nubium, & multitudine pluuiarum, & alteratione aeris subita, nunc ad claritatem, nunc ad obscuritatem, & multiplicatio vermium, & serpentum, & multiplicatio variolarum in pueris, & morbillorum, & flatus assiduus ventorum calidoꝝ humidoꝝ, scilicet austrinorum: verior erit tua significatio.

Methodus. Sit tota tua intentio in confortatione cordis istorum: quoniam est illud, quod maxime laborat in hac feb. Confortatur autē cum frigidis, stypticis, aromaticis: quoniā calorem fe. reprimūt, virtutē alliciūt, & vehementer putredini resistūt: quare per interius & exterius ministrent. Tēperet igit aër a principio habitationis ipsorū sternendo per cameras plantas frigidas, virides, redolentes vt folia rosa. salicis, nenuphar. & vitis albæ, & aspergātur parietes cū aqua. ros. & aceto, & suffumigentur cū sandal. & cāphora & ligno aloes & xylobalsa. positis super carbones, & odorēt res easdem in manibus suis retentas, siue facta ex eis poma cum laudano & storace. Roretur frequēter eorū facies cum aqua rosacea. Et fomententur os et tēpora, similiter & pectus totū ex aqua ros. & aceto, postq̄ in eis puluis ros. camphoræ et sandalorū fuerit dissolutus infundendo in eis pānos lineos mundos vel sericeos, & actu frigidos frequentando super locum. Nutriatur ex pullis assatis cōditis cum vino granatorum, vel berberis, vl' aceto: similiter et vitellis ouorum, & mica panis de simila lota in aqua frigida, deinde expressa, & imbibita in vino granatorum: potest quandoq; in cibo sumere lētes excorticatas vel bis coctas cum aceto, similiter & pulmentum ex farina ordei vel auenæ conditum cum aceto. Bibat vinum album bonum odoriferum, cui admixtum sit quantum est eius quintuplum ex aqua dulci frigida vehemēter: vel bibat aquam frigidam cum vino granatorum, vel agresta vel cum aceto: si p sto nō est aliud. Sorbeat quandoq; lac acetosum, vel lac vstulatum cū lapide ignito, & cum eodem lacte & farina auenæ fiat pulmētum: vtatur extremitatibus hœdorū vitulorum coctis & conditis cum vino pontico, & aceto, & semine anethi, postq̄ fuerint vehementer infrigidata. Et sit studium plurimū in cōfortatione virtutis eorū ex cibis & potibus acetosis generū diuersorū, quæ prouocent appetitū: & cū æger cibū abhorruerit, ab astātibus exhortetur: qm̄ cadit virtus & moritur, si non cibus offerat. Confortetur hora, qua cibū nō sumpserit, cū diarrhodon abbatis, rosata nouella, zuccaro ro. triasand. simplicib9 vl' cōmixtis.

Emperica. Prohibeatur hic æger a cibis humidis pro posse: sicut iura carnium elixarum, similiter & a potibus vaporosis, vt sunt vinum purum, ceruisia, & claretum. Et sit ipsorum aspectus ad septentrionem, non ad austrum: prohibeatur etiam a balneis & ablutionibus aquæ calidæ dulcis: Quoniam vt ratio testatur caliditas & humiditas vehementer alliciunt putredinē, caliditas effectiue, humiditas subiectiue. Dicunt præterea experti, q̄ si quis sumpserit ex his pillulis omi die ℨ. ß. in autora tēpore pestilentiæ, nō cadet in hanc fe. ℞. aloes, ℨ. I. myrrhæ, croci. an̄. ℨ. ß. teratur, & cōficiantur cū vino bono odorifero, & cū eodem assumant in potu: qm̄ materias putridas leuiter euacuant, & nō putridas reseruāt: verū si corpus non fuerit plethoricū, neq; sit opus purgatione omnino, oportet vt aloe & myrrha decē vicib9 abluant, aut plurib9 in aqua dulci, donec partes acutę resoluantur, & sola stypticitas remanserit aromatizans. Idem operatur theriaca bona, si cum vino claro aromatico & aqua veri frigoris potetur in ieiunio. Odor etiam assiduus camphoræ, si caliditas sit vehemens in visceribus, vel muschi, si caliditas non sit fortis, conferre dicitur.

Canones. Non confert in hac feb. purgationibus insistere: quoniā humor putridus nō est eius causa, sed vapor aeris putridus cor inficiens & eius humiditates: Veruntamen si venter sit stypticus, leniat cū suppositorio vel clysteri,

& quandoq; cū medicina leui: cuiusmodi sunt cassiafi. manna, tamarind. si bulliantur in aqua cum viol. vel prunis & colentur, & potentur in aurora. Quod si corpus carnosum fuerit atq; rubicundū, & vrina rubea confusa, & cōsuetudo in flebotomando: flebotomandum erit statim a principio: quoniā humores superfluos diminuit, virtutem alleuiat, & a fe. putridis præseruat. Nec videtur negligendum, quin detur medicina digerēs quaq; die: quoniam humores rectificat, & ab ebullitione putrida refrenat: cuiusmodi sunt oxyzaccarum, & syrupus acetosus simplex, si cum aqua frigida potentur in aurora: sed apud meridiem, cum est sitis vehemens, bibat syrupum de papauere: & fiant omnia quæ de fe. tertiana continua diximus, & proprie si sitis & vigiliæ perdurarint.

Prognosticatio. Feb. epidemiales ex tota sua specie timorosæ sunt & suspectæ: quoniam in eis minera putredinis est in corde, quod est fons vitæ: propter quod ait Auic. quarto cañ. capitulo præsenti: quod nō oportet in ea digestioni credere: quoniam potest vrina apparere digesta, & q; æger tamē tendit cōtinue ad mortem, quod est: quia potest in hac fe. virtus naturalis esse fortis, quare digestionem perficit in cibis & humoribus quaq; die: virtus vero vitalis est debilis prostrata, quę pulsum faciet paruū, spissum, velocem, debilem, inordinatū: pulsui igitur est credendum, qui nō fallit, cum sit præco verus: vt dicit Gal. lib. suo de pulsibus. Item si syncop. fortis & frequens acciderit, aut appetitus omnino fuerit prostratus: mortale. Item omnis feb. cum ad crisim peruenerit modo naturali, & præcedentibus signis digestionis: frequentius terminatur ad bonum, quàm ad malum, præterquam hæc fe. in cuius crisi non est confidendum: quoniam est (vt plurimum) mortalis: vt ait Gale. in commento illius apho. secundæ particu. Quibuscunq; crisis fit, his nox difficilis &c. Item hæc feb. & similiter omnis fe. putrida multiplicatur maxime sub æstate pluuiosa: vnde Hippo. 3. partic. apho. Constitutiones vero anni omnino quidē siccæ &c. Item ad hanc feb. variolæ, & morbilli succedere consueuerunt, & proproprie tempore senectutis aut iuuentutis: quare si copiose & subito exierint, fortitudinē virtutis expulsiuę significant & crisim ad salutem: si vero contrarium acciderit, mortale.

¶ De morbillis & variolis. Cap. XVI.

VAriolæ & morbilli sunt pustulæ plurimæ & minutæ causatæ in fe. acuta ex materia plurima calida dispersa super cutim totius corporis, & accidunt (vt plurimū) infantibus & pueris ante tempus pubertatis: quoniam in illis ætatibus virtus naturalis roborat, vt partes menstrui malignas retentas in porositatibus membrorū embryonis radicitus expellat. Verum hæ partes sunt duorum modorum: quoniā aut sunt sanguineæ, & causant variolas: aut cholericæ adustæ, & generāt morbillos: q; si fuerint frigidæ & flegmaticæ, non poterūt fieri causa talium passionum, sed scabiei & pruritus. Accidunt etiam hæ passiones corporibus adultis, et proprie post crises diminutas fe. acutarum: ita vt variolæ feb. de sanguine, morbilli feb. de cholera consequantur. Signa eorum communia sunt: quoniam apud initium generationis amborum, fit feb. continua acuta caloris vehementis, & dolor fortis super dorsum, & pruritus in naso, & timor in somno sine causa manifesta. Signa vero distinctiua sunt: quoniam apud generationem morbillorum sunt communia accidētia fortiora, & caliditas, & angustia cum dolore capitis, & faciei rubore, simi-

liter & vigiliæ vltimantur. Deinde post tres dies vl' quatuor exeũt a corpore toto pustulæ duræ rubeæ minutæ, quę nullum aut paruum faciunt cubũ, sed apud generationem variolarum fiunt accidẽtia minora: deinde post tres vel quatuor dies apparent in toto corpore, similiter & in albuginibus oculorum, pustulæ latæ molles subalbidæ, quæ cum maturantur: faciunt saniem & cub.

Methodus. Distinguũtur hi morbi per quatuor tempora: quemadmodum & omnes alij, cum fuerint salubres. Est nãq3 principium in eis, anteq̃ pustulæ exterius incipiãt apparere: Augmẽtum vero est, quando pustulę apparẽt, & augmentantur: sed est status, cum maturantur, & cubum faciunt & rupturam: Declinatio vero, cum vlcera exiccãtur, & faciunt crustas, & vestigia planantur: secundum hæc igitur quatuor tempora diuersificatur & cura. In principio igitur ægritudinis, & postq̃ principium cognoueris in hac febre, fiat ilico flebotomia basilicæ (si virtus & ætas consenserint) & extrahatur sanguis plurimus pro posse siml' hora vna vl' apud secundationẽ: quoniam materiam diminuet, & variolarum & morbillorum impediet generationem. Et regatur patiens hora illa cum cibis & potibus stypticis pro posse, ex quibus sunt pultes ex farina auenæ conditi cum aceto, similiter & lentes excorticatæ, & risum, & mica panis abluta in aqua frigida, & post imbibita in vino granatorum vel succo berberis aut acetosæ: vel sicut sunt pultes ex farina similæ cõditi cum lacte vstulato. Bibat aquã frigidam puram, aut mixtam cum aceto. Vtatur zuccaro rosato, & triasanda. Et in hoc casu conferunt trochis. de karabe, & de camphora, & de spodio: si venter restrictus fuerit, cum cassiafistula, & non cum fortibus medicinis: quoniam in hac ægritudine cadit timor plurimus dysenteriæ malignæ. In augmento vero, cũ pustulæ cœperint apparere, abijciat̃ hoc regimen, & capiat̃ aliud omnino. Quoniam vt ait Hip. 1. par. apho. Vndecũq3 natura reperit &c. quare non fiat flebotomia, neq3 leniatur vẽter: quoniam materiam ad centrum corporis diriuarẽt, & fortassis subitam inducerent suffocationem, sed cum cibis & potibus temperate subtilibus diætetur, quibus materiæ diriuẽtur ad corporis circunferentiã, præter q3 plurimum inflãmentur: sicut sunt pultes ex farina ordei farris vel auenæ conditi cũ lacte amygdala℞, & sicut est hęc aqua. ℞. ficuum siccarum, passularum. añ. ℥. iij. rad. feniculi, se. anisi, petrosil. granatorum, aut berberis aut lẽtium excorticatarum. añ. ℥. 1. sandalorum. ℥. ß. pistentur, & bulliãtur in lib. quatuor aquæ dulcis, donec medietas consumatur: tunc coletur, & reseruetur, & frequentetur ex ea potetur in die: quoniam variolas & morbillos prouocat, & maturat. Et cũ fortificare volueris in prouocando, adde croci aliquãtulũ, et coperiat̃ assidue cũ pannis calidis mollibus, donec sudet. Et ponant̃ super ipsum, & coram eius oculis res rubeæ: quoniã facient ea℞ exitum a proprietate festinare & mittantur pedes & manus in aquam calidam: quia faciet, vt alleuietur variolarum exitus in membris: & distilletur in oculos & aures & nares aliq̃d ex rebus stypticis, quod partes huiusmodi defendat ab exitu variolarum & morbillorum: & gargariset cũ eisdẽ: quoniam si acciderent in oculis, adducerẽt cæcitatem, & in auribus surditatem: similiter & aliorum membrorum nobilium tollerent operationẽ sua corrosione vehementi. Ex rebus huiusmodi conferẽtibus est aqua ros. & proprie cum in ea sumach & berberis & grana granato℞ bulliantur, similiter & collyria styptica dicta ca. de ophthalmia, & de fluxu lachrymarum: ex quibus hora post horam

stilletur in oculos: simili̅r et oleũ ro. et oleũ myrtinũ, ex qbus multoties aliqd fugatur per nares, & in aures distilletur. In statu vero & cum pustulæ sint maturæ, & sanies & virtus & sanguis emanarint: fiat reditus ad diætam stypticam dictã in principio: quoniã confortando partes intrinsecas, propellet materias ad exteriora: similiter & intestina custodiet a crisi symptomatica, quæ accidere consueuit in hac feb. per fluxum ventris dysentericum timorosum: & a cibis & potibus sanguinem multiplicantibus abstineat pro posse, donec morbus ad perfectam venerit declinationem: ex quibus sunt carnes, oua, & vinum, nisi fortassis virtus fuerit debilis: tunc nanq̃ sumat aliquid ex ipsis vsu moderato. In declinatione igitur, & cum vlcera cœperint desiccari, & cortices cadere, confortetur earum exiccatio (si tardauerit) cum lana vel bombace intincta & imbibita in aqua salsa, & posita super loca vicibus alternatis: & suffumigentur membra ex rosis siccis & myrtillis, & ex ligno sambuci, vel tamarisci posita super carbones, & abluantur ex aqua decoctionis rerum earundem: & inungantur ex oleis mollificantibus: vt est oleum chamomillinum, & similia: & sicut est aqua decoctionis maluarum, viol. & altheæ. Sic ergo mollificatiua cum exiccantibus vicibus mutuis alternenť, donec omnes cortices ceciderint, & vlcera fuerint exiccata. Tunc igitur repleantur eorum vestigia ex cibis & potibus corpus impinguantibus pro posse: vt dicemus capitulo de impinguatione corporis macri: Similiter & cum vnguentis & emplastris carnem generantibus: sicut est vnguentum vel emplastrum, quod sic fit. ℞ lithargyri abluti nouem vicibus in aqua rof. & toties cribellati. ℥. duas, radices cannarum siccarum farinæ risi, pulueris ossium adustorum, farinæ fabarum excorticatarum. anã. ℥. I. terãtur omnia subtiliter, & cribellentur, & cum muscillagine se. lini, fœnigræci, psyllij incorporentur in formam vnguenti vel emplastri, & super loca concaua ponatur sero, & cum itur ad lectum, & mane cum aqua calida abluatur. Ad hoc conferre videtur plurimum frequens sessio in balneo aquæ dulcis tepidæ post cibum sine mora plurima in ipso: quoniam nutrimentum ad membra trahit et carnem multiplicat in eisdem.

Prognosticatio. Vtraq̃ istarum fe. cõtinua est acuta valde: quare vehemens cadit in eis timor, & proprie apud statum & finem augmenti, cũ pustulæ exierint: velut sudor apud crisim: verum morbillus est deterior, in quo maior cadit timor suffocationis & corrosionis membrorum principalium, q̃ in variolis: quoniam est cum eis febris acutior, & accidentia fortiora: quapropter fit crisis in morbillis, & egrediuntur pustulæ apud diem tertium, aut quartum, aut quintũ ad plus. Crisis vero atq̃ exitus variolarum accidit (vt plurimũ) apud diem septimum, vel nouum. Est tamen in quibusdã corporis particulis exterioribus, vt in variolis maior cadat timor, q̃ in morbillis: quæ sunt oculi, aures, atq̃ guttur: quoniã partes huiusmodi vehementer ab ipsis corroduntur, nisi fortassis statim a principio cum gargarismis & collyrijs stypticis succurratur. Item morbilli & variolæ cum bene fuerint purgati, corpus mundant a lepra, & cancro, & morphea alba & nigra præseruant. Item si fiant huiusmodi pustulæ in crisi feb. epidemialis, & virtus constiterit: crisim significant salutarem. Item si pustulæ in ambobus paucæ fuerint, & cito exierint, & cito maturentur, salubre: si vero contrarium, mortale. Item si pustulæ, nunc appareant, nunc delitescant cum dolore & angustia in visceribus, vir

tutis expulsiuæ debilitatem, & materiæ multitudinem et crisim significat morta lē. Item si syncopis fortis & frequens acciderit, mortale. Item si malitia anhelit⁹ aut difficultas transglutiendi cibū & potum superuenerit cū siti et angustia vehementi, mortale: quoniam materia plurima membra spiritualia oppilat. Item si fluxus ventris superuenerit statim a principio, & ante apparitionem pustularū, in variolis siue morbillis, crisim significat ad salutem: & proprie si nō superfluxerit, neq; viscera senserint nocumentū: Si vero post apparitionem pustularum, & apud statum vel augmentum fluxus ventris acciderit, crisim symptomaticā, & dysenteriam significat timorosam. Item si fuerit color morbillorum rubeus, aut violaceus, aut niger, aut liuidus, mortale: quoniam materiam adustam significat & venenosam. Item si variolæ fuerint citrinæ vel duræ, spissim inuolutæ, vl' rubeæ vehemēter, aut violaceæ, aut ambulauerint vt formica, aut cutim corporis corrugauerint, velut in spasmo: omes malæ sunt, & mortales: vt ait Ras. in diuisionibus ca. præsenti. Item si sanies alba laudabilis ex eis fluxerit apud maturationē, salubre: si vero virus viride cœnosum cū fœtore horribili, mortale. Item si vrina liuida fuerit, aut nigra, aut viridis, aut diuersi coloris confusa, mortale. Item si virtus consisterit, & appetitus remanserit, & anhelitus bonitatem suam seruauerit, & remedia rationabiliter exhibita quaq; die contulerint, & sitis & calefactio remissa fuerint, & pustulæ cito apparuerint, & apparentes exterius remanserint, & remanentes cito maturauerint, & maturantes saniem albam lenem & æqualem emiserint, & calor totius corporis æqualis fuerit, & viscera dolorem non senserint: omnia ista salubria, atq; vitalia sunt signa.

¶TRACTATVS SECVNdus secūdi libri, cuius quinq; sunt capitula. Primum est de crisi, quid sit, & quot modis habeat fieri, & per quas regiones.



DIXIMVS IAM CVram febrium omnium posse: volumus nunc sermonem nostrum dirigere super accidens quoddam horribile, consequens feb. apud ipsarum terminationem ad bonum vel ad malum, q̃d crisis græce & latine iudicium appellatur: quoniam omnis febriens hora crisis ad salutem vel perniciem iudicatur. Est autem crisis (vt dicit Gal. in primo & tertio de crisi) vehemens atq; velox motus morbi contra naturam, & econuerso, in quo natura subito vel vincit, vel vincit in toto vel in parte: quoniā est velut pugna vel duellum inter morbum & virtutem: quare oportet, vt ipsorum alterum subito propellatur sensibiliter extra corpus in toto vel in parte: verum quemadmodum expulsio sensibilis, aut subita, potest fieri tribus modis: similiter & crisis. Modus primus est, in quo æger mutatur subito ad perniciem vel salutem: qm̄ tūc virtus aut materia subito tota simul propellitur extra corpus: velut accidit in febribus vere acutis quibuscunq;. Secundus modus est, in quo æger subito mutatur ad melius vel ad peius: post hoc autē paulatim tendit ad perniciem vel salutē: quoniam fit primo crisis diminuta ad bonum vel ad malum, deinde virtus proficit, vel deficit, velut accidit in febribus chronicis, & non vere acutis: in quibus virtus partem materiæ primo expellit subito, deinde residuum insensibiliter resoluit, vel ab ipsa quaque die resoluitur. Tertius mod⁹ est, in quo æger paulatim primo tendit ad melius vel ad peius, post

hoc autem subito mutatur ad perniciem vel ad salutem: quoniam virtus primo paulatim resoluit aliquam portionē materiæ, vel resoluitur ab ipsa: post hoc vero subito residuum expellit sensibiliter, & expellitur ab ipsa: velut accidit in febribus chronicis, similiter & in febribus interpollatis. In his nāq; materia primo diminuit in quolibet paroxysmo per vomitum, vel sudorem: deinde apud diem quadragesimum vel sexagesimū fit fortis crisis ad vitam vel mortem. Neq; poterit euacuationis creticæ fore quartus modus, in quo æger paulatim tendit ad perniciem vel salutem a principio ægritudinis vsq; ad finem: quoniam modus hic non crisis, sed resolutio nuncupatur: quemadmodum accidit in febribus, quę sine crisi terminātur. Regiones autē per quas crisis habet fieri, sunt duorum generum: quoniam aut expellitur materia totaliter extra corpus, aut ad mēbrum debilius: Si primo, appellatur crisis euacuationis, & continet sub se septem species, quæ sunt sudor, vrina, fluxus ventris, vomitus, fluxus sanguinis nariū, & fluxus mēstruorum, vel hæmorrhoidarum. Pluribus nanq; modis nihil egreditur sensibiliter corpus nostrum. Si secūdo modo, tunc crisis permutationis ab Auic. nominatur: & continet sub se tres species famosas, quæ sunt apostema creticū post aures, & in iguinibus, & sub assellis: cū ista sunt emūctoria corporis ignorabilia per naturam fabricata: velut in domib⁹ latrina: licet oīs pars debilior apud duellum creticum, sit receptaculum fortioris. Signa crisis communia, sunt turbatio sensuum & rationis plus solito cum dolore capitis & scotomia, & angustia ægri, cū inquietudine iacendi super lecto, & instātia vigiliarum, & somnus profundus, et dolores fortes in visceribus, & alteratio anhelitus, & vehementia sitis & caloris: & aduenit quibusdam rigor fortis, & anticipat hora exacerbationis magis solito. Omnia ista cum apparuerint in die, crisim significant futuram in nocte, & econuerso: quoniam vt ait Hippo. secunda parti. apho. Quibus crisis fit, his nox difficilis &c. Quod si cū prædictis febris fuerit vere acuta, & dies expectata fuerit vere cretica, quam sua indicatiua prę cessit cum signis & euacuationibus creticis diminutis, & digestio perfecta, vel cruditas vltimata visa fuerit in vrina: verior fiet tua significatio. Signa crisis propria futuræ per sudorem, sunt cū prædictis pulsus mollis et vndosus, caliditas cutis rorida vaporosa, & q̄ æger sentit circa superficiem velut acuum puncturam, & retinentur stercus & vrina vehementer. Signa vero propria crisis futuræ per vrinam, sunt cum prędictis grauitas & commotio circa fœmur & pectinē, & q̄ æger est ex illis, qui venas habent largas, et consueuit crisim facere per vrinā. Signa crisis propria per fluxum ventris, sunt cum prædictis grauitas & commotio circa ventrem & vmbilicum, & ventositatū egressio plurimarum. Signa crisis propria per vomitum, sunt cum prædictis animi subuersio, & nausea, & tremor labiorum inferiorum oris, & multitudo sputi vel saliuæ: Quod si singultus supuenerit, verior fiet significatio. Signa crisis propria per fluxum sanguinis narium, sunt cū prædictis fluxus lachrymarum inuoluntarius, & rubor faciei atq; oculorum cum imaginatione rerum rubearum ante oculos, et turbatione visus, similiter & nasi pruritus vehemens, & anhelitus constrictio, & temporum pulsatio, & venarum inflatio, quæ sunt in frōte. Signa crisis propria per fluxum menstruorum vel hæmorrhoidarū in corpore consueto, sunt cum prædictis pruritus in ano cum tumore & inflatione venarum ibidem: similiter & agitatio circa sumē ventris, & ardor circa vuluam, & dolor

circa alkatim. Quod si corpus cōsuetum fuerit in hac crisi, & vrina nigra fuerit, aut cum sedimine nigro, verior fiet tua significatio. Signa propria crisis futuræ p̄ exituram, sunt cū prædictis sensatio grauitatis plurimæ in aliqua parte corporis puta post aures, vl' in coxis aut sub assellis: & quia fe. fuerat de flegmate, vel de cholera non pura, & vrina fuerit alba grossa lactea vel subtilis aquosa, neque virtus fuerit fortis excellenter: quare materiam perfecte non expulit, sed ad membrum debilius deriuauit.

Methodus. Cum hora crisis accesserit & id perfecte cognoueris ex signis supradictis, nihil ægro tribuas in cibis potibus aut medicinis, sed ipsum penitus naturæ derelinquas: quoniam natura est agens sapiens, quæ melius operatur in singulis iuxta posse, nisi fortassis virt⁹ defecerit, & pulsus paruus fuerit atq; inordinatus, non quidem ex fortitudine accidentium, sed multitudine euacuationum. Tunc nanq; cibus modicus erit statim offerendus, velut est mica panis lota in aqua frigida, et post hoc imbibita in vino pontico vel succo granatorum. Et q̄diu via crisis non apparuerit per signa certa, nihil fiat circa ægrum: ne forte medicus, & natura contrarias petāt regiones. Cum autem via crisis apparuerit, & virtus sufficere videat̄, adhuc medicus ocietur: quoniam vt ait Hippoc. 1. parti. apho. Ea quorum crisis fit & facta est æqualiter, non mouere &c. ꝙ si virtus insufficiēs videatur, confortet ipsam medicus per eandem regionē: quoniā vt ait Hippo. ibid: Quæ ducere oportet, vndecunq; natura repit &c. quomodo autem naturam confortare possumus apud crisim per eandem regionem, complete diximus capitulo de cura feb. putridarum in generali.

Prognosticatio. Si signa crisis euenerint in die cretica radicali, quam suam præcessit indicatiua radicalis, & apparuerint signa perfectæ digestionis in vrina, & virtus fuerit fortis, & pulsus magnus inordinatus, crisim fidam completam & perfectam significat affuturam: Si vero cōtrarium omniū prædictorum euenerit, crisim mortalem significat & malignā: verbi gratia, q̄m si die quarta apparuerit paru⁹ sudor, aut fluxus ventris modicus, neq; signa digestionis manifeste apparuerint, neque virtus sit valde fortis: crisim mortalē significat in septima: quoniam virtus non potest morbum superare, prout attentauit in die quarta. Quod si quędā eorum affuerint, & quædam non: crisim significant diminutam, quam sequitur recidiuatio, nisi cum euacuationibus post crisim succurratur. Quia vt ait Hip. 2. parti. apho. quæ relinquuntur in morbis post crisim &c. Item solicitandum in feb. ad faciendum crisim completam, & si non aliter, saltem per artem: quoniam vt ait Auic. 4. cañ. ca. finali. Omnis recidiua deterior est sua radice: quoniam naturam reperit defectam. Veruntamen distinguendum in recidiua, ne fiat error, quoniam est vera et non vera: vera dicit̄, quæ fit ex sparsione materiæ post crisim derelictæ: Nō vera vero dicit̄, quæ post crisim ḡnatur ex malo regimine in toto vl' in parte. Itē si quis conualescat in fe. putrida sine euacuatione sensibili omnino vel modica, recidiuam non euadet, nisi cum purgationibus per artē succurratur. Vnde Hip. 2. parti. apho. Non secundum rationem alleuiatis non oportet credere &c. Item feb. singulæ crisim faciunt vt plurimum per regionem suæ materiæ cōgruentem: verbi gr̄a, fe. de sanguine per fluxū sanariū: sed feb. de cholera, per sudorem, vel fluxum vētris cholericum: sed de flegmate, per vomitum vel vrinam: sed de melancholia per fluxum menstruorum vel hæmorrhoidarum: sed fe. compositæ

per apostema creticū: veruntamen ipsatū quælibet crisim potest facere per quālibet regionem. Item crisis ex tota sua specie plus attinet saluti q̄ morti, nisi fortassis morbus fuerit pestilētialis: vt ait Gal. in commento illius apho. 2. partic. Quibuscūq; crisis fit &c. Ex quo scire possumus, ꝙ ad pugnā creticam plus lacessit virtus, q̄ morbus, nisi crisis symptomatica fuerit & maligna.

¶De cognitione febris an terminanda sit per crisim, vel sine crisi: & an febris sit longa, vel breuis. Cap. II.

MOdi terminationis materialiū ægritudinum sunt tantum duo: quoniā aut terminatur subito, & sic terminatur per crisim: aut paulatine, & sic terminatur per resolutionem. Dico aūt materialium: quoniā ægritudinum immaterialiū, cuiusmodi sunt mala compositio, & solutio cōtinui: similiter & mala complexio immaterialis: vt est fe. hectica, et fe. effimera vera proprie loquendo, non est terminatio: cū non sit in eis pugna, sed rectificatio sola. Vt aūt scire possimus, quæ materialis ægritudo terminetur per crisim, & quæ per resolutionem, distinguendum videtur, quot cōditiones pertineant ad veram crisim. Dicamus igitur, ꝙ sunt quatuor, prout colligit ex diffinitione veræ crisis posita autoritate Gal. proximo ca. p̄cedēti: Quarū prima est, vt sit pugna vehemens virtutis contra materiā morbi, & econuerso. Secunda vero, vt hæc pugna fiat subito, et nō tēpore longo. Tertia, vt tota materia aut virtus tota, aut maior eius pars ad extrema corporis expellatur. Quarta autē, vt hæc expulsio sit sensibilis & manifesta. Ista nanq; cum omnia simul fuerint, faciunt ægrum necessario festinare ad mortem subitam, vel salutem: quod & vera crisis appellatur. Econtra vero, cum nulla conditionum acciderit apud ægritudinis terminationē, resolutio nuncupatur. Quod si quædam affuerint, & quædā nō: poterit crisis large nuncupari. Verum cū huiusmodi pugna cretica, similiter & resolutio sibi cōtraria oriri habeant, non nisi ex contrarietate atq; resistentia virtutis & materiæ facientis morbum, & huiusmodi contrarietas nō accidat, nisi in morbis virtutē molestātibus: dicendū videtur, ꝙ oīs morbus hmōi, aut est molestans per essentiā: cuiusmodi sunt febres, aut per indignitatē læsæ actionis apud eius paroxysmum: cuiusmodi sunt apoplexia, epilepsia, tetanus, et squinantia: quare videtur relinquendum, ꝙ in sola fe. possit vera crisis fieri, similiter & resolutio contraria crisi. Sola nanq; febris est morbus totum corpus occupans, & virtutem essentialiter molestans: vt ait Gal. 8. de ingenio sanita. Sed ad magis specialia descendentes, dicamus quibus febribus vera crisis conueniat, & quibus resolutio contraria, & q̄bus crisis non vera: Propter quod est sciendum, ꝙ triplex est genus febrium: quemadmodū & genus humorum, qui sunt materia ipsarum: quoniam aut febris est ex materia calida subtili, aut ex grossa frigida, aut ex materia media seu commixta. Et primæ quidem acutæ, secundę vero chronicæ, tertiæ tropicę nuncupantur. Veruntamē vt ait Auicenna, genus acutarum feb. est triplex: quoniam aut sunt acutæ absolute, & hæ apud 14. aut 20. terminantur: quod Hippo. testatur secunda particula aphorismorum. Acutæ ægrititudines &c. Aut sunt magis acutæ, & peracutæ vocantur, quæ terminantur apud diem septimum, vel nonum: Aut sunt in vltimo acutæ, & perperacutæ vocanī, q̄ terminantur apud diem quartū, vel quintum. Tropicæ vero feb. dicuntur, quę nō

habet motum assiduum a principio suæ inchoationis vsq; ad terminationem (velut acutæ) sed die qualibet cretica mouentur ad crisim diminutam, & post hoc iterum quiescunt. Verum qualitercunq; se res habuerit apud diem tricesimum secundum vel quadragesimum ad plus terminãtur: neq; possunt huiusmodi terminum præterire: quoniam dies quadragesimus, est terminus dierų acutarų omniũ, & initium chronicarũ, & præcipue chronicarum ortarum ex tropicis vel acutis: vt dicit Gal. in commento illius aphori. tertia particu. plurimæ pueris passiones. Chronicæ vero dicuntur feb. quietæ, pigræ quasi non videantur mouere: quare durant vltra 40. diem, & per menses & annos plures. Acutis igitur febribus vera crisis congruit, chronicis vero resolutio cõtraria, sed tropicis crisis nõ vera. Acutæ nanq; ex materia acuta generantur, qualis est cholera vel sanguis. Chronicæ vero ex materia grossa frigida, qualis est melãcholia & flegma vitreum. Tropicæ ex materia media, qualis ẽ flegma naturale. Ex quibus omnibus apparenter scire possumus, in quibus febribus, & in quibus diebus vera crisis accidat: quoniam non nisi in feb. tertiana, & proprie continua, vel synocho, & synocha inflatiua. Neq; post diem vigesimũ quoquo modo. quapropter ait Auerrois quarto colliget: ꝙ post diem vigesimum non fit crisis sensibilis, & proprie ægritudinum acutarum. Similiter & in quibus febribus, & in quibus diebus non vera crisis accidat: quoniam non est, nisi in feb. flegmatica & proprie continua: neq; post diem quadragesimũ quoquomodo. Similiter & in quibus febribus, & in quibus diebus sola resolutio crisi contraria contingat: quoniam non est, nisi in feb. quartana, & quintana & sextana, & proprie cum vltra diem quadragesimũ perdurarint. Febres itaq; veram habentes crisim breues sunt, & citæ terminationis: febres vero quæ sola resolutione participant prolixæ sunt per naturam: Quæ vero crisi non vera participant, mediæ sunt earum. Verum subtiliatio diætæ plurima in cibo & potu, & caliditas complexionis naturalis, & raritas corporis, & tempus æstatis, & regio australis, & antecessio ciborum calidorum subtilium, febrem vehementer abbreuiant ad bonum vel ad malum: quemadmodum cõtrarium prædictorų omnium feb. elongat. Iterum autem certior cognitio breuitatis & longitudinis morbi trahitur ex signis digestionis in vrina: verbi gratia: In quibuscunq; febribus principium est longum, omnia alia tempora subsequentia sunt longa, & per consequens feb. longa. Sed cum principium fuerit breue, omnia alia tempora fient breuia & per consequens tota fe. Quod quidem necessarium est, atq; vtile ad cognoscendum statum, an scilicet sit longinquus vel propinquus a principio; vt ait Galenus primo de crisi.

¶De significatione quatuor horarum vniuersalium febris, & in qua earum debeat fieri crisis. Cap. III.

Febris quælibet, & proprie cum fuerit salubris humoralis, quatuor habet tempora, quibus eius alteratio secundum materiam & virtutem sensibiliter variatur: quapropter necesse est, vt cognoscantur a medico: quoniam per ea cibus atq; medicina, similiter et actus prognosticus quamplurimum variantur. Sunt autem principium, augmentum, status, & declinatio perfecta, quorų discretio fit tribus modis. Vno quidem modo distinguũtᷣ per numerų dierų: & tũc dicimus fore principium cũ æger primũ

senserit dissuetas atque indebitas sui corporis alterationes, quibus febris præsignatur, quas singulas iã descripsimus in ca. fe. putridarum in generali. Vel dicamus principium, spaciũ trium dierum: vt ait Gale. 3. de crisi. Tunc augmentum dicimus, cum febris perperacuta processerit ad diem 2. & fe. peracuta ad diem tertiũ, & feb. acuta absolute, ad diem septimũ, & feb. tropica ad 14. diem, & feb. chronica ad vigesimum vel sibi propinquum. Tunc statum dicimus, cum feb. ad diem suam creticam peruenerit vel proximã præcedentem. Tunc vero declinationem dicimus, cum feb. crisim fecerit fidam & completam. Secundo modo distinguuntur hæc tempora per gradus accidẽtium propriorum: verbi gratia, vt tunc dicamus principium: cum accidentia feb. singula (qualis est dolor capitis, sitis, vigiliæ &c.) nondum fuerint sensibiliter augmentata. Augmentum dicimus, cũ oĩa aut plurima sensibiliter acuuntur & augmentata sunt: statum, cum vltimãtur, id est ad vltimum difficultatis & malitiæ peruenerunt: declinationem vero cũ habita euacuatione forti plurima sensibili cœperint accidentia singula mitigari. Tertio modo & magis rationabiliter, distinguuntur per motum digestionis, vt quod tunc dicimus principium, cum nondũ apparuerint signa digestionis in vrina, vel fuerint occulta, diminuta: verbi gratia, vt cũ vrina est alba, aut lactea, aut glauca, aut karopos in colore, & grossa valde in substantia, vel subtilis valde, et in ægritudine mortali, tunc dicimus esse principium: cum nondum apparuerint signa manifesta cruditatis. Isto nanque tẽpore natura non operatur manifeste contra materiam, nec materia cõtra naturã. Augmentum vero tunc dicimus: cum apparent signa manifestæ digestionis in vrina, videlicet, quoniam vrina est pallida vel subpallida, vel subcitrina & mediocris in substantia cum nebula pendente in summo, vel natante in medio: & in ægritudine mortali, tunc dicimus esse augmentum: cum apparent signa manifestæ cruditatis: cuiusmodi signa sunt contraria prædictis. Isto nanque tempore vel virtus agit in materiam, vel materia insurgit contra virtutem. Tunc autem statum dicimus: cum apparent signa in vrina perfectæ digestionis omniquaque: verbi gratia, vt cum vrina fit citrina, aut rufa, aut subrufa in colore, tẽperata in substantia cum hypostasi alba leni æquali pyramidali vsque in diem creticam huiusmodi apparẽs: aut cũ ægritudine mortali apparere cœperint signa cruditatis aut adustiõis vltimatę: vt est vrina aquosa subtilis, aut nigra spissa, aut liuida cõfusa, aut viridis cœnosa cũ debilitate virtutis, & pulsus paruitate. Isto nanque tempore natura operatur in materiam iuxta vltimum suæ potentiæ, & ipsam digerit cõpletę, atque a iuuatiuo separat, vt apud finem status ipsam subito expellat, & crisim faciat salutarem: Aut materia vehementer insurgit contra virtutẽ, & ipsam opprimit totam simul, & crisim efficit mortalem. Tunc vero declinationem dicimus, cũ post euacuationes creticas copiosas calor fe. quieuerit, & vrina secundum colorem & substantiam ad statum redierit corpori debitum & consuetum. Neque poterit hora veræ declinatiõis esse in febribus perniciosis: quoniam potest quis mori in principio ex multitudine materiæ: in augmẽto ex debilitate virtutis, in statu ex vehementia accidentium: sed in declinatiõe vera nullus moritur oĩno, vt ait Gal. 3. de crisi. Qualiter nanque virtus post pugnam deficeret, quæ in pugna viriliter præualebat: plerunque tamen per accidẽs mors fit in declinatione vera: cũ scilicet nouus morbus accesserit, aut apud crisim superfluentem iuuatiuum cum nocitiuo exhalarit. Distinctiones aũt variæ

quatuor horarum in febribus iam dictæ, quandoque simul incidunt temporibus eisdem: quandoque vero sibijnuicem succedũt in toto, vel in parte: prout complete ostendimus ca. de pleuresi. Verum qualiter his tẽporibus variandus sit actus medici secundum cibationem & euacuationem cum medicina exhibita in ca. de cura fe. putrid. in generali distinximus pro posse. Restat igit̃ dicere nunc qua horarum debeat fieri crisis tam salubris q̃ mortalis. Potest vtraque accidere in augmento similiter et in statu, vt ait Aui. 4. cañ. feñ. 2. ca. de indicijs bonæ crisis: tamẽ quæ est in vltimo bonitatis atque certitudinis solummodo fit in statu: quare est sicut metrum & regula crisium aliarum: quoniã bonæ aut malæ dicũtur, prout ab illa elõgantur. Verum in hoc refert: quoniam si virtus fortis sit plurimũ, & materia modica calida subtilis & benigna, nõ expectabitur plena digestio & completa, sed fiet crisis fida, perfecta & cõpleta in augmento, & proprie circa eius finem: q̃m expellet virtus crudum cũ digesto. Quod si virtus debilis extiterit, & materia plurima grossa viscosa frigida: non dabuntur induciæ vsque ad horam status, sed in augmento materia obruet virtutem, & faciet crisim mortalem. Si vero virtus et materia æqualis fuerint fortitudinis secundum potentiam & quantitatem nõ insurgent contra se, nisi apud digestionẽ completam vel cruditatem vltimam, & facient crisim hora status mortalem vel salubrem. Nec dicat aliquis, quod crisis potest fieri in principio: quoniam pugna cretica non accidit inter duos debiles omnino, neque inter debilem & fortem, sed tantũ inter fortes: quare si virtus sit debilis in principio, resoluet̃ sine crisi: Quod si virtus & materia fuerint æqualis fortitudinis vel circa id: agẽt in se mutuo, donec in augmento vel statu alterum duorum dominetur; & ad id non parum confert auxilium medici, influxus astrorum apud diem creticam bonam vel malã: propter quod ait Gal. 3. de crisi. Et nõ potest aliquis subito saluari ab ægritudine sine crisi, sed morit̃ gẽs plurima sine crisi.

De cognitione dierum creticorum, qui sunt & quot sunt. Cap. IIII.

Quoniam crisis perficitur non sola virtute naturali pugnante cõtra morbum & eius causam, verum auxilio corporum cœlestium, per quorum ordinatissimam lationem omnis latio inferior gubernatur: vt ait Aristoteles 1. meteororum, & Hippo. 1. prognosticorum, & Galenus 1. de creticis: necessarium videtur dies cognoscere: in q̃bus corpora cœlestia virtutẽ benignam influãt, aut malignam in corpore ægri ad crisim bonam vel malam faciendã. Sed licet corpora cœlestia plurima atque diuersa sunt valde, secundum naturam & virtutem: medicus tamen duorum tantum influxum considerat, scilicet solis & lunæ: quoniã sunt omnium præcipua apud sensum & virtutem: similiter & morbis creticis sufficiunt omniquaque. Quemadmodum enim om̃is morbus aut est chronicus, aut acutus: quoniam & tropici vere chronici iudicantur: sic & motus solis per circulũ zodiaci, chronicus est, ita vt nõ nisi anno integro compleatur: motus vero lunæ per zodiacũ breuis est & acutus, ita vt quolibet mense compleatur. Quapropter oportuit, vt morbi chronici acciperent virtutem solis & eius motũ: morbi vero acuti, virtutem & motũ lunæ sequerẽtur. Cum igitur motus corporum cœlestium similiter & astrorum nõ nisi tempore mensuretur: vt ait Arist. 4. physicorum: tempus autem per dies & hebdomadas & medietates hebdomadarum, quæ quartæ nuncupãtur: similiter & per menses distinguatur; fuit necessarium, vt

mōtum & influxum solis & lunæ medi cus considerās, distinctiones temporum iam positas denotaret. Incipientes igitur dicamus, ꝙ quemadmodum apud astronomos sunt dies & hebdomadæ, & medietatēs hebdomadarum atq̧ mēses, similiter est apud medicos: verum vt plurimum differūt: quoniam dies quæ apud astronomos naturalis appellatur, est 24. horarum naturalium completarum: dies vero medicorum est. 24. horarum naturalium & quartæ decimæ partis vnius horæ: quoniam quemadmodum sol terræ circulum describit suis horis, ita luna circulationem vnam suis perficit horis morbos acutos sensibiliter variantem horis supradictis. Similiter differunt & hebdomadæ, atque earum medietates: quoniam hebdomada astronomorum constat ex septem diebus naturalibus cōpletis: Medietas vero hebdomadæ ex tribus diebus naturalibus: & 12. hoꝛ̄. Sed hebdomada medicinalis ex septem diebus medicinalibus componitur qui non constituunt nisi sex dies naturales & 18. hoꝛ̄. & dimidiam, prout ostendimus ex aggregatione dierum prædictorum. Medietas vero hebdomadæ constat ex tribus diebus naturalibus & 8. horis & dimidia & quarta partæ vnius horæ naturalis. Et medici quidam hebdomadam vocauerunt quadram: quoniam per singulas hebdomodas peragrat luna quartam partē zodiaci. Sed medietates hebdomadarum, quaternos appellauerunt: quoniam in omni hebdomada fit media dies quarta: quemadmodum & trium hebdomadarum vnionē periodum vocauerunt: quoniam per singulas tres hebdomadas simul copulatas perficitur dierum & hebdomadarum medicinalium computatio per integra & diminuta, ita vt tunc alia computatio inchoetur: verum cum mēsis ex hebdomadis quatuor integretur: oportuit, vt quemadmodum mensis astronomorum ex quatuor hebdomad. constat perfectus, quæ sunt 28. dies naturales: similiter & mensis medicorum ex quatuor hebdmad. dierum suorum prædictorum, quæ nō sunt nisi. 26. dies naturales & 22. horæ. Hæc est igitur dierum hebdomadarum atq̧ mensium medicinalium inuestigatio sumpta a priori: Sed a posteriori inquirendo dicamus, ꝙ mensis astronomorum est duplex in genere: scilicet solaris & lunaris. Solaris quidem est spacium temporis, quo sol vnum ex signis zodiaci motu proprio percurrit, & continet 30. dies naturales & decem horas & dimidiam horā: quod tempus si diuidatur per quatuor fiēt hebdomadæ solares: & hæc hebdomada si per 7. diuidatur, fient dies solares. ❡ Mensis vero lunaris est triplex. Primus quidē dicitur coniunctionis, & est spacium temporis, quo luna coniuncta soli recedit ab ipso, & pertransit totum zodiacum, & plus adhuc, donec soli coniungatur iterū: & cōtinet 29. dies naturales & 12. horas. Secundus dicitur mensis peragrationis: & est spacium temporis, quo luna mouetur sub zodiaco ab eodē puncto ad idē redeundo: & continet 27. dies naturales & 8. horas: quare deficit a mense coniunctionis in duobus diebus naturalibus & quatuor hoꝛ̄. quo quidem mensis ille indiguit, vt luna solem inueniret. Tertius dicitur mensis appatitionis: & est spacium temporis, quo luna apparet nobis hic inferius illuminata, quod quidem accidit cum a sole recedit post coniunctionem, quæ adustio nuncupatur: & continet 26. dies naturales & 12. horas: quare deficit a mense coniunctionis tribus diebus naturalibus, quibus luna non apparet illuminata: quoniam stat sub acustione totidem diebus. Sed cum luna virtutem suā non influat in hæc inferiora, nisi per suū motum & lumen: quemadmodum neq̧ aliquod aliud astrorum (vt ait Aristote-

les secundo coeli) oportuit vt medicus mensem peragrationis, & mensem apparitionis in sui considerationem assumeret, neq; mensem coniunctionis computaret: quare si mẽses hi duo aggregentur: constituunt 53. dies naturales & viginti horas: quod tempus si totum mediletur, constituet mensem medicinalem supradictũ cũ suis hebdomadis & diebus. Postq̃ igit̃ dies hebdomadas atq; mẽses inquisiuimus, fiet modo consequens, vt ipsorum computationem inquiramus. Circa quod est aduertendum, quòd dies naturales astronomorũ, similiter & hebdomadæ sunt integræ & perfectæ et plana est eorũ computatio: verum apud medicos variatur: quoniam prima hebdomada computatur diuisim a secunda: ita scilicet vt dies septimus naturalis sit finis primæ hebdomadæ, & dies octauus sit principium secundæ. Secunda vero hebdomada coniunctim computatur cũ tertia: ita scilicet vt dies decimus quartus naturalis totaliter sumptus, sit finis secũdæ hebdomadæ, & principium tertiæ: vt sic prima periodus, qui sunt tres hebdomadæ medicinales, compleatur in viginti diebus naturalibus & duodecim horis: vt ait Hippocrates tertio prognosticorũ, quod quidẽ ex hoc accidit: quoniã medicus 12. horas naturales aut plures pro die completa recipit: q; si pauciores fuerint, abijcit omino propter paruitatem: quemadmodum accidit in computationibus astronomorũ, vt sic quodammodo per integra sua computatio procedat. Cum igitur septimus dies primę hebdomadæ medicinalis sit spacium duodecim horarum & dimidiæ, postquam sex dies præcedentes fecerimus integros atque naturales, seqtur vt horas huiusmodi pro die septima computet complete: sed cum dies septima secundæ hebdomadæ, quæ erit dies 14. sit tantum 11. horarum, postquam dies omnes fecerimus integros atq; naturales, oportuit vt illa dies bis numeraretur, & sic dies septima secundæ hebdomadæ, & dies prima tertiæ hebdomadæ vocaretur: quoniam per huiusmodi reduplicationem, quod deficit in hebdomada secunda, recuperatur in tertia, & econuerso: & quemadmodum fit computatio hebdomadarũ in prima periodo, quę in die vicesima naturali terminatur inclusiue: ita & in periodo secunda, quæ incipit in die vicesima prima naturali, & in 40. die naturali terminatur: similiter & in tertia periodo, quæ incipit in die 40. naturali, & in die 60. naturali terminatur. Postquam non computantur dies, neq; hebdomadæ, neque periodi, sed menses atq; anni: quoniã est terminus ægritudinum maxime chronicarum, quæ cursum solis assequuntur, & non per crisim, sed per resolutionem terminantur. Ex omnibus igitur, quæ dicta sunt, docemur dies creticos computari: verbi gratia, in prima periodo: quoniam si morbus terminabitur in die decimaquarta vel infra: cõputabimus oẽs eius dies per dies fractos atque medicinales, ita vt si morbus inceperit die solis hora secunda, dicemus quòd incipiet dies secunda die lunæ hora prima, & paulo prius: quod non æstimatione dignum propter suam paruitatem. Et quòd dies tertia incipiet die martis hora vicesima quarta diei præcedentis, & sic anticipando per vnam horam naturalem quaque die naturali: quare cum ad diem decimã quartã peruenerimus, incipiemus ipsam 14. hora ante diem decimãquartam naturalem. Et ex hoc scire potes, quare plurimum fit crisis fida & completa in die 13. naturali, similiter & in die 21. naturali: quoniam id accidit ex hoc, q; dies cretici medicinales incipiunt & terminantur in eisdem. Si vero morbus terminabitur post diẽ decimãquartã, vtpote in die 17. vel 20. tunc nõ p dies medicina

les, sed per dies integros cõputabis: quoniam reduplicatio diei 14. totum errorẽ complanabit. Quod si nõ fieret, tunc tres hebdomadæ medicinales in 19. dieb⁹ naturalibus complerentur, quod est contra Hippo. tertio prognosticorum. Et quẽadmodum de prima periodo distinximus, ita fiat similiter in secunda & tertia, semper in eorum principijs modum computationis renouando, quemadmodũ & in prima. Restat autem adhuc dierum & hebdomadarum atq; periodorum & mensium medicinalium virtutes pertractare ita vt scire possimus, qs sit dies creticus ad bonum & ad malum, & quis sit dies indicatiuus: similiter & in qua hebdomada atq; periodo virtus eorum augmentetur aut debilitetur. Dicamus igitur, ꝙ oĩs dies, aut est creticus, aut indicatiuus, aut intercidens: vt ait Galenus 3. de creticis: & si fuerit creticus, aut est radicalis, aut accommodatus, aut intercidẽs. Dicimus autem dies creticos radicales: quoniam fit in eis, vt plurimum crisis ad salutem: propterea ꝙ sunt dies quadrarum, in qbus luna forti mutatione sui secundum lumẽ & motum respicit inferiora. Et sunt isti dies 7. 14. 20. quantum ad primam periodum vniuersalẽ: similiter & 27. 40. quantum ad secundam periodum vniuersalẽ: similiter & 34. 47. 54. 60. quantum ad tertiam & vltimam periodum vniuersalẽ. Postea vero sunt menses medicinales vsque ad tres vl' quatuor: & deinde solares, sicut patet in chiragra vel podagra: quæ in quibusdam corporibus tempore veris vel autumni redire vel terminari periodice consueuerunt. Dies autẽ creticos per accommodationem dicimus: quoniam fit in eis crisis ex virtute hebdomadarum, quarũ sunt medietates, & sunt isti 4. 11. 17. quãtum ad primam periodum. Similiter & 24. 31. 37. quãtum ad periodum secundã. Similiter & dies 44. 51. 57. quantum ad periodum tertiam vniuersalem: Et post hoc sunt medietates mensium & annorum. Dies vero creticos intercidentes dicimus: quoniam in ipsis fit sæpe crisis ad bonum vel ad malum, quemadmodum & in radicalibus: veruntamen illud nõ accidit ex influxu corporum cœlestium, sed ex impetu morbi vel virtutis. Et sunt isti dies tertia, quinta, nona. Ex quo scire potes ꝙ in secunda periodo vniuersali & tertia, non sunt huiusmodi dies: quoniam solæ feb. perperacutæ, vel peracutæ, vel acutæ sunt impetuosi motus, quæ necessario sub prima periodo terminantur. Dies autem indicatiui, vt ait Gal. loco supradicto, cõsimili modo distinguuntur, scilicet quoniam aut sunt radicales, aut accommodãtes, aut intercidentes. Dicimus aut radicales: quoniam fortis, aut veridica est earum indicatio: cum sint dies indicatiui, in quadris, siue septimanis: vt est dies quarta, quæ indicat super 7. et 11. quæ indicat super 14. & 17. quæ indicat super 20. Et vniuersales sunt omnes huiusmodi dies quos creticos per accommodationẽ dicimus in secunda periodo vniuersali et tertia: quoniam sicut dies quadræ est radicalis in creticando, ita dies quaternorum est dies radicalis in indicãdo super quadram proximã sequentẽ. Dies vero indicationis per accommodationem dicimus: quoniã quẽadmodum creticatio propria quadrarũ accommodatur diebus quaternarum (vt iam diximus) similiter & econuerso virtus indicatiua propria quaternorum accommodatur diebus quadrarum: & huiusmodi sunt dies 11. qui indicat super 17. & 20. quæ indicat super 14. Et similiter est intelligendum de secunda & tertia periodo vniuersali. Dies vero indicationis intercidẽtes dicimus, in quibus est virtus indicatiua, sed non fortis: quemadmodũ neq; virtus creticãdi. Et huiusmodi sunt dies tertia, quæ indicat super quintam, & quinta sup 9. quodã modo. Et quẽad

modum dies cretici intercidentes nõ sunt in secunda, neq; in tertia periodo vniuersali: similiter neq; dies indicatiui intercidentes: quod quidem contingit propter tarditatem motus ægritudinum durantium vltra primam periodum vniuersalem. ¶ Est præterea sciendũ q; tam virtus indicatiua, q̃ cretica certior atq; fortior existit in prima periodo vniuersali, q̃ in secunda vel tertia. Similiter & in prima hebdomada primæ periodi certior atq; fortior, q̃ in secũda vel tertia hebdomada periodi eiusdem: quoniam in huiusmodi periodo virtus ægri, et furor materiæ, & aspectus lunæ simul concurrunt ad creticandũ atq; indicandum: In alĳs vero periodis solus aspectus lunæ: quare manifestũ est q; dies septima fortior est in creticãdo, q̃ dies 14. quemadmodum et dies 14. fortior est q̃ 20. Similiter et dies quartus fortior in indicando super 7. q̃ 9. super 14. & ista est fortior q̃. 17. super 20. quod non paꝝ deseruit medico, qui vult diem crisis cognoscere, anteq̃ sit, & qui vult noscere futuram mortem, vel salutem: prout in proximo capitulo differemus. Dies autem intercidentes absolute nuncupamus omnes alios, qui neq; sunt cretici, neq; indicatiui, quocunq; modo: veꝝ si cris. aut indicatio accidit in ipsis, timorosa est, & mortalis: quoniã nõ fit in eis pugna ex aspectu corporum cœlestiũ, neq; ex instinctu virtutis contra materiam morbi, sed ex impetu materiæ super virtutem: quoniam est motus pugnæ symptomaticę nõ naturalis. Et huiusmodi sunt 2. 6. 8. 10. 12. 16. 18. quantũ ad primam periodum vniuersalem: & cõsimiliter est intelligendum de diebus proportionabilibus in secunda & tertia periodo vniuersali: propter quod ait Galenus tertio de creticis, q; dies septima assimilatur principi, dies vero sexta tyranno crudeli. Et quemadmodum inter dies creticos, similiter & indicatiuos sunt quidam fortiores alĳs in virtute bona: sic erit intelligendum de istis in virtute mala: q̃m omnium deterior est dies 6. & post ipsam 8. et 12. minime vero malus est 16. & 18. sed medĳ amborum sunt dies 13. & 10. quoniã aliquid bonitatis recipiunt a diebus creticis radicalibus sibi vicinis: quapropter in ipsis crisis accidit ad salutẽ.

¶ De præcognitione diei, qua crisis debet fieri, & per quam regionem, & an sit laudabilis, vel mortalis. Cap. V.

QVi scire desiderat crisim, anteq̃ sit, & eius regionem atq; qualitatem, necessarium sibi fiet, vt in scientia medicinæ sit pfectus, & apud experientiam eruditus: similiter & apud intellectum per naturam clarus: quoniã illud difficilius est in hac arte: quapropter ait Hip. 2. par. apho. Acutorum morborum non omnino certe pronuntiationes sunt nec salutis, nec mortis. Sed vt aliqd huius artis capiamus, quod medicorum princeps tradidit in tertio de crisi, fideliter inhærentes vestigĳs eius sic incipiamus. Oportet medicum decem cautelas cognoscere, per quas ars prædicta comprehenditur: quemadmodum & conclusio perfecte scitur, nõ nisi per præmissas. Quaꝝ prima est, vt feb. cognoscat essentiam, an sit vehemens quæ cum crisi terminatur. Secunda vero est, vt qualitatẽ eius consideret, an cum suis accidentibus sæua sit an benigna. Tertia est, vt horas quatuor tam vniuersales q̃ particulares in feb. & in eius paroxysmo perfecte cognoscat, non solum quando sunt præsentes, sed & cum sunt adhuc futuræ: & q; nequaq̃ dubitet, an status ægritudinis sit propinquus vel longinquus: quoniã penes statum omnis crisis indicatur. Quarta est, vt modum febris consideret, an sit febris peracuta, aut perperacuta, aut reuersiua. Quinta est, vt dies tam creticos

ꝙ indicatiuos: similiter & eorum fortitudinem secundum bonitatem & malitiã nullatenus ignoret. Sexta est, vt crisim cognoscat secundum essentiam & qualitatem, quod est: quoniam crisis aut est laudabilis, aut illaudabilis. Dicimus quidem laudabilem, cum fuerit in die cretica, quam præcessit sua dies indicatiua, & fit post signa digestionis completæ, & fit cum purgatione sensibili atque sufficiẽti ad extra corpus omnino humorum ægritudinem facientium non aliorum: & sic per regionẽ naturæ atq; morbo congruentem, & sic cum accidẽtibus non fortibus vltimate. Crisim autem illaudabilem dicimus, cũ qua deficit aliquod prædictorum. Quod si omnia defecerint, aut in contrarium sint mutata, crisim perniciosam appellamus. Et hęc oĩa iã diximus in ca. de crisis definitione. Septima est, vt tenorẽ virtutis agnoscat an sufficiens, vel insufficiẽs videatur. Octaua est, vt ægri corporis habitudinẽ secundum rarum & compactũ: necnõ eius & complexionẽ naturalẽ, atq; ætatẽ, & cõsuetudinẽ quomodolibet dep̃hendat. Nona est, vt exteriora non negligat, imo & ipsa perpendat, q̃ sunt regio, atq; tẽpus anni ꝛc. Decima est, vt signa oĩa tã bona quã mala circa ægrũ in se. cognoscat cũ ipsoꝝ numero & virtute. Et has quidem cautelas oẽs iã pertractauimus capitulis supradictis. Verũtamen adhuc necessaria est et cautela altera, quã addidit Aui. vt scilicet cursus ægritudinis attẽdat̃, an scilicet per dies impares vel pares. Om̃is nanq; feb. de cholera vel sanguine putrescente, mouetur per impares: verbi gr̃a, Exacerbatur die prima, & mitigatur in secunda, & post hoc acuitur in tertia, & mitigatur in quarta: sicq; procedit in suis exacerbationibꝰ, atq; paroxysmis vsq; ad perfectam declinationem. Sed omnis febris de flegmate aut melancholia, aut sanguine non putrescẽte, mouet̃ per dies pares: verbi gratia. Moderate incipit exacerbatio die prima, & fortificatur in secunda: post hoc mitigat̃ in tertia, & exacuitur in quarta: sicq; procedit per dies principij, augmenti, & status vsq; ad perfectam declinationem. Ex quo iam scire possumus, ꝙ omnis febris acuta mouetur per impares, chronica vero ꝑ pares, præter solam febrem synocham inflatiuam, quę licet sit acuta in vltimo, mouetur tamen per pares: propter q̃d dictũ est ab Aui. & proprie loquẽdo, neq; ꝑ pares neq; ꝑ impares mouetur: q̃m nõ est proportionalis ad febrem aliquam interpollatam, sed est tota quasi sit in statu tempore omni vsq; ad perfectam declinationẽ post crisim fidam & completã. Feb. vero compositæ mouẽtur motu materiæ prædominãtis in ipsis: verbi gratia. Verus hemitritæus per impares mouetur, non verus per pares. Hæc autem cautela fuit ex hoc necessaria: quoniam crisis non fit, nisi in die paroxysmi: vt ait Galenus tertio de crisi: quare volẽtem diem crisis præcognoscere, oportet diem paroxysmi nullatenus ignorare. Redeundo igitur ad principale propositum dicamus primo, qualiter valeat præcognosci qua die sit crisis fieri futura, & post hoc, qua hora eiusdem diei crisis debeat terminari, & an ad mortem, vel salutem. Et tertio dicamus, per quam ventura sit corporis regionem. Dicit itaq; Galenus tertio de crisi, ꝙ si in feb. valde acuta appareant prima die signa perfectę digestionis in vrina, cum constantia virtutis atque omnibus signis salubribus: tunc procul dubio crisim faciet salubrem in die tertia, vel quarta, vel ad plus quinta: & proprie si causa morbi, ætas, & complexio, regimen, atq; tempus anni fuerint calida vehementer, neq; ceciderit error super ægrum vel medicum in regimine secundum cibum & medicinam: sed vtrũ acciderit in die quarta vl' quinta, ꝑ quali

tatem ægritudinis deprehendes. Morbus nanque sæuus prius crisim faciet, quam benignus: quoniam virtus delicata est, neque morbum malignum potest diu tolerare: quare surget ad ipsum expellendum. Et subdit, quòd rarissime fit crisis in quarta ita, quod Archigenes non vidit ipsam fieri nisi bis, ipse vero semel: quoniam raro fiunt feb. valdæ acutæ currentes per pares, frequenter vero per impares. Quod si canonem peruerterimus prædictum dicentes, quod si in prima die ægritudinis apparuerint signa vltimatæ cruditatis, cum defectione virtutis atque omibus signis malignis: tunc procul dubio fiet crisis mortalis eisdem diebus: quoniam vt ait Hip. tertio prognosticorum. Idem terminus in febribus his quidem ad mortem, his autē ad salutem. Quod si quædam signorum apparuerint, quædam vero occulta fuerint cum vltimatione signorum bonorum vel malorum, hi quidem morientur, hi vero saluabuntur eisdem diebus: vtrique in difficilem exitum consequentur. Dicit etiā Gal. tertio de crisi, quod si in ægro febriente feb. valde acuta non appareāt in prima die ægritudinis signa manifestæ digestionis, neque in secunda neque etiam apparuerit eisdem diebus aliquod signum timorosum, sed omīa signa fuerint laudabilia cum constantia virtutis: deinde vero die quarta signa manistæ digestiōis in vrina appareant, cū signis oībus laudabilibus assidue perdurantibus: tunc proculdubio crisis salubris superueniet in die septima, vel nona, & proprie si inter diem quartam & septimam non fuerit erratum super agro. Vtrum autem crisis terminetur in die septima, vel tardetur ad nonā, poteris discutere ex qualitate fe. & ætate ægri, atque eius complexione: quoniam si oīa declinauerint ad caliditatem vehemētem, complebitur feb. in die septima: si vero feb. remissior fuerit, & ætas senectutis affuerit, & cōplexio flegmatica, differetur vsque ad diem 9. Quod si canonē peruerterimus dicētes, quod si in die prima ægritudinis aut secunda nō appareāt signa cruditatis vltimatæ, neque appareant eisdem diebus signa aliqua laudabilia vigorosa: deinde vero die quarta appareāt manifesta signa cruditatis, atque indigestiōis cum deiectione virtutis, & signis omnibus timorosis: tunc proculdubio in septima vel nona superueniet crisis mortalis, & proprie si virtus ægri non varietur inter diem quartum & septimum. Vtrum autem crisis tardetur vsque ad diem nonum, vel compleatur in septima, sciri potest ex tenore virtutis, & complexione, & ętate & regimine consueto tempore sanitatis, & vehemētia morbi: quoniam si plura aut omnia significent calorem aut agitationem subitam, fiet mors & crisis in septima. Si vero talia fuerint mitiora, morietur in nona. Quod si quędam signorum apperuerint, quędam vero latuerint secundum bonitatem & malitiam signorum, similiter & eorum fortitudines in significando, fiet hic ad mortem vel salutem iudicandus. Potest nāque vnum bonum signum efficax, pluribus malis debilibus obuiare: vt ait Hipp. 3. prognosticorum. Dicit Gal. loco supradicto, quod si in ægro aliquo non appareant signa certæ digestionis ante diem septimum, dum tamen signa alia omnia sint procul a timore: deinde die septima appareant signa digestionis certa, cum consistentia virtutis, & signis omnibus laudabilibus, non elongabitur, quin crisis fida perfecta & completa superueniat in die vndecima vel decima quarta. Sed in quo illorum dierum illud accidat, discutiendum erit, sicut prius. Quod si canonē peruerterimus in contrarium, certo sciemus, quia fiet crisis mortalis diebus eisdem. Si vero canonem mediauerimus, huic mortem, huic salutem dubiam promittemus. Dicit etiam ibidem Galē. quod

si videris ægrum, cuius ægritudo non est inflammata, neq; vehemẽter acuta, sed acuta absolute, & videris motum ægritudinis in diebus primis tardum, & est q signa principij digestionis morantur tempore longo, & q signa augmẽti & digestionis manifestæ incipiunt solummodo apparere in die 11. reliqua autem signa omnia sunt procul a timore: tunc securi erimus, q crisis salubris non accidet, nisi in die 17. vel 20. Inter quæ taliter distinguemus: quoniam si morbus fuerit lẽtus & complexio decliuis ad frigiditatem, & æger fuerit senex, & signa digestionis non valde fuerint adaucta in die 14. tunc crisis non accidet ante 20. Si vero signa fuerint permixta atq; ad caliditatem declinãtia, & augmentẽtur plurimũ signa digestionis in die 14. tunc in die 17. crisis fiet consummata: verum qualitercunq; res se habuerit, & quantũcunq; lenta fuerit febris acuta, aut signa digestionis parua fuerint in die 17. sunt tamen de signis certissimis, q morbus. 20. diem non pertrãsierit: quoniam hæc dies est terminus omnium ægritudinum vere acutarum. Quod si canonem peruerterimus in contrarium omnino cũ conditionibus eisdẽ, certi erimus, q crisis mortalis accidet in eisdem diebus. Si vero canonem mediemus, huic salutem, huic mortẽ dubie promittemus: neque post diem 21. docet nos Gal. diem crisis agnoscere futuram, insinuans fortassis, q post diem huiusmodi non fiet vere crisis, sed vel resolutio, vel crisis diminuta, cum qua morbus non simul terminatur. Ex quibus relinquitur manifeste, q in solis fe. acutis, est vere futura cognoscere, sed in feb. tropicis aut chronicis nequaq̃, nisi fortassis probabiliter ex consideratione virtutis. Cum autem ex huc vsq; dictis aliqualiter didicerimus diem crisis agnoscere, priusquam fiat tam mortalis q̃ salubris: volumus consequẽter horam diei cognoscere, qua crisis compleatur: verum quoniam crisis salubris non perficitur, nisi post statũ paroxysmi: crisis vero mortalis terminari potest omi hora paroxysmi: quoniam vt ait Galenus tertio de crisi, potest quis mori in principio paroxysmi, in augmẽto, statu aut declinatione: idcirco horam crisis agnoscere, est horam mortis certificare. Sunt igitur ex ægris, qui multum debilitãtur in principio paroxysmorum ex multitudine materiæ virtutem opprimẽtis: sunt alij qui maxime debilitantur in augmento paroxysmi propter pugnam & vehementiam, quæ fit inter morbum & virtutem. Tertij sunt, qui maxime debilitantur in statu paroxysmi propter accidentium furorem, & prauitatem vltimatam. Sunt similiter & alij qui maxime lassantur in declinatione propter motum caloris naturalis simul cum calore putrido a centro corporis ad diametros omniquaq;: quamobrem corpus resoluitur, & mollificatur, & cor infrigidatᷓ, & sic virtus deperditur in toto vel in parte: quæ si medicus a principio cognouerit, horã mortis minime dubitabit. Queadmodum nanq; crisis non accidit, nisi in die paroxysmi: similiter neque deterior pars crisis perficiᷓ nisi in deteriori hora paroxysmi, vt ait Gal. loco supradicto. Veruntamen sciendũ, q non est possibile adeo certe atq; firmiter crisim malã agnoscere, quando est, & antquam erit, quemadmodũ crisim bonam: quoniam crisis bona fit per naturam, quæ ordinatissime procedit in operationibus suis: cirisis vero mala fit ex morbo, qui fit, & currit motu inordinato. Et iterum ex alio: quoniã crisis bona fida & completa vna sola via perficitur in omni ægritudine, quod est post signa digestiõis perfectæ, & hora status vniuersalis, cum cõstantia virtutis, atq; omnibus alijs signis bonis apparentibus sine permixtione timoris omnino: Crisis vero nõ fida, sim.

liter & crisis maligna modos habet varios, & velut ĩfinitos: quapropter ait Gale. in de crisi, ꝙ crisis fida & cõpleta est sicut metrũ & mensura & regula crisium aliarum: quoniam non dicitur ipsarum aliqua bona vel mala, nisi quia multũ accedit, vel recedit ab illa. Dicendum autem consequenter videreẽ, quibus signis possimus agnoscere, per quam regionem crisis sit ventura: verbi gratia, an per sudorem, aut vrinam, aut alio modo sensibili quocunque: sed illud iam plene distinximus in primo capitulo tractatus præsentis: quare diligẽtes breuitatem in hoc tractatum finiamus.

¶TRACTATVS TERTIUS secundi libri, cuius sunt tria capitula: primum de cura venenorum in generali.



Venenorum duplex est genus, quoniam aut sunt humanæ naturæ cõtraria ex tota sua substãtia, quod medici proprietatem seu formam specificã appellant: vt sunt napellus, & sputũ viperæ: similiter & eius dentes, & cauda scorpionis, & sagitta toxicata: quapropter accidit (vt Gal. testatur in libello de malitia complexionis diuersæ) ꝙ quemadmodum vipera interficit hominem suo sputo: similiter homo viperam, & proprie in ieiunio, cũ adhuc virtus eius non sit ex qualitate cibi minorata. Aut sunt humanam naturam corrumpentia ex sua qualitate seu complexione: Et ita quidem duorum modorum sunt: quoniã aut hoc faciunt per caliditatem vltimatam incidendo & corrodendo membrorum nobilium substantiam, & proprie cordis, cui omne genus venenorum præcipue nititur obuiare: quoniã est sedes vitæ: similiter & orificia venarum aperiendo, & nutrimentum cordis per fluxum dysentericum educendo: cuiusmodi sunt calx viua, argentum viuum, auripigmẽtum, arsenicum, & proprie sublimatum & realgar & scamonea, atque elleborus niger, & aloe, cum nõ fuerint consolata. Aut hoc faciunt per suam frigiditatem vltimatam calorem & spiritus condensando, & cursum eorum per venas & arterias prohibendo, & demum membra nobilia, & proprie cor mortificando: cuiusmodi sunt opium, hyoscyamus, mandragora: similiter & papauer nigrũ, nix & glacies, & aqua veri frigoris, cũ plurimum ex ipsis cito rapitur ad epar & venas: velut accidit post balneum aut æstũ. Et genus quidem venenorum operantiũ a proprietate differt ab aliis in pluribus: Primo quidem, quoniam ex sua malitia vehementi non patitur, vt esse possit cibus vel medicina, qualitercunque consoletur. Secundo, quoniam humanam naturam destruit, siue per interius cũ cibo aut potu assumatur, siue per exterius læserit morsu vel punctura: quoniam & si modicum fuerit in substantia, eius tamẽ operatio est magna valde: quapropter accidit, vt ilico cum acciderit, corpus sentiat nocumentum: Alia vero mora indigent, atque vicissitudine frequentata. Signa venenorum operãtium a proprietate, sunt antecessio rei suspectæ in cibo vel potu vel medicina, vel membri alicuius punctura, vel morsu: post quod statim sequitur calor corporis vehemens cum angustia & sudore: similiter & rubor faciei, et citrinitas oculorum, & inflatio venarum, & fœtor plurimus cum siti perdurante: deinde cum ilico non subuenitur, & virtus veneni peruenit ad cor, accidit virtutis dissolutio frequens, & cadunt membra, & fit syncopis profunda, & moritur post illud homo. Quod si in membro aliquo morsus acciderit, vel pũctura, velut a vipera vel cane rabido, vel scorpione, vel a sagitta toxicata: surgit statim

in tumroē & fit dolor in eo fortis et fortis accidit alienatio ratiōis, et proprie si neruus fuerit læsus, et fortassis fit syncopis, cū læsa fuerit arteria. Quod si non succurratur: denigratur mēbrum, & perdit sensum & motum, & demum corrumpitur in eo virtus nutritiua: quare putrefit, & mortificatur, & deinde mortificat membra vicina, donec peruenerit ad nobilia: tunc nanq; mortem vniuersalem inducit. Signa venenorum operantium a qualitate calida, sunt antecessio rei suspectæ in cibo vel medicina: post quod accidit dolor, & mordicatio in ventre plurima perdurans: licet res assumpta non credita fuerit illud facere: velut accidit cum mel crudum assumitur, & lac, cum in stomacho caseatur, & fructus frigidi, cum inflantur: deinde cum non subuenitur: fiunt fortassis omnia accidentia venenorum operantium a proprietate. Quoniā illud, quod plurimum accidit: est vt huiusmodi venena sint calida vehemēter, & adiuuat caliditas eorum motum & operationem: & fit fortassis vomitus difficilis frequens, aut fluxus superfluus vētris, primo choleræ, post hoc flegmatis, & post hoc melancholiæ, & post hoc sanguinis laudabilis, donec ad intestinorum corrosionem & dysenteriam perduxerit timorosam. Signa venenoꝝ operantium a qualitate frigida, sunt antecessio rei suspectæ in cibo vel potu, vel medicina, ad quam præter solitum vl' debitum statim accidit grauitas membrorum, & rigor corporis cum frigiditate. Post hoc vero succedit tarditas in motibꝰ, aut spasmus aut tetanus, & demū subeth, & somnus profundus, a quo non potest excitari per tres dies vel plures. Quod si excitatus fuerit, ilico clauduntur oculi, & dormit sicut prius: & durat hic somnus tempore longo, donec aut calor naturalis venenum destruxerit: (quare expergesit a somno, & loquitur & mouetur & sic euadit) aut venenū destruxerit calorē: quare nequaq̄ expergesit, donec moriatur.

Methodus. Cura generalis venenoꝝ omnium est duplex. Vna quidem præuisiua, anteq̄ venenum appropinquat corpori humano. Alia vero sanatiua, postq̄ venenū impressit in corpus. Cura præuisiua est, vt qui timorem habuerit in assumptiōe rei venenosæ (velut principes, magnates) non sumat cibos, neque potus, neque medicinas, nisi a persona sibi nota, & de qua confidit, & quæ huiusmodi corā eo prægustarit. Caueat præterea a cibis & potibus habentibus saporem excellētem: vtpote dulcedinem, vel acetositatem, aut vnctuositatē vehemētem: quoniā in huiusmodi virtus venenoꝝ est magis occultata. Sint eiꝰ vinū & aqua reposita diligēter in vasis obturatis: ne fortassis serpēs, aut aranea potassent ex eis, aut demergatur in ipsis. Sumat omni septimana bis vel ter ʒ.ß. theriacæ veteris electæ, & proprie theriacæ de viperis cū vino puro, claro in ieiunio, vl' cū aqua frigida, si calorē timeat ex ea & sit corpus calidum per naturā, ætatē, tempus anni, & regionē. Et assiduet comedere super cibum nuces, ficus & rutā: quoniam a proprietate resistūt veneno, adeo vt si ī cibo assumptū fuerit, aut virtus eius reprimit̄, aut expellit̄ per vomitū, nec ex ipso corpꝰ nocet̄: vt ait Gal.li. de simplicibus medicinis. Et Raſ. in Alman. lib. 1. ca. de summa medicādi venena. Et idē operat̄ butyꝝ recēs sumptū in cibo sup buccella panis. Cura sanatiua veneni operātis a proprietate, si fuerit assumptū in cibo vel potu, est vt ilico cum quis senserit mutatiōes nō cōsuetas post assumptionē alicuius rei, q̄ hoc ex natura facere nō deberet: sumat in potu aquā plurimā tepidā mixtā cum oleo et aceto, donec ex ea repleat̄, & prouocetur vomitus cū digito, vel penna inuncta oleo missa in profundum gulæ. Quod si vomitus

tardauerit: repleatur oleribus & piscibus salitis, & bibat desuper vsq; ad fluentū ex aqua decoctionis rad. raphani, & seminis atriplicis, & anethi, addito modico aceti, olei, & salis. Quod si adhuc non suffecerit: suspendatur per pedes capite declinato, & confortetur, donec euomat ex cibis diuersis: quoniam vomitus fortis assiduus, est ex rebus maxime iuuatiuis, quando venenum ebibitum extat adhuc in stomacho, nec descendit ad intestina, vel meseraicas. Post hoc vero considera, si in ventre sentiat æstuationem, fiat ilico suppositorium de salegemma, vel clystere acutum dictum ca. de stypticitate vētris, donec intestina omnia perfecte euacuētur. Tunc ergo prohibeat a somno pro posse, ne forte venenū ad interiora rapiatur. Et dentur ei confectiones frigidæ vice vna: vt est zuccarum rof. et diapapaueris, & zuccarum viol. & diarrhodon abbatis, & rosata nouella. Deinde vero medicina bezartica, id est, liberans a veneno a proprietate vice altera, velut est theriaca vetustissima, et proprie theriaca Andromaci vel theriaca Ga. dissoluta in aqua frigida vel in aceto vl' in potu data. Huius nāq; vicissitudo virtutem veneni diminuit, & virtutem naturalem augmentat. Quod si sitis & calor superfluxerint: bibat aquam frigidā puram vel mixtam cū aqua rof. & aceto quantum voluerit, vel bibat lac acetosum: quoniam acuitatem veneni reprimit excellenter. Quod si per hmōi dolor non minoretur, opus erit narcoticis: quare gradatim ad ipsa procedaī. Detur ergo in potu theriaca īfra sex menses confecta: quæ si non habeatur, dissoluantur in ℥.1. theriacæ veteris grana 4. opij. vel detur filonium recens. Quod si adhuc nō suffecerit, augmētetur opium gradatim. Et si virtus constiterit, purgetur alternatim. Post hmōi narcotica cum medicina aliqua lenitiua, vt cassiafistula dissoluta in aqua decoctionis prunorū viol. donec venenum & opium totaliter extrahanī: & emplastreī locus dolorosus cum semperuiua, solatro & nenuphar. coctis in aqua perfecte, deinde expressis, & pistatis in mortario, & incorporatis cū aqua rof. & addito semine iusquiami, & folijs eius recentibus, si tēpus sit ad hoc. Et epithymeī pectus totū cū petijs lineis imbibitis in aqua rof. frigida, postq̄ in ea pul. sandal. & rof. & camphoræ & terræ sigillatæ fuerit dissolutus: quoniam cor cōfortat, nec venenum ad se trāsire permittit. Similiter confortetur cerebrū & epar cum eisdem, & ponatur in aëre frigido, ventoso, & euentetur eius facies cum flabello, donec virtus exciteī. Si igitur post hæc omnia dolor vētris cessauerit, & virtus naturalis redierit: regatur ex carnib9 pullorum & hœdorum coctis cum lactucis & portul. & cucur. conditis cum aceto vel agresta, vl' succo berberis, vel granatorum, vel trifolij, vel succo acetosæ. Vtatur ex fructibus frigidis, prunis & cerasis sapidis post cibum. Bibat vinum ponticum, vel mixtum cum aqua clara, donec ad perfectam redierit sanitatem. Si vero post hæc omnia virtus naturalis defecerit, & syncopis frequens superuenerit, aut dissolutio membrorum: significat quoniam virtus veneni transiuit ad cor: quare prognosticis derelinquaī. Cura sanatiua veneni a qualitate calida operantis sumpti in cibo vel in potu, est eadem omnino cum prædicta: præter quod oportet, q̄ sint in ea clysteria lenitiua nō acuta. Sed & hoc est addendū, q̄ si fluxus vētris fortis supuenerit, restringaī pro posse: sicut docuimus ca. de fluxu vētris. parag. de cura fluxus supfluētis propter medicinā effreniter laxantē. Cura sanatiua veneni opātis a q̄litate frigida assūpti p interius ē, vt fiat vomitus statī a principio, sicut dixim9, vicibus frequētatis. Et clysterizeī post hoc cū clysteribus

acutis, fortibus, calidis, attractiuis, quæ diximus capit. de stypticitate ventris. Et emplastretur stomachus & intestina cũ emplastris calidis, dictis capitulo de debilitate digestionis stomachi: & prohibeatur omnino a somno, trahendo ipsum per capillos, & faciendo sternutationem cum pipere vel condisi. Et dentur ei in potu confectiones calidæ cum vino veteri amaro: sicut est confectio anacardina, dicta cap. de apoplexia, & diamargariton, & diatrion pipereon: & ex melioribus rebus est theriaca vetus. Fricetur corpus totum vehementer cum pannis asperis ad ignem calefactis: & ponatur in loco calido luminoso, donec cessauerit a somno: tunc nutriatur ex allijs & cepis, & mica panis imbibita in sinapi & melle simul mixtis, vel in formam saponis. Et sitim ei pro posse inducas, & laborare, et sudare facias in ieiunio, vsq; ad perfectã sanitatem. Cura morsus vel pũcturæ ex animalibus venenosis vel puncturis vel sagittis toxicatis, est vt statim a principio & proprie intra tres dies stringatur membrum ligatura forti supra locum læsum: ne virtus venenosa transeat in corpus. Et ponatur super locum vẽtosa lata cum stupa ignita, donec attrahat vehementer: & si conferens videatur, fiat scarificatio circunquaq;: deinde ponant̃ pulli viui scissi per medium super locũ: qm̃ membrum fortificant, & venenum ad se trahũt: Deinde emplastretur cum emplastris rubificantibus factis ex stercoribus columbarum & ficubus, & sinapi & cepis crudis simul incorporatis, & actu calidis positis super locum. Et ex vehementer attrahentibus, est vnguẽtum fuscum actu calidum illinitum: aut cantharides incorporatę cum vnguento apostolicon, vel cum fermento. Ex attractiuis igitur huiusmodi, fiat alteratio frequentata, & sis audax in attrahendo: quoniã siue morsus fuerit venenosus, siue non, fiet conferens cum virtute. Sed ante huiusmodi attractum, similiter & post, liniatur theriaca electa sup vlcus, & intra circũquaq;. Et eisdem diebus prohibeatur a somno superfluo pro posse: ne forte venenũ cũ spiritibus ad interiora corporis rapiatur: neq; permittatur vlcus consolidari quocũq; modo, sed ponatur in eo succus caulis recentis vl' bletæ cum aceto & sale & sinapi tritæ & confectæ cum melle, aut succus allij et cepæ crudę, aut aliq̃d aliud acutorum: donec patiens omninoin mẽbro nullum senserit nocumentum. Neq; negligatur membrum sanũ circũquaq;, sed a principio confortetur cum emplastris repercussiuis factis ex cancris contritis cũ corticibus & solatro, & semperuiua, aut cum aqua ros. & terra sigillata, & bolo armenico. Et sumat de theriaca bona omĩ die aliquid cum aqua frigida statim a principio vsq; ad tres vel quatuor dies. Quod si intra hos locus corrumpatur, & vlcus discoloretur, oportet vt cũ ferro ignito cauterizetur vsq; ad profundum valde: vt totum locũ obtineat viciatum: quoniam malitiam veneni resoluit, et escharam duram faciet intra labia circũquaq; ne venenum valeat pertransire. Post hoc vero tempus non videtur cauterium cõferre: quoniam venenũ perambulauit membrum circunquaq;: quod quidẽ cognosces ex coloris sui denigratione, & sensus & motus priuatione: quare oportet vt totaliter a corpore resecetur, si fuerit membrum possibile truncari: velut sunt manus & pedes. Quod si non fuerit possibile, nullatenus curatur, sed fortassis cum blanditijs vita per dies aliquot prolongatur cum vnguentis frigidis stypticis vehementer, quæ diximus ca. de malitia cancri reprimẽda. parag. de apostematibus mẽbri in matrice. Veruntamen est sciendum, q̃ ex morsibus animalium venenosoꝝ, sunt quædam in quibus conferunt medicinæ calidæ, quas

hoc vero sequātur localia prædicta. Nutriatur carnibus elixis, non fumigatis, & iuribus eorum: bibat aquam puram, vel vinum debile lymphatum vltra medietatem. Abstineat a cibis acutis: vt sunt cibi, in quibus ponitur multū salis, aut piperis, aut sinapis: similiter & ab acruminibus vt sunt acetum, agresta, allia, cepe & porri: quoniam sola dulcia vel aquosa generant sanguinem nō mordacē.

Emperica. Furfures capitis, & scissura capillorum ex eisdem fiunt causis: quare vt plurimum simul accidunt, & curantur cum eisdem: & ipsa iam diximus ca. proximo p̄cedenti. Furfures præterea fiūt in capite, quemadmodum scabies sicca pruritiua super corpus eorū: quare cura scabiei, quæ dicetur proximo sequenti cap. præsentibus sublimiter suffragatur.

Prognosticatio. Furfures cum fuerint fortes et difficiles, prę parant ad lepram.

De pruritu & scabie corporis. Cap. III.

CVm supra corpus totum dominatur mala complexio diuersa calida sicca adusta, generantur humores acuti, ex quibus cum in membra fluxerint: fiunt humiditates nitrosæ mordaces. Et siquidem hęc mala complexio fuerit sine materia omnino, vel cum materia pauca, sicut cum est parua recens, facilis: accidit ex ea dispositio cutis velut furfures aut squamæ siccæ, quā quidē dispositionem pruritum, aut scabiem siccā vocauerunt. Cum vero ista complexio fuerit cū materia plurima, sicut cum est fortis antiquata: accidit ex ea cutis dispositio cum bothor, ex pustulis diuersis, quā scabiem humidam appellarunt: & fit cū ea multitudo pediculorū & lendium, qui ex hmōi materia generātur adusta, qualis est proprie cho. ru. vel nigra: similiter & flegma salsum. Nā non fit flegma salsum, nisi per adustionem flegmatis naturalis plurimā vel choleræ permixtionē. Accidit autem hæc passio illis, qui plurimum vtuntur cibis acutis, vtpote, in quibus multum salis ponitur, aut piper, aut sinap̄. aut allia, aut cepe, aut vinū vetus, purum amarum, & caseus antiquus, & legumina om̄ia, & proprie lentes, & milium, & panicum: similiter & qui cibis facilime corruptilibus nutriuntur, vt piscibus, lacticinijs, oleribus, fructibus arboris, & proprie cum super ipsos mouentur motibus inordinatis, donec adurant, velut accidit in pueris gulosis: similiter & qui præter solitum & debitum negligunt ablutiones corporis a sordicie & sudore, & balneationes, & pannorum mutationes. Membra nanq; extrinseca & proprie cutis sunt per naturā debilia fabricata: vt omnis interiorum superfluitas ad exteriora propellatur: vt ait Gal. 6. de accidenti & morbo.

Methodus. Cura eius, cum est recens sicca facilis, solis indiget alterantibus ad frigiditatem & humiditatē: quare balneetur multoties in aqua dulci tepida pura, aut in aqua decoctionis maluarum, viol. altheæ, florum chamomillæ, aut meliloti, aut in aqua decoctionis fumiterræ, & maluarum, & foliorum salicis & populi: quoniam resoluit & humectat cum lenitate: & in ipsa fricetur assidue ex farina furfur. & fabarum, cicerū & pisorū, addito modico aceti. Et post exitum a balneo inungatur ex vnguento albo vsitato, vel ex vnguēto alio, quod iam diximus. Et hmōi balneationem cū inunctione vicissim assiduet diebus pluribus, donec curetur. Regatur cibis et potibus humidis valde sed frigidis moderate, ex quibus sunt carnes recētes laudabiles elixæ cum lactucis, cucurbitis, bletis, & similibus: & pultes ex farina similæ, vel ordei, vel auenæ cum la

lacte dulci conditi. Bibat vinum album aquosum mixtum cū aqua plurima, vel hydromel aquosum, vł iulep vel aquam frigidam puram. Abstineat ab omnibus acutis supradictis: similiter & ab acruminibus vt sunt acetum & agresta: nisi fortassis aliquid ex ipsis gustauerit gratia prouocationis appetitus. Abstineat etiā a dulcibus vehementer: sicut est mel, aut cibus vnctuosus: vtpote in quibus plurimum adipis, aut olei, aut butyri permiscetur: quoniam facile inflammantur, et in choleram conuertuntur. Sola nāq; insipida & aquosa, vel dulcia moderata, vł acetosa non fortiora generant sanguinē non mordacem. Cura eius, cum est fortis antiquata, & cum qua vrina fit citrina vehementer, indiget a principio purgationibus humorum adustorum. Fiat igit̄ in primis flebotomia basilicæ dextræ, vł sinistræ, si scabies regionem superiorem corporis occupauerit: aut saluatellæ pedis dextri vel sinistri, si tenuerit inferiorē. Post illud vero vētosent̄ partes scabiosæ cū scarificatiōibus profundatis in balneo calido: quoniā huiusmodi flebotomia, et scarificatio extrahūt sanguinis massam adustam intus & extra venas residentē, necnon corpus refrigerant manifeste. Similiter et sanguisugæ super membra sordida applicentur. Post ista vero omnia digeratur residuū materię, q̄d neq; flebotomia extrahere potuit propter sui grossitiem, aut adhærentiam viscosam, neque scarificatio, nec sanguisuga educere potuit propter situs profunditatem, cū syrupo de fumoterræ. Cuius descriptionē ponit Mes. in suo antidotario: duplicem scilicet maiorem & minorem: sed maior est melior, quæ sic fit. ℞. myrobalanor℞ citrinorum, kebulorum. añ. ʒ. 20. vel myrobalanor℞ oīm v. añ. ʒ. 10. flor℞ buglossę & boraginis viol. absynth. cuscutæ. añ. ℥. 1 ligritiæ, ro. añ. ℥. ß. polypodij, epithymi. añ. ʒ. 7. prunor℞ & passularum. añ. li. ß. tamarind. cassiæfi. añ. ℥. 2. hæc omnia bulliāt̄ in aquæ lib. decē, vsq; dum deueniat ad tres lib. & cum succo fumiterræ recentis cocti & depurati atq; colati & zuccari. añ. li. iij. fiat syrupus, de quo potentur om̄i die in aurora. ℥. 2. cū ℥. 4. aquæ calidæ. Et si volueris ipsum acuere: adde scamoneæ. ʒ. ß. hic nanq; syrupus stomachum, & epar, & splenem cōfortat: opilationes aperit, ictericiam nigram & citrinam tollit, colorem corporis efficit bonum: morbos cutis sanat, & proprie q̄r℞ materia sunt humores adusti, salsi: sicut est scabies, impetigo, serpigo, lepra, morphea: quoniam ipsorum malitiam corrigit atq; leniter educit quaq; die faciens bis vel ter assellare. Purgetur deinde cū pillulis de fumoterræ, quæ sic fiunt. ℞. myrobalanorum citrinor℞ & kebulor℞ & indorum. añ. ʒ. 5. aloes epatici, epithymi. añ. ʒ. 7. diagridij. ʒ. 5. Informentur pillulæ cum succo fumiterræ, aut cum aqua decoctionis eius: & detur ex eis. ʒ. 1. & ß. sero cum itur dormitum sine cœna. Vel si pręsto aliud non fuerit, digeratur materia cū syrupo acetoso cōposito ex aqua decoctionis fumiterræ & prunorum siccorum, & vio. & purgetur cum hierapicra Gal. vł electuario de succo rosaceo laxatiuo. Post purgationes igit̄ sæpius reiteratas, procedatur ad remedia localia supradicta.

Emperica. Syrupus digerens materias adustas, similiter & educēs a quacunq; particula corporis nostri, sic fit. ℞. florum boraginis, florum buglossæ, endiuiæ, epaticę, ros. viol. cicoreæ, cuscutæ, lactucæ. añ. M. ß. flor℞ chamomillæ, meliloti, florum sambuci, corticis eius mediani, lappatij acuti & rotundi, scabiosæ, tapsi barbati, fumiterræ. ana. M. quartam partem, prunorum siccor℞ & passular℞. añ. ℥. iij. cassiæfistulæ, tamarin. añ. ℥. 1. senę, thymi, epithymi, polypodij, añ. ℥. 1. & ß. myrobalanor℞ citrinor℞ &

kebulorum & indorum.añ.ʒ.ß.scamoneæ, masticis,añ.ʒ.2. decoquantur sene, thymum & epithy. & cum modicũ bullierint,ab igne deponantur:ne fortassis eorum virtus ab igne resoluatur:tunc coletur,& syrupisetur cum lib.7.zuccari: & de eo bibant omi die ʒ.4. sine additione aquæ: quoniam fiet per se subtilis aquosus sufficiẽter. Item farmacum leuiter euacuans humores adustos a corporibus delicatis, est serum,vel lac acetosum, cum ex ipso bibitur lib. vna vel se. in aurora. Quod si parumper acuere volueris, infunde in ipso per noctem integram myrobalanorum citrinorum & kebulorum. añ. drachmas duas, postquam pistata fuerint grosso modo,& posita circa occasum solis in ipso sero actu calido, & crastino colata & expressa diligenter. Pillulæ præterea nobiles ad idẽ, quæ pillulæ de aloe nuncupantur. ℞. aloes boni ʒ.2. myrobalanorum indorum. ʒ.2.senę epithymi, scamoneæ,masticis añ.ʒ.semis, informẽtur cum succo fumiterræ,vel apij, vel sero caprino: & detur ex eis a ʒ. 1. vsque ad ʒ. 2. Electuarium ad idẽ quod diarob cũ turbith appellatur. ℞.turbith albi & electi. ʒ. 1. zinzib. ʒ.ß. gariofi.cynamomi. añ.ʒ.2.diagridij.ʒ.1. zuccari lib.1.& detur ex eo.ʒ.ß.vel ʒ.6.Puluis ad idem. ℞. turbith,drachmas duas, reubarbari drachmam vnam,hermodactylorum. ʒ. 1. & semis, zinziberis.ʒ. semis, zuccari.ʒ. 2.& sit totum dosis sua. Et si reubarbarum habere non poteris: pone diagridij quantum est medietas ipsius. Vnguentũ cutim mundificans a pediculis & scabie, sic fit. ℞.argenti viui extincti,cadmiæ, argenti,arsenici rubei & citrini, scabiosæ, ellebori albi, stafisagriæ, hermodactylorum,lithargyri,salis, sulphuris añ. quantũ volueris de omnibus vel de quibusdam:terantur omnia subtilissime,& cum oleo vel axungia vel aceto vel succo absynthij,vel vino conficiãtur in formã vnguenti, & ex ipso corpus inungatur pluribus diebus in loco calido,& proprie post purgationem:deinde sordities diligẽter in balneo abstergantur. Est nanque tantæ efficaciæ, vt ipsum per se solum cum balneo sæpius refricatum excuset medicum a purgatione. Et si cingulus vel vestis ex eo liniatur, liberat a lẽdibus & pediculis deferẽtem. Et si magis ipsum stypticare volueris, adde modicum ceræ & terebẽtinæ, & ex albuminibus ouorum. Est nanque fere continẽs omnia simplicia putredinem prohibentia, & vermes natos ex putredine pernecãtia, pręter aloen & fel & myrrham: quæ si placuerit, apponantur. Balneum præterea materias scabiei resoluens, atque corpus pulchrificans, fit ex aqua decoctionis scabiosæ, fumiterræ,florum chamomillæ,apij,stafisagriæ,meliloti,lappatij acuti et rotundi,& tapsi barbati: vel ex aqua calida,in qua sulphur, & sal,& alumen dissoluta fuerint: vel ex aquis tinarum: quoniam sunt sulphureæ vel aluminosæ per naturam:queãdmodum & aqua maris amara est atque salsa per naturam.

Canones. Hæc passio cum nõ accidat (vt diximus) nisi post malã complexionem calidam & siccam adustam, videtur necesse,vt cum ipsa corporis habitudo fiat gracilis extenuata, imo & illud est conuenientius: vt quando corpus præter naturam cœperit extenuari, scabies & pruritus assequatur:quemadmodum ostẽditur in decrepitis & conualescentibus post ægritudines diuturnas. Ex quibus scire potes, quod ars impinguandi corpus macrum (quam scribemus inferius proprio ca.) præsentibus sublimiter suffragatur.

Prognosticatio. Scabies & prurigo cũ fuerit fortis, difficilis, antiquata lepram significat affuturam. Item scabies cum accidit infantibus aut pueris paruulis curari non debet: quoniã

fortitudinem virtutis naturalis, & mundificationem sanguinis menstrui significat in poris corporis derelicti, & a lepra futura præseruat. Item scabies cum accidit in corpore post ægritudines diuturnas aut acutas cum alleuiatione viscerum & membrorum interiorum, & constantia virtutis, & bonitate appetitus, crisim significat salutarē: Si vero grauitas in interioribus remanserit, aut morbi longitudinem, aut recidiuā significat affuturam: nisi fortassis patiens errauerit in dieta, et cibum superfluum assumpserit: qui cū imperfecte digerit, in scabiē transmutatur: quemadmodum accidit patientibus appetitū caninū. Vnde Hipo. 4. par. apho. Quibuscunque febribus longe, his pustulæ & dolores in articulis fiunt. & statim post ait: Quibuscunque ex febribus resurgentibus aut pustulæ aut dolores in articulis fiunt, ij amplioribus cibis vtuntur. Item dicit Hippo. sexta parti. apho Latæ pustulæ non valde pruriginosę fiūt Item si corpus scabiosum vrinā habuerit laudabilem, atque bene digestam, secundum substantiā, sedimē & colorem, & egestiones similiter naturales secundū quantitatem, & colorem cibo proportionatas: certificat interiorē corporis munditiā, & virtutis naturalis bonitatem: Si vero contrariū apparuerit, materiæ multitudinem, & purgationis significat necessitatē. Vnde Hipo. ij. part. apho. Quibus fauces ægrotant aut pustulę nascunt in corpore, cōsiderare egestiones oportet si. n. cholericę fuerint, corp⁹ ægrotat: si vero similes sanis fuerint: certū est corpus nutriri: Item corpora scabiosa cacochymica non impinguantur, anteqam purgentur: quoniam eorum cibus totus conuertitur in materiam corruptam, cui in corpore permiscetur, præterquam eius modicum necessarium ad vitam. Vnde Hippo. ij. parti. apho. Non pura corpora quanto magis reficies &c.

De lepra. Cap. IIII.

Lepra est morbus vniuersalis corporis totius, proueniēs ex dñio melancholiæ nō naturalis plurimæ super humores atque membra, ex qua quidē color ipsorum inficitur, & forma, & figura corrumpit, & alteratur eorum cōplexio, & lædūtur operationes naturales, & fortassis soluitur eorum cōtinuitas, ita vt vlcerentur, donec cadant: qm̄ est velut cancer vniuersalis: quemadmodū & cancer est velut lepra particularis: vt ait Auicen. 4. canon. cap. præsenti. Dicamus aūt fortassis, q̄ melancholia non naturalis est duplex. Vna quidem genita per adustionē humorū, & est illud quod accidit vt plurimū: & hæc est membrorum corrosiua vehemēter, & proprie cum fuerit ex humoribus calidis ante adustionē, qui sunt cholera & sanguis. Alia vero genita per humorum condensationē, & est illud quod accidit perraro: qm̄ vt ait Gal. 2. de complexionibus: Sæpius est in nobis calidum adurens, q̄ frigidum congelās: & hæc nō est membrorum corrosiua vel modicum, et proprie cum fuerit ex humorib⁹ frigidis per naturam, qui sunt flegma & melancholia. Et huiusmodi quidem melancholia nō naturalis morbos efficit diuersos, modis tamen varijs & diuersis: qm̄ aut colligitur in mēbro vno, aut vero super corpus totum. Et si colligitur in membro vno solo, fit hoc dupliciter: quoniā aut figit in eius profundo, dū currit ad ipsum per venas & arterias proprias, & sic efficit apostemata corrosiua: cuiusmodi sunt cancer, zepherios, & herpes estiomenus, quæ differūt inter se. Quoniam si melancholia non naturalis fuerit adusta grossa fit cancer: si subtilis adusta fit herpes estiomenus: Si frigida congelata fit zepherios, duricies nominata: de quibus nos iam expediuimus quantum intentionis nostrę fuerat, capitulo de apostematibus in matrice. Aut spargitur super eius su-

Perficiem, donec perueniat ad cutim, & sic efficit albaras, & morpheam, & alguesec: quarum distinctio inter se inferius proprijs capitulis apparebit. Cum autẽ spargitur super corpus totũ intus & extra venas, fit etiã hoc dupliciter: quoniã aut putrefit, & resoluitur, & sic efficit febrem quartanam: aut non putrefit: nec resoluitur: & sic lepram inducit. Ex quibus scire possumus, ꝙ lepra in se aggregat vitia cæterorum. Est nãq; illud lepra in toto, quod cancer in parte: est autẽ illud in carne, quod morphea in cute: & est illud permanens, quod est in quartana deficiens. Quapropter a medicis mala infirmitas nominatur: quoniam & ex eius cõtagio corpus sanum maculatur. Sunt autem lepræ, quemadmodũ & morborũ materialium omnium tres causæ, quæ sunt primitiua, antecedens, & coniuncta. Causa primitiua est adustio assidua in sole calido, vel ad ignem, & coitus superfluus, et labor, & fames, & sitis, & vigiliæ, & vsus ciborum acutorum, & vini veteris amari. Hæc enĩ oĩa sanguinis massam peruriunt: vt plenius diximus capitulo de hæmorrhoidibus, & capitulo de mania canina: quæ vero sanguinem condensant, sunt ambulatio assidua per niuem, & habitatio ad septẽtrionem, & incarceratio inter muros, & somnus & ocium, & ablatio coitus omnino, & vsus ciborum grossorum, & potus aquæ frigidæ vehementer: hæc enim omnia sanguinem congelant: Sunt tamen præter has duas causas aliæ tres cõmunes ad vtranq;, quæ sunt habitatio frequẽs inter leprosos, & coitus cũ muliere leprosa, vel cũ qua ante breui tpe leprosus coiuit: quare fit vir leprosus aut fœtus, aut vtrunq;. Et nõ oportet, vt fiat mulier leprosa semper in quã leprosus proijcit sperma suum: quoniam matricis dẽsitas illud prohibet: Et tertia causa, quæ est omnium potissima est coitus cũ mẽstruata: quare fit puer leprosus, qm̃ vt ait Auerro. 3. collict. vt plurimũ inest hæc passio ex gñatione, & raro per acquisitionem: quare difficilis est curæ. Fœtus enim cum concipitur hora menstruorum, adustionem aut cõgelationem recipit in sua substantia, quæ apud finem iuuentutis, & processum senectutis q̃ plurimum roboratur, donec exterius manifestetur in corpore, & lepram inducat: velut fermentum cum per diem & noctem in pasta latitauerit. Aetas nanq; iuuẽtutis, est tempus adustionis. Aetas vero senectutis, tẽpus frigiditatis & siccitatis per naturam. Causa vero lepræ antecedens, est mala complexio calida sicca, vł frigida sicca corporis totius, incipiẽs ab epate & corde, a quibus fluit virtus nutritiua mediantibus venis & arterijs in corpus vniuersum: quare multiplicatur humor melãcholicus, & sanguis grossus in eisdem: ad quod nõ parum efficit splenis oppilatio, seu debilitas per naturam. Causa autem coniuncta est, cum humor huiusmodi perfecte aduritur, aut condensatur, donec in melancholiam non naturalẽ conuertatur, quæ est quadruplex, sicut & lepræ species quatuor famosæ sunt. Cum nanq; sanguis aduritur, alopecia nuncupatur. Cum vero cholera, dicit̃ leonina. Cum autẽ alteratur flegma, tyriam vocauerunt. Et cum melãcholia naturalis, elephantiam appellarunt: quorum omniũ curam & accidẽtia per ordinẽ dicamus. Signa lepræ communia trahuntur a tribus, quemadmodum & accidens est triũ generum: vt ait Gal. 3. de accidente: & sunt qualitas corporis mutata a qualitate, & exiens mutatum, & actio mutata. Et si a qualitate sic. 9. numero colligunt̃: quorum primum est color totius corporis, & proprie faciei: qm̃ oportet, vt sit rubeus, obscurus, tuberosus cũ refulgẽtia quadã: velut corij torrefacti præter debitũ & solitũ. Secundum signũ, est dispositio oculorum et palpebrarum atq; superciliorum:

quoniam oportet, vt sint rotundi cū grossitie & duritie palpebrarum, & nuditate superciliorum vehementi, & perturbatione in albuginibus ipsorum ex liuiditate, vel fuscedine cōmixta, cum venis rubeis plurimis in angulis ipsorum, velut in cane rabido seu leone. Tertium vero signum, est dispositio labiorum oris eminēs cum plumbeitate, præter ꝙ sit ex natura. Quartum aūt, est dispositio linguæ & palati: quoniam si linguam depresseris, & intus aspexeris, reperies super radicē linguę, vbi pēdet vuula, similiter & in palato fissuras minimas, et grana velut milij colorꝝ diuersorꝝ, & proprie alba, vł citrina, vel rubea, fœtentia, velut in porcis infectis. Quintum signum, est dispositio capillorum: quoniam cadunt, & sunt rari, atq; curti cū furfuribus in capite pluribus: ꝙ si regenerantur, sunt parui subtiles, qui vix videntur, nisi cum perspexeris ad solem. Sextum signum, est dispositio corporis totius pruritiua, scabiosa cū asperitate, & tortuositate, & nodositate, quæ sub cute reperitur, quando inter digitos tractatur, & proprie in facie & circa suturas. Et hæc qdē sex signa, sunt alijs certiora, ita vt cū simł fuerint nō faciēt errare. Septimū signū, est dispositio musculorum: quoniam ipsos reperies duros, graciles, & consumptos, & proprie inter pollicem & indicem manuum & in pulpis tibiarum. Octauum, est cutis tensio in toto corpore, & proprie super spondiles dorsi, propter fortem siccitatem: quapropter si trahatur vel comprimatur, tarde redit ad figuram suam: & si aqua aut oleum superaspergatur, nō imbibitur, sed cito labitur sup corpus, quasi nō fuerit humectatum. Nonum signū, est dispositio corporis ad aërem cōtinentem: quoniam & si facile frigescant aut calescāt ex debilitate virtutis naturalis, vt plurimū tamen frigescunt: quare plurimis indigent vestibus, & cameris calefactis: sed hoc est signum fallax: quoniam & omne rarum corpus, aut macrum per naturam retinet huiusmodi dispositionem. Si vero signa trahantur ab operatione mutata, sex quidem numero colliguntur. Primum, est vocis raucedo, & strictura anhelitus non accidens ex catarrho, vel alia causa manifesta, sed propter siccitatem & viarum anhelitus oppilationem ex materia grossa cinerosa. Secūdum, est insensibilitas membrorum extremorum, cum punguntur, aut vruntur, pręter ꝙ sit ex paralysi, vł cachexia. Tertium, est membrorum formicatio titillosa perdurans assidue sine manifesta causa, & proprie in fronte, et superciliјs, & naso, et maxillis atq; in dorso. Et hæc tria signa, sunt alijs certiora, quæ sequuntur. Quartum signum, est hebetudo pulsus: quoniam oportet, vt sit paruus, debilis, rarus, subtilis propter virtutis oppressionem, & organi siccitatem, nisi fortassis a principio, priusquam lepra confirmetur: quoniā potest esse fortis, magnus, velox propter necessitatem adauctam ex adustione vehementi. Quintum, est morum prauitas fraudulenta: quare facile irascuntur, neq; statim mitigātur, nec confidunt in aliquo, sed sunt auari, tenaces, & ad concupiscentiam vehementer inclinati. Sextū, est somni dispositio: qm̄ breuem & paucum habent somnum, ita vt ex qualibet leui causa excitent̄, & apparēt in somno fantasmata nigra, timorosa. Quod si signa lepræ traxerimus ab exeunte mutato, sic quinq; numero colliguntur. Quorum primum, est fœtor anhelitus, atq; corporis totius: velut fœtor hircorum, & proprie in loco calido æstuoso. Secundum signum, est vrina parua, subtilis, radiosa, subcitrina in colore, oleaginea in superficie cum arenulis rubeis minutis in fundo: nisi fortassis a principio, cum nec adustio, nec oppilatio fuerint consummata: quoniam potest illo

tempore grossa, rubea: vel citrina, vel karopos apparere. Tertium, est apparitio vlcerum sordidorum in volis manuũ atq; plantis pedum, ex quibus sanies aut virus fœtidum, cœnosum assidue manat, neq; consolidari se permittunt, cum sunt cancrosa, sed magis per diem & diẽ dilatantur cũ pruritu vehementi. Et hæc quidem tria signa ex signis huius generis sunt magis certa. Quartũ vero signũ est, quod sumitur ab egestione: quoniam sunt (vt plurimum) vẽtres eorum stiptici, propter siccitatem, & egestiones liuidæ cinerosę. Quintum signum ex sanguinis dispositione, & hoc quidem multipliciter: vno modo: quoniam hora illa, qua flebotomia basilicæ seu medianæ dextræ vel sinistræ egreditur sanguis niger, grossus, terreus, fœtid⁹, & forte nihil egreditur: qm̃ vulnus oppilat sanguinis crassitie. Alio modo: quoniam post eius receptionem in parapside, citissime condensatur, & post tempus modicum scinditur aut in partem grossam residentẽ, aut aquosam supernatantem separatur: sed certior est significatio, si scindatur. Alio iterum modo: quoniam si recens, cũ per flebotomiã extrahitur: fundatur in aquã clarã frigidã, nullatenus cũ ea permiscet, sed vel supernatat, vel ad fundum descẽdens inibi condẽsatur: velut sanguisugæ nigræ, minutæ. Et iterum alio modo: qm̃ si recens coletur per pannum lineum densum, & digitis exprimatur diligenter, reperies reliquias, velut grana milij minuta. Et iterum aliter: quoniam si recens cum aqua frigida pura dissoluatur in pelui tersa & mundata, reperies in fundo ipsius, post effusionem ipsius & aquæ grana milij iam dicta. Et aliter iterum quoniam si super ipsum aliquid salis asperseris, postquam constiterit in parapside, & liquor si quis supernatat, fuerit abiectus, nequaquam liquefiet, vel morose valde: quod quidem accidit propter sanguinis grossitiem atque siccitatem, siue sit adustus, siue congelatus. Et iterum alio modo: quoniam si super ipsum postquam constiterit omniquaque, fundatur acetum, aut lixiuium acutum, fortassis natabit, & bulliet super ipsum. Sed in egestione atque sanguine non cadit fides certa: quoniam consimiles eorum dispositiones reperiuntur in corporibus melancholicis ex morbo vel natura. Dicit præterea Rasis in diuisionibus, in capitulo præsenti, quòd lepra habet tres gradus. Quorum primus est incipiens, & propter ipsam patiens non separatur ab hominibus: quoniam ipsa scilicet alopecia curam perfectam recipit, si medicus fuerit sapiens & studiosus. Et signa eius, sunt raucedo vocis, et strictura anhelitus, & turbatio albedinis oculorum, & rubedo faciei, & tuberositas eius & paucitas pilorum, & casus eorum, & vniuersaliter omnia signa sumpta a qualitate mutata, atq; ab actione læsa, cum fuerint remissa moderate, neque deteriora accidentia accesserunt ad ipsa. Secundus vero gradus est inualescens, & propter ipsam patiens ab hominibus separatur. Et signa eius sunt: quoniam raucedo fit fortior, & facies tuberosa, & digiti curuantur, & deturpatur forma, ita vt pueri ipsum fugiant, & spasmantur iuncturæ, & fiunt tuberosæ: & vniuersaliter, cum omnia signa sumpta a qualitate mutata, atq; ab actione læsa fuerint fortiora: sed quæ ab exeuntibus mutatis trahunẽ fuerint oĩno nulla vel remissa: tũc nãq; nequaq̃ perfecte curatur hæc passio: Sed cura, quæ est primi grad⁹ sanatiua, fiet repressiua ei⁹, ne cito peioretur. Tertius vero gradus est interficiens: quoniam non est eius cura, nisi mortis suspensiua, & membrorum custoditiua, ne valde cito corrodãtur, & decidãt, sed morose. Et signa ei⁹ sunt, qm̃ vlcerãẽ corpus, et fœtet, et currit virus ex

membris vlceratis. Sed vt signa omnia perfecte compleamus, ad species lepræ proprias descēdamus. Signa igitur alopeciæ, sunt cū prædictis signis cōmunibus, rubor faciei plurimus, cū inflatione oculorum, & eorꝝ lachrymositas cum rubore & tumore albuginis oculorum: & q̄a fluit sanguis e naribus et gingiuis ex omni leui causa et apparitio venarum guindes in collo cū dispositione præfocatiua assidua, & mulíplicatio pustularum rubearum humidarū super corpus totū, & vrina rubea grossa vnctuosa, & habitudo liuida carnosa, & ætas iuuentutis, & cōplexio sanguinea, & antecessio regiminis multiplicātis sanguinē ex vino dulci rubeo & carnibus salitis syluestribus, & ocio, & quiete: verum qm̄ in hac specie capilli cadunt plurimum, alopeciam vocauerunt. Signa leoninæ, sunt cū p̄dictis signis cōmunibus color faciei citrinus vehementer, & vlcera fœda, pruritus in labijs oris & manibus, & partibꝰ alijs corporis cum ardore vehementi, & multiplicatio serpiginis super corpus vniuersum, & vrina subtilis pauca citrina, & sitis vehemens, & prostratio appetitus, & habitudo corporis cholerica, & ætas iuuentutis, & regimen calidum siccū antecedens ex pipere, allijs & sinapi, & vigilijs, & fame, & siti, & labore assiduo, & potu vini veteris puri amari: & qm̄ in hac specie fit maxime morum furiositas, idcirco leonina nuncupatur, vel qm̄ plurimi leonum patiuntur hāc speciem: vt ait Auicē. Signa vero tyriæ, sunt cum prædictis signis cōmunibus color faciei subalbidus, parum deficiens a facie sanorum cum furfuribus in capite, & pruritu, & scabie sicca super membra faciēte cutim separari, velut squamas pisciū, aut spolium serpentis: propter quod & tyria nuncupatur, & multiplicatio albaras super corpus totum: similiter & habitudo flegmatica, & ætas senectutis, & sexus (vt plurimum) muliebris & regimē flegmaticum antecedens, & proprie ex piscibus salitis, atq; caseo veteri, & lacte acetoso. Signa elephantiæ, sunt cū signis prædictis communibus color faciei liuidus, & iuncturarum nodositas cum tortura & spasmo, & ineptia ad motus voluntarios, & multiplicatio morpheæ nigræ super corpus totum: similiter & habitudo macra gracilis, & ætas senectutis, & complexio sicca per naturā, & antecessio tristitiæ & solicitudinis assiduæ perdurātis. Et dicitur hoc nomine: qm̄ in hac specie iuncturæ crurium & manuū fiūt plus rigidæ q̄ in alijs: velut accidit in cruribus elephantum.

Methodus. Cura huius passionis non diuersificatˀ secundū suas species, sed tantū penes gradus, quod est: quoniam melācholia non naturalis, siue facta sit per adustionem, siue per condensationem humoris cuiuscunq;, fit grossa sicca frigida per naturā, ex eo q̄ ab ipsa resoluitˀ subtile vnctuosum: veruntamē peccatum suę siccitatis est multo fortius, q̄ frigiditatis, nisi fortassis per adustionē maximā caliditas accidentalis sit infixa, & proprie in lepra vlcerata: quapropter vniuersaliter cum rebus humectantibus corrigitur atq; impinguātibus pro posse temperatis inter calidū & frigidū omniquaq;. Cum igitur lepra fuerit in primo gradu, extrahatur gradatim pro posse grossus humor cū flebotomia & farmacia, & regeneretur humor subtilis temperatus cum successione ciborum humidorum. Modus autem extrahendi cum flebotomia fiet talis: vt ait Ras. in diuisio. capitulo præsenti. Quoniam oportet, vt in omni mēse fiat flebotomia basilicæ, vel medianæ cum incisione larga nō stricta retinente grossum. Ad quod plurimū confert sessio in tina aquæ dulcis tepidæ, vel aquæ decoctionis maluarum, viol. & altheæ ante flebotomiā immediate.

supra diximus: & est illud quod plurimũ accidit. Sunt autem & alij, in quibus medicinæ frigidæ, videntur conferre solum: sed nos illud infra distinguemus, cum de morsibus, & puncturis specialiter differemus proprio cap. Ponimus nanqȝ calida in morsibus timorosis, velut viperarꝫ & canis rabidi: frigida vero in morsibus paruis, velut apum et vesparum: quoniã non fit attractio ex ipsis: sapiens tamen medicus id poterit cognoscere ex post apparentibus, & iuuãtibus & nocentibus: vt ait Gale. 12. de ingenio sanitatis: quoniam cũ ex emplastris calidis prædictis dolor & corruptio augmentatur: perueniendum erit ad frigida, quæ sunt ex solatro & sẽperuiua, similiter & ecõuerso.

Prognosticatio.

Venenum operans a proprietate periculosius est omnibus, venenum vero operans a frigiditate debilius est omnibus: quare & multi euadunt ab eo: sed quod a caliditate, medium est ipsorũ. Item omĩa venena citius imprimuntur in corpus cholericum largas habens venas, & membra mollia spongiosa, & quod est in ætate iuuentutis, q̃ in corpus diuersum ab hoc, præterq̃ venena operãtia a frigitate: quare & facilius curantur in eisdem, præterq̃ ea, quæ ex caliditate: vnde Hip. 2. partic. apho. In morbis minus periclitantur &c. Item syncopis aut dissolutio frequens et fortis superueniens, mortale. Item sudor frigidus, & pulsus paruus, debilis, inordinatus, similiter & anhelitus huiusmodi, mortalis. Item si vomitus & venter restringantur, neqȝ res ebibita expellatur, sed ad epar & venas rapiatur: mortale. Item alienatio aut spasmus, aut tetanus superueniens, mortale. Item si in punctura, aut morsu venenoso fuerit neruus læsus, aut arteria: mortale est vt plurimũ, & proprie si læsio sit fortis: quare accidit vt musculus & iunctura cum pungũtur, sint plurimum timorosa.

¶De cura propria venenorꝫ assumptorum per interius, vtpote in cibo vel potu vel medicina Cap. II.

RES venenosæ interficientes corpus nostrum, cũ per interius assumuntur: sunt generum diuersorum. Sũt ex eis nãqȝ mineræ & plantæ & animalia cum partibus eorꝫ, de quibus per ordinem dicamus breuiter, & proprie famosis vsitatis. ¶Lithargyrum cũ bibitur, apostematur totũ corpus, & proprie lingua, & fit dolor fortis in visceribus, ita vt superueniat vomitus, & vẽtris fluxus & egressio vrinæ simul hora vna, velut in ileo, & corrodãtur intestina, & egrediatur anus, & fit color corporis liuidus, vt color plumbi. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura generalis venenorum operãtium a frigiditate, ita vt nihil eorꝫ prætermittat̃, quæ dicta sunt illic. Post illa vero omnia, si virtus fortis fuerit: sumat ex medicinis prouocãtibus vrinam & secessum: quoniã cũ egreditur stercus & vrina vehemẽter per se vel per artem sine violẽtia, plurima surgit spes salutis: quare in potu dentur grana 7. vel 9. scamoneæ vel diagridij ʒ. 1. cum aqua mellis: quoniã facit fluxum festinare: Et det̃ vice alia vinum albũ aquosum, in quo cocta sint semen apij, petrosil. & aliquid absynthij: quoniam confortando stomachum & intestina, prouocãt vrinam. Et fortiora prouocãtia, diximus capitulo de calculo in renibus & vesica. Et dixerunt experimentatores, ꝙ si post curam generalem & euacuationem dẽtur in potu ʒ. iij. myrrhę cum vino, aut spica celtica cũ stercore columbæ bibentis vinum, liberat a proprietate. ¶Cerussa cum bibitur, accidit mollificatio membrorum, & infrigidatur cerebrum, & albificatur lingua, & raro permiscetur, & accidit tussis & singultus, & surgit dolor fortis in visceribus, ita vt quãdoqȝ supueniat

syncop. & permutatur color corporis ad albedinem, & quandoq; mingit patiens sanguinem nigrũ, & proprie quando frigiditas vltimatur. Cura eius est sicut cura lithargy. Et si somnus grauis superuenerit, nequaq̃ dormire permittatur: q̃m caderet in subeth & apoplexiã. Dixerũt præterea experimentatores, ꝙ si post curam gñalẽ & euacuationẽ patiẽs comedat sisamum aut semen lini, & bibat vinũ vetus claꝝ super ipsum, curat a proprietate: similiter & muscillago fœnigręci, & seminis maľ. & altheæ & psyllij, si poteſ. ¶ Vsifur.i.cinabari cũ bibiſ: accedit dolor fortis et corrosio in stomacho & gutture atq; intestinis propter caliditatẽ vehementẽ, quã per adustionẽ acquisiuit: quare fit fluxus ventris difficilis: ita vt qñdoq; sanguis egrediatur. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura generalis venenoꝝ operantiũ a caliditate: Post hoc vero sorbeat iura pinguia gallinarum, & comedat cibos vnctuosos temperatos in caliditate, velut est butyrum: quoniam lenificabit vias & faciet materias egredi per vomitum aut secessum.

¶ Zimar, id est, viride æris, cũ bibitur: accidit dolor & corrosio in gutture & stomacho atq; intestinis: quare retinetur vrina, & fit fluxus dysentericus, & quãdoq; vomitus: Deinde cũ dolor fortificatur, infrigidantur extrema, & fit syncopis, et ꝓfocatio. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura generalis venenorum operantiũ a caliditate: & si venter restrictus fuerit, lubrificetur cũ medicina lenitiua, vľ cum clysteri, quod fit ex vioľ. maluis, ordeo depilato, fœnigræ. psyllio, althea, & sibibus, coctis in aq̃ ꝑfecte: de cuius colatura, & oleo vioľ. et melle fiat clystere, quod actu frigidũ sæpius injciaſ. Quod si fluxus ventris superuenerit, pro posse restringatur. In fine vero rei, & post vomitum atq; euacuationem, sorbeat assidue iura vnctuosa gallinaꝝ pinguiũ & porcelloꝝ: similiter & brodia butyrosa. Bibat etiã sæpius muscillaginẽ fœnigrę. psyllij, seminis altheæ, & seminis maľ. et lini. Quod si fastidiosum & abominabile fuerit: bibat syrupũ vioľ. aut iulep cũ aqua frigida: & comedat butyrũ crudũ cũ buccella panis: q̃m dolorẽ lenit in visceribus: deinde bibat lac acetosum, & aquam frigidam, & vinũ granatoꝝ, & succũ malorum acetosoꝝ, & berberis & trifolij: q̃m sua stypticitate prohibẽt intestinoꝝ corrosionẽ, et sic lenitiua cũ stypticis alternẽtur. Et dixerũt experimẽtatores, ꝙ vrina asini, aut fel capreoli, si ex ipsis ʒ.i. potetur cũ aqua calida post curã gñalẽ & euacuationẽ, curat a proprietate. ¶ Calx viua cũ potaſ: facit accidentia zimar. Et cura eius ẽ cura illius. ¶ Arsenicũ vľ auripigmentũ cũ bibitur: facit accidentia zimar: & cura eius est cura illius. ¶ Gypsum cũ bibiſ: facit accidẽtia cerussæ vel lithargyri, sed fit in eo difficultas anhelitus maior: et cura eius, est cura cerussæ. ¶ Alumen cũ bibitur: facit tussim vehementem, q̃ cũ perdurauerit, perducit ad phthisim paulatim. Et cura eius est cura phthisis in cibis et medicinis lenitiuis humectãtibꝰ & mũdificãtibꝰ ꝑ sputũ, q̃re sorbeat om̃i die ĩ ieiunio lac recẽs asinæ vel capræ. Et comedat butyꝝ crudũ cum buccella panis, & lãbat per diem penidias, & zuccarum albissimũ: & cum tussis fuerit sicca, difficilis, bibat de syrupo liquiritiæ vel de hysopo, quos diximꝰ ca. de tussi. ¶ Squama ferri cũ bibitur: accidit dolor & mordicatio vehemens difficilis in stomacho & intestinis, & quandoq; fluxus ventris superfluus, ita vt fortassis ad dysenteriã ꝑducat. Cura eius est, vt si fluxus ventris nõ fuerit superfluus, detur in potu medicina solutiua recens cum lacte acetoso: sicut est drachma vna vel drachma semis diagridij vel vncia semis electuarij de succo roſ. ita, vt materia expellatur per secessum.

Post hoc vero dentur in potu sorbitiones vnctuosæ dictæ in cura zimar vna vice post aliam assidue, donec dolor mitigetur. Quod si fluxus valde superfluat, restringatur: vt docuimus capitulo de fluxu ventris capitulo de medicina effreniter laxante. Et dicunt experimentatores, ꝙ si venter restrictus fuerit, & dolor fortis, detur in potu drachma vna pulueris magnetis cum aqua calida: quoniam cōgregabit squamas separatas. Et post hoc per duas horas, dentur solutiua, primo quidem lenia velut iura pinguia & brodia butyrosa: quoniam facient ipsas egredi per vomitum, vl' secessum. Quod si lenia non suffecerint, ad fortia gradatim procedatur. ¶ Realgar cum bibitur: facit accidentia zimar, sed est malitiæ deterioris, & citius interficit. Cura eius est cura zimar: sed o quàm parua est eius cura, cum iam impressa sit eius operatio, & superuenerit dissolutio virtutis, & syncopis profunda. ¶ Argentum viuum cum bibitur, ilico egreditur cum dispositione sua per inferiora: & siquidem fuerit non extinctum, lædit stomachum & intestina cum dolore & torsione atq; inflatione ex frigiditate sua actuali, priusquam egrediatur per inferiorem regionem: quare inflatur ex eo corpus totum, & retinetur vrina, & magnificatur lingua, & mollificantur membra omnia: velut in paralysi & apoplexia. Si vero fuerit sublimatum, est nocitiuum valde, atque corrosiuum propter caliditatem maximam, quam per adustionem acquisiuit: quare inducit dolorem, & mordicationem vehementem in visceribus, priusquam egrediatur: & sequitur fortassis fluxus ventris sanguineus, & dysenteria perniciosa. Et cum funditur in aurem, siue fuerit sublimatum, siue viuum, est penetratiuum, incisiuum ex subtilitate suæ substantiæ, & fluxibilitate: quare accidit in capite dolor vehemens, & permixtio rationis: & quandoq; ducit ad spasmum, & epilepsiam, aut ad mollificationem & apoplexiam propter læsionem fortem cerebri & panniculorum eius. Et dicunt quidam autores, quòd argentum viuum est frigidum, & humidum in quarto gradu: & quidam quòd sit calidum & humidum in eodem. Et videtur nobis, ꝙ vtriq; verum sapiant. Est nanq; frigidum vehementer secundum suam actualitatem & operationem primam: quare est mollificans & paralyticum faciens, cum quis gestauerit ipsum tēpore longo, aut eius fumum (cum aduritur) attraxerit per nares. Est autem calidum vehemēter secundum suam complexionem & virtutem & operationem secundam: quare est incidens, & corrodens, & adhuc magis cum fuerit sublimatum. Verum qualitercunq; res se habuerit est penetratiuum, & dissolutiuum ex modo suæ substantię. Cura eius est, vt statim a principio, cū bibitum fuerit: fiat cura generalis venenorum operantium a proprietate, quæ fere vna est & eadem omnino. Post hoc vero oportet considerare accidentia, quæ sequuntur: quoniam si sequitur fluxus ventris plurimus, & dolor fortis intestinorum, quæ significant: quoniam virtus calida dominatur in ipso super frigidam: dentur confectiones frigidæ dictæ ibidem gradatim procedendo, donec ad narcotica perueniatur, & restringatur fluxus pro posse: sicut diximus in capitulo de fluxu ventris, parag. de fluxu ex medicina effreniter laxante. Si vero sequitur paralysis, & mollificatio membrorum, quæ significāt quoniā virtus frigida dominatur in ipso super calidam: dentur confectiones calidæ, sicut diamargaritō, theriaca vetustissima, mithridatum. Et fiāt quæ diximus in cura generali venenorum operantium a frigiditate. Et dixerunt experimentatores, ꝙ in causa calida confert bibere lac capri-

num in plurima quantitate,& lac aceto sum,& exercitari super ipsum motu forti assiduo: quoniam refranget eius caliditatem,& dolorem mitigabit, & expellet materias deorsum p secessum.In causa vero frigida cõfert vna vice post aliã in potu sumere drachmas tres myrrhæ cũ vino veteri amaro, aut hydromelle: similiter & vinũ decoctionis absynthij hysopi & rutæ.Cum autem infusum fuerit in aurem, nequaquam agitetur cum tẽta vel radio:quoniam fieret magis furiosum,sed leniter inclinet patiens caput suum super aurem læsam,& saliat super pedem lateris eiusdem, donec egrediatr̃. Et si non sufficit: prouocetur sternutatio cum pipere vel condisi,ita vt os & nares obturentur. Quod si adhuc non suffecerit:fiant omnia quæ diximus ca.de surditate.parag.de surditate, quæ fit ex re cadente in aurem. Et solicitetur medicus in eius euacuatione:quoniam cum non educitur,corrodit cerebrum,& piam matrẽ & demum interficit cũ dolore vehementi. ¶Napellus cũ potatr̃: apostemantur labia oris,& lingua, & egrediuntur oculi,& fiunt super ipsum vertigo & syncopis & tenasmon, & raro euadunt aliqui ex eo:quoniam est venenum a proprietate. Quod si subito non moriantur:cadunt in febrem hecticam aut phthisim: & sagittæ illinitæ ex succo eius interficiunt subito,quẽ tãgunt.Cura eius si fuerit possibilis,est vt statim a principio fiat cura generalis venenorũ operantium a proprietate. Post hoc vero detur in potu theriaca optima cum vino & musto: aut detur mithridatum,aut diamargariton,aut diamuschi cũ vino decoctio.capparis,macis,& croci vna vice post aliam assidue: quoniam resistunt huiusmodi veneno a proprietate,si tamen resisti sibi poterit p artem quoquo modo.Et si vomitus tardaret̃,possunt dari ante ipsum:licet tunc minus operentur. ¶Euforbium cum bibitur: facit accidentia zimar: & cura eius est cura illius. ¶Tithymallus cũ bibitur aut aliquid ex generibus lactis:fiũt accidentia zimar: & cum facies aut manus ex eo linitur, surgit in tumorem, & discoloratur: velut facies leprosorum.Et dicitur q 3.iij.ex lacte huiusmodi inficiunt potãtem. Sunt autem tithymalli iij. species famosæ.scilicet anabula,cuiꝰ succo vtimur:esula, cuius radice vtimur:& cataputia, cuius semine vtimur. Cura eorum omnium,cum in potu assumunt̃, est cura zimar in stypticando ventrem, atq; leniẽdo dolorem: sed oportet, vt sit maior intẽtio ad fluxum restringendum cũ cibis & potibus & balneis,& clysteribus frigidis stypticis vehementer. Quod si dolor & corrosio fortis sit in visceribꝰ, lenitiua cum stypticis alternentur: vt docuimus ibidem.Et ex balneis vehementer stypticantibus,est aqua pluuialis,aut cisternæ, postq̃ in ea fractæ fuerint rosæ, balaustiæ,corti.granatorũ,papaueris,folia & fructus rubi,pira põtica,mala acetosa,mespila,sorba,gallæ cypressi,cupulæ glãdium,folia vitis,agrestis,berberis, & similia,in qua cum tepida fuerit,balneetur vsq; ad vmbilicũ parum post parum:ne virtus ex eo debilitetur,& spargatur aqua ros.super faciem & pectus, & naribus instilletur.Ex cibis autem stypticis,sunt risum,panicum,citonia,sorba,mespila, pira, lentes excorticatæ aut bis coctæ reiecta prima aqua & expressa diligenter:similiter & pultes ex farina similæ conditi cum lacte vstulato.Similiter & caro pullorum assa,atq; condita cum cera recenti,& adipe renum caprarum,vel hircorum simul ad ignem in sartagine dissolutis & roratis sup assaturã. Ex potibus stypticis,sunt vinũ rubeũ põticum mixtum cum duplo aquæ pluuialis,aut aquæ in qua ferrum ignitum fuerit extinctum,similiter & aqua decoct. sumach,& mirtillorum cũ zuccaro ros.

dulcorata. Clysteria styptica pretiosa diximus cap. de dysenteria. Electuaria styptica bona diximus cap. de sputo sang. Et trochis. de karabe sublimes, ca. de mictu sanguinis. Cum autem lac tithymalli linitum fuerit super faciem, aut membrum aliud, inungatur ex vnguēto albo famoso, aut citrino: quod si nō suffecerit: fortificetur eius virtus cum cerussa aut lithargyro. ¶ Mesereon & cocognidium cum sumuntur in potu, immoderato vsu & sine proprijs theriacis, faciunt accidentia tithymalli. Est autem mesereon herba, cuius folijs vtimur: sed cocognidium est semē eius, quod est malitiæ peioris. Et dicitur, ꝙ ʒ.2. in potu exhibitæ sunt perniciosæ: plus tamen vel minus secundū virtutem assumentis. Cura eorum est cura tithymalli. ¶ Scamonea & diagridiū cū bibuntur sine suis correctorijs, & vsu nō moderato faciunt accidentia tithymalli. Est autem scamonea dicta, priusq̄ assetur in citonio, vel torrefiat super lamina ferrea acuta: post hoc vero diagridium appellatur, & sic scamonea est malitiæ peioris: quare dicitur ꝙ ʒ.2. ex ea interficiunt potātem, plus tamen vel minus secundum virtutē assumentis: diagridij vero vncia semis, vel circa id. Et cura eorꝫ est cura tithymalli. ¶ Aloe cū bibit̄ dosi superfluente, & cum additione piperis, aut sinapis, aut aliorꝫ acutorꝫ, & postpositione stypticorū, facit accidentia tithymalli, & aperit orificia venarum, primo quidem meseraicarꝫ, deinde earum, quæ sunt in substantia epatis, & post hoc in mēbris remotis: quare educit sanguinē bonum per secessum, & sequitur synco. & casus virtutis. Et cura eius est, vt ligentur extrema vehemēter, primo quidem superiora, deinde inferiora: & ponātur ventosæ siccæ magnæ super epar, stomachum & splenem, vt attrahant suctione forti. Et post hoc ministrētur potus styptici, similiter & balnea, quæ diximus in tithymalli cura. ¶ Elleborus cū sumitur in potu vsu immoderato, facit angustiā circa cor & stomachū: & si fuerit albus, accidit vomitus fortis assidue, donec cadere faciat virtutē: si vero niger accidit fluxus vētris corrosiuus, donec ad dysenteriā perducat. Et dicitur, ꝙ albus interficit canes a proprietate: niger vero homines, si ex ipso ʒ. 2. vel tres sumātur. Cura eius est, cura tithymalli. ¶ Ciclamen cū bibitur vsu immoderato, facit fluxū vētrs superfluere vehementer. Et cura eius est cura tithymalli. ¶ Cucumer asininꝰ cum succus eius bibitur dosi superfluente, facit ventrem currere vsq; ad syncopim & mortem. Cura eius est cura tithymalli. ¶ Opium cū bibitur: accidit stupor & frigiditas extremorum, & singultus, & vertigo, & oculorum tenebrositas cū grauitate magna, & color faciei & labiorꝫ oris & vnguiū fit plumbeus: Deinde cū virtus eius magis impresserit: accidit difficultas anhelitus, & amissio loquelæ, & subeth, & spasmus, deinde præfocatio cum frigido sudore. Et dicitur ꝙ ʒ.2. vel iij. ipsius interficiunt potantem, & proprie si fuerit frigidus per naturam, vel ætatem, & ipsum potauerit cū modico vini albi & vaporosi, quod eius virtutē cito deleget per venas ad cor & cerebrum, præter ꝙ resoluat. Si vero fuerit cholericus, aut sanguineus per naturā & in ætate adolescētiæ vel iuuētutis, dosi indiget ampliori. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura generalis venenorum a frigiditate: Post illud autem, detur in potu vna vice post aliam vinū decoctionis castorei & piperis: Et sumat ex theriaca optima, in qua aliquid balsami ponatur, si fuerit possibile, & comedat allia et nuces sup ipsum assidue: q̄m calefaciendo conferunt vehemēter: Similiter & vinum album vetus amarꝫ bibitum in multa quantitate, donec sudet, et calefiat, & moueatur. Et dicunt experi-

mentatores, ꝙ ista confectio est eius propria theriaca. ℞. assæ fœtidæ casto. pyrethri, piperis, myrrhæ, sauinæ. an̄. quantū volueris de vnoquoq;, terantur, & conficiantur cum melle, & detur ex ea assidue cum vino calido puro veteri amaro: similiter & quodlibet simplicium est conferens sua qualitate poteti. ¶ Nux mecha cum bibitur, facit accidentia opij: & dicitur ꝙ ʒ. ß. ex ea somnum profundum inducit. Quod si ad ʒ. 2. procedat, interficit cū somno. Cura eius est, cura opij. Hyoscyamus, cum bibitur ex semine eius, mollificatur corpus, & magnificatur lingua, & egreditur spuma ex ore, & rubēt oculi, velut strangulati, & sensus obscurantur, & fit asthma, & permiscet ratio, & supuenit spasmꝰ, et epilepsia, & qn̄q; rugiūt voce horribili atq; rauca: & niger est in hoc deterior albo: veruntn̄ vterque ipsoꝝ est debilior, q̄ sit opiū, vel nux mecha: ita vt fortassis ʒ. iij. vel quatuor ad minus efficiant accidētia prædicta. Cura eius est cura opij omnino. ¶ Vua vulpina cum bibitur: surgit velut lactis sapor in ore bibētis, & induratur lingua, & color faciei offuscatur, & superuenit vomitus, & singultus, & fluxus ventris dysentericus cum mucositatibus, & squamis intestinoꝝ. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura generalis venenoꝝ oīm, quæ est vt festinetur ad euacuationem subitam per vomitū & secessum. Post hoc vero sumat in potu lac caprinum vel asininū in multa quātitate, & moueat fortiter super ipsum: quoniam malitiā eius refrāgit, corrosionem prohibet, & ipsius reliquias euacuat per vomitum vel secessum: & si fuerit lac acetosū, aut lac vstulatum, fortius operabitur hoc idem. In fine vero rei cum dolor et corrosio cessauerint omnino, detur theriaca, & elec. calida cum vino, vt alterent malam complexionem frigidam derelictā. Est nanq; venenum huiusmodi mortificatiuum & corrosiuum, sed maior cadit timor in corrodendo, q̄ mortificando. ¶ Fungus. Cum ex aliquo genere fungorum plurima quātitas sumitur in cibo, & proprie sine pipere aut alijs rebus acutis, & in corpore frigido per naturam, vel ætatē: accidit singultus, & pūctura circa stomachū, & difficultas anhelitus, & inflatur venter, & infrigidatur corpus totum, & minoratur pulsus. Deinde cū superfluit eius virtus, accidit sudor frigidus, et syncopis & moritur fortassis. Cura eorum est, vt statim a principio fiat cura generalis venenoꝝ operantium a frigiditate, quæ cōsistit in euacuatione plurima per vomitū & secessū: post illud fiat cura opij supradicti. ¶ Psyllium cū recēs assumitur in potu sub multa quātitate, facit accidētia fungoꝝ. ¶ Coriandrum cum recens comeditur in quātitate li. I. aut succus eius bibitur in quātitate quartæ partis li. I. facit accidētia opij. Et cura eiꝰ est cura opij omnino. ¶ Mandragora cum potatur sub dosi excedēte, facit accidētia opij, sed est malitiæ minoris: & cura eius est cura illius oīno. ¶ Cantharides cū bibuntur: accidit dolor, & corrosio in stomacho & meri & intestinis: ita vt qn̄q; sequatur solutio ventris, fluxus vehemēs & syncop. & permixtio rationis, & dolor protēdit vsq; ad extrema corpis transiens per hypochondria, & inguina vsq; ad coxas et crura. Et hæc oīa proueniūt ex eaꝝ qualitate sola: veꝝ q̄d ex proprietate accidit: est, vt siue per interius siue p exterius ministrētur in potibus vel emplastris, lædāt vesicam læsione vehementi, ita vt alteretur, & assidue appetat mingere: præter quod mingat, & qn̄q; mingit sanguinē purum modicū subtilē, cū venit ex vesica: & qn̄q; sanguinē puꝝ plurimū nigrū condensatū, cū ex renibus procedit: quare fit dolor maximus circa pectinē & sumē, et inflat virga vehemēter. Cura eaꝝ est, vt statim a principio fiat cura gn̄alis

venenorum operātium a qualitate, donec tota materia euacuetur per vomitū & secessum: post hoc vero mitigetur dolor & corrosio intestinorum et stomachi sorbitionibus lenitiuis vnctuosis, & clysteribus frigidis humectatiuis, quę diximus in cura zimar. Quod si fluxus ventris superfluat restringatur, sicut docuimus in cura tithymalli: deinde vero mitigetur dolor & corrosio, quæ fit in vesica & regionibus vrinæ cū syrup. frigidis, & cū trochiscis de alkekengi, & cū collyrijs iniectis per syringam, & cū balneis & vnguentis conferentibus, quæ oĩa pro posse iam scripsimus cap. de vlcere & scabie in vesica: & cap. de ardore vrinæ lib. I.

¶Stafisagria cū bibitur dosi superfluente, facit accidentia cātharid. Et cura eius est, cura ipsarum. ¶Stellio cū assumitur eius caro, aut bibitur liquor in quem ceciderit: fiunt accidētia cantarid. secundū isophagum, stomachum atq; intestina, sed non secundum vesicam. Et cura eius est, cura cantharid. Hydrus cum bibitur eius caro, aut aqua in qua habitat, aut moritur: aut facit accidentia canthar- rid. Et cura eius est cura cātharid. ¶Rana seu bufo cum bibitur aqua in quam proiecerit saliuam, aut in qua moratur: inflatur corpus ex ea vehementer, velut in hydropisi, & fit eius color liuid' cum citrinitate permixta, & accidit dolor & angustia in stomacho & meri atq; intestinis, & difficultas anhelitus, velut præfocati, & sensuum obtenebratio, & vertigo, & permixtio rationis: & cū eius malitiam impresserit magis, fit spasmus aut tetanus, & ventris solutio fortis, & vomitus, et emissio spermatis vna hora: post hoc superuenit syncop. mortalis, & pauci saluantur ex ea: ꝙ si quis euaserit, non retinebit dentes: & hæc est proprietas sua specialis ex mollificatione gingiuarum, quam induxerit. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura generalis venenorum operantium a proprietate, donec tota materia vel maior eius pars euacuetur per vomitum & secessum. Deinde procedatur ad curam proprietatis venenosæ cū potu theriacæ veteris electæ, & mithridati, dando ex eis vice post vicem cum vino claro, donec malitia veneni refrangatur, & virtus naturalis confortetur. In fine vero rei considerentur accidentia, quæ remanserunt: & si remanserit vētris inflatio, detur diacurcuma maior & minor, & fiant omnia, quæ diximus capitulo de hydropisi. parag. de ascite sine fe. Si vero remāserit sensuū obscuritas, & mollificatio membrorum: fiant omnia, quæ diximus ca. de paralysi per totum. ¶Vitulus aquaticus est vermis paruus lōgus, velut duorum cubitorum, coloris subalbidi, habitans in paludibus & aqs corruptis, & creditur ab aspicientibus, ꝙ sit pilus caudæ equinæ propter similitudinem ad ipsum: & cum assumitur in potu, facit accidentia ranarum.

¶Lepus marinus cum bibitur, facit accidētia cātharid. & cura eius est, cura earum.

¶Ceruus: cū assumitur in cibo extremitas caudæ ceruinæ, facit angustiam vehementē in stomacho & intestinis, & quandoq; syncopim & mortē. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura generalis venenorum operantium a proprietate, donec materia educatur totaliter, vł pro maiori parte. Post illud vero detur in potu vicibus frequentatis theriaca optima cum vino claro aromatico. Et dicūt experimentatores, ꝙ ista confectio est eius pura theriaca. ℞. euellanarum, fisticorum, fellis equini. aā. terantur, & incorporentur cum melle vel zuccaro, & dentur in potu vna vice post aliā cū vino p̄dicto.

¶Fel. Omne genus fellis cū assumitur in cibo vel potu est ex genere venenorum, & facit accidere vomitū cholericū & syncopim. Et dicitur, ꝙ fel leonis aut leopardi inficit ilico potātē: & fel canis aquatici, atu

canis rabidi cum sumitur ad quantitatẽ lentis, interficit infra 7. des, quos si pertrã seat fiet spes salutis.

¶ De cura speciali venenoꝝ approximatoꝝ per exterius, vtpote morsu, vel punctura, aut vulneratione cum gladio aut sagitta toxicata. Cap. III.

RES venenosæ, quæ per exterius exhibitæ interficiũt nostrum corpus: sunt generꝝ diuersorum. Sunt nãq; ex eis mineræ, & plantæ, atq; animalia, de quibus per ordinem famosiora atque vtilia percurramus. Si videt̃ necessariũ, vt vnũquodq; ipsoꝝ operetũr a proprietate: quoniam rarum est, vt virtute alia valeat corpus hominis trucidare. ¶ Napellus cum ex succo eius recenti gladius aut tela perungitur, interficit, quem reperit hora vna: & non videtur ei cura possibilis. Quod si conferre poterit: est theriaca magna Andromachi, & post ipsam theriaca Gal. cum dissoluitur in vino vel aqua ro. & intra vulnus, & extra perungitur omniquaq;, & datur ex ea in potu vna vice post aliam incessanter. Quod si per huiusmodi patiens senserit alleuiationem: procedatur ilico ad curam generalem morsuum & puncturaꝝ venenosarum, quam diximus in fine ca. generalis, vbi etiam signa generala certa atq; infallibilia euidẽter descripsimus. ¶ Realgar cum linitur super gladium vel sagittam vulnerantem, facit dolorem & corrosionem plurimam, ita vt si non succurratur, totaliter corrumpit membrum & eius operationem. Cura eius est, vt statim a principio fiat cura gñalis supradicta, sed oportet vt emplastra frigida cũ attrahentibus ibi positis alternent̃, ne forte malitia veneni reddatur furiosa. Fiãt ergo emplastra attractiua ex rebus calidis, vtpote ficubus & sinapi & fermento & stercore columbarum atq; similibus, vice vna, & emplastra mitigatiua repressiua ex reb⁹ frigidis, vtpote solatro, semperuiua, lactuca, cicorea, folijs papaueris, et similibus, vice alia, donec corrosio securetur: neq; festinet medicus ad consolidationem labiorum, donec tota malitia veneni radicitus exhalarit. ¶ Arsenicum sublimatum cũ acciderit ex eo vulnus, facit accidentia realgar̃: et cura eius est cura illius. ¶ Vipera cum morsum in quem fecerit dentibus, aut puncturam cauda sua, egreditur primo sang. purus: deinde per horam vnam san. spumosus propter ebullitionem veneni, et post hoc virus citrinũ, aut viride cœnosum: quare surgit dolor vehemens, & apostematur membrum totum, & surgunt bothor & pustulæ minutæ velut ab igne vel aqua bulliente. Verum cum ambulauerit eius malitia per corpus, inflatur, & fit rigor & frigiditas extremorum, non quia venenum sit frigidum, sed propter oppressionem similiter & resolutionem caloris naturalis ex caliditate veneni: & quandoq; superuenit vomitus citrinus, & singultus, et vertigo, et fluxus sanguinis narium. In fine vero sudor frigidus diminutus, & syncop̃, donec mors infra diem septimum (vt plurimum) subsequatur. Et masculi quidem sunt deteriores fœmell. & discernuntur ex hoc: quoniam masculus habet vnum dentem solum, quare & facit foramen vnicũ ex vtraq; parte mẽbri læsi: fœmella vero plures. Et iterꝝ magni sunt deteriores paruis, & senes iunioribus propter siccitatem suæ cõplexionis & famelici repletis, & irati mansuetis, et & mõtani paludinosis, & in æstate atq; autumno peiores sunt, q̃ hyeme & vere. Et sputum eius cum sumitur in cibo, vel sanguis qui fluit ex cauda sua cum occidit̃, aut fel ipsius, interficit ilico sumẽtẽ, & inflatur ex eo corpus vehementer, & fit dolor & angustia fortis valde, donec

superueniat syncopis & mors. Et dixerunt experimentatores, ꝙ lingua viperæ cum siccatur, & custoditur, ne putrescat: alteratur in colore, & citrinatur, & velut sudorem roridum modicum acquirit, cū venenum accesserit ad ipsam, et proprie cum ponitur inter res frigidas siccas moderate, velut est sal, & arena: quoniam tūc vapor venenosus magis sup ipsam aggregatur. Et idcirco super mēsas principum ponitur & magnatum. Cura eius est, cura generalis siue per exterius, siue p interius obuiauerit: neq; reperitur scriptū aliquod certū & perfectum præter curas generales. Veruntamen empirici dixerunt, ꝙ multiplicatio somni, & potatio vini boni plurimi, & vsus assiduus theriacæ optimæ intus & exterius, aut mithridati optimi confert specialiter in isto veneno propter resolutionem spirituum plurimam & maximam, quā efficit suo calore forti. Neq; dentur in potu confectiones frigidæ: quia calorem veneni aggregant, & naturalem debilitant vehementer, sed calidę acutæ: quoniam venenum subtiliant, & resoluunt: sicut est theriaca optima exhibita cum vino plurimo veteri amaro, & modico aceto: similiter & allia & sinapis, & semen cicutæ, & assa fœtida, & pyrethrum, & myrrha, & gentiana, piper, castoreum, aristologia rotunda, & omnia coagula: proprie tamen coagulū leporis, & squilla, acorus, & asarum, ruta & opoponacum, siue potentur, siue supra vulnus emplastrētur quoquo modo possibili conueniēti. Et ex emplastris bonis est illud quod fit ex pullis viuis per medium scissis, & actu calidis frequentatis super locum: & quod fit ex ranis siccis: & quod fit ex carne viperæ, si potest haberi: & quod fit ex sauina, & baccis lauri, & squilla assata, & farina orobi, & sinap. & florib⁹ chamomil. simul mixtis, & perfecte cōtritis & incorporatis cum oleo laurino vel oleo de iuni pero vel laterino vel benedictino: vt melius adhuc omnibus oleis foret balsamus, si posset haberi. Dixerunt etiam ꝙ si homo læsus a vipera, bibat vrinam hominis non læsi, curatur. Conferunt præterea & res vnctuosæ in cibo assumptæ: velut sunt butyrum nouum vel vetus plurimū sumptum cū buccella panis, & iura gallinarum pinguia, & nuces, & oleum: qm̄ sua viscositate, aut humiditate forti opprimunt caliditatem veneni, & in se trahunt, ne per corpus dilatetur: & fortassis educunt per vomitum aut secessum. Dixerunt etiam, ꝙ virga cerui assata & comesta hora sumptionis veneni multum confert: in fine vero rei, & cum tumor, et inflatio corporis, & angustia fuerint minorata, inducatur sudor atq; exercitiū, et labor fortis in ieiunio, & prohibeatur a somno pro posse: & balneetur in aqua tepida, in qua sint cocti flores chamomillæ, meliloti, & anethum, donec veneni reliquiæ resoluantur. ¶Scorpio cum fecerit puncturam in mēbro aliquo per aculeum suæ caudæ, tumet, & inflatur cū tumore forti & dolore: & si non succurratur, perambulat, inflādo totū corpus, donec perueniat ad membra nobilia, & eorū operationem destruat, & sic vitam tollat. Cura eius est cura generalis cum ventosis & emplastris attractiuis positis statim a principio super locum: & fortassis opus erit cauterio, si non sufficiant prædicta. Et dixerunt experimentatores, ꝙ si locus inungatur sæpius cum oleo de scorpionibus, quod diximus ca. de calculo in renibus & vesica. parag. de empericis: cōfert a proprietate: Sed oleum antiquū, in quo puluis euforbij fuerit dissolutus, aut allium coctum cum vino cōfert sua resolutione vehementi. Similiter & vetusta theriaca & mithridatum, & omnis confectio vehemēter calida, siue per interius, siue per exterius applicetur. ¶Aranea cū mēbrum stimulauerit: facit acci-

dentia scorpionis, et quandoque deteriora illis, ita vt extrema infrigidentur, et venter ingrossetur: et virga erigatur ex multiplicatione ventositatum in corpore plurimarum. Cum autem in potu sumitur: inflatur collum, & venter, et egrediūtur oculi. Et fit angustia in stomacho et intestinis, donec syncopis, & mors sequatur. Cura eius est cum fecerit puncturam loci ventosatio fortis cum scarificatione & post hoc eius emplastratio cum ruta & absynth. & calce & cinere simul incorporatis cū aqua calida, & sudor in balneo sicco, & sepeliri in arena calida: vel stercore bouino vel cinere calefacto in fornace, & sumere in potu theriacam cū vino puro vna vice post aliam assidue, & confectiones calidas sæpe dictas, & semē nigellæ proprie, et se. apij, et assam fœtidam, donec dolor, & tumor cessauerint omnino. Cum autem in potu sumatur: fiat ilico cura generalis venenorum operātium a proprietate. ¶ Rutela est animal simile araneæ, sed habet crura lōgiora, & eius punctura facit accidentia araneæ: et eius cura est cura illius. ¶ Basiliscus, q cognominatus est regulus: qm̄ caput habet velut coronatum, vel quoniā cunctis animantibus sua potenti malitia dominatur. Ipse nanque non tantum sputo, vel morsu, interficit, verum & visu solo. Quoniā est eius venenositas adustiua, vt vapores sui corporis aërem reddant venenosum: quare nullum animal viuere potest circa suam speluncam, & herbæ & plantæ virides arescunt, cū serpit super eas: & si quis ipsum gladio vel lancea tetigerit: moritur, velut ex pūctura: & dicitur, q̄ generat̄ ex ouo galli decrepiti, quando super ipsum bufo cubat, et fouet velut gallina pullos suos Sed nos magis credimus, q̄ sit animal generatū ex sibi simili, quemadmodum & bufo: quoniam in India maxime multiplicantur, & in nubia, quæ sunt regiones calidæ vehementer: & nō est eius cura omnino: quare cum videris hominem interimi subito sine causa manifesta, & in loco deserto suspecto, scias hoc fieri propter basiliscum. Et dixerunt emperici, q̄ sola mustela habet a proprietate interficiendi ipsum, & in hoc consistit fortior leone aut milite armato. ¶ Armena est animal simile basilisco in figura & operatione, præter q̄ non interficit hora vna sicut basiliscus, sed infra 4. dies: sed idcirco apud medicos sagittæ toxicatæ, sagittæ Armenæ nuncupantur, aut fortassis ideo, q̄ apud Armenos fuit repertus primus eius vsus. ¶ Aspis & irudo sunt serpentes venenosi, quorum est proprietas, vt quē tetigerint morsu vel punctura, interficiant intra duas aut tres horas: neque est eius cura. Canis cum est rabidus, interficit suo morsu, nisi subito succurratur. Fit autem rabidus per adustionē humorum sui corporis, & conuersionē complexionis naturalis in melācholiam adustam: quemadmodum in hominibus fit mania canina. Et signa canis rabidi, & morsus eius, sunt rubor oculorum, & proiectio linguæ extra os, & intromissio caudæ inter crura, & spuma currens ex ore, & raucedo vocis, & abhorrere socios & natos: quare currit solitarius, et vult inuadere cui obuiat, & fugiunt ab eo canes, Et dicitur q̄ si liniatur panis ex sanguine currente ex morsu canis rabidi, nō comedunt eum canes alij. Et si emplastret̄ vulnus cū mica panis, & proijciatur gallinæ, non comedet ex ea. Cum igitur canis huiusmodi momordit hominem, & sibi post aliquot dies, & ad minus intra dies 40. & quatuor menses superuenerit timor aquæ vehemēs, & raucedo vocis, & dolor vulneris maior debito, & dispositio ad operationes melancholicas: scias q̄ fuit morsura canis rabidi: quare si non succurrat̄, fit rabidus & ip̄se, ita vt mordeat homines, quibus similiter accidet,

sicut sibi: quoniam est eius morsus venenosus, et superuenit difficultas anhelitus, velut in asthmate, & venter siccatur, & vrina quandoque retinetur, & quandoque mingit vrina nigra, & quandoque lactea grossa valde, quasi sint in ea canes parui, & quandoque subtilis aquosa propter opilationem, & demum accidit præfocatio cum morte festina. Et dicit Auic. quod non euadet aliquis, quem canis rabidus momorderit, postquam timor aquæ superuenerit, quoniam significat veneni malitiam totum corpus pertransisse. Et dicit Ras. in diuisionibus capitulo de mordicatione animalium venenosorum, quod morsus canis rabidi est super alia venena maximi nocumenti: quoniam est magis interficiens, quam alia ex eo, quod est eius conuersatio inter homines per naturam. Cura eius & proprie in principio intra tres dies ad plus, cum adhuc est possibilis, est vt statim fiat cura generalis morsuum venenosorum cum ligationibus, & ventosis & emplastris attractiuis: similiter & cauterio cum ferro ignito. Quod si non videtur sufficere & membrum incipiat denigrari, non securabitur æger nisi membrum totaliter mutiletur, si fuerit possibile membrum remoueri, prout dictum est in cura generali. Et regatur cum cibis & potibus impinguantibus corpus: similiter & digestionibus, & euacuationibus: quemadmodum in passionibus melancholicis, quas diximus cap. de perturbatione virtutum sensitiuarum. parag. de mania canina: verum quoniam in huiusmodi regimine cadit potus aquæ frigidæ, necesse est, vt exhibeatur in vasis obturatis, ita vt ipsam non videat, neque audiat cum potarit. Sunt prȩterea remedia quȩdam conferentia a proprietate, quemadmodum emplastrum ex ruta elixata & confecta cum butyro vaccino super locum post curam generalem. Et frequens vsus medicinæ de cancro, quæ sic fit. ℞. cinerum cancrorum adustorum cum suis corticibus, sicut sunt in testa vel fornace. ℥. 10. gentianæ. ℥. 5. thuris. ℥. 1. terātur omnia, & cribellentur, & misceantur simul, detur ex eo omni die statim a principio. ℥. 1. vel 2. cum aqua frigida: quoniam rabiem fieri prohibet antequam fiat: & cum facta est, mitigat & decidit. Similiter & cerotum. ℞. aceti lib. 1. & s. opoponaci li. 1. dissoluātur adinuicē in casola, & bulliantur, donec fuerint inspissata in formam vnguenti, continue agitando cum spatula, donec fuerint perfecte commixta. Et cum infrigidatum fuerit, reseruetur & omni die aliquid ex eo super corium extendatur molle album, & vulneri supponatur præmissa cura generali: quoniam attrahendo mundificat & post hoc sanat Ad idem etiam confert vnguentum fuscum famosum virtute potenti ¶ Lupus cum fuerit rabidus, facit accidentia canis rabidi: & signa & cura sunt, sicut in cane rabido. Vulpes cum fit rabida, facit accidentia canis rabidi: & signa & cura sunt etiam illius. Similiter est de mustela rabida. ¶ Homo cum fit rabidus, & dæmonium habens lupinum, seu maniam caninam, fit eius morsus venenosus, & facit accidentia canis rabidi, præter quod non accidit timor aquæ nisi fortassis rabies fuerit a principio ex cane rabido: vt diximus superius. Et cura eius est cura canis rabidi. Est prætereea cum morsus hominis, aut alterius animalis est malus dolorosus, prȩter quod fit venenosus propter aliquam malam qualitatem calidam vel frigidam vehementer, qua differunt indiuidua inter se sub eadem specie, vel propter rem acutam, vtpote spinam vel vnguem, aut dentem paruum derelictum in vulnere post morsuram: quare tardatur consolidatio in eis, quemadmodum accidit in puncturis apum & vesparum, & calcarium, & fusis filantium mulierum & gladijs rubiginosis, quorum omnium vna & eadem est cura, scilicet vt a principio fiat emplastrum super locum ex cepis crudis & sale & melle simul commixtis

et incorporatis, quod dimittatur supra vulnus per diem vnam et noctem: quoniam malam complexionem alterat, & vulnus seu morsuram dilatat: & mundificat perfecte. Similiter & emplastrum ex farina fabarum & rad. feni. coctis in aqua & aceto, deinde expressis, & pistatis in mortario, & incorporatis cum melle despumato: postea vero consolidetur cum vnguento fusco vsitato, & proprie cum tumor est de spina, vel vngue, vel aculeo, vel dente derelicto in vulnere post morsuram: quoniam attrahit, & mundificat vulnus efficaciter, et post hoc labia eius cõsolidat perfecte. Sunt autẽ ad huc genera plurima serpentũ venenosorum, velut dracones, et nominati surdi: sed nos ipsa pretermittimus: quoniam perparũ nobis obuiãt in frigida regione: & cũ obuiauerint: sufficiet in eis cura generalis.

¶TRACTATVS QVARtus, cuius sunt xij. capitula. Primũ est de decoratione capillorum.



Decoratio est rectificatio dispositionum malarum, qui fiunt in corpore manifeste, velut in capillis & cute. Verum quoniam partes huiusmodi non sunt principales, neq; nobiles per naturam, quæ sint necessariæ ad subsistentiam indiuidui: idcirco doctrina de ipsis non est, nisi ad complementum artis medicinæ. Dicamus autem primo de capillis, quorum quidem decoratio consistit in octo dispositionibus, quę sunt eorum generatio, & eorum euulsio in locis in quibus id volumus, & eorum fixio, & eorum coloratio, & eorum a canicie pręseruatio, & eorum crispatio vel rectificatio, & eorum consolidatio cum scinduntur, & eorum elongatio perfecta: de quibus omnibus breuiter per ordinem dicamus. Generatio capillorum, cum nõ sunt similiter & eorum multiplicatio, cũ sunt in membro, in quo id volumus: perficiť ex reductiõe corporis ad caliditatẽ, & siccitatẽ q̃ sunt causę productiuę capillorũ cum cibis & potibus & medicinis calidis & siccis per naturam, & fame & siti et exercitio forti in ieiunio: localia vero remedia virtutis consimilis sunt post illud adhibẽda. Fricetur ergo locus omni die sæpius cum cepis & allijs aut sinapi, aut spõgia marina, aut pãno laneo aspero, donec vlceretur: & ilico post fricationem liniatur ex vrina propria actu calida, aut lixiuio acutissimo facto ex cinere quercus, aut oleo laurino, aut oleo laterino, aut oleo veteri. in quo cinis capillorum veneris adustorum fuerit dissolutus: quoniã post eius vsum & frequentiam diuturnã pullulabũt stipites capillorum, quos tũc abradere cõuenit omni septimana semel cum rasorio sicco super loco sæpius refricato, donec videãtur sufficienter inspissari. Ex quibus scire potes, q; in corpore frigido & humido per naturam, sexum, regionem, & ætatem difficile, aut impossibile est pilos gñare multos. Medicamen autem nobile curãs caluicium non factũ per naturã quod alopeciam medici vocauerunt, sic fit secundum Mes. in suo de appropriatis. ℞. euforb. spumæ maris, fimi columbini. añ. ℥. I. elli albi, seminis rutæ montanæ, radicum cannæ combustarum, corticum auellanarum adustarum, corticũ castanearum, nasturtij, sinapis, artemisię, stercoris muris, sulphuris viui, spicæ, capsiæ. añ. ℥. ß. amygdalarum amararum adustarum cum corticibus suis. ℥. 9. capillorum veneris adustorum, corticis pini adusti, thuris myrrhæ. añ. ℥. 4. terantur omnia subtiliter, & cribellentur, & fiat ex eis vnguẽtum cum oleo de raphano, vel laurino, vel oleo ro. vel vino cocto, vel si aliud præsto non sit, cum vino puro veteri amaro, vel cum succo cepæ acutæ vel squillæ, & ex illo caput vnge

sero, cum vadis dormitum, præmissa fricatione supradicta: & si fieret scarificatio ante fricationē, melius penetraret: & dimitte sic p noctē totā, capite vndiq; cū pānis calidis coopto, & in crastino laua cum aqua decoctionis siclæ & fabarum, aut cum lixiuio, aut cum vino veteri sine intermissione, donec fuerit curatus: & si volueris ipsum aromatizare, adde parum muschi. Medicamen aliud ad idem secundum eundem conferens a proprietate, sic fit. ℞. carnium limacū & sanguisugarum, & apum & vesparum, & salis costi. añ. par. æ. pone in vase vitreato habente foramina multa in fundo suo, sicut cribratorium: et pone sub eo vas vitreum, & manabit post diem & diem humiditas, quæ conseruetur in vase, & quando oportet, fricetur super locū caluum, postq̃ ipsum prius fricueris vehementer cum panno aspero, aut spongia marina. Euulsio capillorꝝ in locis, in qb⁹ id volum⁹, vtpote supcilijs, aut manib⁹, aut collo fit duobus modis, vno quidē tēporali remouente capillos tantum, non stipites eorum: quare regenerari possunt post dies paucos cum psilothro, quod sic fit. ℞. calcis viuæ. ʒ. I. arsenici, citrini. ʒ. I. terantur subtilissime, atq; cribellētur, & cum aqua calida incorporentur, velut in formam vnguenti liquidi: vel si magis fortificare volueris, pone ad solem calidum per dies plurimos sumendo tanto magis de aqua a principio, ne possit condensari, & omni die cum puluere recenti calcis viuæ & arsenici renouando, donec ad tantam acuitatem peruenerit, vt penna illinita denudetur. Ex hoc igitur vnguento vngatur locus leniter sine fricatione in æstuario vel aliquo loco calido, vel mēbro inclinato super vaporē aquæ calidæ: & cum ad horam steterit, & pili sint omnes corrosi, abstergatur leniter cū manu, & abluatur locus cum aqua tepida primo, donec psilothrū totaliter abluatur: & post hoc cum aqua frigida, donec locus confortetur: verum quoniam psilothrum est corrosiuum, cauendum ne defluat per membra circunquaq;: quare liniantur cum oleo ros. mixto cum albuminibus ouorum, & aqua ros. vel populeon: & fiat corrosio cutis in loco depilato, consolidetur cum vnguēto albo vsitato. Alio modo euellūtur capilli radicitus, ita vt nunq̃ renascātur, sed illud est rarū, & difficile valde. Extrahātur igiř a principio radices singulæ capillorꝝ cū forpicibus, & post hoc liniatur psilothrum prædictum dissolutum cū aceto, in quo pul. opij aut hyoscyami fuerint dissoluti vndiq; super locum, donec pori cutis indurentur, & radices capillorum penitus auferantur. Tunc ergo liniatur omni die super locum vnguentum inspissans cutim, & callosam faciens, quod sic fit. ℞. aluminis. ℥. ß. cerussæ. ℥. I. dragaganti, gummi arabici, sang. draco. masticis, thuris. añ. ℥. I. opij. ʒ. I. terātur omnia subtiliter, & cribellentur, & incorporētur cū aqua ros. vel oleo ro. vel oleo myrtino, vel succo mespilorum, & prunorum ponticorꝝ, vel succo hyoscyami recentis, vel aqua decoct. se. hyoscyami, addendo in quolibet eorꝝ modicum aceti. Et si capilli post tempus regenerari videantur: redeatur a principio ad curam toties, donec cutis inspissetur, & mala complexio calida alteretur. ❡Fixio capillorum perficitur cū reductione corporis ad crassitudinē & pinguedinē, si fuerit macrum, tenerꝝ: aut ad extenuationem & macilentiam, si fuerit squalidum, grossum. Duobus nanq; modis contrarijs accidit casus capillorꝝ. Vno quidē mō propter siccitatē, stypticitatem, & strictitudinem pororum, velut accidit in senio & post ægritudines perdurantes. Alio modo propter cutis mollicíem, & pororum laxitatem, velut in hydropisi & cachexia: quare regař corpus in contrarium in cibis & medicinis con-

trarijs secundum humiditatem & siccitatē, tēperatis vero secundū calliditatē & frigiditatē. Et purgetur humor dñans, & proprie flegma salsum, prout dicem⁹ ca. de scabie & pruritu. Localia vero remedia post hoc ex rebus stypticis ministrentur. Quorum primum atq; debilius est, vt omi die membrum abluatur cum vino rubeo pontico, aut cum lixiuio debili facto ex aqua pluuiali & cinere quercus & vitis albæ, aut cum decoct. ros. balaustiarum, plantaginis, rubi, cupularū glandium myrtillorum, corticum granatorū: aut cum aqua calida, in qua pul. thuris, & gummi ara. & masticis fuerit dissolutus. Sed fortius prædictis est hoc vnguentum Hebemes. in suo de appropriatis capitulo de casu capillorum. ℞. corticum cancri vstularū, auellanarum adustarū, & granatorum myrti. aā. ʒ. quatuor, absynth. gallarum. aā. ʒ. duas, terantur omnia in vltimo, atq; cribellētur, & cum oleo ros. & myrtino conficiantur, addita cera rubea sufficienti: & inungatur ex eo caput rasum omni sero, & in crastino mane abluatur cum aliquo liquorum prædictorum. Item vnguentum expertum ad idem. ℞. capill. veneris adustorum, corticum pini torrefacti, donec possit conteri, et puluerisari, granorum myrti, granorum granatorum, & cortic. eorum, cortic. nucum, gallarum, cypressi, auellanarum adustarum, cortic. papaueris, cortic. rubi, omnium aā. ʒ. s. terantur & cribellentur, & conficiantur cum oleo ros. & modico laudani, vel terebentinæ, & inungatur ex eo actu calido vt prius. Et si ipsum aromatizare volueris, adde calami aromatici, gariofi. cynamomi electi, & similium. Verum quoniam vnguentum hoc & quod præcessit, denigrat capillos, auferantur gallæ & cortic. nucum & granatorum, & reliqua dimittātur: sed fiet minoris opationis. ¶ Coloratio capillorū nō est fieri possibilis, nisi in capillis canis, vel albis, vel subalbidis: qm̄ alij colores non recipiunt tincturam aliquam vel diminutam et falsam: velut in picturis demōstratur. Modos igitur flauos faciendi capillos atq; auratos sic fit. Decoquantur paleæ ordei vel auenæ in lixiuio non acuto: post hoc coletur per hunc puluerē. ℞. rasurā buxi, liquiritiæ, cortic. medianæ sambuci, berberis. aā. & fiat illud toties, donec lixiuiū citrinetur, cū quo sæpius caput abluatur, ita vt nō fricetur, donec exiccetur. Quod si colorem huiusmodi volueris facere fixū, adde aliquid masticis, gūmi arabici, thuris, dragaganti in lixiuio dissoluēdo. Modus vero brunos siue fuscos faciendi capillos, est vt frequenter abluatur caput cum lixiuio debili non acuto, postq̄ in eo per diem & noctem infusa fuerint, & cum hoc ad ignem bullita folia rosarum & modicum vitreoli & gummi arabici. Et si fortificare volueris, adde modicum pulueris alcānæ, vel pulpæ granatorum. Et si iterum magis fortificare volueris, ita vt color fiat brunus cum obscuritate: adde aliquid succi cortic. nucum recentium, et dimitte capillos ad vmbram exiccari. Potest autem succus huiusmodi per totum annū reseruari, si colligatur dum adhuc nuces non sunt maturę, & coletur & parumper ad ignem bulliatur. Modus vero rubeos faciendi capillos fit cum ablutione capitis ex lixiuio debili, in quo sang. draconis, vel rubea tinctorum fuerint dissoluta. Et si volueris vt color huiusmodi permaneat, quādiu capilli steterint: adde aliquid gummi arabici, & vitreol. sicut prius. Modus autem nigros faciendi capillos fit cum reiteratione plurima colorum prædictorum: quoniam illud, quod a principio facit capillos canos fieri flauos, facit post hoc fieri brunos, deinde nigros: quoniam minoratur diaphanum lucidum, & multiplicať opacum terrestre. Quod si subito, & vice

vna capillos nigros facere volueris: ablue eos cum lixiuio debili, in quo pul'. gallarum, cypressi, lithargyri, & salis gemmę fuerit dissolutus, aut acacia et cortices nucũ, & cortices granatorum. Modos vero albos faciendi capillos, id est vt remittatur eorum nigredo, fit vt abluatur primo caput cũ lixiuio debili, in q̃ sapo fuerit dissolutus: Deinde postq̃ siccẽt pfecte, fumigetur cũ sulphure posito super carbones: & post hoc inungat cũ hmõi vnguento. ℞. corticũ medianæ sãbuci exiccatarum, pisorum excorticatorum, sulphuris, enulæ siccæ, stercoris hirundinũ. se. rephani, gũmi arab. oĩm. aã. quantũ volueris, terantur & incorporent cũ vaccino felle, & modico aceti, donec redeat ad formã vnguenti. Vel vngatur cũ oleo sambucino omĩ die, donec incipiat color albus apparere. Ista tamen tinctura est omnium difficillima, & q̃ raro fit per artẽ: sed plurimũ ad eã confert ablutio pilorum assidua cũ lixiuio feruenti, & infusio eorum in ipso: quoniam manibus tangi non potest, & eorum expositio ad solẽ calidũ capite nudato: quoniam sicut calor corporis cutim denigrat, cũ sit humida per naturã: ita capillos dealbat, cũ sint sicci terrei per naturã. ¶ Capillorum præseruatio a canitie festina completur cũ reductione corporis ad caliditatem & siccitatem cum cibis & potibus assis, vel frixis cõditis cum pipere & sinapi vel melle: similiter & cũ medicinis purgantibus flegma, & custodia a nauseatiua satietate atq; ebrietate. Qd' si repletio quãdoq; acciderit, festinet ad vomitum pro posse: deuitet cibos humidos, vt sunt brodia & olera atq; carnes elixatæ: quoniam humiditas disponit ad putredinem, quam canicies comitatur, velut apparet in stercoribus antiquatis. Abstineat a vino pro posse: quonjã & si sit calidum & siccũ, postq̃ fuerit digestũ: ipsum tamen a proprietate cito rapit ad neruos, & cerebrũ, priusq̃ perfecte digeratur: similiter & acetũ. Sed bibat mellicratũ, aut claretũ, aut medonẽ. Caueat præterea ab infrigidatiõe crebri ex ablutiõibus capitis cũ aqua frigida, vel aqua ros. vel aëre frigido ventoso. Similiter et a suffumigationibus ex camphora, et argento viuo, vel spodio, vel cerussa, vel lithargyro. Somnum nõ multiplicet ilico super cibum. Conetur omni die, cum surgit de lecto, ad euacuationem superfluitatum capitis per nares et palatum cum rascationibus & sternutationibus atque tussi. Medicina præterea tardans caniciẽ a proprietate est trifera minor: quoniam calefacit & stypticat cerebrum virtute sublimi, quę sic fit. ℞. myrobalanorum bellericorum, emblicorum, indorum, kebulorum. aã. partes æquales: terantur, et inungantur ex oleo communi, & post conficiãtur cũ melle cocto & bene despumato: de qua sumatur omni die in ieiunio ad modum castaneæ cum modico vini puri veteris, vel mellicrati. ¶ Crispatio vel lenificatio capillorum fit proprie, post humectationem ipsorum cum lixiuio vl' aliquo liquore: quoniam si volumus, q͞p crispentur, oportet vt voluantur circa seipsos, vel circa ferrum calidũ intricationibus diuersis: & tunc firmentur cum fascia sub huiusmodi figura, donec pfecte fuerint exiccati. Quod si sicci fuerint a principio, nullatenus per huiusmodi operationem crispantur: quoniam siccitas hoc habet proprium, vt difficile termineť termino alieno, humiditas vero faciliter ex quacunque causa. Et hæc quidem crispatio temporalis, neq; perdurat tempore longo. Quod si magis perdurantem facere volueris: abradatur caput quanto profundius erit possibile, & abluatur omni die sæpius cum vino veteri calido amaro, vl' cum lixiuio acuto: & cũ capilli oriri cœperint: inuoluantur assidue, & nequaq̃ cum pectine dissoluantur, donec ipsorum tortuositas

fuerit roborata. Dicunt tamen medici, quod crispitudo perpetuari non potest, nisi cum fuerit ex tortuositate pororum cutis, quam nec infirmitas, nec senium relaxat. Si vero volumus, vt rectificentur: oportet vt post ablutionem capitis, cum pectine fortius distrahantur, & sub figura huiusmodi firmentur cum fascijs. Et si fieret ablutio capitis assidua cum aqua maluarum maluauisci, fœnigræci, psylij, seminis lini, quam sequeretur fricatio cum pectine infuso sæpius in eodem, melior fieret operatio: quoniam vniuersaliter omne quod prohibet fissuras capillorum, atque ipsos elongat: similiter & lenificat, & applanat. Et huiusmodi quidem virtutis sunt res humidæ muscillaginosæ. Consolidatio capillorum cum scinduntur & ipsorum elongatio perficitur cum humectatione capitis ex cibis & potibus impinguantibus, atque medicinis vnctuosis: quoniam ipsorum scissio, similiter & accurtatio non accidit, nisi propter siccitatem: quemadmodum in lignis apparet, dum arescunt. Abluantur ergo sæpius capilli quaque die cum aqua decoctionis maluarum, vel fœnigræci, vel altheæ, vel psyllij, vel seminis lini, vel seminis citoniorum aut cum aqua & oleo simul conquassatis. Et si ipsam aromatizare volueris: adde cinam. electi, & calami aromatici quantitatem paruam, & fac bullire modicum: fricentur quandoque leniter, præter quod rumpatur cum pectine linito ex muscillagine psylij, vel fœnigræci, vel seminis lini, vel ex adipe gallinæ, vel lardo, & proprie apud somnum. Crastino vero abluantur cum lixiuio debili, vel aqua tepida supradicta: neque desiccentur in sole calido, sed in vmbra.

De furfuribus capitis. Cap. II.

FVrfures sunt squamæ albæ paruæ subtiles, quæ separantur a cute capitis, aut aliorum membrorum cum eorum mordicatione vehementi. Fiunt autem a mala complexione calida sicca adusta dominante super corpus aut membrum. Et hæc quidem complexio aut est sine materia: & proprie cum est parua recens: quare solis alterantibus curatur: aut est cum materia post malam complexionem generata, qualis est cholera rubea, & flegma salsum, & proprie cum est perdurans difficilis antiquata: & hæc indiget apud curam, primo quidem mundificantibus causam, secundo rectificantibus dispositionem.

Methodus. Cura eius est, cum fuerit recens modica, vt caput radatur a principio vicibus frequentatis, & abluatur omni die semel vel bis ablutionibus duabus super se fricatione studiosa: quarum prima sit riptica abstersiua, quæ fit ex lixiuio forti acutissimo, vel ex aqua calida decoctionis sinapis, seminis raphani, & anethi: vel ex aqua decoctionis caulium recentium, vel ex aqua & melle, vel ex aqua calida, in qua farina fabarum & furfuris & cicerum & pisorum & lupinorum fuerit dissoluta, vel ex lacte amygdalarum amararum: vel ex aqua, in qua pul. sulphuris & aluminis & baurach fuerit dissolutus. Secunda vero ablutio sit leuis mollificatiua, quæ fit ex aqua tepida sola, vel ex lacte dulci recenti solo vel ex aqua & lacte simul mixtis, vel ex aqua & oleo communi, vel ex oleo ros. vel violaceo simul conquassatis, vel ex aqua decoctionis maluarum, maluauisci, altheæ, & seminis eorum, vel ex adipibus anatis, anseris & gallinæ, vel ex aqua decoctionis fœnigræc. psyllij, se. lini, vel aqua, in qua dragagantum fuerit dissolutum. Et si fieret ablutiones huiusmodi in balneo, melior fieret operatio: similiter & si ablutio riptica fieret omni sero, cum itur ad lectum, & ablutio mollitiua in crastino, succederet sanitas festina. Si vero fuerit hæc passio fortis antiquata, digeratur primo materia, et euacuetur, prout dicemus cap. proximo de scabie & pruritu: post

Et non extrahatur simul san. plurimus, sed parum quaqꝫ vice: & permutetꝛ eius locus nunc ad brachiū, nunc ad pedes, & modo ad partem dextrā, modo ad sinistram: qm̄ erit iuuatiuū in eductione materiæ, & custodia virtutis: & consideretꝛ san. cū egreditur: qm̄ cū est niger & grossus, dimittatꝛ: cum vero subtilis lucidus, ilico restringatur, & ad medicinas procedatur. Et corpora quæ magis audemus flebotomare, sunt corpora calida, humida, carnosa: frigida vero & sicca perhorremus. Post flebotomias aūt plurimas, & venarꝫ inanitiones ex sanguīe grosso melancholico, fiant scarificationes profundatæ cum incisione larga post exitū a balneo humectante, nunc quidē in pulpis crurium, nunc vero in natibus, & nūc in spatulis, vel in dorso. Modus vero humores grossos extrahēdi cum farmacia, fiet talis, vt in omni hebdomada venter semel soluatur cum medicinis educentibus melancholiam, primo quidē cū lenibus: post hoc vero cū fortioribus gradatim, ita tn̄ vt nulla vice fortis fiat solutio sed moderata: qm̄ cū dicimus medicinas fortes, nō qdē intelligimus scd̄m pōdus, sed scd̄m virtutē. Et has qdē medicinas complete diximus ca. de permixtione rationis. parag. de melancholia. Neqꝫ permittendum quando das medicinas attractiuas fortes, prout humor melācholicus requirit, quin addas ex lenitiuis quantitatem paruā: cuiusmodi sunt cassiaf. manna, tamarindi, violæ atqꝫ pruna: qm̄ ventrē præparant, & velocitāt medicinam: vt ait Mes. in suo de appropriatis. ca. de melācho. Diebus vero intermediꝭs, quibus nō purgatur corpus, digeratur materia cum syrupo, quem dicemus in empericis: & humectetꝛ corpus cū sessione assidua in tina supradicta. Et semper cū balneū exierit, inungatꝛ totū corp⁹, et proprie mēbra debiliora ex oleo cōmuni calido, vel oleo viol. vel oleo nenuphar. vl̄ si aliud præsto non fuerit, cum lacte dulci recenti butyroso, vel cū adipe anatis, anseris & gallinæ incorporata cū populeon & dialtheæ, partes æquales oim̄ sumendo. Et reguletur corpus ex cibis humidis lenibus dulcibus velocis penetrationis, q̄ tenerꝫ faciāt corpus & impinguēt ipsum & humores generent subtiles: ex quibus est lac dulce recens ex animalibus sanis iuuenibus sumptum in ieiunio per se, vel cum mica panis omi die, & proprie si in ipso delectetur. Similiter & pultes ex farina similæ vel auenæ conditi cū eodē, & pultes ex amylo & farre conditi cum lacte amyg. & zuc. albissimo: & iura carnium hœdorꝫ & agnorꝫ & pull. pinguiū cōdita cum vitellis ouorꝫ, & croco & cynamom. et carnes elixæ cum lactucis, cucurbitis, spinargiꝭs, boragin̄. & sicla: Similiter & oua recentia sorbilia elixa nō assa: similiter & brodia butyrosa, & butyrum recens comestum cum bucella panis. Bibat vinū album clarum lymphatum dulce vsqꝫ ad medietatē, vel mellicratum aquosum subtile, vel iulep, vel aquam decoctionis ficuum, vel aquā frigidam clarā. Caueat a cibis & potibus & saporibus generantibus melancholiā naturalē vel nō naturalem, qualēcunqꝫ: quos plene iā descripsimus ca. de hæmorrhoidibus. Caueat a rebus vrinā prouocantibus vehemēter: ne fortassis educatꝛ subtile, & grossum induretur: nisi fuerit patiens ex ꝭs, qui ꝑ vrinā purgari consueuerunt. Quod qdē scies ex vrina grossa, liuida exeunte cū sedimine plurimo cinerosо. Istud tn̄ est perrarꝫ: qm̄ humor grossus postulat vias largas. Et ex rebus vehementer humectātibus, est somnus plurimus post cibum, & ocium, & quies, & postpositio solicitudinis, et habitatio assidua i aëre humido valde, sed frigido moderate ꝑ se vel per artē. Sic ergo reguletꝛ, donec secundo redierit hora flebotomandi, vel purgādi: & fiat ordinis reciproca-

tio assidua perdurans: quoniam sanatur hac cura. Et si remanserit color malus in facie, rectificetur cũ vnguẽto citrino, vel cũ vnguẽto albo vsitato: Ad q̃d cõfert plurimũ scarificatio facta, primo quidẽ in spatulis, deinde sub mento & pulpis aurium: vltimo vero p superficiẽ faciei totam, ita vt sanguis ex cicatricibus diligenter cũ digitis exprimatur, & vnguenta p̃dicta ilico imprimantur, & proprie in balneo vel loco alio calido vaporoso. Et si rubor in oculis apparuerit: instillẽť collyria di.cc. de ophthalmia, & proprie de cerussa. Et si capilli capitis deciderint: fiant, q̃ diximus proprio ca. ad ipsoꝝ generationẽ atq; fixionẽ. Si vero lepra processerit ad gradũ secundũ, añq̃ sis vocatus ad curã, nihil ex ordine supradicto diminue: qm̃ fiet conferẽs, ne cito peioreť. Et si nodi duri vel maculæ morpheæ fuerint circa iuncturas, frequenter ipsas mollifica cum balneis & oleis & vnguentis supradictis, et oportet vt olea sint calida vehementer, donec vrant, & penetrẽt loca dura. Quod si non suffecerit, opus est vt cũ lamina ferrea ignita perurãť ipsoꝝ superficies, atq; resoluãtur. Et si nec ista suffecerint: conuenerunt antiqui, & existimauerunt, ꝙ carnes vipæ comestæ, et vinũ eius bibitũ, et theriaca de vipis, & trochisci de tyro famosi exhibiti bis vel ter in hebdomada, cũ vino albo subtili mixto cũ aqua frigida sanãt ipsam: qm̃ ex vsu eaꝝ assiduo inflatur corpus totũ, & mollificatur caro, & cadit cutis superior dura defœdata, et regenerať alia inferior mollis atq; clara: sed hæc est cura rara difficilis. Præparatio aũt vipæ in iure talis est. ℞. serpentẽ habitãtem in locis syluestribus montanis, non paludosis, cuius color sit flauus habens ventrẽ albũ, & in medio vẽtris lineã rubeam, & in medio dorsi lineam nigrã, & caput habens planũ subtile, & corpus in medio grossum, & caudam curtã subtilẽ, velut lacerta, q dum mouetur, facit strepitum. Et si dentes habuerit in mandibulis, est melior: & abscindãtur caput & cauda, & abijciantur oĩa eius interiora, & abluatur eius caro pluries in aq̃ clara, & frustatim incidatur, & ponatur in lebete mundo cũ sufficienti aqua pura, & addatur aliq̃d aceti, & salis, & olei, & pip̃. & gallan. & seminis anethi, et bulliãtur, donec caro ab ossibus vndiquaq; separetur. Tunc igitur patiẽs comedat de carnibus, & sorbeat ex iure parum post paꝝ assidue p dies multos. Et si carnes abhorruerit, misceat ip̃as cũ carnibus pulloꝝ, vel columbaꝝ, vel faciat ex eis tortellum, vł pullos cũ viperis decoquat, & fiat ius magis saporosũ. Cum aũt illud per dies multos continuauerit, et superuenerit scotomia, et corpus inflatũ fuerit, & cutis seperetur, sufficiẽs est iam eius vsus. Præparatio aũt viperę in vino talis est, vt vipa vna præparata sicut prius, bulliať in lib. 20. vini albi puri clari, donec caro ab ossibus separetur: & tũc vinũ cũ vipera simul actu calidũ in dolium fundatur, q̃d 40. lib. vini albi clari contineat, cui misceatur. Et ex ipso bibat modicum omni die in ieiunio. Præparatur aũt vipera in syrupo sic. ℞. viperã p̃paratã, vt prius: & pone in 8. lib. aquæ, & adde aliquid fumiterræ, vel succi eius, & thymum, & epithymũ, & aristologiam rotundã, & gentianã & mentã, & buccas lauri & zz, ac cinamomũ, & fac bullire, donec medietas consumatur, vel caro ab ossibus separetur: tũc coletur, & syrupisetur colatura cũ li. I. zuccari, & detur ex eo omni die in aurora, quantũ testa oui cape põt cũ aqua calida. Præparatur vipera in electuario sic. ℞. carnes vipæ præparatæ, sicut prius: & coctæ vt prius, pistentur perfecte, & misceantur cũ duplo zuccari rosa. In causa calida, vł cum duplo diasenæ in causa frigida, & detur ex eo om̃i die in ieiunio cum vino claro bene adaquato. Si vero

lepra peruenerit ad gradum tertium, & vlceretur corpus, & virus effluat, & foeteat eius corpus: tunc inungantur vlcera eius assidue cũ vnguẽtis de cerussa opiato: q̃d diximus ca. de apostemate in matrice. parag. de malitia cãcri reprimẽda: qm̃ refrangit materiã corrodentẽ, ne cito mẽbra cadant, vt vita prolongetur: & cauterisetur cũ ferro ignito, & permutetur eius habitatio ad aërẽ humidũ vehementer, sed nõ superflui frigoris, nec caloris, sicut aër stãs secus decursus aquarum mundarum. Et assidue vtatur lacte ouiũ & vaccarum in potu: qm̃ prolõgat eius vitã, & saepius assiduet flebotomiã basilicae, & venarum guindegi in collo, ne suffocetur, & balneationem in tina supradicta.

Emperica. Constructio syrupi nobilis digerens humores grossos adustos vel condensatos, atque ipsos p̃parans purgationi sic fit. ℞. boraginis, buglossę, scolopend. capilli veneris, polytrichi, adianti, & fumiterrae, si recẽs haberi possit. añ. m. 1. se. lactucae, endiuiae, cucurbitę, meloñ. añ. ℥. 1. prunorum siccorum, passularũ pinguium enucleatarum. añ. ℥. 1. & ß. polypodij. ℥. iij. bulliantur oia praeter epithymum, in lib. 8. aquae clarae: vel in 6. li. aquae, & lib. duabus vini albi dulcis aromatici clari subtilis, donec tertia pars fuerit consumpta: tunc apponatur epithymum, & ilico deponatur ab igne, ne virtus epithymi resoluatur: & cum infrigidari coeperit, oĩa manibus confricentur & colentur: & additis 2. lib. zuccari albissimi fiat syrup. clarus, subtilis, aquosus, de quo potentur omni die in aurora ℥. 4. vel 6. Syrupus de epithymo purgans humores grossos adustos vel non adustos cum virtute, sic fit secũdũ Hebem. ℞. epithymi boni hortensis. ʒ. 20. myrobalanorum citrinorũ & indorũ. añ. ʒ. 15. cuscutae, fumiterrae. añ. ʒ. 10. thymi, buglossae, calamenti, emblicorum bellericorum, liquir. polypod. agarici, sticad. añ. ʒ. 6. ros. se. feniculi, anisi ʒ. 2. & pruna numero 20. vuarum passularum enucleatarum ℥. 4. tamarind. ℥. 2. & ß. zuccari lib. iij. rob. lib. 2. vel loco eius dulcis vini albi subtilis, fiat syrupus bene coctus, & detur cum aqua decoctionis prunorum: vel addatur aqua plurima, quando coquitur & fiat syrupus subtilis aquosus, & per se potetur. Confert enim leprae inchoatae, & morpheae, & scabiei, & safati & cancro, & oibus morbis de cholera nigra gñatis. Pillulae indi, quas scripsit Hali, & sunt vltimi iuuamenti, atque fortitudinis ad idem, sic fiunt secundum eundem. ℞. myrobalanorum indorum, ellebo. nigri, polypod. añ. ʒ. v. thymi, epithymi, sticad. añ. ʒ. sex, agarici, lapid. lazuli loti, colloquintid. salis indi. añ. ʒ. 4. succi eupatorij, spicae. añ. ʒ. 2. gariofil. ʒ. 1. hierepicrae. ʒ. 12. fiant pillulae cũ succo apij vel fumoterrae, vel vino veteri amaro: de quibus detur a ʒ. 2. vsque ad aureos. 2. cum aqua casei sero cum itur ad lectum sine coena, & sunt sanae & expertae. Pillulae de elleboro nigro ad idem sic fiunt. ℞. aloes. ʒ. vnam, salis indi. ʒ. ß. ellebori nigri. ℈. 1. agarici boni. ℈. 2: fiãt pillulae cum melle, vel vino dulci, & sint omnia 1. dosis. Ex solutiuis debilibus cõuenientibus corporibus delicatis, est serũ vel aqua casei cum ex eo actu calido bibitur lib. vna in aurora cũ melle vel zuccaro dulcoratũ. Quod si fortificare volueris, infunde in ipso per noctẽ myrobalanorum citrinorum, & indorũ. añ. ʒ. 2. pistando grosso modo, & in crastino manibus fricando, atque colando diligenter. Electuarium delicatum ad idẽ. ℞. senae, epithymi. añ. ʒ. iij. elleb. nigri, ros. ru. añ. ʒ. ß. fiat electuarium cum melle cocto & mundato, de quo detur semel in hebdomada. ʒ. 1. vel ʒ. 12. cũ vino calido lymphato. Electuariũ, quo vtimur omni die in ieiunio alterans & confortans, sic fit. ℞. trochiscorũ de thyro 6. numero. theriacae veteris electae. ʒ. 1. zuccari ro. dianthodõ abba

tis.an.℥.2.& si calor fortis fuerit: addatur triasand.℥.1.detur ex eo ante cibũ.℥.vna cũ vino lymphato. Oleum de serpẽtibus cutim leprosorum pulchrificãs, & proprie post purgationẽ, sic fit secundum Mes. in antidotario. ℞.serpentũ nigrorum vel flauorum quos superius descripsimus, circiter li.2. pone eos integros in olla terrea vitrea stricti orificij, & funde super eos olei sisami. vel de semine lini, vel olei chamomil. vel cõis li.1.& ß.& sigilla orificiũ vasis, & decoque lento igne, vel super prunas, donec caro ab ossibus separetur: & caueat sibi operator à vapore eius (quoniam est venenosus) & cũ cocti fuerint, dimittãtur infrigidari, & recondatur in vase vitreo diligenter obturato, & administretur liniẽdo super faciẽ & mẽbra leprosorum cũ penna: quoniam post dies aliquot faciet cutim cadere, & aliã tenerã regenerari. Oleum de ouis ad idẽ secundum eundẽ. ℞.vitella ouorũ elixatorũ, donec indurata fuerint, circa 30.& cõminue manibus, & pone in sartagine lapidea, & frige super ignẽ mouẽdo cũ ligno donec rubescant, & resoluatur ab eis oleũ: & tunc ea cõprime cũ torculari, & tunc abundãtius manabit: quoniam ex pluribus vitellis fit oleũ paucũ. Et si poneres in alẽbico, & distillares, sicut faceres aquã ro. melior fieret operatio. Est enim expertũ ad oẽm cutis fœditatem: & confert impetigini, serpigini, safati, alguesetz, & fistulę & vlceribus malis corrosiuis. Oleũ de iunipero secundum eundẽ in eodẽ sic fit. ℞. ligni iuniperi recẽtis (quantũ volueris) diuide frustatim, & reple ex eo ollã terreã vitreatã stricti orificij, & pone super ipsum laminã ferreã spissim perforatã: sicut fit cribratoriũ, & inclina ollã super orificiũ, & pone sub eo in fouea sub terra constrictã ollã aliã vitreatã lati orificij, & ignẽ super ollã superiorẽ circũquaque & stillabit oleũ in ollã inferiorẽ, quod vsui reseruetur. Oleũ de fraxino fit eodem modo, & cõfert ad idẽ. Dicunt preterea experti, quod si patiẽs lepra inchoatã castretur, ilico sanatur absque omni alia medicina: quoniam alterabitur eius cõplexio ad frigiditatẽ & humiditatẽ vehementẽ.

Canones. Dubitarũt aliqui quare lepra incipiens curetur, cancer vero nequaquam: licet sint ex eisdem causis. Ad quod dicendũ, quod in cãcro est materia intra venas, quę sunt velut radices eius: quare curari nõ potest, nisi radices auferantur: sed illud fieri est impossibile sine mẽbri mutilatione: sed cũ lepra, & albaras, & morphea, similiter safati, & alguesetz, & sc. quar. & multa diuersorum ex eisdẽ fiãt causis: vt est generum dictum a principio: cõsequẽter videtur, vt eorum capitula sibi mutuo suffragentur.

Prognosticatio. Lepra primi gradus perfecte curatur: Lepra vero secũdi gradus occultatur, sed quę in tertio gradu, mitigatur. Itẽ si sola qualitas corporis mutetur, significat primũ gradũ: Si vero cũ hoc operatio naturalis mutetur, significat gradũ secundũ: Quod si exeuntia superuenerint mutata gradũ, certificant tertiũ confirmatũ. Itẽ cũ omne genus morborum possit quandoque sanari beneficio naturæ, sola lepra nõ curatur: nisi successerit consiliũ medicinæ. Itẽ lepra, quę fit a causa calida, cito confirmatur, & fit corrosiua maligna: quę vero ex causa frigida, tarda est atque morosa, neque mẽbra corrodit, & diutius occultatur: quapropter accidit, vt pueri & mulieres & seniores diutius in lepra perseuerent, quam iuniores & viri fortes calidi per naturã. Itẽ lepra magis multiplicatur in regionibus frigidis, quam calidis: quoniam in eis sunt propter antiperistasim ventres calidiores: & similiter in siccis magis, quam humidis: quia fiunt in eis humores grossiores. Itẽ corpora per naturã crassa valde, raro incurrunt leprã, & cũ accidit (vt plurimũ) occultatur: quoniam omnia corpus impinguantia, sunt leprę curatiua: vt di. Auer.2. sui collig. quod lepra (vt plurimũ) est ex generatiõe: raro vero ex accidẽte, qua-

propter & difficile curatur: queadmodū & epilepsia, atq; arthetica, q per gñatio nē transfunduntur. Itē leprosi raro febricitant: & cum accidit eis feb. fit breuis, nec perdurat: qm̄ siccitas prohibet putrefactionē. Quod si fe. chronica supuenerit: et proprie quartana, curat leprā inchoatā.

¶ De albaras & morphea. Ca. V.

Istæ sunt passiones defœdantes cutim et corporis superficiē exteriorē: queadmodū lepra carnē inficit, & membra profunda. Ve℞ differūt inter se parūper: tñ valde conueniunt, q̄d est: qa morphea stat magis circa cutis superficiem: sed albaras inter carnem & cutem. Et tam albaras quam morphea generantur ex humore grosso frigido maligno: quem cū natura membris assimilat secundū substantiam in toto vel in parte, non potest ipsum pfecte assimilare in colore: quare remanet eius color proprius, & cutim colorat. Et queadmodū tres sunt colores extranei a colore corporis principales, qui sunt albus, rubeus & niger: ita & sunt tres species vtriusq; principales, quę sunt morphea alba, morph. rubra & morph. nigra. Similiter & albaras al. rub. atque nigra. Et alba quidem fit ex humore sanguineo terreo compacto: sed nigra ex melancholia condensata. Neq; poterunt ex cho. generari, cū sit humor subtilis et resolubilis: vt in ictericia demonstratur.

Methodus. Cura vtriusq; ipsarum cū est alba, est vt digeratur flegma grossum cum syrupis calidis acutis incisiuis: & post hoc purgetur cum medicinis fortibus vicibus alternatis, quas diximus ca. de arthetica passione. Et si pręsto non sit aliud, cōferens erit oxymel cōpositum vel squilliticum in digerēdo, & pillulæ cochiæ in purgādo: semel in hebdomada prouocetur vomitus duobus diebus continuis super se: quoniā diuertit materias a circunferentia corporis ad cētrum omniquaq;, si fuerit facilis copiosus. Post hoc vero localia remedia ministrentur. Fricetur ergo macula alba cum rebus acutis rubificantibus, donec vesicetur: ex quibus sunt allia, cepæ crudæ & sapo, & suc. anacardi, & se. raphani. vel vrticæ, & se. sinap̄. contritū & mixtū cū aceto: silr radix tapsiæ, vel liliј, vł rubeæ tincto℞: silr & stafisagria, & ellebor̄. al. & radix lappatiј acuti. Hæc em̄ oīa materias grossas subtiliant, & insensibilr resoluunt: & post sang. laudabilē attrahūt & addunt in rubore. Quod si suffecerit, emplastret locus cū stercore colūb. & ficubus siccis, in qbus puluis sinap̄. & cantharides sint incorpata, & proprie post fricationē pdictā: nec desistatur ab vlceratione hmōi, donec profunde radix maculę totalr auferatur. Et ad id cōfert plurimū āncessio balnei q̄q; vice, i q̄ fiat scarificatio particulæ, cui succedat fricatio atq; emplastratio iā dicta. Post illud aūt incarnetur locus, & color eius rub. viuidꝰ infigat cū vnguēto, q̄d sic fit. ℞ rubeæ tincto℞, brassiliј, sandalo℞ rub. terræ rubeæ, san. gra. oīm, vel quorūcunq; volueris. ℥. 2. thuris, farinę faba℞ excorticata℞ adusta℞. añ. ℥. ß. lithargyri albificati. ℥. iij. terant oīa subtilr, et cū lithargyro, & a q decoc. brasiliј, vel terræ rub. misceat, donec redierit ad formā vnguenti: & ex eo omidie locus corrosus inūgatur vsq; ad consolidationē pfectā. Albificatur aūt lithargyrū si puluerisetur, & misceatur cū oleo ro. & ad solē calidū exponat, donec exiccet: & ite℞ teratur, & cū oleo ro. misceat, & soli exponat: & hoc fiat toties, donec fuerit albificatū pfecte. Abstineat a cibis et medicinis frigidis, et regatur ex rebus calid. subtilib. vehemēter: Vtatur sæpius in ieiunio trifera minore, quā diximus ca. de decoratione capillo℞: qm̄ flegma grossum educit, & subtiliat excellēter. Cura vtriusq; cū est rubea, est vt statim a principio extrahatur san. grossus a corpe toto cū fleboto. larga basilicæ de-

xtrę vel sinist. vel saluatellæ in pede dex. vel sinist. modo illo modo alio, donec totus extrahatur cū successione assidua san. subtilis ex cibis humectātibus subtilib⁹: vt dixim⁹ de lepra. Post illud vero scarificetur locus vsq; ad profundū maculæ rub. pfecte, & emplastret, & fricetur cū rebus acutis vesicantibus iam dictis, donec totus fuerit corrosus: deinde permittatur recarnari paulatim non subito cū succo cepæ vel sinap. asperso, vel folijs recētibus caulis, & bletis & sambuco positis super vlcus, & infigatur ei color albus temperatus cum proiectione farinæ amyli & cadmiæ argēti intra vulnus cū lithargyro albificato supradicto. Cura vtriusque ipsarum cū est nigra, est vt a principio digeratur, & purgetur melancholia (sicut dixim⁹ ca. de lepra) cū successiōe assidua humorū subtilium lucidorū ex cibis & potibus subtilibus penetratiuis dictis ibidē: & assiduatione balnei in aqua dulci tepida, & multiplicatione otij, somni & quietis, & abstinētia omnimoda a rebus acutis sanguinē educentibus: vt sunt piper et sinap, similiter & a rebus ponticis sanguinē congelantibus: vt sunt mespila & pira non matura. Post ista vero omnia, perueniendū est ad remedia localia: quare scarificetur atq; vesicetur macula nigra: sicut dixim⁹ de alba, donec locus totus corrodatur: deinde nō permittatur incarnari subito, sed paulatim, donec ei (sicut & in prædictis) infigatur color.

Prognosticatio. Albaras atque morphea cū fuerint fortes difficiles, antiquatæ, corpus habilitāt ad leprā. Itē albaras est deterior morphea: qm̄ eius materia magis extat profunda: similiter & est cū ipsa pruritus corporis, & asperitas scabiosa: quæ plurimū aptificant ad leprā. Item hmōi passiones cū non rubuerint faciliter post loci fricationē, difficile curātur: qm̄ materiam significant antiquatam. Item si sanguis non exierit, quando locus pungitur cum acu nullatenus curatur: qm̄ materiā significat lapidificatā. Item in corporibus crassis p naturā vł diætā, facilius curantur q̄ in siccis extenuatis: qm̄ regimen humectatiuum est hmōi passionū sanatiuū. Itē si fuerint ex gñatione, aut diuturnis tēporibus antiquatæ, nullatenus auferuntur.

¶ De saphati & alguefetz, & gutta rosacea. Cap. VI.

Istæ sunt tres passiones cutim defœdātes, queadmodum & albaras & morphea. Verū differunt ab ipsis hoc modo: qm̄ in istis passionibus alteratur color naturalis & proprius mēbri, cū pustulis & furūculis diuersis: sed ī albaras & morphea nō sunt pustulæ neq; furunculi, imo solus color alteratur. Differētia aūt eorū inter se talis est: qm̄ & si q̄dlibet ipoꝝ accidat circa cutim, et proprie faciei: sit & rubore efficiat pustulosum: verūtn̄ si pustulæ hmōi latæ fuerint atque sparsæ, ex quibus virus egreditur saniosum, fit fauus q saphati nuncupatur: si vero minute fuerint atq; spissæ coniunctæ plurimæ, sic alguefetz, vel gossum noiatur: si vero rubor sup pustulas dominatur, sic gutta rosacea dicitur. Et fiunt oēs ex eadē causa, .s. humore calido adusto corrosiuo: vt sūt flegma salsum, & cholera atq; melancholia adusta. Cura oīm istarū passionū vna atq; eadē ē oino: digeratur igit statim a principio humor acutus, atq; purgetur (vt diximus ca. de scabie & pruritu) & fortiores itidē medicinas digerentes atq; purgantes humores adustos diximus ca. de lepra: qm̄ hęc duo capitula nō differūt nisi penes magis et minus. Quod si corp⁹ carnosum, & viuidum apparet: oportet, vt hmōi purgatio fiat quādoq; cū flebotomia larga grossum sanguinē extrahēte: & quandoq; cū farmacia, modo qdē cum ista, modo cum illa, vt diximus de lepra: donec totus humor adustus educa

tur, & subtilis atque temperatus successerit paulatim ex subtilibus iuribus temperatis. Post istam aūt curam videtur perueniendum ad remedia localia particularia propinqua. Vlceretur ergo primo locus totus a profundo cū fricationibus & emplastris, & oleis rubificātibus acutis, q̄ diximus ca. de albaras & morphea & ca. de furfuribus in capite vel in aqua adurente, quā diximus ca. de hæmorrhoidib⁹. parag. Emperica. Et hoc fiat toties donec tota materia, q̄ fuit radix atque causa coniuncta p̄ntis ægritudinis, extirpet̄. Et ad illud vehemēter conferunt sanguisugæ positę super locū, aut vētosæ cū scarificatione profundata. Et si passio fuerit in facie, ponantur ventosæ primo super spatulas & collū, & post hoc sub mento: q̄m fiet ipsius eradicatio, sil̄r & diuersio ad propinquū & remotū. Caueat tñ patiens ab ipsorꝫ vsu immoderato: q̄m ventosæ super collū positæ memoriā debilitāt, et mollificationē inducūt: q̄ vero sub mento, visum diminuūt & auditū. Post hoc vero gradatim consolidentur nō subito cū vnguētis & fomentationibus lenitiuis, dictis capitulis eisdē. Et ex vnguētis nobilibus ad albandū atque lenificādū faciē, est vnguentū albū, & vnguentū citrinū vsitatū: q̄ si magis stypticare volueris gr̄a ōsolidationis, adde aliqd pul. thuris atque lithargyri. Et si post curationē vlceris, redierit aliqua istarꝫ passionū p̄dictarꝫ: reiteret̄ curatio a principio, donec locus ab ea securetur.

Emperica. Epithyma expertum ad pustulas hmōi, sic fit. ℞. aquę ros. lib. 1. pul. sulphuris triti subtilissime, atque cribellati. ℥. 1. & ß. conquassentur simul in vase vitreo, & per dies plurimos ad solē calidū vel locū temperatū deponantur, donec eorum virtus vniat̄, riptica quidem ex sulphure, styptica vero ex aqua ros: & ex ipso facies om̄i sero liniatur, & in crastino cū aqua tepida abluat̄: q̄m post dies & dies faciē pulchrificat excellenter. Ad idem cōfert plurimū lithargyrū albificatū (vt diximus ca. de albaras) si super faciē diuti⁹ inungat̄. Refert p̄terea Mes. in suo de appropriatis. ca. de saphati: q Gal. dicit se multos curasse cū isto linimēto. ℞. chartas cōbustas, & cōtere eas, atque contēpera cū aceto acutissimo, & line sup locū post fricationē sufficientē cū panno aspero, vel spongia marina. Refert et aliud autoritate Democriti. ℞. chartarū cōbustarū, calcis lotæ, argenti viui. an̄. ʒ. 1. cōfice cū aceto & oleo de nucibus, & lina super locū, post fricationē sufficientē. Quod si alterutrū fortificare volueris: adde tartari combusti & colchotar adusti, & salis adusti, & stercoris muris, & amygdalarū amararū adustarū, & succi squillæ, & succi cepæ acutæ, & aristologiæ rotūdæ, & sulphuris viui, & pumicis gr̄a corrosionis & abstersionis, olibanū aūt & gallas cōbustas, & lithargyr̄. & cadmiā auri & argenti gr̄a stypticitatis & consolidationis, sed amylum & spodiū & cerussam gratia dealbationis. Sic nanque fiet medicina completa aggregans omnes intentiones.

Prognosticatio. Istius capituli est prognosticatio, de albaras & morphea.

¶ De dealbatione totius corporis, & proprie faciei. Cap. VII.

Istud capitulū certificat complementum artis medicinæ cum scriptis vtilibus & necessarijs: neque turpia neque superflua negligantur, neque fortassis pusillum corpus humanū respiciens eius sufficientiam, effugiat redundantē. Corpus igitur humanum, & proprie facies pars oībus nobilior, atque manifestior, potest diuersis coloribus colorari, duobus quidē ad decorem pertinētibus, qui sunt albus & ruber, & duobus alijs ad contemptū, qui sunt niger & citrinus.

Methodus. Albificatur aūt corpus ex multiplicatione adipis & pinguedinis in ipso, cū cibis & potibus dulcib⁹ aromaticis, & balneis humectātibus cū abstersione aliquali, prout dicemus ca. de arte impinguādi. Silr & cū gumera, & epithymate, q̄d sic fit. ℞. amyli puriss. dragagan. albiss. amygdal. dulc. excorticatarum, & fabaꝝ, farinæ ordei. an. ℥. 2. ß. raphani. ℥. ß. terātur oīa subtilis. & cribellētur per pannū dēsum lineū, vl' syndonē velut ī collyrijs et cū lacte ouiū, vel capraꝝ, vel vaccaꝝ calido recenti distēperet, vl' cū lacte amyg. dulc. donec fiat sicut mel currens: & ex illo collū & facies epithymetur sero, cū itur ad lectū, & in crastinū cū aq̄ tepida dulci, vel cū aqua decoc. sulphuris, vel cū aqua deco. mal. & viol. sicca, abluatur: & fi. hoc ꝑ dies plurimos vicibus frequentatis. Et si fortificare volueris: adde aliquid cerussæ ablutę: cuius tñ vsus assiduus caput infrigidat, & dentes denigrat. Solū p̄terea lac recēs butyrosum quodcūq; fuerit ex p̄dictis, cutim albificat, atq; mollē reddit, si cū eo sæpe facies abluat, & per se dimittatur exiccari: vel in ipso pāni linei albi molles infundātur, & super faciē tota nocte dimittātur: Silr & albumen ouorū recentiū pfecte cōquassatū, donec spumā fecerit, & cū eodē lacte tēperatū. Rubificatur aūt corpus & facies ex multiplicatione sang. & spūs in eis cū potu vini plurimi, & proprie rubei dulcis odoriferi, & iuribus carniū inspissatis cū vitel. ouorū, & conditis cū croco, gariofil. & cinamo. Simili & gumera seu epithymate calido acuto rubificatiuo taliter refracto, vt ei⁹ virtus sufficiat ad attrahēdū sang. verū, deficiat aūt ad cutim corrodendā. Et ip̄a plene distinxim⁹, & diximus ca. de albaras & morphea. Est aūt cōferēs epithyma, q̄d sic fit. ℞. brassilij vel rubeæ tinctoꝝ, vel rad. pedū colūbaꝝ. q̄tū volueris: pistetur grosso mō, et bulliatur leniter in aqua dulci clara, donec aqua perfecte cœperit rubere: tunc dissoluat in ipsa modicū masticis, aut thur. albiss. et post hoc imbibantur in ea particulæ minutæ coti carminati, donec ruborē assumpserit pfectū: tunc igitur extrahantur, & ad solem exiccētur, atq; reseruentur: & cū ipso vti volueris: humectetur primo mēbrum cū propria saliua, & post hoc fricetur totū, sicut est super locū diligenter: q̄m ruborē efficiet plurimū excellētē, q durat ꝑ dies sex vel amplius si nō abluatur: & si misceantur rubificantia cū de albantibus, fiet color viuidus, velut ī corporibus speciosis. Cittrinatur aūt facies ex multiplicatione choleræ sup corpus: velut accidit post vsum assiduū cymini, vel sinap. vel carui, vel pipis, vel vini veteris amari: Silr etiā post extenuationē corporis ex labore plurimo, atq; vigilijs, & solicitudinibus, & fame, & siti, & cibis acetos. Cōfert etiā epithyma factum ex puluere sulphur. aut cymini bullito pfecte in aqua, sup quā inclinet suā faciē, & cū petijs imbibitis in ea, faciē perungat, aut fumū ex eis faciat, ponendo super carbones. Denigratur vero corpus, & facies ex multiplicatione melancholiæ super ipsa, q̄d accidit post vsum assiduū lentiū, & cauliū, et carniū fumigataꝝ, atq; solitarum vehemēter: silr & post negligentiā vsus balneandi. Confert p̄terea epithyma factū ex succo cortic. nucū, vel granatoꝝ recētiū vel aqua decoc. earundē: silr & cortic. papaueris atq; berberis. Et si fortificare volueris, adde fuliginis mixtæ cū axungia: q̄m adhærebit vehementer.

¶ De arte impinguandi vel extenuandi corpus. Cap. VIII.

Corpus impinguatur ex dn̄io humiditatis sup ipsum totū, & proprie super epar, cum sit fons & minera virtutis nutritiuæ, siue fuerit hmōi humiditas per naturā (q̄ radicalis dicitur) siue

per acquisitionem, quę influēs appellatᷓ. Quod si moderata caliditas accesserit ad ipsam, carnem augmentabit: si vero frigiditas, adipē et lardū procreabit: quapropter dictum est a medicis, ꝙ corporis grossities est duplex, vna quidē carnosa, velut in corporibus sanguineis, q̄ vitam elōgat: Alia vero saguinosa, velut in corporibus flegmaticis, q̄ suffocat, & extinguit. Ex rebus itaqꝫ corpus humectantibus, sunt cibi & medicinæ, atqꝫ regimē operātium. Et cibi, q conueniunt in hoc, oportet vt multū & subitū præbeant nutrimentum: quare oportet, vt sint dulces subtiles vnctuosi: velut sunt iura carniū agnoꝝ, & pulloꝝ pinguiū, & porcelloꝝ iuuenū, & perdicum, & fasianoꝝ, & capitū atqꝫ extremitatum vituloꝝ. Quod si fuerint iura hmōi inspissata cū vitellis ouoꝝ, necnon condita cū speciebus aromaticis nō acutis: velut sunt cinamomū, & cardamomū, nux muscata, zinzib. crocus, macis, liquiritia, & gallāga: melior fiet opatio: Similiter et vinū rub. dulce, vel albū rubeū odoriferꝝ, vł medio tēperatus in ætate, vel ceruisia debito artificio ꝑparata. Grossa nanqꝫ viscosa, & si nutrimentum tribuant mansiuū, vehementer tñ virtutem nutritiuā debilitant, priusq̄ elaborētur: velut est criticum, & tortellæ: propter q̄d ait Hip. 2. par: apho. Facilius est repleri potu, q̄ cibo. Et ex rebus melioribus est lac recens, dulce, butyrosum, & proprie ouiū vel vaccaꝝ: Silr & pultes de simila, vel farina auenæ, vł farris, vel ordei cōditi cum eodem: Similiter & caseus mollis & recēs, & butyꝝ cum buccella panis de simila comestum & pineæ, & fistici, & nuces recentes, atqꝫ auellanæ, & ficus pingues, & dactyli, et vuæ valde maturæ. Medicinæ vero impinguātes, sic fiūt. ℞. farinæ fabaꝝ excorticataꝝ, farinæ cice. vł piso. excortic. risi, amyli, auellanaꝝ mundatarū, seīm cōium frigidorū mundatorum, fisticorū, qinearum. aā. quantū volueris de vnocuoqꝫ: terant oīa subtiliter, & inunganᵗ pum butyro recenti, & fiat electuariū cū zuc. de quo oīni die comedat in ieiunio, et super ipsum bibat aliqd ex potibus supradictis: Et si ipsum aromatizare volueris, adde ex specieb⁹ supradictis. Et sunt q trochis. conficiunt ex rebus eisdē, cū lacte recenti butyroso. Et plurima restauratiua diximus ca. de fe. hect. q̄ fiunt ex carnibus, aut sine carne. Et di. Mes. in suo de appropriatis ca. de spasmo: ꝙ iura capitū hœdorum, & agnorū, & arietum pinguium iniecta cū clysteri, atqꝫ longo tpe retenta in ventre, corpus vehementer humectant. Similiter & lac dulce, postq̄ in eo cocta fuerit farina similæ, vł ordei, vel risi. Similiter et suppositoria ex eisdē confecta cum oleo, vel butyro, & per noctē in ventre retenta, donec fuerint dissoluta. Similiter & balneatio in aqua dulci tepida, vel in aqua decoc. extremitatum arietū et porcellorū, pręter ꝙ fiat in ipsis longa mora, & proprie cū cibus in stomacho fuerit digestus: qm̄ faciet eius sang. ad mēbra penetrare. Ad q̄d confert plurimum fricatio leuis modica per superficiē corporis totius. Vnguēta aūt, & emplastra impinguantia corpus totū, similr & mēbrum aridū, plene iam diximus cap. de diminutiōe coit⁹. parag. de methodo. Et di. Auic. ꝙ flagellatio corporis cū corrigijs mollibus, lenibus moderate facta, semel oīni die post cibi digestionē impinguat corpus vehemēter, cutim rubificando, & nutrimentū ad mēbra attrahēdo. Regimen vero corpus impinguans consistit in multiplicatiōe somni ī lecto molli sub aerē tēperato, & postpositione solitudinis, & laboris, & sudoris: nisi fortassis qñqꝫ modicū sudare placeat ī æstuario propter abstersionem sordicierū, & sudorū, q̄ sunt superfluitates digestionis quartæ & proprie mēbrorū: qm̄ post hoc fortior fit attractio recentis nutrimenti.

Corpus vero maceratur ex dominio siccitatis super ipsum, & proprie super epar & cor: cũ virtutẽ nutritiuã influãt super totũ, siue illud affuerit per naturã, siue per diætã. Quod si calor vehemẽs, aut frigus assequatur: fiet exiccatio magis vltimata: propter quod dictum est a medicis, quod duplex est genus corporum macrorum: vnũ quidem propter resolutionẽ humiditatis plurimã: vt accidit iuuenibus, & cholericis febricitantibus, & laborantibus in sole æstuoso. Aliud vero propter digestionẽ debilẽ, atque conuersionẽ nutrimenti diminutã: quẽadmodũ in melancholicis et senibus, & patiẽtibus hecticã senectutis. Ex rebus itaque corpus exiccantibus, sunt cibi & medicinæ, atque regimen operationũ: quemadmodũ in humectantibus diximus hucusque. Et cibi, qui conueniunt, oportet vt sint parum nutritiui: quorum quintuplex est maneries: quoniam aut parum ex ipsis conuertitur: velut sunt cibi secessiui, quorum maior portio trãsit in superfluitates: verbi gratia: saliti plurimũ, & allia, & sinapi, & iura piperata vehemẽter: quoniam sui acuitate stimulant intestina. Aut multum ex ipsis resoluitur, velut sunt cibi vrinatiui: verbi gratia: Iura carnium non pinguiũ, et brodia cicerũ, vel pisorum: similiter et vinum album aquosum, & holcera quæcunque: horum nanque maior portio transit per vrinam, vel exhalat per sudorẽ: Vel plurimum ex ipsis virtus nutritiua fatigatur: sicut sunt cibi aquosi, vel acetosi, vel pontici, qui sui frigiditate stomachũ epar, & membra congelant. Aut appetitus ex eis prosternitur, velut sunt cibi nõ sapidi, & quibus natura communis, vel propria noscitur inimica. Cum enim cibus præter desiderium assumitur, ex ipso corpus non nutritur, sed potius fatigatur. Aut ex ipsis membrorum humiditas imbibitur, atque desiccatur: velut sunt cibi sicci per naturam: verbi gratia: Risum, myliũ, panicũ, & caseus antiquus, & vinũ vetus amarum, et panis valde fermẽtatus, & panis azymus, et panis cũ se. carui vel fenic. cõditus, & panis assus sup prunas, & panis bis coctus, et panis antiquatus, donec fiat durus. Ex his namque grossus sanguis efficitur, qui sua siccitate omnes humores imbibit manifeste, & omnes humiditates diminuit. Medicinæ vero corpus exiccantes, sunt omnes calidæ siccæ vehementer: velut diamargariton, diatrion pipereon, diacyminum: Similiter et omnes ventris solutiuæ: velut hierapicra benedicta: similiter & omnes vrinæ prouocatiuæ: sicut dianisum & nefrocatarticum. Similiter & omnes menstruorum eductiuæ: velut antidotum emagogum. Ex his enim omnibus cõsumitur omne, quod humectat. Et ex medicinis appropriatis est ista. ℞. se. anisi, feniculi, agni casti, rutæ, cymini, carui, piperis, zedoariæ, ameos, amomi, granorum iuniperi, seminis apij, salis adusti. an. quantum volueris de vnoquoque: fiat ex eis pul. aut electuarium, & detur ex eo omni die in ieiunio ʒ. I. vel 2. cum potu aquæ frigidæ mixto, vel cum aceto, vel cũ potu vini acetosi, vel albi aquosi, vel veteris amari: quoniam post diem & diem operabitur manifeste. Regimen vero operationum hoc idem faciens consistit in multitudine laboris, & sudoris sub aëre æstuoso post famem, & sitim perdurantem: similiter & in vigilijs plurimis per noctem super lectum durum, necnon tristitia & solicitudine vel coitu superfluente. Vnguenta & emplastra sublimia corpus totũ exiccantia, aut membrum quodcunque turgidum inflatum pro posse iam scripsimus cap. de restrictione lactis in mamillis: & cap. de extenuatione mamillarum & capitulo de apostematibus virgæ & testiculorum. parag. de empericis: & capitulo de varicibus & elephantia: & ex omnibus præcipua sunt illa, quæ diximus ca. de arthetica. parag. de canone.

Prognosticatio. Potest quidem omne corpus macerari, impinguari vero est impossibile, cum vehemẽs caliditas aut siccitas adest per naturam. Potest enim naturæ quis facile subtrahere, apponere vero difficile, cum virtus non cooperat. Itẽ di. Gal. 8. de ingeñ. sañ. ꝙ tẽpus humectandi multo longius est tpe exiccãdi: qm̃ siccitas facilius obtinet super humiditatẽ, q̃ econtra: quapropter est dictũ a medicis, ꝙ humiditas est radix oĩs passiõis. Item corpora magnũ epar habentia, difficile impinguant. Cognoscitur aũt epar magnũ ex venis magnis apparentibus in mẽbris corporis totius: qm̃ gñat in hmõi san. calidus, subtilis, vaporosus. Itẽ dicit Hip. 2. par. apho. Quęcunq; multo tẽpore extenuant corpora, tarde reuerti cõsueuerunt: q̃ vero in modico, modice. Cum nãq; virtus nutritiua deijcitur, & humiditas substantifica minoratur, maius tẽpus requirit resumptionis, q̃ si virtus remansisset. Corpora præterea grossa vehementer, sunt certis anni tẽporibus periodice euacuanda, & proprie in principio veris, vel in fine autũni cũ flebotomia, si fuerint carnosa: sed cũ farmacia, si fuerint saginosa, ne fortassis subito suffocent. De carnosis nãq; dicit Hip. 1. part. apho. In exercitantibus ad summũ, habitudines sunt fallaces. De saginosis locutus est 2. apho. Crassi valde secundũ naturã, cito moriũtur magis gracilibus. Corpora p̃terea cacochymica non crassescunt, añq̃ purgẽt: vñ Hip. 2. apho. Non pura corpora quãto magis nutries, tanto magis lædes. Itẽ corpa humida facile purgamus, et fortiter: macra vero, atq; fusca minus, et debilius. Vnde Hip. ibid. vbi indigẽtia, nõ oportet laborare. Dicit p̃terea Auer. 2. coll. ꝙ si corpꝰ fuerit crassum moderate, virtutis nutritiuæ fortitudinẽ, & vitæ signat elongationẽ: qm̃ adeps est velut superfluitas proprij nutrimẽti: quare natura sagax ipm nõ gñat, nisi prius mẽbra singula restaurarit. Corpora p̃terea macra facilius lædunt a causa primitiua, q̃ cõiuncta: verbi grã: Ab æstu solis, vel frigore hyemis cõstringẽtis: qm̃ ipsorũ mẽbra sunt principalia debiliter contecta. Crassa vero corpora lædunt magis a causis intrinsecis, q̃ primitiuis: verbi grã. Oppilationibus, aut febribus, aut apostematibus pniciosis: qm̃ ipsorũ vasa sunt oppilata, & coartata. Cũ aũt corpis partes sint duplices. s. spermaticę et carniformes: solę qdẽ carniformes fluũt & refluũt, q̃ sunt caro & sagimen: spermaticæ vero nec senio, nec fame, nec ægritudine minorantur.

¶De nodis & verrucis Cap. IX.

Nodi vel verrucæ nuncupant eminẽtiæ cutis tuberosæ, q̃ fiũt in manibus & pedibus ex materia grossa melãcholica radicẽ habẽtes in mẽbro profundatã, & caput grossum exterius, velut clauꝰ infixus, neq; lædunt, cũ coartãt: neq; prohibẽt mẽbrũ a suis opationibus, nisi fortassis acciderint in volis manuũ vel plãtis pedũ, & proprie si fuerint magnę, difficiles, antiquatæ. Et sunt modorũ diuersorũ: qm̃ aut sũt molles, tractabiles: aut duræ, aspæ vehemẽter: Et iterũ aut habẽt paruũ stipitẽ, caput vero latũ, aut ecõuerso: Et iterũ, aut sunt albæ, aut nigræ, aut coloris eiusdẽ cũ mẽbro, cuius sunt: Et iterũ, aut sunt integræ, aut scissæ p fissuras: Verũ qualitercunq; se habuerint, non differunt in materia, neq; cura.

Methodus. Cura ipsarũ ẽ, vt causticẽt & cõburãt earũ radices citcũquaq;, vsq; ad profundũ oĩno, cũ aqs, & cũ vnguẽtis ardẽtibus dictis ca. de hæmorrhoidibus, donec fuerint denigratæ, & mortificatæ pfectæ. Post hoc vero liniãt cũ emplastris, & vnguẽtis putrefaciẽtibꝰ, dictis ibid. donec p se ceciderint, vl facile cũ digitis extrahãt: neq; permittatur aliquid radicis in loco: quoniã & si paruũ fuerit, ilico germinabit. Post hoc

vero consolidetur vlcus cum puluere thuris minuti proiecto super ipsum, vel dragaganti, vel litargyri, donec totaliter applanetur. Quod si fuerint verrucæ paruę molles, neq́ profundæ, sufficiet ipsarum fricatio vehemens & proprie post scarificationem profundatam cum medicinis, dictis ca. de morphea: & tam in paruis q̃ in difficilibus. Nutriatur patiens ex cibis humidis sorbilibus sanguinem generantibus subtilem. Et purgetur humor grossus cum flebotomia larga, & farmacia: quemadmodum diximus ca. de lepra.

Emperica. Modus euellendi verrucas radicitus hic est, vt comburantur ipsarum capita vicibus frequentatis cum virga tenera coryli, vel myrti, vel cum tenta ignita, donec adustio penetret in radicem, ita vt separetur a membro circunquaq́, velut surgens in tumorem: tunc igitur leuiter manibus extrahātur, prǽterq̃ rumpatur aliquid ex radice, & post vlcus consolidetur cum vnguento albo vsitato. Et sunt, qui ligant radices verrucarum cum pilis caudę equinæ, & leniter quaq́ die laqueum constringunt, donec eius totam substantiam resecarint: sed illud nō sufficit, nisi fuerit verruca tenera, facilis nō profunda.

¶ De impetigine, serpigine, & igne persico & igne volatili & formica miliari Cap. X.

OMnes istæ passiones sunt similes in dispositione & causa, similiter & ī cura: quapropter de ipsis vno dicemus ca. Sunt pustulæ valde minutæ spissim inuolutæ simul plurimæ currētes per membri superficiem, cum velocitate multa atq́ ardore & pruritu vehementi. Fiunt autē ex materia subtili adusta: verbi gratia, cholera vel flegmate salso, vel sanguine, cuius humiditatē adustio non finiuit, neq́ reliquias ipsius ingrossa. Et si sit a cholera, fit cholor eius citrinus cum ardore vehementi: Si vero fuerit a flegmate salso, fit color subalbidus cum furfuribus & pruritu: Si vero a sanguine, fiet color ipsorum rubeus vehementer cum humiditate manante. Sunt præterea huiusmodi pustulæ quandoq́ in cutis superficie, quandoq́ velut sub cute, & quandoq́ cum bothor minutissimis, quandoq́ vero dilatatis: sunt etiam qn̄q́ cum ardore pruritū vincente: quapropter diuersificantur eorum nomina, veruntamen nec causa nec cura.

Methodus. Cura ipsorum omnium cū fuerint teneræ, subtiles, est: vt a principio statim locus circunquaq́ ventosetur, atq́ scarificeť profundatim, & sang. ex vulneribus cum digitis exprimatur, ita vt nihil ipsius remaneat sub cute: & ad illud confert non modicū antecessio balnei: qm̄ cutim mollificat, & materiā humectat. Post illud vero si qd visum fuerit remansisse, cum fricationibus ripticis vesicantibus extergať, dictis ca. de furfuribus: qbus succedat ilico fricatio lenitiua dicta ibidem, donec ex alterationibus huiusmodi perfecte securetur. Quod si fuerint fortes, antiquatæ, primo materia digeratur: similiter & purgetur, velut iā scripsimus ca. de scabie corporis & pruritu, quibus succedant localia remedia.

Emperica. Omnes istæ passiones de facili curātur, si præmissa scarificatione, et balneo iam dicto, locus frequenter ex vnguento albo vsitato liniatur. Vel si præsto non sit aliud, ex adipe gallinæ, vel anseris, vel anatis, vel ex muscillagine se. lini vel se. maluæ, & loco scarificationis ponimus quādoq́ sanguisugā, & proprie si materia fuerit profundata. Similiter & inungimus locū circūquaq́ ex oleo ro. vel ex albuminibus ouorum conquassatis cum aqua ros. & aceto, vel cum succo trifolij, vel acetosę: ne fortassis perambulatio dilateť. Et con

fert ad id non modicum corporis humectatio ex cibis liquidis vergētibus ad frigiditatem: velut sunt iura carnium hœdorum & agnorum elixatorum cum lactucis & cucurbitis & seminibus ipsorum: similiter & ex potibus aquæ frigidæ, vel vini debilis aquosi & abstinētia a rebus acutis oīno: vt sunt allia, cepæ, sinap. piper, & cibi vehemēter saliti, & vinū vetus amarum: similiter & ex balneis assiduis aquæ dulcis claræ. Et ex remedijs sublimibus, est oleum de vitellis ouorum & oleum de iunipero, & oleum de fraxino, quæ scripsimus cap. de lepra, & proprie post curam generalem.

¶De lentiginibus & panno faciei. Cap. XI.

DIfferunt istæ passiones in dispositione seu forma, verum qm̄ eadem est ipsarum cura & causa, sub eodem ca. reponuntur. Dicuntur autē lentigines, maculæ rubeæ aut nigræ in facie, seu membris alijs generatæ, velut super ipsum lentes sint proiectæ. Fiunt autem ex materia grossa melancholica cuti & carni vehemēter infiltrata. Pannum vero dicimus colorem faciei nubilū obscurum, quasi panno liuido vel tinctura sophistica variatum: vt accidit in prægnantibus, & ambulantibus in sole. Fit autē ex humore grosso disperso per mēbri superficiem omniquaq;: quare fit cutis opaca propter alienationem lucidi diaphani ab extremitatibus ipsius.

Methodus. Cura amborum est, vt a principio digerat̄ materia, atq; purgetur, modo cū farmacia, modo cū flebotomia larga grossum saguinē extrahēte, cui succedat regeneratio assidua humorū subtiliū lucidorū ex cibis & potibus subtilibus, & balneis humectantibus pro posse, quæ plene omnia iam tractauimus ca. de lepra. Post ista vero procedendum est ad localia tali modo: qm̄ oportet, vt primo totus locus vlceret̄, donec macularum vestigia radicitus extirpentur: quod quidem perficitur cum vnguentis & fricationibus: similiter & emplastris acutis rubificātibus vehemēter, atq; cutim corrodentibus & carnē: post illud vero succedāt inunctiones stypticæ consolidatiuæ vlcerum, quibus admisceatur quod albedinem nigrat et decorem: & hæc oīa plene iam tractauimus ca. de albaras & morphea.

Emperica. Si pannus aut lentigo fuerit recēs atq; facilis, tollit̄ hoc modo. Fricetur primo locus & facies cū oleo de tartaro, & de iunipero vel cum aqua decoct. sinap. vel cū lixiuio acuto, in quo sapo fuerit dissolutus, donec cutis ceciderit omnino: & ad illud confert plurimum antecessio balnei, vel membri fomentatio cū aqua tepida: qm̄ cutim mollificat, et ad casum facilem ipsam aptat. Post illud vero perungatur sæpius cū vnguento albo vsitato, vel cū vnguento citrino: qm̄ cutim regenerat candidā & decorā. Ad idem præterea conferunt oīa, quæ diximus ca. de albificatione, & lenificatione corporis totius.

Prognosticatio. Vtraq; istarum passionum difficile curat̄, & proprie cū fuerit fortis, antiquata: qm̄ tunc eius materia vehementer est infixa: Veruntamen lentigines sunt panno difficiliores. Sunt autē lentigines duarū speci erum: qm̄ quædam sunt rubeæ, quædam vero nigræ, sed nigræ sunt peiores, et q̄to nigriores sunt, tanto deteriores. Lentigines cū fuerint ex generationis principio, nullatenus curantur: præterea pannus in facie cum breuiter superuenerit cū signis alijs, mulierē certificat imprægnatam.

¶De scrophulis. Cap. XII.

SCrophulus est caro glandulosa genita in loco molli spongiosa, velut in gutture, vel post aures: vel circa iuncturam vel sub alis, vl' in inguinibus, ex

decursu humoris grossi viscosi, velut est flegma gypseum, quod actione caloris naturalis inspissatum conuertitur in carnem duram, rotundam, albi coloris: quę cum manibus tractatur, mouetur de loco ad locum, velut nux in cisti. Et quandoq; sunt tres vel quatuor in eodem loco, & quandoq; magnificantur, donec fiant sicut melones vel cucurbitæ, & occupāt collum totum & caput. Cura eius cum est parua recēs & mollis, solis medicinis acutis resoluentibus integratur, q̄d est vt ægrum euacues a flegmate, cū vomitu forti assiduo, si fuerit possibile. Similiter & cum catharticis attrahentibus flegma cum virtute, quæ diximus cap. de epilepsia, & cap. de paralysi: & fac ipsum pati famem & sitim post exercitium & laborem fortem in ieiunio, & cauere a cibis & potibus viscosis: vt sunt pasta, tortellæ, & cibi frixi, & caseus, & pisces. Et rege ipsum cum cibis subtilibus acutis calidis: vt sunt allia, sinap. & piper, atq; vinū vetus, purum, amarum. Post ista vero omnia administrentur emplastra resoluētia, atq; suffumigia similiter, & gargarismata, necnō vnguēta, & masticationes, prout nūc dicemus. Emplastrum resolutiuum fit ex diaquilon vel apostolicon actu calido posito super locum: similiter & ex fermento, cui myrrha, aut cantharides contrita fuerint commixta: similiter & ex stercore colūbarū, cui ficus siccæ & allia, & cepe crudum, et ireos, & stafisagria fuerint incorporata pfecte pistādo in mortario, atq; commiscēdo. & actu calidum imponendo post balneationē, vel membri fomentationē ex aqua dulci calefacta. Suffumigium resolutiuum fit ex pipere, myrrha, spōgia marina, osse sepiæ, saxifraga, pyrethro, galbano, armoniaco, bdellio, opoponaco, sulphure: quodcūq; ipsorum positū fuerit super carbones ignitos: ita vt patiēs fumum recipiat ore aperto, donec humor effluat salliuatim, & proprie omni die in ieiunio: vel aliqua ipsorū simul conuertantur in puluerem, ex quo figurētur pillulæ cum pice, aut terebētina, & vsui reseruentur. Gargarismata vero fiunt ex oxymelle squillitico & aqua calida, vel ex sinapi trita, & confecta cū melle, vel ex aqua decoctionis pyrethri, sinap. gentianæ, vel ex aceto acutissimo, & vino veteri amaro, vel ex aqua calida salsa vehementer. Vnguenta vero resolutiua fiunt ex vnguento fusco acuato cū myrrha, & galbano, postq̄ dissoluta fuerint in vino veteri, & incorporata cum ipso: Similiter & ex bdellio, galbano, armoniaco, serapino, opoponaco simul dissolutis in aceto acutissimo, vel vino veteri amaro, & post hoc incorporatis cum cera liquefacta ad ignem in casola. Masticationes vero fiūt ex pipere trium specierum, & pyrethro, & euforbio, & sinapi tritis & puluerisatis grosso modo, ita vt ex hoc puluere sæpius in ieiunio masticetur aliqd, donec eius calor flegma colliquarit, quare totum expuatur simul: vel fiāt ex eis trochisci cum vino veteri, vel cum aqua decoctionis caricarum, vel cū oxymelle squillitico, quorū duo vel tres omni die masticentur in ieiunio. Ex resolutiuis igitur huiusmodi vicissim alteratis, tota materia extrahatur, ita vt nihil ipsius penitus remaneat: quoniam si fuerit quid modicum remanens, denuo germinabit. Cum aūt scrophulus fuerit magnus, durus, difficilis, antiquatus, hac cura resoluetur: sed oportet, vt rasorio circumcirca excorietur, ita tamen, vt vena vel arteria nequaq̄ dissoluatur: quoniam magnum foret periculū propter hæmorrhagiam sanguinis vehementem, atque extrahatur, & vulnus ilico coartetur cū pulueribus stypticis, & fascijs plurimis: ne fortassis sanguis effluat excessiuus, velut sunt bolus arme. terra sigillata, sang. draconis, rosæ et myrtilli. In fine vero cō

solidetur cum vnguentis & pulueribus cicatrizatiuis: vt sunt, vnguentum de lithargyro dictum capitulo de fissura labiorum oris, & vnguentum de mastice & thure dictum capitulo de hæmorrhoidibus: similiter & vnguentum album vsitatum, postquam fuerit cum puluere thuris mummiæ, masticis & dragaganti, et lithargyri confortatum. Et in hoc laborem nostrum compleuimus auxilio dei misericordis: cuius nomen sit benedictũ in sæcula sæculorum: Amen.

Collectorij medicinæ Bertrucij Bononiensis finis.

Complete / Norman
with blank D4

Ovelin 565